

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34

7 400 400
MADE IN SPAIN

Nº

1000
1000

R-1062
D.D. MELCHIORIS PELAEZ

A + MERES +

IN PRÆTORIO

Granatensi quondam Advocati,

TRACTATUS

+ MAJORATUUM +2

ET MELIORATIONUM HISPANIÆ,

QUATUOR CONSTANS PARTIBUS:


IN QUO UNIVERSA FERE JURISPRUDENTIA CIVILIS

Magistrali eruditione exponitur & illustratur.

NOVA EDITIO LUGDUNENSIS.

CÆTERIS LONGE ELEGANTIOR ET EMENDATIOR,
cum duplici Indice fidelissimo juxta & copiosissimo.

TOMUS SECUNDUS.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 2 C. 24 N. 8.

UNIVERSITARIA
DE
GRANADA

LUGDUNI,
Sumpt. JOANNIS ANTONII HUGUETAN, & Soc.

M. DC. LXXIIX.

CUM PERMISSU SUPERIORUM.



TERTIÆ PARTIS
 QUÆSTIONUM
 SUMMA ET MATERIA.

<p>INITIUM petendi possessionem bonorum majoratus, pag. 1 Quod <i>l. 45. Taur.</i> habet locum in bonis quæ non sunt vinculata auctoritate Regia, contra Ant. Gom. sustentatur, q. 1. p. 11 <i>Lex 45.</i> utrum procedat in successione majoratus ejus qui adhuc est in utero, q. 2. p. 11 Utrum <i>lex 45. Taurina</i> procedat in successore monacho, quæst. 3. p. 15 <i>Lex Taurina 45.</i> an habeat locum in quasi possessione, q. 4. p. 16 Princeps si restituat delinquentem, an transferatur in illum ipso jure possessio, qu. 5. ibid. Silentium in petenda possessione, ex <i>l. 45.</i> an præjudicet successori in majoratu, qu. 6. p. 20 Sequestrum an admittatur in bonis majoratus, quæst. 7. p. 29 Utrum <i>lex 45. Tauri</i> habeat locum in bonis augmentatis, q. 8. p. 33 Utrum <i>l. 45.</i> procedat ubi possessor bonorum majoratus non fuit mortuus, sed alienavit bona majoratus, quæst. 9. p. 38 An <i>l. 45.</i> procedat in his bonis quæ antecessor in majoratu habuit cum vitioso ingressu, q. 10. p. 55 Utrum ipso jure transeat in successorem in majoratu juris patronatus possessio, q. 11. p. 56 An possessio transeat in successorem in majoratu ante implementum conditionum, quas adimplere fuit gravatus, q. 12. p. 61 Acceptatio utrum requiratur in casu <i>l. 45. Taurina</i>, q. 13. p. 63 An <i>lex 45.</i> procedat ubi quis habet possessionem auctoritate judiciali, q. 14. p. 64 Exceptio illegitimitatis, vel alterius incapacitatis, an impediat possessionem rerum majoratus, qu. 15. p. 70 Successor bonorum majoratus an recte faciat petendo à judice possessionem bonorum majoratus, qu. 16. p. 92 Filij utrum agere possint ad possessionem bonorum, quæ pater ante mortem eis concesserat, & illorum tradiderat pos-</p>	<p>sessionem, quæst. 17. p. 98 Renuntiatione facta per primogenitum alteri sequenti vocato, an in illum transeat possessio, ex <i>l. 45. Tauri</i>, q. 18. p. 105 Successor in majoratu potest uti remedio <i>l. 45. Taurina</i>, contra Cameram Regalem, quæ bona majoratus propter delictum occupaverat, q. 19. p. 108 Beneficium <i>l. 45. Tauri</i>, an procedat in bonis quæ stant in reputatione bonorum majoratus, q. 20. p. 109 An possessio <i>l. 45. Tauri</i> transeat in fiscum successorem, q. 21. p. 110 An <i>interim</i> interdictum petere possit lite pendente successor in majoratu, q. 22. ibid. An <i>lex 45. Tauri</i> limitetur ubicumque successor majoratus condiciones non exequitur, q. 23. p. 112 Ordo habendus in processu, sententia, & executione bonorum majoratus, qu. 24. p. 112 Possessor majoratus virtute sententiæ visionis an teneatur ad fructuum restitutionem victus in revisionis sententia, q. 25. ibid. Possessore bonorum majoratus decedente, ob cujus obitum duo vel tres litigantes intra sex menses tenentam petierunt, si lite non mota alter eorum decedat, lapsus sex mensium an excludat tertium oppositorem, qui in locum defuncti successit, q. 26. p. 124</p>
---	---

QUARTÆ PARTIS
 quæstionum summa & materia.

Bona majoratus & Regni sunt inalienabilia, & an Regia auctoritate alienari possint, q. 1. p. 126
 An possint alienari bona majoratum in evidentem utilitatem eorum, limitatio prima. p. 153
 Bona majoratus an possint alienari pro dotibus filiarum, limitatio 2. p. 166
 An bona majoratus ob remunerationem possint alienari, limitatio 3. p. 171
 An bona majoratus alienari possint ad redimendum à captivitate possessorem,

IV. Part. Quæstionum summa & materia.

- limitatio 4. p. 175
 An bona majoratus ob supervenientes necessitates alienari possint, limitatio 5. p. 177
 An bona majoratus modici valoris & utilitatis alienari possint, limitatio 6. p. 181
 Principis facultas ad alienandum bona majoratus an extendatur ad alienationem antea factam, qu. 2. p. 187
 An obligatis semel bonis majoratus cum licentia, possint absque licentia vendi, q. 3. p. 204
 Licentia data ad alienandum bona majoratus ex causa justa, si cessat, an alienatio revocetur, q. 4. p. 206
 Si non appareat quid prius præcesserit, facultas data ad alienandum bona majoratus, vel alienatio, quid præsumatur præcessisse, qu. 5. p. 207
 Princeps utrum revocare possit licentiam datam ad alienandum bona majoratus, q. 6. ibid.
 An ex taciturnitate temporis licentia præsumatur, q. 7. p. 208
 Quando declarari possit licentia data ad extrahendum rem aliquam à majoratu, q. 8. ibid.
 Principi an sint exhibendæ clausulæ majoratus, ut juste possit dare facultatem ad alienandum bona illius, q. 9. ibid.
 An licentia data per Regem ad extrahendum bona à majoratu expiret per mortem Regis concedentis, q. 10. p. 209
 Licentia data per Regem ad extrahendum bona à majoratu, an expiret per mortem illius, cui data fuit, q. 11. p. 214
 Vendens rem majoratus, & illam ab emptore redimens, an pœnam evadat, qu. 12. p. 217
 An possessor majoratus nulliter re majoratus alienans incidat in pœnam, q. 13. p. 219
 Sententia lata contra possessorem majoratus an noceat successori, qu. 14. p. 221
 Successor bonorum majoratus, qui rem majoratus alienavit, an eam petere possit, quæst. 15. p. 232
 Hæres alienans rem majoratus an possit eam vendicare, q. 16. p. 243
 Licentia ad alienandum bona majoratus à quo Principe sit petenda, q. 17. p. 253
 An per solum contractum, quem fecit possessor bonorum majoratus bona alienando, incidat pœnam, etsi non tradat, q. 18. p. 254
 Si res majoratus alienetur in casu licito, & postea deveniat ad possessorem majoratus, an sit libera, & alienari licite possit, q. 19. p. 256
 Qualiter fiat probatio rerum majoratus, qu. 20. p. 270
 An in bonis majoratus currat præscriptio, qu. 21. p. 308
 Transactio an valeat super bonis majoratus, qu. 22. p. 318
 An bona majoratus amitti possint propter delictum, qu. 23. p. 336
 Fructus anni, in quo possessor majoratus obiit, ad quem pertineant, q. 24. p. 359
 Bona majoratus an possint locari, vel dari in emphyteusim, q. 25. p. 361
 Successor in majoratu an teneatur solvere debita prædecessoris, q. 26. p. 363
 Successor in majoratu an teneatur alimentare uxorem prædecessoris inopem, q. 27. p. 369
 Successor & possessor bonorum majoratus quando teneantur dotare sorores, vel fratres alimentare, q. 28. p. 372
 Bona majoratus quando remaneant libera, quæst. 29. p. 377
 Pater an habeat usumfructum in bonis majoratus, q. 30. p. 380
 Mater an excludatur à tutela, quemadmodum excluditur à successione majoratus, quæst. 31. ibid.
 Emptor bonorum majoratus qualiter possit melioramenta recuperare, q. 32. p. 380
 Augmenta facta per possessorem majoratus an pertineant ad successorem, quæst. 33. p. 384
 Possessor bonorum majoratus si bona dilapidat, aut deteriorat, an possit cogi ad cavendum vel restituendum successori bona majoratus, q. 34. p. 390
 Primogenitus si per errorem divisit aliqua bona majoratus, an sibi præjudicet, q. 35. p. 394
 Emens rem majoratus qualiter & quando teneatur ad restitutionem fructuum, q. 36. p. 395
 Litiganti super bonis majoratus an sint præstanda alimenta, q. 37. p. 399
 Quæritate debeat concedi primogenito status administratio, q. 38. p. 400
 Hæres possessoris majoratus an teneatur solvere æstimationem bonorum mobilium quæ consumpta sunt, q. 39. p. 401
 Majoratus res si legetur, an sit præstanda, vel illius æstimatio, q. 40. p. 404

D. MELCH.



D. MELCHIORIS PELAEZ A MERES IN GRANATENSIS PRÆTORIO ADVOCATI TRACTATUS MAIORATIVVM, ET MELIORATIONVM HISPANIÆ, PARS TERTIA. INITIVM PETENDI POSSESSIONEM bonorum Majoratus.

SUMMARIUM.

- 1 AVSA possessionis an sit magni præiudicij.
- 2 Possessionis commoda sunt multa.
- 3 Nepos an præferatur patruo in successione maioratus, ubi patruus est maior ætate, & in possessione bonorum maioratus.
- 4 Remedium possessorium in bonis Regiæ Coronæ qualiter competat.
- 5 Dominium cum transit ex legis dispositione, rem ipsam comitatur.
- 6 Filij possidentes tuendi sunt in possessione opponentes excipiendo de revocatione primi testamenti.
- 7 Primogenitus quis sit, & an possideat, in primogenitura attenditur.
- 8 Cum quis est in possessione primogenitura, quo titulo præsumatur possidere.
- 9 Ex verbali possessione an admittatur possessio.
- 10 Duo fratres, aut alij, si super successione bonorum maioratus litigent, qui possidet, ab onere probandi releuatur.
- 11 Possessio, vel quasi possessio primogenitura releuat ab onere probandi, & transfert onus probandi in adversarium.
- 12 Possessio facit ut præsumatur unitas maioratus.
- 13 Quis teneatur probare, bona Clerici esse acquisita intuitu Ecclesiæ.
- 14 Vir & uxor si conveniant quod bona superstiti remaneant nec appareat uter prius decesserit, & heredes viri petant bona uxoris, & heredes viri bona viri, an debeat obtinere qui bona possidet.
- 15 Clericus dotans Ecclesiæ, de quibus bonis dotare præsumatur.
- 16 Bona maioratus si quis ostendat ex fundatione, vel per sententiam transactam in rem iudicatam, aut datam in Regali Consilio iuxta l. 45. Taurinam, & posita actione in proprietate non ostendit vicius in possessione per scripturam, vel testes, possessor in proprietate debet absolvi.
- 17 Servus qui est in possessione servitutis, tenetur probare tempus conceptionis.
- 18 Possessio ritulata est fortior possessione sine titulo.
- 19 Filius si bona tanquam legitimus possideat, qui vult ab eo associare, illegitimum esse probare tenetur. Nobilitatem cum quis propter hæresim amisit, an & quando eius descendentes non amittant, ibid.
- 20 De possessorio cum agitur ad solutionem census, sufficit probare quod solutio facta fuit per duos annos.
- 21 Dominus si duos inveniit, præferitur ille, cui possessio tradita fuit.
- 22 Confessio parentum filio non præiudicat, quando est in possessione filij legitimi.
- 23 In bonorum possessione præsumitur possessor infra tempus debitum agnovisse.
- 24 Nobilitatem ex privilegio patri concessum qui præten dit, an teneatur tempus concessionis præcisè probare, si per multos annos fuit in nobilitatis possessione.
- 25 Natus post obtentam dispensationem, & in legitimi possessione, an obineat in maioratus possessione.
- 26 Præsumptio quæ descendit à quasi possessione validior est quàm illa, quod res præsumatur esse libera.
- 27 Pontifex non derogat possessioni, sicut nec iuri quæsto.
- 28 Uxoris præsumitur illud, quod ipsa in possessorio possidet & ibi, quid in petitorio.
- 29 Voluntate defuncti dubia, pro possessore est pronuncian dum.
- 30 Tuitus in possessione pendente iudicio, obtinet in hypothecaria.
- 31 Particulari an incumbat onus probandi, quando obtinuit sententiam in possessione.
- 32 Sententia lata in possessorio an constituat possessionem contra adversarium.
- 33 Testamentum an rejiciatur, cum invenitur rasura in loco suspecto, & agitur in possessorio. Post num. 33, inuenies alia summaria.

A

In



N praecedenti parte huius Operis tractatum est, quemadmodum quis succedat in proprietate bonorum maioratus: in qua materia alias plures quaestiones tangere poteram, quas omisi, ne hoc opus immortale esset: & quia quaestiones quas ibi scripsi, sunt magistrales, & ex quibus plura (prout negotio occurrerint) in practica decidi possunt; nunc deuenire oportet ad materiam possessionis bonorum maioratus, quae est tam necessaria, quam practica-bilis, & communiter omnes lites quae mouentur super maioratibus, sunt in possessione magis, quam in proprietate. Materia igitur est importantissima, quia licet aliqui dicant, quod causa possessionis sit momentanea, & parui prauidicij, vt probatur autoritate t textus in l. si mulier, §. qui possessionem, ff. quod met. caus. vbi patet, quod longe aliter estimatur proprietates quam possessio: & idem constat in l. si duo, §. vltim. ff. vii possidetis, & narratur per Arium Pinell. in l. 2. part. 3. c. 4. & vltim. num. 26. fol. 154. colum. 2. Cod. de rescind. vend. Menoch. de reuer. poss. remed. 15. num. 412. & de arbitrar. iudic. libro 2. Cent. 1. casu 72. num. 18. pagin. 214. vbi rationem assignat: & probatur ex Pragmatica data Madriti anno 1539. quae loquitur de supplicatione qua ad Regem interponitur de sententia reuisionis quae reperitur in l. 1. Repertorij capitulorum, l. 12. titul. 6. libr. 3. & in ordinatione huius Audienciae fol. 131. & in possessione maioratus hoc tradit Celsus conf. 1. numer. 1. & in consil. 120. numer. 86. Et idem dicunt aliqui, quod non dicitur causa ardua, quando agitur tantum de possessione, vt Rota decis. 50. in antiquis, de offic. Archidiacon. & alij, vt per Decium in c. edoceri, nu. 8. de rescript. fol. 80. Negari tamen non potest quin sit maximi momenti esse possessionem apud vnum, aut alterum eorum, qui super aliqua re contendunt in iudicio, Nam (vt practici dicunt) Beatus est t qui possidet. Quod dictum originem habuit à Glo. in c. si tres, de pace tenenda, quam ad hoc notat Iason in l. naturaliter §. nihil commune, n. 80. ff. de acquir. poss. post Ioan. Andr. in additionib. ad Speculator. tit. de restitu. in integrum, §. quis autem, col. 3. facit, §. commodum, Instit. de Interdict. & l. 28. titu. 2. part. 3. ibi, Pro muy grande nace al teneador delas cosas, & l. 1. tit. 14. part. 6. ibi, E tiene muy gran pro tal entrega al heredero, porque gana luego el señorio quando se haze con derecho; y aun porque siempre es de mejor condicion el que tiene la cosa, que el que la demanda: & facit text. in l. in pari causa, ff. de regul. iur. vbi Decius alios possessionis utilitates congerit, quem legat qui circa commodum possessionis scire cupit aliqua: & in c. licet causam, post Felin. de probation. Iason, in l. 1. nu. 7. ff. solut. matrim. Ioan. Lop. in repetitione rubrica de donation. aut. vir. & vxor. in quibusdam libris colum. 431. & in alijs locis, §. 75. Gomez in regul. de non. tollend. iur. quast. quast. 5. pag. 91. Ripa in capsapè, numer. 2. cum alijs, de restitu. spoliator. Simon de Prax. lib. 5. de interpr. defun. volun. dubit. 3. numer. 28. & 29. fol. 529. plenissime Tiraq. qui in hoc etiam certamine vincit, in tractat. de primogen. in opinione 11. quast. 17. pag. 190. nu. 1. cum alijs, vbi tractat qualiter is qui est in possessione, praefertur, de duobus qui litigant, & contendunt se esse primogenitos: & idem Tiraq. in eod. tract. quast. 40. num. 2. pag. 322. qui refert Matthaeum ab Afflic. hoc dicentem expressè in cap. 1. de natur. succes. feudi, numer. 60. fol. 50. Mascard. in tract. de probation. lib. 3. conclus. 1195. numer. 22. fol. 111. quibus iunge Peraltum in rubr. ff. de hered. instit. numer. 123. pag. 75. colum. 2. vbi saluat quoddam consilium Decij 443. qui Decius voluit, nepotem non esse praefertendum patruo in successione maioratus, t vbi patruus esset maior aetate, & fuisset in possessione bonorum maioratus: nouissimè Menoch. in tract. praesumpt. libro 6. praesump. 69. num. 1. cum seqq. fol. 135. qui plura notabilia scribit, & cumulat viginti quatuor privilegia illorum qui possessionem habent; & nouissimè Cald. à Pereira

in successione primogen. & renouationis emphyteusis, in tract. de renouat. ad emphyt. q. 17. num. 34. fol. 151. Et qualiter competat t remedium possessionum in bonis Regiae Coronae, tradit Aluar. Valaf. consil. 126. & quod patruus excludat nepotem, quando est maior natus, & in possessione Regni, tradit Conrad. in templo Indic. lib. 2. c. 2. fol. 99. Et in materia legis 45. Tauri, animaduertit, quod quando dominium transit t ex legis dispositione, rem ipsam comitatur; secus in hominis dispositione: vt tradit Anton. Peregrin. in tract. de fideicommiss. artic. 16. num. 97. fol. 455. quod conuenit scire ad possessionem, quae dicta lex in successorem vocat ad maioratum transfert. Et non est omittendum quod scribit Socin. Iun. in cons. 145. num. 12. lib. 2. vbi probat quod filij t possidentes, tuendi sunt in possessione, opponentes excipiendo de renouatione primi testamenti, quod quotidie contingit. Mouetur per scripta per Salicet. l. sancimus, C. de testam. Angel. Aretin. in §. penultim. num. 2. quib. mod. testam. infirmen. Et si aduersus substitutum bona possidentem agatur, atque actio proponatur ex eo, quod conditio fideicommissi defecerit, quia institutus habuerit liberos superstites, necesse habet actor non solum probare institutum liberos habuisse, sed & esse patri superstites, secundum Bartol. in l. qui duos, §. cum in bello, §. de rebus dubijs, & alios plures, quos citat Mascard. post Couarru. lib. 3. de probation. conclus. 1345. n. 12. fol. 287. scribit etiam Deci in cons. 17. num. 6. quod reus & possessor tuendus est in possessione bonorum feudaliu, & quorum successio ad masculos tantum pertinet, donec contrarium probetur, & reus est absoluendus. Et in primogenitura t attenditur quis sit primogenitus, & an possideat, secundum hos decisio. 10. num. 2. sic scribit Cephal. in consil. 608. nu. 55. lib. 4. quod si quis sit in possessione primogeniturae, t praesumitur possidere ex titulo solemnij, Et in dubio possessio fideicommissi est danda illi qui reperitur in possessione, vt resolut Cephal. in consil. 134. n. 55. lib. 1. Et quod qui est in possessione primogeniti sit absoluendus, tradit etiam Molina in ista materia maioratum lib. 4. de primogen. c. 7. n. 36. fol. 176. Quod si creditor possideat bona maioratus, quia illi obligata fuerunt cum facultate Regali, & successore in maioratu petat talia bona, dicens, quod tempore alienationis erant alia bona libera, de quibus debitum solui poterat, releuatur talis creditor reprobandus, quod extabant alia bona libera, ex doctrina Curtij Sen. conf. 27. Loazes in l. filius familias, §. Diui. n. 138. ff. de leg. 1. Sed in principali quaestione, qua tractat ibi Molina, addo Decium in cons. 519. n. 7. sequuntur Roland. in cons. 19. n. 9. lib. 4. Hiero. Gabr. cons. 118. n. 6. & 7. Et quod ex verbali possessione t non amittatur possessio, tradit Melsia in l. 9. Toleti, p. 2. fundam. 2. n. 23. fol. 145. ex Bart. in l. 1. §. huius interdicti, ff. de interdict. Aretin. in l. Prator aut. si ff. de acquir. hered. Et vbi dominus est in possessione feudi, & vassallus contendit feudum esse antiquum, debet ipse probare; quia praesumptio est pro domino, secundum Aluarot. in c. 1. §. vlt. de success. frat. & gradibus successon. Alex. cons. 10. n. 1. lib. 3. Curt. in tract. feudor. p. 1. q. 8. nu. 17. Aym. de antiq. temp. part. vlt. nu. 6. & alij quos citat Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. Cent. 2. casu 191. nu. 6. qui refert Glof. Paris. Zafium, Cephalum, & alios, & libro 3. praesumpt. 93. num. 9. pag. 379. qui plures citat, Iosephus Mascard. in tract. de probat. lib. 2. conclus. 771. num. 5. cum sequentibus, fol. 101. De quo legenda est Glof. Par. p. 2. consuet. Paris. §. 55. num. 156. fol. 94. & quae scribo infra, quast. 8. Ex quibus inferri potest, quod si duo t fratres, vel alij litigent inter se super successione bonorum maioratus, ambob; praetendant res super quibus est contentio, esse de proprio maioratus; ille qui possidet releuatur ab onere probandi, quod quotidie contingit. Et si dubitetur quis prior decesserit, fauendū est, & praesumptio capienda pro possessione, secundum Barr. in l. si inter, in fine, ff. de reb. dub. Cuman. Alexan. & Imol. in l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Trebel. Decif. Pedemont. 108. num. 4.

num. 4. Et in illa tenebrosissima quaestione, quae in praetenti in hac Regali Cam. ellaria, ingenti cum altercatione, est disputata, an sit necesse laico, qui est in possessione exigendi decimas per tempus immemorabile, ostendere privilegium Apostolicum, quae quaestio non est praesentis institui, & grande examen requirit. Quibus etiam addo Glof. Paris. in 1. p. consuetud. Paris. §. 8. num. 6. vbi tractat, quod possessio vel quasi possessio primogeniturae t releuatur ab onere probandi, & transfert onus probandi in aduersarium, dummodo talis possessio sit acquisita de consensu & patientia eius, ad quem pertinet: vt latius per ipsum tractatur, & infra ego disputabo. Et ad istam doctrinam Glof. Par. addo Paul. Castrenf. in cons. 17. vlt. p. petitione, num. 3. lib. 1. vbi tradit, quod feudum praesumitur habuisse originem ab vno stipite, de quo possidentes descendunt. nec praesumitur pluralitas, sed vnitas. Ex qua doctrina inferri potest, quod si paratur ab aliquo vnus ex duobus maioratibus quos possidet, veluti à diuersis personis procedentibus, praesumitur t pro vnitate talium maioratum, & pro possessione eius, qui dicit ab vna & eadem persona processisse: quod in facto euemisse memor sum: & vide eundem Paul. con. 283. de vtraq; q. lib. 2. & tractat etiam notanter de commodo possessionis D. Castellus in l. 17. Taur. in vers. ex quo multi sequuntur effectus, fol. mibi. 86. col. 4. vbi cumulat triginta & septem effectus possessionis: ad quem addo Ripam in c. sepè, n. 2. de restitu. spoliator. Contia in memorabili, in verb. possessione commoda. Pro quibus facio quae scribit Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 52. glof. 1. num. 93. & in tract. de primogen. q. 17. num. 14. pag. 193. & quod post Cagnolum in l. in ambiguis, ff. de regul. iur. tradit Cephal. in cons. 366. num. 24. lib. 3. qui dicit, dictam legem, in ambiguis, non procedere vbi vnicuique possidet aduersarius mulieris. Et doctrina tenentium, quod identitas praesumitur si allegetur, vt per Bartholum. Socin. in cons. 149. lib. 1. Purpurat. in l. cum quid, nu. 144. ff. si cert. pet. Menoch. de praesumptio. lib. 1. q. 48. n. 19. & probatur in cap. cum Ioannes, de fide instrumen. & voluit Barr. in l. si in rem, ff. de rei vendicac. & in l. si inter duos, §. fin. ff. de leg. 3. Anton. in c. 2. de libell. obligation. Barthol. Socin. in cons. 189. num. 5. lib. 1. Iason in l. eum qui, in popularibus, num. 15. ff. de iureiurand. & est etiam notabilis l. 15. titu. 2. par. 1. vbi constat, quod Clericus ante obtinens beneficium, vel dignitatem t habeat aliqua bona patrimonialia, & ignoratur (ipso defuncto) quae sint bona quae Clerici habebat ante adeptam dignitatem, & consanguinei Clerici sunt in possessione; tenetur Ecclesia probare, quod ex Ecclesia habuit bona: de quo vide Ioseph. Ludouic. decis. 33. numer. 6. cum sequentibus, Petrum Surdum in tractatu de aliment. titu. 9. quast. 12. numer. 3. fol. 350. quod probat Glof. in cap. nulli, §. 12. quast. 5. quam singularem dicit Barba. in repet. rubric. Cod. qui admitti: colum. 1. & consil. 23. Scriptis, col. 11. & consil. 50. Illud adferam, celum. 1. lib. 1. quem citat Rebuff. in tractatu de pacifico possessore, num. 374. pagin. 341. vbi num. 375. tradit, quod si vir, & vxor conuentionem faciant inter se, quod bona superstiti remaneant, nec appareat vter prius decesserit; Et haeres vxoris petant bona vxoris: haeres des viri bona viri; illi t debent obtinere, qui bona possident: & Barr. in l. si inter, ff. de reb. dub. & in illo loco Rebuff. ac alia ad propositum scribit notabilia; quem punctum in terminis tractat Episcopus Couarrunias lib. 2. resolutionum, cap. 7. per totum, maxime, n. 6. versic. tertius, quem citat Olafcus decis. Pedemont. 108. ad finem, laudando illum. Et de doctrina Glof. in dicto cap. nulli, agit etiam Menoch. in tract. de praesumptionib. lib. 3. praesumpt. 51. num. 9. pag. 345. & facit quod de Pralato scribit idem Menoch. post alios quos citat, dict. praesumpt. 69. lib. 6. num. 15. fol. 135. quibus addenda sunt quae scribit elegantur idem Menoch. lib. 2. de arbit. casu 195. num. 1. cum sequentibus. Et de puncto lege Quintil. Mandos. de signat. gratia, in verbo, licentia testandi, fol. 114. col. 4. Ioseph. Mascardum tractantem de bonis Episcopi, in tractatu de probationib. lib. 1.

conclus. 202. num. 1. cum sequentibus, fol. 141. & concl. 203. & lib. 2. conclus. 61. num. 25. & 26. fol. 17. quos adde ad Episcopum Couarru. in cap. 1. de testam. cap. 6. fol. 32. Et quod si Clericus dotat Ecclesiam t praesumatur dotare de bonis Ecclesiae, tradunt Felin. in cap. ex literis, col. 1. de constitut. Paris. in cons. 128. num. 8. lib. 4. Et ad ista facit singularis doctrina Aymonis in tract. de antiq. temp. part. 1. vers. Viso de fama, num. 32. vbi dicit, quod etiam si in antiquis sufficiant leuiore probationes, & praesumptiones, hoc fallit contra possessorem & reum; & idem Ripa in l. rem qua nobis, num. 59. ff. de acquir. poss. Corne. cons. 35. col. penult. lib. 1. & consil. 19. col. 2. lib. 3. & consil. 24. & consil. 130. lib. 4. Et qualiter estimetur possessio, traditur per Iulium Ferret. in tract. de gabel. num. 390. Ex quibus omnibus infero nouam, & singularem conclusionem; quod si quis possidet bona t maioratus ex fundatione, vel per sententiam transactam in rem iudicatam, vel per sententiam datam in Regali consilio iuxta legem 45. Taur. & postea actione in proprietate, non ostendit victus in possessione per scripturam, vel testes; est absoluendus possessor in proprietate, ad quod facit dicta l. 45. ibi, Se trasfase la possessio civil y natural en el siguiente en grado, que segun la disposicion del mayorazgo deue suceder en el. Per quam legem constat, quod istud iudicium possessionum habet admixtam causam proprietatis, & constat ex his quae scribo, & fundat infra, hac parte, q. 4. vbi probat, quod istud iudicium habet mixtam causam proprietatis. Pro ista conclusione facit quod de causis nobilitatis scribo ex Oratoria infra, & hoc est magis sine dubio; Et istis addo glossam egregiam, quae alias magnam mihi utilitatem in practica praebuit, in l. marrem, C. de probat. in verb. conuenit, quae Glossa, in eod. textu probat quod vbi vnicuique seruus est in possessione libertatis, ac hominis liberi, & aliquis praetendit illum esse seruum & natum antea quam matri libertas concederetur ratione possessionis, quae in seruo adest; agens contra eum tenetur praesice probare t tempus conceptionis serui, alia praesumptio est pro eo qui natus fuit in tempore habili; quam Glossam sequuntur ibi Angel. Bald. Paul. de Castro & Salicet. Pro quibus facit egregia Bartoli doctrina in l. 1. §. non autem; num. 1. ff. de bonor. poss. secundum tabul. vbi tenet, quod quando quis est in possessione, alter qui illa caret tenetur praesice probare remansus in quo se fundat; & possidens releuatur ab onere probandi tempus; ad quod concordantes refert Iason in rubr. C. qui admitti, n. 7. De quo legenda sunt quae scribit Ant. Peregr. in tract. de iure fisci, lib. 6. tit. 6. n. 19. & plura notabilia quae ad propositum, Glof. in d. marrem; & in fauorem possessionum scribit Mascard. in tract. de probation. lib. 3. conclus. 1352. n. 22. fol. 293. & in ista materia est textus ad varia negotia memoria dignus in c. cum venisset, de institution. per quem volunt ibi Anton. & Abb. n. 8. quod quauis regulariter sola possessio in iudicio proprietatis non sufficiat contra proprietarium qui habet pro se iuris praesumptionem, si possessio iuuatur aliquo titulo qualiquali, prodest, etiam si de qualitate tituli non constet; quod tradit Alex. in cons. 119. n. 17. lib. 6. Et possessio t titulata est fortior possessione sine titulo, secundum Bald. in l. qui accusare, C. de don. & alios, vt per Ful. Pacian. in tr. de probation. lib. 1. c. 67. n. 16. fol. 236. Ad haec facit doctrina Innoc. in c. lator, qui filij sunt legitimi, in ver. nota quod obiciens, vbi probat, quod si filius possideat t quaedam bona tanquam legitimus, qui vult ab eo bona auocare tenetur probare filium esse legitimum: per l. filius, & l. circa, ff. de prob. & idem voluerunt Ant. in c. peruenit, n. 5. vers. dic, aut filius possidet, & ibi Praeposit. n. 3. eod. tit. qui filij sunt legit. & haec seruiunt ad decisionem singularis quaestionis, quae in practica contingit. Nobilis genere fuit reconciliatus propter haerem; pro nepos patebat in iudicio nobilitatem, allegabatur pro parte Fiscalis, & communis, probauit amisisse nobilitatem propter delictum haerem, arg. l. Diuo Marco, C. de quaestioz. cum similib. & aliae plures rationes. Responsum

fuit pro parte Nobilis, quod eius avus fuit conceptus ante delictum commissum: & sic avum capacem fuisse, & in consequentiam illius descendentes, iuxta regulam l. 6. tit. 2. 7. part. 2. & concordantiam, quae scripti supra part. 2. q. 4. illat. 2. Et quod cum esset in possessione nobilitatis, praesumendum est, avum conceptum fuisse ante delictum: quod est summè notandum.

Placuit etiam lectores animadvertere de quadam singulari doctrina quae dabit in practica commodum, & honorem, scilicet, quod quando agitur in possessorio ad solutionem census, & sufficit probare, quod solutio facta fuit per duos annos, & per duos annos acquiritur quasi possessio annuae praestationis, licet non constet de titulo, secundum Iacob. in titulo, super pensione redditus libellus, versum credo, Guid. Pap. in q. 408. in fi. Petr. Follet. in pract. consuet. in vers. census, sit huiusmodi consuetudine, n. 88. vers. probatur etiam census, fol. 177. Mascard. in tract. de probat. lib. 1. conclus. 299. nu. 1. 5. fol. 17. vbi etiam citat Guillem. Benedict. & Idem conclus. 603. n. 8. fol. 12.

Facit etiam, quod si dominus inuehitur duos, & praefertur illi cui possessio prius tradita fuit, secundum Matth. ab Afflict. in cap. 1. 5. si facta, nu. 14. si inter domin. & agnat. & alios, vt per Anton. Gabr. lib. 3. commun. opinion. tit. de emptione & venditione conclus. 2. n. 11. Cephal. in cons. 658. n. 17. lib. 5. qui nu. 34. refert textum notabilem in l. 1. ff. de pignoriis, & in Ripam probantem, quod si quis rem in solidum obligavit duobus creditoribus, si contentio sit inter ipsos creditores super pignore, praefertur possessor. Et quid si pater vivente filius legitimatus fuit in possessione primogeniturae, an mortuo patre ipse debeat habere feudum, vel filius primogenitus legitimus, resoluit Matth. ab Afflict. in c. mulier. 8. naturales, notabil. 2. num. 21. folio 93. qui refert, quod ipse scribit in cap. 1. de successione feud. num. 60. folio 193.

Hinc etiam fit, quod quando filius est in possessione filij legitimi, & non praedicit ei confessio patris, vel matris, qui, in testamento, vel in alia qualibet dispositione, dicunt eum non esse legitimum, secundum textum, Glossam, & communem in cap. transmissi qui filij sint legit. cum concordant. l. 9. tit. 14. part. 3. notant Bartol. numer. 2. & alij in l. filium eum diffimus, ff. de his qui sui sui, vel alieni iur. & in l. neque possessio, Cod. de testamen. Bart. in l. 52. posthumus, numer. 3. 8. si quis ita, ff. de liber. & posthum. & in l. 1. §. si quis, numero 1. ff. de Carbon. edict. & vide Aegidium Boffium in practica criminal. tit. de partu supposito, numer. 12. pag. 379. Barthol. Socin. consil. 39. num. 1. lib. 1. quam conclusionem habui in facto, & allegavi in fauorem quorundam filiorum, quos adversarij contendeant esse illegitimos, quia patentes eorum affinitate erant coniuncti: & matet confessio fuit filios esse illegitimos: de quo puncto latius agit Tellus in l. 11. Taur. numero 3. vsque in finem legis; & ita intelligenda sunt quae tradit Alexand. cons. 88. numero 13. lib. 7. vbi aliquid videbis ad propositum eorum quae hic tractantur. Et pro ista conclusione est notabilis text. in cap. causam qua. in princip. qui filij sint legit. secundum intellectum Glossae in cap. prouenit, eodem tit. in verb. si est ita, vbi Anton. colum. 2. ibi, aut negat ipsum legitimum faciendo matrimonium, & num. 5. vers. scilicet. die, aut filius, & doctrina Innocent. in cap. lator, qui filij sint legit. in vers. Nota, quod obijciens illegitimitatem, eam probare debet.

Et istis conuenit alia conclusio notabilis, quod licet quis non praesumatur agnouisse bonorum possessionem in tempus debitum, fallit si sit in possessione bonorum: nam tunc praesumitur, & quod infra tempus debitum agnouit eam, secundum Barba. Iason. & Decium in rubr. Cod. qui admitti, Alciat. in consil. 3. si quod, numer. 1. Menoch. in tract. de presump. 104. qui refert per ipsum notabil. lib. 2. de arbitr. iudic. casu 48. numer. 10. Et quis praesumitur esse in quasi possessione noualium, cum est in possessione caeterorum, vt tradit Cephal. in consil. 37. numer. 31. libro 3. quod prodest scite ad Bursari defensam, & decisionem aliarum similiarum rerum. Et in illa difficili quaestione, an quis teneatur pro-

bare se esse proximiorum, vel sufficere probare se esse proximum; de qua plura scripti p. 2. quaest. 7. si quis sit in possessione alicuius rei quam praetendit, sufficit illi probare quod est proximus, licet non probet se esse proximiorum, vt resoluit Berouius consil. 232. libro. 3. quem ita intellexit Anton. Gabr. lib. 1. commun. opin. tit. de probation. conclus. 1. num. 23.

Et etiam aliis in facto, in lite cuiusdam nobilitatis obtinui; cum quidam nobiles litigarent super nobilitate, quae patri per priuilegium concessa fuit, & allegarent contra vnum ex litigantibus, quod nati fuerant ante priuilegium, & ideo non debebant illo priuilegio, nec nobilitate gaudere: quod si tales filij essent in possessione libertatis, & nobilitatis, per multos annos; non esset illis necesse & probare praecise tempus conceptionis: quia possessio antiqua ab onere non releuatur. Nam licet possessio in casu nobilitatis non releuet ab onere probandi, vt docet Tellus in d. l. 11. num. 8. quod tamen non semper regulariter procedit: id verum est quantum ad probandam nobilitatem ipsam, & eiusdem possessionem: non autem in isto casu, argum. text. iuncta Gloss. in d. l. marrem, & ex aliis supra scriptis. Et quae notat Iason consil. 20. lib. 3. tex. autem in d. l. marrem, C. de probation. declarat Anton. Peregrin. in dicto tract. de iur. iur. lib. 6. tit. 6. num. 30. pag. 366. hoc etiam adductum fuit in practica ad probandum. Et contentio super quadam villa maioratu subiecta: allegabatur, quod illi possidens erat incapax succedendi in maioratu, quia erat filius incestuosus. Replacatum fuit, quod natus fuit post obitum & quandam dispensationem. Instabat actor, quod reus tenebatur probare praecise, quod natus fuit post dispensationem, qua probatione deficiente, dicebat habere intentionem. Sed hoc actor obtinere non potuit; quia reus probauit, quod erat in possessione filij legitimi, & erat praesumptio, quod natus fuerat in tempore licito, & habili: quod est notandum, quia quotidie contingit in huiusmodi litibus. Pro quo faciunt scripta per Aymonem, consil. 166. num. 2. cum sequentibus.

Pro quibus etiam facit regula text. in cap. per tuas, de probation. vbi probatur, quod filius qui in quasi possessione filij constituitur, praesumitur talis, nisi contrarium probetur, quod volunt ibi Abbas, Decius, Felinus, Bart. in l. 1. Cod. quor. benor. & alij plures quos citat Menoch. de arbitr. lib. 2. Centur. 1. casu 89. num. 69. pag. 241. Confirmatur, quia validior est & praesumptio quae descendit à quasi possessione quam illa, quod res praesumatur esse libera, secundum Raphael. Cuman. in l. si prius, num. 15. ff. de nou. oper. nuntiat: quod tradit Menoch. in dict. lib. de arbitr. lib. 2. Cent. 5. casu. 47. 2. num. 26. pag. 75. 1. Et est praesumptio iuris, & de iure, quod ille qui possessionem prius adipiscitur beneficii, priorem habuit collationem, vt tradit Rebuff. in tract. de pacifico possess. num. 371. pag. 330. de quo legi debent Bartholom. Socin. in l. 1. numer. 13. ff. solut. matrimon. & in consilio 67 libro 3. Decius in consilio 169. & 689. quos citat Mascardus in tractatu de probationibus libro 1. conclusion. 314. num. 4.

Item sicut Papa non videtur derogare & iuri alteri quaesito, ita neque possessioni, secundum Abb. in c. 1. colum. 3. in vers. item contra hoc dictum, de rescript. & alios quos refert Felin. in cap. in nostra, corollar. 36. eod. tit. Ludouic. Gomez in regul. de non tollend. iure quaesito, vers. praterea, pag. 92. vbi alias possessionis utilitates refert. Ad haec conducit distinctio notabilis Ioannis Lopij in rubric. de donation. inter vir. & vxor. §. 60. numero 20. vbi scribit, quod in possessorio, illud quod vxor possedit, & praesumitur vxoris: Sed in pe- 28 titorio refert an habuit possessionem ante matrimonium, & praesumitur vxoris; aut recentiorum, & tunc aut est controuersia cum viro, & praesumitur viri; & acquisitum de eius patrimonio: aut cum extraneo, & praesumitur vxoris, per iura & autoritates quae ibi refert; ad quem addo Alciat. in tract. de pres. reg. 3. praesump. 26. numero 2. vers. quinto declara. Anton. Gabr. libro 1.

libro 1. commun. opin. tit. de presump. conclus. 15. nu. 19. Bald. & alios quos citat Menoch. in tract. de presump. lib. 3. presump. 51. num. 44. pag. 341. Mascard. in tract. de probation. lib. 1. concl. 30. num. fol. 45. Et ex his etiam, & textu mirabili in l. exitus ff. de acquirend. possess. cuius sunt verba: Exitus controuersa possessionis hic est, vt prius pronuncietur index vter possideat: ita enim fiet, vt qui videtur esse de possessione, petitoris partibus fungatur: & tunc de dominio quaeratur. Et in dubia voluntate defuncti pro possessore est pronuncian- 29 dum, & secundum Corneum in consil. 239. numer. 6. libro 2. & qualiter possessor debeat praeferrari disputat Quintil. Mandol. in regul. Cancellar. regul. 16. quaestione 50. fol. 105. Et vbiunque solus primogenitus est in possessione, secus est: vt tradunt Matth. ab Afflict. in cap. 1. de feud. alienation. §. praterea, num. 7. fol. 314. Foluius Pacianus in tract. de probation. lib. 2. cap. 36. num. 37. fol. 140.

Fuit etiam in practica obtentum, quod cum duo egissent actione hypothecaria ad quandam rem, in qua quilibet eorum praetendebat praedantem in hypotheca pendente iudicio, vnus illorum per decretum interlocutorium reuisionis in possessione & tutius fuisse postea autem cum de iure hypothecae in eodem iudicio in proprietate contentio sequeretur, ille qui de possessione alium superauit, fuit etiam in illa hypotheca praelatus, quia victus de possessione non ostendit executionem factam in bonis principalis debitoris, quae omnino erat necessaria ad hoc, vt hic tertius possessor, qui in iudicio possessionis alium superauit, possit conueniri actione hypothecaria, autem hoc si debitor, C. de pignor. l. 14. tit. 13. part. 5. quod ad multa alia est necessaria.

Ex quibus inferitur intellectus ad decisionem quaestionis disputatae ab Oloro in tract. de nobilit. 2. p. c. 5. num. 1. cum aliis, vbi tractat, an particulari & incumbat onus probandi, quando obtinuit sententiam in possessione. Et an obtinens sententiam in possessione impotentiendum debeat absolui in proprietate, si nihil aut parum per actorem probatum, sit quod quotidie contingit. Ad quem addo egregiam doctrinam Nartae in cons. 473. num. 9. & 10. vbi concludit sententiam & latam in possessorio, constituere quasi possessionem qualisqualis praedicti contra aduersarium in iudicio possessorio, non tamen operatur plenam, & efficacem praesumptionem pro eo qui in possessionem missus fuit, quem citat Menoch. in tract. de presump. lib. 6. presump. 54. num. 44. fol. 120. Et quod quando alter ex institutis in duobus testamentis est in possessione praefertur alteri, volunt Decius in l. 1. tit. num. 53. C. de edict. Diui Adrian. & ibi Zuchard. num. 457. Rebuff. in tract. de pacifico possess. num. 375. Alciat. in tract. de presump. regul. 3. presump. 4. num. 4. & alios quos citat Menoch. de adipiscen. poss. remed. 4. num. 93. pag. 118. & quod tradit Felin. in c. ex literis, m. 15. vbi scribit, quod si rasura quae reperitur in testamento, est in loco suspecto, & agitur possessorio, & reicitur scriptura absque aliqua inquisitione veritatis: per text. in l. edicto, C. de edict. Diui Adrian. & doctrinam Baldi in l. 1. C. de testam. & Ancharran. cons. 422. incip. praemissa sine allegationibus.

S V M M A R I V M.

- 34 Intellectus ad text. in cap. vt commissi, de haeretic.
35 Substitutio cum est dubia, in possessoris fauorem debet pronuciari.
36 Possessor an praefertur etiam contra dotem.
37 Prioritas temporis qualiter non consideretur quando agitur de possessorio, & ibi quid in pia causa.
38 Praesumptio qua stat pro possessore, an cesset, vbi ius commune resistit possessioni.
39 Possessio qua procedit per viam iuris communis, ab onere probandi releuat.
40 Causa pia an faciat reum possessorem.
41 Bona aliqua si quis tanquam vinculata & maioratum

- obteneat, onus probandi ad illos, qui contrarium praetendunt, transferuntur.
42 Fendum antiquum praesumitur, cum vassallum, vel eius haeres in possessione reperitur.
43 Proximiorum se asserens defunctum non habere, non tenetur probare, si est in possessione.
44 Fideicommissarius cum possidet bona, super quibus sit tractatur an teneatur probare, defunctum, per cuius mortem successit, sine liberis decessisse.
45 Filius quando se esse naturalem probare teneatur.
46 Onus probandi incumbit agenti contra possidentem bona, qua asseruntur acquisita de bonis patris.
47 Ecclesia si litiget, an praefertur possidemi.
48 Possessio bonorum maioratum in sequentem in gradu, ipso facto mortuo possessore transfertur.
49 Lex 45. Taurina in Gallia seruatur. Et quot remedia competant in casu dictae legis, num. 56. 57. 58. 59. 60. 61. & 62.
50 Maioratus & feudum qualiter conueniant.
51 Remedium l. vlt. C. de edicto D. Adrian. toll. qualiter conueniat in successione bonorum feudaliu.
52 Doctrina quadam Burgos de Paz an in feudis continetur possessio, examinatur.
53 Medium nullum datur inter mortem possessoris maioratus & successorem.
54 Iuris ordinis possessorio seruari debet.
55 Exceptio falsi an admittatur in iudicio possessorio.
63 Petitorium & possessorium an possint cumulari, & n. 64.
65 Possessionis appellatione an veniat ciuili & naturalis.
66 Consilium Aduocato ad intentandum remedium praedictae legis 45. sufficit concludere in possessorio, quamuis fiat narratio proprietatis.
67 Libellus, quo possidens petit in possessione ciuili non turbari, & ad naturalem reduci, an sustineatur.
68 Libellus, in quo agitur de possessorio, non alteratur, licet fiat mentio de prioritate & dominio in narratione.
69 Conclusio est quae in libello praedominatur.
70 Clausula, Peto mihi iustitiam, quid operetur. Et an substituitur ex consuetudine, n. 72.
71 Petitorium quando censetur intentatum, & quando possessorium.
Post num. 72. inuenies luminaria quae desiderantur.

EX dictis etiam inferri potest intellectus quaestionis, quam disputant DD. in c. vt commissi, de haeretic. 34 in 6. Gonsaluis q. 23. & alij quos citat Simancas lib. de institut. cathol. cap. 29. num. 50 & 4. fol. 90. An filij haereticorum concepti ante haesim puniantur poenis statutis contra filios haereticorum: nam in tali casu sunt consideranda quae supra scripta sunt, & confirmatio sententiae Baldi in l. vis, eius, C. de probation. lib. 1. vlt. quod allegans si sit in possessione eorum, quae ab eo legat, non tenetur probare, etiam si possessio sit violenta, quem citat Mascard. in tract. de probation. lib. 1. conclus. 78. num. 49. fol. 78. Et quando quis est in possessione, petens ab eo, grauatur duriori probatione, vt per regulam l. si exheredus, ff. de condition. ob causam. l. vltima, ff. quod met. caus. tradit Cephal. in consil. 340. num. 5. lib. 3. & pronuncian- 39 dum est contra substitutionem dubiam in fauorem & possessoris, secundum Aymonem in consil. 180. in fine, Menoch. in cons. 97. nu. 101. lib. 1. Et istam materiam nouissimè, & latissimè tradit, ornat, & declarat Ioseph. Mascard. in tract. de probation. lib. 3. concl. 119. num. 1. cum seqq. fol. 111. & quod ille qui est & in possessione praefertur etiam contra dotem 36 tradit Iaf. in l. 1. n. 7. ff. solut. matrim. Mascardus lib. 1. concl. 574. num. 4. fol. 347. & lib. 3. conclus. 1171. num. 133. fol. 76. De quo legendum est quod scribit Anton. de Fano in tract. de pignoriis. p. 2. memb. 4. num. 110. fol. 42. & part. 5. memb. 2. num. 45. fol. 101. Episc. Couar. resolution. lib. 16. n. 2. & 7. Peralt. in l. si quis in principio testamenti, num. 86. ff. de legat. 3. pag. 414. Et qualiter & prioritas 37 temporis non consideretur quando agitur de possessio

torio, tradit Ofasc. *decif. Pedem. 1.3. num. 8.* Secus autem in pia causa, quia ea in dubio praefertur possessori: vt tradunt Iaf. in l. de die in fin. ff. qui satisfacere cogantur. *Deci. conf. 103. num. 9.* Menoch. de adipiscen. *poss. remed. 4. num. 789. pag. 118.* qui in contrarium refert Alciat. in *tract. praesump. reg. 3. praesump. 43. num. 5.* & ibi Menoch. *num. 793.* scribit alias possessionis utilitates. Qua in re memorabilis est conclusio, quod cessat praesumptio quae stat pro possessore, vbi ius commune restitit possessioni, nisi probetur praescriptio immemorialis, vt tradit *Curti. lun. qui communem dicit in conf. 90. num. 2. lib. 1.* quem citat Francisc. Manric. de *sanct. men. defun. lib. 12. tit. 17. num. 11. pag. 642.* qui alia in confirmationem adducit. Et ego de hoc tracto in principio 2. part. *coniectur. 2.* & idem voluerunt Salicet in l. circa ff. de probation. & in l. moueor, C. de seru. exportat. F. Iulius Pacian. in *tract. de probation. lib. 2. c. 19. num. 31. fol. 62.* Et possessio quae procedit per viam iuris communis, et releuat ab onere probandi, & transfert in aduersarium; non etiam quae non procedit nisi ex privilegio, seu iure speciali secundum DD. in l. solennibus, C. de fide instrum. Bald. in l. circa ff. de probation. & alios quos citat Fuluius Pacian. in *tract. de probation. lib. 2. c. 20. num. 17. fol. 66.* & repetit *num. 49.* Et vbiunque dubitatur quis prius fuit, in dubio fauetur possessori, secundum Cuman. in l. ex facto, §. si quis autem ff. ad Trebell. *Ofasc. decif. Pedem. 108. num. 4.* & quod pia causa faciat reum praesentem, notanter tradit *Deci in d. l. ult. C. de edic. Diui Adrian. num. 54.* Angel. *Matthaeac. in tract. de fidei. om. lib. 4.1. num. 22. fol. 160.* quae repaet notandum. Et ad varia poterat inferri intellectus, quae omitto, vt propius ad materiam postquam accedamus. Et quod foeminae sint admittendae ad successionem quando sunt in possessione contra agnatos, quia quoad alios liberas aedes habeamus, resoluunt in notabili casu Curtius senior in *conf. 50. nu. 18.* Est igitur possessionis utilitas maximi momenti, prout vltra praedictos latius explicat Anton. Gomez in l. 45. *Tauri.* qui cum legem illam interpretari rectius vellet, totam ferè materiam possessionis accumulauit; nos agemus tantum de possessione bonorum maioratus: & quantum vires sufficiant interpretari conabimur.

Ex praedictis etiam inferitur, quod si quis possideat aliqua bona tanquam vinculata, & maioratus, et transfertur onus probandi ad illos qui contrarium praetendunt. Pro qua illatione etiam facit, quod scribit Iacob. de Bello visu, & Alciat. in c. unico, de gradib. success. vbi dicunt, quod quando praesentibus, vel illius haeres reperitur in possessione feudi, praesumitur feudum antiquum: alias secus, & probatur in c. 1. in princ. si de feud. *defuncti controversia sit inter domin. & agnat.* & confirmat. *Gloss. Parisien. part. 1. consuetud. Parisien. §. 5. num. 89. fol. 84.* & 2. part. §. 55. num. 146. fol. 94. De quo legator legat Menoch. *lib. 2. de arbitr. iudic. casu 191. num. 1. cum sequentibus:* & asserens se defunctum non habere aliam proximam, et non tenetur probare si est in possessione, secundum Bertrand. in *conf. 23. lib. 3.* Anton. Gabr. *lib. 1. commun. opin. tit. de probation. conclus. 6. num. 23. pag. 9.* De quo legenda sunt quae scribo *part. 2. q. 7. a num. 59.* Et addit Anton. Gabr. *vbi supra, num. 27.* Quod quando fideicommissarius possidet bona super quibus lis est, et non tenetur probare defunctum, per cuius mortem successit, decessisse sine liberis, refert Imol. in l. ex facto, §. si quis autem ff. ad Trebell. vbi Cuman. *Crot. in c. Rainuntius, de testam. De quo legenda sunt quae scribo part. 2. q. 5. a num. 81.* Et ad ista facit quod in illa magna quaestione, an filius praesumatur naturalis, vel spurcius, distinguit Aymon. in *conf. 266. num. 3.* inquit, quod si filius agit aduersus quasi possessorem; tenetur praesentibus probare esse filium praesentem. Si vero conueniatur, & sit reus, & quasi possessor; praesumitur quod sit filius naturalis: & idem voluit Stephan. Bertrand. in *conf. 135. Quia scienti,* & in *conf. 158. Etiam si verum sit, lib. 1.* quos refert Francisc. Manric. qui articulum late disputat in *tract. de coniectur. men.*

defun. lib. 6. tit. 11. num. 33. pag. 248. & melius noster Tullius in l. 11. *Tauri, num. 3. fol. 102.* Et ista omnia quae dicta sunt de commodis & vtilitate possessionis, magis locum sibi vendicant, vbiunque possessionem quam quis habet, est per sententiam in rem iudicatam transacta, quia tunc maior est praesumptio pro eo, & possessore, argument. *l. in se possidet ff. de acquir. possess. cum ibi notatus, & in aliis similibus locis.*

Ad quae omnia addo vnum singulare, & quotidianum filius habentibus meliorationes a parentibus; quod agenti contra possidentem bona, quae assentuntur acquisita de bonis patris; incumbit et onus probandi, vt singulariter voluit Bald. in *authen. ex testamento num. 9. C. de collation. Alex. in conf. 171. num. 5. lib. 6.* tradit late Roland. *conf. 90. num. 9. lib. 2.* Et in successioneibus, & aliis praesentibus praefertur debet qui est in quasi possessione, vt tradit Iacobus Portius *conf. 167. num. 10.* in graui negotio inter Duces Ferrariae, & Florentiae: Esti agatur super possessore beneficii, si sicut ostendere sententiam esse latam, secus in petitorio, vt tradunt Felin. in c. cum venerabilis, *num. 10. de except. Regid. decif. 578. Srolatus, quos, & Hippol. citat Rebus. in tract. de nomination. num. 193. pag. 301.* Sciendum autem est aliud extraordinarium: quod si Ecclesia litiget cum alio; et praesentur possidenti, vt tradunt *Decius in l. ult. ad fin. de edict. Diui Adrian. Tiraquell. in tract. de pia causa privileg. 35. pag. 76.*

Scire igitur oportet, quod mortuo possessore rerum maioratus ipso (vt aiunt) facto, absque aliqua apprehensione et transfertur possessio bonorum maioratus in sequentem in gradu, quamuis antecessor possessor in vita filij tradiderit possessionem, vel alius quilibet illam occupauerit: prout latius in d. l. 45. *Tauri,* cauetur in qua materia plures se offerunt quaestiones necessariae, & practicae. Nec dispositio legis est noua, & solum in Hispania seruata, quia in Gallia est alia ferè et similis constitutio, prout refert Glo. Paris. in *consuetud. Parisien. part. 1. §. 8. glo. 2. num. 1. fol. 111.* vbi dicit, quod mortuo patre, primogenitus est ipso iure saisitus, siue verus possessor, & consequenter dominus, & tradit idem latius in d. §. glo. 4. n. 12. fol. 117. Et quod hoc bona maioratus consentur habere maximam et consequentiam cum bonis feudaliibus: in quibus filius viuo patre intelligitur esse inuestitus, ac etiam possidere, & continuatur in eum possessio feudalis sine alia inuestitura: ad id quod viuo patre non deest ius filio, sed administratio, secundum Bald. in *l. cum antiquioribus, num. 11. C. de iure deliberan. Noti etiam, quod quamuis in successione bonorum feudaliu competat remedium l. ult. *Cod. de edict. Diui Adrian.* intelligitur quando in testamento fuit instituta illa persona, quae debebat ab intestato succedere, vt notat Matth. ab Afflict. *decision. 119.* & ibi Vrsillus, quos citat Fuluius Pacia. in *tract. de probat. lib. 2. c. 39. num. 41. fol. 154.* & dicit idem Bald. in c. num. 1. de *controvers. inter mascul. & femin.* quod in feudis filius magis venit ad possessionem continuatam, quam ad nouam possessionis adeptionem. Ad quod alia plura refert Tiraquell. in *tract. de primogen. q. 40. num. 99. pag. 287.* ad quem addo Praepositum in rubric. *de feud. Marchia. n. 10. vers. decimo octauo. fol. 34.**

Ex quibus iusta ratione dubitari potest de quadam et doctrina Doctoris Burgos de Paz in *proemio l. Tauri, num. 74.* vbi vult, quod in feudis non continuatur possessio, per doctrinam Bald. in l. 3. *num. 2. C. vt in possess. legat.* secus in maioratibus per d. l. 45. Sed distingui potest, quod doctrina Baldi et aliorum procedit in filiis succedentibus in feudo, & quod tradit noster Hispanus, locum habeat in aliis extraneis succedentibus in feudis quod constat ex traditis per Tiraquell. in l. si vnquam, in *princ. num. 20. C. de renouand. donationib.* Et punctum notanter tractat Caldas Pereira in *tract. de renouat. emphyteuf. q. 10. num. 11. 12. & 13. fol. 75.* Et quod nullum et sit medium inter mortem defuncti possessoris maioratus, & successorem in

in maioratu, constat per doctrinam Bald. in *conf. 330. Sicuti cauetur, quod conditor. col. 1. vers. scilicet. tertio quaritur, lib. 1.* quem citat id confirmando Tiraquell. in *tr. le mort. par. 2. declar. 6. num. 9. pag. 89.* Quod conuenit scire ad multa, quae in ista materia maioratum se offerre possunt. Et quod in possessore sit seruandus et iuris ordo, tradunt Bart. in *l. naturaliter, §. nihil commune ff. de acquir. possess. Abb. in c. consultationibus, de offic. Delegat. quos citat Vantius in tract. de nullit. ritul. de nullit. ex defect. process. num. 6. pag. 620.* Et quod in iudicio possessore et non admittatur exceptio falsi, tradunt Maluerius in *sua pract. tit. de possessore, num. 35. Capicius decif. 15. Menoch. de retinend. poss. remed. vlti. num. 43. pag. 292.* qui refert Couar. in *practic. 17. num. 4. & de recuper. poss. remed. 1. num. 346. pag. 348.* qui refert Glossam Bart. Salicet. & alios in l. 2. *C. de edict. diui Adrian. Bald. in conf. 348. lib. 3.* Et quod possessio aliter aestimatur, quam res tradunt Bartol. in l. si duo, §. final. ff. *vti possidetis,* Ferratus in *tract. de gabelis, num. 390. fol. 206.*

Et antea quam ad quaestiones deueniamus, sciendum est, quod et successor in maioratu, non solum potest intentare remedium dicta l. 45. *Tauri,* sed etiam vt potest beneficio dicta l. vltim. *C. de edict. diui Adrian.* pro adipiscenda possessione bonorum maioratus, secundum Petrum a Bellapertica, Cinum, & Bald. in ea lege, *C. de condit. ob caus.* quam opinionem tenent, & sequuntur plures Doctores, quos refert Ant. Gomez in d. l. 45. *num. 18.* & plures quam triginta refert Tiraquell. in *tract. de mort. saist. de vis. part. 6. declar. 2. n. 2. & 3. pag. 244.* Cui addo Chassanæ in *consuetud. Burgund. rubr. 7. le mort. saist. §. 1. num. 1. fol. 224. col. 2.* hodie in inuestitione noua pag. 890. Hugo Cellius *conf. 1. num. 13. Patif. in conf. 41. num. 8. lib. 1.* Suarez in *ritul. De las herencias, num. 16. pag. 448.* De quorum sententia ego dubito tamen casu praedictae legis, quam in consuetudine Galliae, de qua praedicti Scribentes mentionem faciunt: quia remedium dicta l. vltim. competit quando producitur scriptura testamenti, & non aliam, vt apparet ex tota illa lege 2. tit. 14. *part. 6.* quae concordat cum praedicta lege: de quo vide quod scribo infra *hac parte, q. 17. a n. 83.* Erit tamen vera opinio contraria, vbi per testamentum constaret de maioratu cum qualitatibus requisitis per d. l. vlt. & d. l. 2. tit. 14. *part. 6.* Erit autem vtile, si possibile est, intentare remedium dictarum legum, ad hoc, vt fieri possit executio non obstante appellatione; vt trado infra *quast. 24.* Quod autem in remedio dicta l. vltim. non veniant fructus relictos post mortem testatoris, volunt Speculator in *tit. de testament. §. sequitur, num. 38. vers. sed nunquid accessiones,* Alberic. *num. 19. in eadem l. fin. & Iacob. in fine, Menoch. de adipiscen. poss. remed. 4. num. 800. p. 119.* Anton. Peregrin. in *tract. de fideicommiss. artic. 48. nu. 61. fol. 445.* quod est memoriae mandandum, quia quotidie contingit. Potest etiam tamen agi remedio adipiscendae quorum bonorum, secundum Bald. in *lea lege, C. de condit. ob caus. & est communis opinio secundum Ripam respons. 80. num. 72.* competit etiam in casu praedictae legis remedium retinendae possessionis, & interdictum, *vti possidetis,* secundum Ioan. Fabrum in §. sui autem *Instit. de hered. qual. & differen. Anchar. in c. 2. de consuetud. Quam opinionem late sustentat Anton. Gomez in d. l. num. 110.* & resouit, quod hoc est proprium interdictum, quod ex illa lege competit; & ita dicit, quod praedictatur, & in hoc nemo vnquam contradicit, secundum Tiraquell. *vbi supra, declar. 1. p. 243. num. 2.* & tradit notanter Carol. Ruin. in *conf. 18. num. 21. lib. 1.* tangit etiam Anton. Gomez in d. l. 45. *num. 19.* An in hoc casu praedictae legis habeat locum interdictum recuperandae: in quo concludit cum Bald. in *authen. defuncto, C. ad Tertullian.* quod succumbit quod in casu praedictae legis intentauerit Interdictum recuperandae, & eam tenet Alex. *conf. 163. num. 6. expreffius Rebus. in rubr. de caus. possess. & propriet. pag. 261. colum. 1. vers. septima conclusio,* Anton. Gabr. *lib. 5. com-*

mun. opin. tit. de restit. spoliat. *conclu. §. num. 8. pagin. 28.* quam conclusionem Ant. Gomez ibi aliquos auctores, & plures refert Tiraq. in d. loco, *declar. 4. pag. 250.* Et idem tenet Iacob. Puteus, qui loquitur expresse in terminis nostrae legis 45. circa successorem Comitum de *Puño en vstro, in decif. 361. part. 1. num. 7.* qui dicit, quod talis possessio dicitur ciuili, & ideo non competit in casu praedictae legis, Interdictum recuperandae; sed fallitur; quia per dictam legem 45. transit in successorem in maioratu possessio ciuili, & naturalis, & contra praedicta est notabile consilium Ripae *respons. 46. per totum, & quod primogenitus possit intentare actionem spolij,* tradit idem Iacob. Puteus *decision. 176. part. 2.*

Ex et quibus videtur, quod haec est communior opinio, licet Tiraq. *vbi supra, num. 3. & 4.* referat alios, qui contrarium tenent, & Episcop. Couar. *resolut. lib. 3. c. 8. num. 6. fol. 188. vers. sic & in interdicto recuperandae,* quo in loco tenet contra Baldum *vbi supra,* & sequitur Faber in d. §. sui autem, & haec opinio Ioan. Fabri, quod possit intentari Interdictum recuperandae, seruatur in Francia, teste Parrucio in *tract. de viribus iuramenti, in primo effectu,* & Petrus Rebus. *tom. 3. ad constitution. Regias tit. de mater. possess. in praefat. num. 39. pag. 229.* & eam defendit Ripa *respons. 80. num. 76. & in l. 1. num. 14. fol. 242. ff. quor. bonor. Iason in conf. 185. in princ. lib. 3. & in conf. 146. num. 2. lib. 4.* & faciunt scripta per Iacob. Pute. *decif. 176. part. 2.* & tradit etiam Anton. Gabr. *lib. 5. commun. opin. tit. de acquir. poss. conclus. 7. p. 276. col. 2.* Opinio vero Baldi in illo loco, communior est secundum Alciat. in *tract. praesump. in praem. pag. 31.* & pro opinione, quod possit intentari remedium Recuperandae; plures citat Molin. *lib. 3. de primogen. c. 13. num. 7. fol. 90.* qui alia ad propositum scribit. Quod verius et credo, propter verba praedictae legis, quae disponunt quod in successorem maioratus transeat possessio ciuili, & naturalis: & Doctores tenentes, quod non potest intentari in isto casu interdictum Recuperandae; ea quidem ratione mouentur, quia dicunt, quod non est vera possessio ante apprehensionem naturalem, quia cum non potest lex transferre sine actu naturali, & organo corporis, vt post alios tradit Alciat. in loco citato. Et cum ista ratio apud nos cesset ex dispositione d. l. 45. absque dubio licet intentare interdictum Recuperandae. Ad quod alios Doctores refert Ant. Peregrin. in *tractat. de fideicommiss. artic. 47. nu. 23. fol. 432.* Et quod in iudicio possessore Recuperandae, filius familias possit agere sine consensu patris, tradunt Bald. in *conf. 217. lib. 2.* Menoch. *de recuper. poss. remed. 1. num. 427. pagin. 348.* qui refert, Rebus. qui addit, quod in istis casibus vxor potest agere sine mandato viri, quod est notandum pro legibus Regni statuentes, quod vxor non potest esse in iudicio sine licentia mariti.

Et quod et in casu nostrae legis possit quis intentare remedium Adipiscendae, & remedium retinendae, sed diuersis respectibus, probatur ex doctrina Pauli Castren. *conf. 78. vers. his non obstantibus, & conf. 214. lib. 2.* quem citat Anton. Gabr. in *lib. 5. commun. opin. tit. 5. de acquirend. possessio. conclu. 7. num. 6. pag. 276.* in quo loco etiam tractat, an competat remedium Retinendae, & Recuperandae, & beneficium d. l. vltima, *C. de edict. diui Adrian. de quo tracto infra, q. 24.*

Et animaduerto ad singularem doctrinam Iacob. Put. *decif. 198. p. 1.* vbi resouit, an agens hypothecaria habeat interdictum pro possessione ciuili, & an creditor habeat interdictum pro ista possessione. Ex quibus consulo Aduocatis, adomoneant volentes petere possessionem bonorum maioratus, vt simul cum remedio legis 45. intentent, & petant contra Iudices ordinarios istius Regni et remedium dicta l. vlt. conditionaliter, scilicet, petendo se tueri in possessione bonorum maioratus. Et si necessarium fuerit, & oportuerit, quod concedatur de nouo virtute dicta l. vltima.

& quod in casu dictæ legis ultimæ competat remedium illius legis virtute statuti Italiæ, per quem continuatur possessio in heredem, volunt Cinus, Alberic. Bald. & alij, in d. l. vlt. & plures, quos citat Tiraquel, in tract. de mort. saist. le vis, part. 6. declarat. 2. num. 8. & tradit idem par. 2. declar. 7. num. 13. pag. 97. nec contradicit Anton. Gomez in d. l. 45. Tauri, num. 134. fol. 189. & alios citat Menoch. de adipsi. cen. posses. remed. 4. n. 507. pag. 94. licet ad contrarium citat Beroium in conf. 61. num. 25. lib. 2. Sed (salua pace doctissimi Menochij) hoc Beroius non dicit. Pro quo vltra prædicta est egregia decis. Guid. Pap. 219. num. 1. vbi vult, quod si hæres accipiat possessionem partis bonorum, & aliorum habere non possit; potest pro his quæ possidet, petere confirmationem possessionis, & pro his quæ non possidet intentare remedium dictæ l. vltimæ, quod proderit ad multa, præcipuè, quod si iudex pronuntiet sententiam, per quam decernat esse mittendum aliquem in possessionem bonorum maioratus, quamuis pars contra quam fuerit lata sententia, appellat; operabitur appellatio effectum devolutivum, non suspensivum, secundum ea quæ scribo infra questio. 24. Quibus sunt addenda quæ scribit Ioan. Guttier. q. 35. n. 99. pag. 336. in Canonici, vbi resoluit in casu dictæ l. vltimæ. C. de edict. diu. Adrian. non esse concedendam appellationem ad effectum suspensivum, sed tantum ad effectum devolutivum, quod esse consideratione dignum.

Qua in re lectores animaduertat ad ea quæ scribit, & resoluit Menoch. de adipsi. cen. posses. remed. 4. q. 24. cum seq. n. 138. vbi tractat, quando, & in quibus casibus concedatur fideicommissario, & substituto vulgari, & pupillari remedium dictæ l. vltimæ.

Et in ista materia animaduertat ad vnum, & singulare, & quotidianum: & licet quod ad perendum bona maioratus in iudicio requiritur speciale mandatum, l. qui ita, §. 1. vbi Bart. ff. ad Trebell. l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquirend. heredit. notant Bart. & Imol. in l. filiusfamilias, ff. de donation. Thesaur. decis. Pedemont. 55. num. 2. Et duo remedia, & scilicet petitorium, & possessorium possunt subordinatè cumulari, veluti si quis simpliciter petat possessionem virtute d. l. vlt. de edict. diu. Adrian. & casu quod aliud sit, vel reperitur; potest intentare tanquam fideicommissarius remedium contra grauatum, vt fundat August. Beroi. conf. 78. num. 2. & 3. lib. 3. qui ad hoc citat Felin. in c. 1. de libelli oblatio. pro quo facit regul. legis 1. §. quia autem, ff. quorum legator. Et quod scribit Ferrara in praxi, in forma libelli in actione hypothecaria, vers. coram vobis, pag. 366. Abb. in c. constitutus, de in integr. restit. Iason in §. sed ista, num. 71. de action. Simon de Præc. lib. 5. de interpr. defun. volunt. dubitat. 3. num. 137. fol. 533. & faciunt scripta per Anton. Gabr. lib. 2. commun. opin. tit. de action. conclus. 1. num. 4. pag. 77. Thomas Minadoius decis. Neapol. 31. Et quod Hospitali vocato ad maioratum in defectum, quod non remaneant successores, quod sæpè miraculosè in istis successionebus contingit, competat remedium d. l. vlt. concludit ex pluribus Iason in conf. 214. num. 3. lib. 2. per authen. de Ecclesiastic. tit. §. si quis autem pro redemptione, & doctrinam Bartol. in questione per eum disputata quæ incipit, filium aduultum, & in l. 1. in 6. q. quinta questionis, C. de Sacrosanct. Eccles. Bald. in l. penultim. C. ad Trebellian. & alia quæ citat, quæ addenda sunt ad scripta per Menoch. de recuper. posses. remed. 15. num. 22. & 23. pag. 478. & tradit idem Menoch. de adipsi. cen. posses. remed. 4. num. 201. pag. 73. qui refert Iasonem in d. conf. & Curt. Iun. in conf. 49. quod vidi in magno negotio, & quod possessionis appellatione remaneat possessio civilis, & naturalis, tradunt Alex. in §. nihil commune, num. 175. Cephal. in conf. 552. num. 2. lib. 4. Et potest quis agere non solum, vt manuteneatur in possessione; sed etiam immitti si opus fuerit, vt probatur ex scriptis per Ange. Arret. in §. retinenda, num. 4. de interd. vbi ponit conclusionem, quod si turbat in possessione civilis, competit mihi interdictum retinendæ, quod

(vt ipse dicit) al' quando est restitutorium, & probatur per ea quæ scribit Tiraquel, in tract. de constit. par. 3. ampliat. 26. in fine, Ioseph. Ludouic. dec. 29. num. 25. Pro quibus est etiam doctrina Calcanei in d. conf. 76. & facit quæ scribo infra q. 16. vbi latè hoc tractatur. Prospicere ergo debet aduocatus, ne ex mali libelli conceptione, aut conclusionem negotium amittat. Et animaduertere debet in quantum possibile fuerit, ne fateatur partem aduersam pro possessore, quia ex hoc lis periclitari possit, & ne volens concludere in possessore; concludat in petitorio: considerando notata in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poss. & quæ notanter scribit Ioan. Faber in §. retinenda per totum, inffit. de interd. quod in causa nouitatis, & falsissime animaduertit Nicol. Boer. in consuetudin. tit. des coutumes le iuges, §. 4. pag. 29. n. 2.

Qua in re lectores animaduertat de singulari doctrina Calcanei d. conf. 76. num. 3. vbi resoluit, quod sustinetur libellus, & quod civiliter possidens petit in possessione civilis non turbari, & ad naturalem restitui, confirmat Menoch. de retinend. poss. rem. 5. q. 2. n. 23. fol. 104. De quo legenda sunt quæ scribo infra d. q. 16. Sciendum tamen est, quod libellus in quo agitur de possessore non alteratur, licet fiat mentio de proprietate, & dominio in narratione, vt probatur in cap. ex parte in 2. vbi notat Abb. de rescript. & alij ibi, idem Abb. in cap. ex parte in 6. de foro compet. Innocen. Calderin. Anton. & Abb. in cap. cum dilectus, de ordin. cognitio. Barth. Socin. in conf. 62. num. 2. lib. 2. & alij vt per Decium in d. ex parte, notab. 3. num. 3. fol. 66. & in conf. 28. & conf. 57. Conclusio etenim est, quæ in libello præordinatur, vt planè tradit Iason. in §. omnium instit. de action. & in aliis locis ordinariis, de quo legenda sunt quæ scribunt Alexand. conf. 43. in princip. lib. 4. Iason conf. 70. colum. 6. vers. non obstat primo lib. 2. Marth. de Afflict. decis. 77. num. 7. Menoch. in praludiis recuperand. poss. num. 12. & alij, quos citat Roland. conf. 41. num. 21. lib. 3. vbi plura scribit de ista materia. Ad quæ addo, quod quamuis in libello fiat mentio de possessore, & petitorio, deinde de altero ipforum discutitur tamen simul proposita, vt probatur in c. cum dilectus, de caus. poss. & propriet. vbi notat Rebuf. post Bald. notab. 2. pag. 353. Et solent pragmatici in libello causæ possessoriæ protestari, quod non intendunt causas ad dominium pertinentes adducere, nisi ad confortandum, & iustificandum possessorem testibus, Felinus in c. licet causam, num. 9. de probatio. Ioan. Berber. in viticario iuris in praxi legum Regiarum, Rebuf. tom. 2. ad constit. Regias, tit. de rescript. artic. 7. glo. vlt. pag. 60. Et quod videatur intentatum possessorium, etiam si dicatur, quod res restituitur, & declaratur ad aliquem pertinere; scribit notanter Alexan. in conf. 98. n. 2. & 3. lib. 5.

Si tamen in libellis apponatur illa clausula, & peto mihi iustitiam exhiberi qua nos semper vtimur, tunc probationes fieri possunt super petitorio, & super illo pronuntiarit; licet secundum narratum fuit in solo possessorio conclusio facta, secundum Cald. & Abb. in c. 2. num. 52. de ordin. cognition. quod declaratur, vt per Alex. conf. 96. n. 8. consideratis his lib. 5. & in conf. 121. num. 4. lib. 1. Dec. in conf. 62. n. 2. Iason in d. §. omnium, num. 188. eundem, & Decius primus, n. 5. secundus, n. 4. in l. petens, C. de pactis tradit, & declarat Menoch. quest. 71. nu. 15. & plures quos citat Aluar. Valasc. in tractat. de iur. emphyt. quest. 6. num. 15. fol. 24. & q. 13. num. 6. vers. ex qua consideratione, fol. 82. Auendañ. respos. 1. num. 18. Anton. Gama decis. 300. num. 3. idem Gama decis. 316. num. 2. vbi extendit hoc procedere non solum si coram Principe narratio facta sit, sed etiam coram Senatu, qui Regis vicem in iudicando obtinet: faciunt notata per Ripam respos. 188. num. 5. vbi tradit, quod ista clausula comprehendit omne ius Actoris, & adaptatur ad illam partem libelli, ad quam adaptantur probationes; de quo vide latè Menoch. in d. praludio de recip. poss. num. 16. pag. 299. vbi in numeris antecedentibus copiosè agit;

66

67

68

69

70

71 agit, quando remaneat intentatum petitorium vel possessorium: de quibus etiam agit Rebuf. in p. satione ad tit. de caus. pos. & proprietat. pag. 258. vers. notetis tamen, nouissimè Cæsar Genuensis in l. vnica, C. de moment. poss. quest. 13. per totam, maxime num. 55. cum sequentibus, pag. 564. qui ad hoc omnino legi debet in tota illa questione, quæ incipit ad pag. 514. & tradit Menoch. in conf. 311. n. 48. lib. 4. Fortius dico, quod cum clausula hæc tam ordinariè hodie in libellis opponatur, sub intelligi debet, quamuis in aliquo libello deficiat, l. vlt. C. de fideius. l. quod si nolit, §. si assidua, ff. ad litem edicti: pro quo faciunt plura quæ scribo in 1. par. huius operis, quest. 67. & num. 7. cum alijs, hæc in Regalijs; & supremis auditorijs maxime sibi locum vendicant ex dispositione legis 10. tit. 17. lib. 4. Ordinamenti noui, quæ iudices animaduertit, vt veritatem sequantur, quæ clausula operatur, quod iudex possit p̄cedere manu Regia, vt notat Bart. in Extranagan. ad reprimend. verbo, videbitur, & alij, vt per Ripam in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 181. fol. 207. ff. de acquir. posses. Et qualiter in causis maioratus censentur intentatum petitorium, aut possessorium; tradit latè Menoch. in conf. 107. num. 68. cum sequentibus, lib. 4. & tradit notabiliter Capicij decis. 86. num. 15. & 16. Et an narrans spoliū, & concludens ad restitutionem rei videatur intentare petitorium, vel possessorium tradit rectè Castillo in l. 65. Tauri. Et quod vbi cumque iudex procedere potest sola facti veritate inspecta possit sententia super petitorio, licet in solo possessorio appareat petitiō; tradit notanter Thomas Grammatic. decisio 15. num. 1. cum sequentibus, quod facit ad id quod scribo infra, ex Gamma decis. 315. Et quod possit cumulari petitorium, & possessorium vbi cumque iudex procedere potest sola facti veritate inspecta, voluit Decius conf. 449. num. 21. Aymon. in conf. 299. num. 8. & alij quos citat Bursat. in conf. 129. numer. 35. lib. 2. Osasch. decis. Pedem. 1. num. 28. quod est notandum ad l. 11. tit. 17. lib. 4. Recopil. dicentem quod iudices in Hispania tenentur pronuntiare sententiam inspecta veritate, quod vidi in grandi negotio, & faciant tradita per Galliaulam in l. 4. §. Caro, num. 42. ff. de verb. oblig. Cæsar. Contard. in l. vnica, C. de momen. poss. q. 13. nu. 52. pag. 564. Requiritur tamen conclusio in causa in iudicio possessorio, & remedio l. vltim. C. de edict. diu. Adrian. licet debeat procedi sola facti veritate inspecta, vt resoluit Bursat. in conf. 129. num. 24. lib. 2. Et qualiter sententis latis super possessorio possit procedi super proprietate antea quam sententiæ latæ super possessione sint executioni traditæ exponit notanter Ægidius à Bellamera decis. 506. Et pertinet ad aliquem aliquid probatur ex possessione, quæ de re habet, licet non probet proprietatem, & dominium, l. verbum illud 181. ff. de verb. significat. vbi Rebuf. p. 82. i.

S V M M A R I V M.

- 74 Possessor maioratus nihil potest disponere de bonis, etiam in possessione.
- 75 Vassallus qui non potest alienare, non potest rem in iudicium deducere.
- 76 Lis super fundo & iurisdictione an habeat admixtam causam proprietatis.
- 77 Res fideicommissi subiectas qui dolo possidere desit, an pro possessore possit conueniri.
- 78 Carboniana possessio competit in rebus maioratus.
- 79 Virtus legis 45. Tauri, transit in successorem in maioratu bonorum emphiteuticorum.
- 80 Lis super possessorio non facit rem litigiosam super proprietate.
- 81 Possessorium, & petitorium, an possint intentari pro rebus hereditariis.
- 82 Possessionem an possit quis petere ex duobus titulis & causis.
- 83 Successorem se esse maioratus, an solum testibus possit quis probare.

- 84 Possessio antiquissima vim habet publici instrumenti.
- 85 Instrumenta proprietatis si ad iustificationem possessionis producantur, an possit iudex super possessorio iudicare.
- 86 Possessio qua transfertur virtute dictæ legis 45. est magis privilegiata quam civilissima.
- 87 In iudicio possessorio quot testes sufficiant.
- 88 Sententia lata super negatoria intentata per subditos, qui petunt declarari se ad onera non teneri, an sit super petitorio.
- 89 Sententia an possit pronuciari super proprietate, si à principio non fuit intentata.
- 90 Qualitates qua possessionem respiciunt, naturam possessionis non alterant.
- 91 Dubio existente, an bona sint vinculata, & maioratus an pro possessore pronuciandum.
- 92 Lis super casibus, aut villis in bonis maioratus, an sit casus Curia.
- 93 Detentatio detentatorem an defendat.
- 94 Tenere, & possidere qualiter differant.
- 95 Possessio in incorporalibus qualiter acquiratur.

ET aded locum habet dispositio tex. in d. l. 45. quod possessor bonorum maioratus, non potest rem disponere de rebus maioratus etiam per vltimam voluntatem, nec respectu proprietatis nec respectu possessionis nec respectu obligationis personalis, aut realis, nec aliquo quouis modo; quia talis dispositio nullum potest habere effectum, nisi post mortem, sed ipso momento in tempore mortis possessio rerum, quæ sunt de primogenitura; transit ipso iure in primogenitum, eique incommodabiliter acquiritur, non obstante quavis contraria dispositione vltimæ voluntatis. Quod probatur ex illa l. 45. & in primogenitis Gallie id fundat latius Glo. Paris. in consuetud. Paris. §. 8. gl. 3. in verb. Pour. n. 25. fol. 115. vnde verba illius legis in quantum dicit: *El dicho tenedor lo aya dado la possession de las,* ampliari debet, siue tradiderit possessionem etiam per testamentum, vel aliam quamlibet dispositionem; ad quod facit doctrina Ioan. Fabr. in §. alteri, n. 7. Inst. de iur. stipulat. vbi dicit, quod si statuto cauetur, quod proximas in genere admittantur ad possessionem bonorum defuncti, non obstante contraria dispositione testantis, & testator disponat, quod proximus non admittatur, & adiciat pœnam, non tenet pœnæ adiectio, & inquit Bald. in conf. 257. Dicitur tenetur lib. 4. quod in his bonis, in quibus quis non potest testari, non potest iudex concedere tenentiam; & quod donator qui vsum fructum habebat, nihil in præiudicium donatarij disponere potest. Et quod in Francia substitutus sit faistus in possessione bonorum, etiam si per heredem bona alienata fuerint, tradit Rebuf. in c. Rainum. de test. n. 72. p. 548. Quæ doctrina addenda est ad ea, quæ de fideicommissario scribit in ista materia Tiraquel. in tract. de mort. saist. le vis, p. 2. declar. 10. n. 1. cum seq. Et ad hoc multos refert Menoch. de recuperand. possessione remed. 1. n. 392. p. 354.

Ex quibus inferitur, quod nos seruare non debemus doctrinam Bald. in conf. 370. *Ad euidenciam prami tendum est, quod spoliatus lib. 5. vbi vult quod licet vassallus qui non potest alienare, non possit rem in iudicium deducere, l. si pro fundo, C. de transact. vbi DD. l. ait prator, ff. de iur. deliber. & scribo infra latius 4. p. 922.* potest tamen vassallus agere, & succumbere maxime in possessorio, notat Aym. conf. 197. n. 7. quod confirmatur, quia remedium d. l. 45. habet admixtam causam proprietatis. Et quod lis super fundo, & iurisdictione habeat admixtam causam proprietatis, tradit Menoch. quem solum ad hoc vidi in d. conf. 307. n. 59. & 60. & iterum n. 67. lib. 4. Et probatur conclusio per doctrinam Bald. in conf. 281. lib. 3. vbi vult, quod quando possessor agens debet probare se heredem, dicitur possessorem mixtum, & appellari potest, tradit August. Beroi. in conf. 111. num. 15. lib. 3. Igitur cum per d. l. 45. non transeat possessio bonorum maioratus, nisi in verè vocatum ad maioratum, sequitur, quod istud possessorium

habet admixtam causam proprietatis : limitat tamen elegantem Boeri. istam conclusionem in d. l. consilio, nisi incidenter quis alleget se esse heredem, num. 10. Et 15. Et quando quis dolo possidere desit t res fidei commisso subiectas, pro possessore conveniri possit, tradunt Parisi. conf. 5. num. 26. lib. 2. Cagnol. in l. qui dolo. n. 1. ff. de reg. iur. Menoch. de adipisc. poss. rem. 1. n. 65. pag. 8. Et qualiter in feudalibus possessio releuet ab onere probandi; tradunt Ioan. Ign. in l. Cæsareos, §. non alias, n. 316. cum seq. ff. ad Silan. 1. Malcard. in tract. de probat. lib. 3. conclus. 1195. n. 73. fol. 113. Et quod reperiantur plura remedia possessoria, ultra interdicta, resoluit Ripa in rubr. ff. de interdict. num. 2. cum seq. Rebus. in rubr. de causa posses. pag. 257. col. 2. vbi plenius quam Ripa, & plura notabilia tradit Patif. post alios, quos citat in conf. 112. n. 35. cum seq. lib. 1. Et quod bonorum possessio t Carboniana competat in rebus maioratus, tenet Grego. Lop. in l. 7. tit. 22. p. 3. D. Anto. de Padill. in l. eam quam, C. de fideicommissis n. 127. fol. 90. moti ex doctrina Bald. in c. 1. nu. 14. an agnat. vel filij, & aliorum quos ipse refert, & vide Molin. lib. 3. c. 13. n. 25. fol. 93. Et de Carboniano edicto vide quæ scribit Aegid. Bossius in pract. crim. tit. de partu supposito, num. 5. pag. 37. Et quod t virtus legis 45. Taurina transeat in successorem maioratu etiam bonorum rerum emphyteuticarum, constat ex scriptis per Tiracq. in tract. le mort. p. 4. declar. 6. Menoch. de adipisc. poss. rem. 4. n. 385. p. 86. Et in materia præsentis intij animadueto ad conclusionem singularem, quod si sit super possessorio, t non facit rem litigiosam, super proprietate, vt tradunt DD. in c. 1. de confirm. util. vel inutil. Amilian. conf. 51. n. 18. Natra conf. 145. n. 16. & 17. lib. 1. Ioseph. Ludovic. decis. 68. n. 9. Quod notanter explicat Lancellot. in tract. de atten. p. 2. c. 6. de atten. lite penden. limit. 2. n. 16. cum seq. p. 120. in secunda editione: de quo legi debet idem Lancellot. in pract. d. cap. 6. n. 579. p. 82. Rebus in c. 1. de caus. posses. & propriet. pag. 207. vers. decimo limita; & vers. decimo quinto limita. Vtilitas autem possessionis pertinet in ista materia ad illos, qui verè, & corporaliter possident bona maioratus, à quibus talia bona petuntur. Et de materia d. l. 45. legenda est extraordinaria remissio Antonij Gabr. lib. 5. commun. opin. tit. de acquirend. poss. conclus. 9. p. 278. Et quod possessorium & petitorium intentari possint pro rebus hereditariis, t resoluit Parisius in conf. 21. n. 50. lib. 2. de quo legi debet Menochius de adipiscenda possessione, remed. 3. num. 537. pag. 97. & de retinenda possessione, remedio 3. num. 532. cum sequentibus. Et quod ex duobus titulis, & causis possit quis petere t possessionem, in specie nostræ matetæ tradit Ripa in alleg. conf. 80. nu. 45. per regul. l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquirend. posses. & l. non est nouum, de action. empti. Et quod is qui cecidit propter propriam alienationem à possessione, non debeat in illa tueri, licet doceat de antiquiori possessione tradunt Decius in consil. 56. column. fin. Matant. in Speculo aureo, part 4. distinctione 7. n. 18. fol. 78. Et quod diuersa detentatio sit à possessione ciuili, vel naturali, tradit Quintilian. Mandosi. in tractat. commissiones executoriales, fol. 76. column. 3. per regul. l. 1. §. adipiscimur, ff. de acquirend. posses. & l. stipulatio ista §. hæc quoque, ff. de verbor. obligat. idem in tractat. commissionis super beneficiis, fol. 3. column. 2. Et an remedium dict. l. 45. Tauri, competat ei qui solam restibus probat se esse successorem maioratus; t resolueret licet ex scriptis per Tiracquell. lib. 1. de retract. §. 2. glof. 1. num. 11. & 18. Neuzian. consil. 26. numer. 4. Sapia. num. 82. & Zuchard. num. 346. in l. vltim. C. de edict. diui Adrian. tollend. Menoch. lib. 2. de arbit. casu 63. num. 4. de quo etiam per Molin. lib. 3. de primogen. cap. 13. num. 50. cum sequentibus fol. 100. Azeued. in l. 3. tit. 13. libr. 4. Recopilationis folio 100. n. 32. Quibus iungo, quod possessio antiquissima t habet vim publici instrumenti, secundum Innocen. in cap. nouit. de iudic. & in cap. super quibusdam, §. præerea, de verbor. significat. Bald. in l. 1. C. de emancip. liberor.

Matthæ. de Afflict. decis. 239. num. 6. Et quod possessio de qua in d. l. 45. in instanti suum effectum operetur, tradit Decius in cap. de causis, num. 6. fol. 91. de officio Delegati Et quod si instrumenta proprietatis fuerint producta ad iustificationem possessionis, t iudex non possit iudicare super possessorio, cum super eo non fuerit facta petitio sicut litis contestatio, concludunt Bald. & alij, in l. post sententiam, C. de interloc. omn. iudic. Afflict. decis. 7. Decius in d. l. fin. C. de edict. diui Adrian. num. 21. & in consil. 84. num. 2. Parisi. in consil. 107. num. 3. lib. 1. & in consil. 60. n. 7. lib. 3. Cephal. in consil. 289. num. 32. lib. 2. Et quod ista possessio quæ transfertur virtute d. l. 45. sit magis priuilegiata, & qualificata, & pinguius prouideat, quam possessio t ciuillissima, ac possessio Italiae, & Gallie, per quam mortuus fuit viuus, tradit conf. 119. n. 13. vbi ex hoc, & alijs resoluit, quod spoliatis in isto casu non potest intentare remediū dictæ legis contra vocatum ad maioratum; & consultus in quadam lite inter Ducem de Metinna, & Comitem de Vreña: & quod iudicium d. l. 45. eo quia habet annexam, & admixtam causam proprietatis (prout supra & in alijs locis animadueto) non possit cumulari cum agitur ex remedio Retinendæ cum petitorio, constat ex doctrina Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 20. & ibi Iason. num. 54. & 129. & Ripa n. 155. Fabius num. 131. & alijs quæ refert Menoch. de reseruen. posses. reme. 3. num. 519. pag. 217. quod etiam tracto infra 9. 24. Et quod in iudicio possessorio sufficiat vnus t testis, scribit Greg. Lop. in l. 2. tit. 11. p. 3. in glo. Vn testigo, fol. 55. col. 3. referendo Decium in consil. 252. Matthæ si singula. 1. & 2. Anto. Gabr. lib. 1. communium iur. de testib. conclus. 1. num. 23. Et quod quis possit petere se declarari possessorem, licet non intenter merum possessorium, tradunt Bald. in l. 1. num. 4. C. commun. de legat. Sim. de Præt. de dubit. 3. n. 177. fol. 534. Et quod sententia t lata super negatoria intentata per subditos, qui petunt declarari se non teneri ad onera, sit sententia super petitorio, & non super possessorio, tradunt Fab. Angel. & Ial. in §. quæ si agat, Instit. de action. Guid. Pap. in consil. 1. in princ. & in consil. 50. num. 2. quos citat Tiber. Decian. respos. 41. num. 142. lib. 2. Et quod possessio vltima attendatur, tradunt Oldrad. in consil. 312. Bald. & alij, quos citat Chassanæ. in Catalog. glor. mund. consideratione 100. Et quod si quis petat manuteneri in possessione, nihilominus est ei restituenda possessio, si appareat fuisse spoliatum, tradit notanter Siluanus in consil. 105. nu. 8. per doctrinam Bald. in l. cum etiam, C. de reb. credit. & alia quæ citat. Et quod possit ferri sententia super proprietate, quamuis à principio t non fuit intentata, si in discursu causæ de ea fuerit tractatum, tradit Abb. in cap. Abbate, num. 8. de verbor. signific. Gamma decis. 315. num. 3. quod secundum eum in Regalijs Auditorijs, in quibus veritas inspicitur, notanter Parisi. in consil. 53. num. 107. lib. 3. Et qualitates quæ respiciunt possessionem ipsam non alterent naturam t possessoris, vt in eodem possessorio non sit eadem iuris dispositio, etiam in possessione naturali, ciuili, & ciuillissima possessione, quæ habetur virtute statui continuantis possessionem in heredem, & idem fit in ciuillissima possessione, resoluit ex pluribus Lancellotus in tractatu, de attentatis, part. 1. cap. 28. num. 116. pagin. 83. & quod stante dubio, an bona sint vinculata, t & maioratus, sit pronuntiandum in fauorem possessoris; resoluit Aymon in consil. 180. ad finem, prout trado parte 2. qu. 5. num. 95. Et an lis super Castris, & villis, in bonis maioratus, t sit casus Curie disputat Greg. Lopez in l. 1. tit. 3. part. 3. glof. 1.

Pro moderno stylo qui hodie vsitatur in Consilio Regali, animadueto ad doctrinam Rebuffi, tomo 3. ad constitut. Regiæ titulo de materia possessoria, articulo 1. glof. 1. num. 25. pag. 251. vbi vult, quod si inter duos Dominos agatur de mero imperio, seu de alia iurisdictione, & recedentia, neutri adjudicatur, sed Iudex ponit ab initio commissarium qui gubernet; & trado infra, qu. 7. a num. 43.

Et

Et quod detentatio t defendat detentatorem, resoluit Gomezius in regula de trienniali possessore, question. 24. p. 785. Et quod tenere, t & possidere distent, quia possessio refertur ad ius, detinere t ad factum, resoluit Rebuffus in tractatu de decimis, question. 10. pagin. 32. & in tractatu nominationum, question. 9. num. 11. pag. 149. Et quod in incorporalibus non acquiratur possessio, nisi t cum scientia, & patientia, scilicet, in pascuis, aquæ ductibus, iurisdictionibus, & similibus resoluit Antonius Petra de fideicommissis, quæst. 12. n. 126. cum sequentibus, pagin. 362. ex Balbo in tractatu de prescription, part. 2. membro 2. quarta part. principali; num. 15. hodie pag. 282. vbi dicit, quod pauci animaduertunt.

QVÆSTIO PRIMA.

Quod lex 45. habet locum in bonis, quæ non sunt vinculata auctoritate Regiæ, contra Anton. Gom. susentatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Quæstionis definitio, & resolutio, à n. 1. vsque ad 5.
2 Maioratus etiam vocatur ille, qui auctoritate Regiæ non est institutus.
3 Communis vsus loquendi cuiusque verborum significatione præfertur.

PRIMO quæro, An dispositio prædictæ legis 45. habeat locum non solum in bonis maioratus, quæ sunt vinculata auctoritate Regiæ, sed etiam in bonis, quæ sunt vinculata priuata auctoritate, prout in melioratione Tertij, & Quinti, & in bonis quæ vinculantur pro Anniverfariis, & patronatibus, qui in plerisque locis sunt receptissimi. In quo ego in ea sum t sententia, quod priuilegium illius legis habeat etiam locum in quibuslibet bonis vinculatis, etiam si Regia auctoritate non fuerint vinculata: quæ fuit opinio Episcopi Coarru. lib. 3. resolution. cap. 5. num. 6. vbi affirmat, quod hoc in practica magis receptum est. Quod probat ex dispositione legum 41. & 44. vbi vocatur maioratus t etiam si non sit constitutus auctoritate Regiæ, & ex alijs rationibus, Ad quas ego addo, quod ex legibus Taurinis, in pluribus æquiparatur maioratus factus priuata auctoritate, & cum Regiæ facultate, vt probatur in lege 17. 22. & 44. in eisdem legibus, & hæc etiam opinionem sequitur Anton. de Padilla in rubric. C. de fideicommiss. num. 9. Peralta in l. 3. §. qui fideicommissum, num. 138. ff. de hæredib. instit. Item pro hac sententia facit, quia communiter omnia bona vinculata vocantur ab omnibus bona maioratus (quod experientia satis cognitum est.) Quantum autem valeat communis vsus loquendi, patet ex textu in l. librorum, §. quod tamen Cassius, ff. de legatis 3. vbi probatur, quod præfertur cuiusque t verborum significationi, facit l. cum de lanionis, §. asnam molendinariam, ff. de fundo instrueto, & conducunt alia familia iura quæ in alijs locis refero. Vnde facile lapsus fuit Anton. Gomez, qui in dict. l. 45. num. 106. & idem in l. 40. Tauri, num. 55. hæc ratione qua nostram opinionem adiuuat, deducta ex textu in dict. l. librorum affirmat, quod prædicta lex non habet locum in bonis maioratus, qui non fuit constitutus Regiæ auctoritate: quia imò communiter (vt prædixi) bona maioratus vocantur quælibet bona vinculata auctoritate priuata.

Alia autem ratio, in qua se fundat Anton. Gomez dicendo, quod cum per dictam legem requiratur illa qualitas, scilicet, quod bona sint maioratus, ante omnia debet consistere de illa qualitate, ex l. Prætor ait, §. hæc autem ff. vi bonorum raptor. quod ego alibi latius tractabo; nihil viget, quia verum est, quod si non constet, quod bona sint vinculata, & quod ad maiores natu, & primogenitos sunt deferenda, non competit re-

medium illius legis. Quod t autem debeant probari quod bona sunt vinculata Regiæ auctoritate, nihil de hoc dicta lex statuit, & idem cum generaliter loquatur, generaliter est intelligenda, quamuis esset maior ratio in vno casu, quam in alio; l. 1. §. quod autem ff. de aleator. l. 1. §. & generaliter, ff. de legat. præstand. & hoc etiam tenet Molina lib. 1. de primog. cap. 1. nu. 26 fol. 6. & lib. 3. cap. 13. num. 62. folio 103. quem sequitur Matien. in l. 11. glof. 11. num. 4. fol. 161. tit. 6. lib. 5. Recop. & in l. 8. tit. 7. lib. 5. num. 4. & 5. fol. 188. glof. 3. nouissime Ioannes Gutier. lib. 2. pract. question. quæst. 3. num. 1. & quæst. 86. & pro hac sententia faciunt aliqua quæ scribo in 1. par. huius operis, in princip. à num. 2. quam etiam clarè tenere videtur Gregor. Lopez in l. 32. tit. 9. par. 6. in glossa magna fol. 70. col. 4. ad finem, vers. item aduertit, licet sæpius dubitauerit Ioan. Lopez, prout ipse affirmat in l. 27. Tauri, finalibus verbis: & pro hac sententia est bona l. 10. tit. 7. lib. 5. Ordinam. ibi, Mandamos que en los pleitos o negocios sobre bienes de mayorazgo, y bienes vinculados, en que conforme a la ley passada se conocen. Ex prædictis t autem facile cognoscitur, dictam legem Taurinam non procedere in bonis cuiuslibet fideicommissi non vinculatis, nec in isto casu maioratus & fideicommissa æquiparantur. Et an dicta l. 45. Taur. procedat in maioratu nouiter constituto; & an tenura in tali casu habeat locum, lector videbit in prima parte istius operis, quæst. 24. à num. 2.

QVÆSTIO II.

Lex 45. vtrum procedat in successione maioratus eius qui adhuc est in viro.

S V M M A R I V M.

- 1 Quæstionis definitio.
2 Vxor qui reliquerit prægnantem, non videtur sine liberis decessisse.
3 Posthumus sequentem in gradu impedit, & n. 6. & 7.
4 Pater ad retractum an possit agere vt legitimus administrator, ventris nomine.
5 Posthumus ex primogenito excludit transversalem. Naturæ censetur cum pater moritur, num. 14.
6 Possessio non potest acquiri absque animo adquirentis.
7 An lex 45. Tauri habeat locum in infante, & n. 10.
8 Lex transfert possessionem absque hominis ministerio.
9 Infans in Gallia salsit vinum in possessione.
10 Homagium an sit præstandum Regi, qui est in viro.
11 Agnatus vt possit vt conceptus succedere, tempus conceptionis est inspiciendum.
12 Retractus an ventri competat.
13 Maioratus factus in fauorem ventris, aut infantis, qualiter valeat, & acceptari possit.
14 Condicio, Si sine liberis decesserit, desitit, si quis tempore mortis vxorem prægnantem relinquat.
15 Conditionem adimplere non valentibus an deat possessio.
16 Venter in dubio est in possessionem mittendus, quamuis à maioratu femine sint exclusi, & n. 24. & 25.
17 Interpretatio benignior in dubio sumi debet.
18 Fauor & odium vbi concurrunt, pro fauore debet intelligi dispositum.
19 Res iudicari debet secundum quod magis vult.
20 Filia, mortuo patre, in dubio in possessionem feudi mitti debet, & num. 31.
21 Comitatus an transferatur de fratre ad sororem.
22 Ius proprietatis causam possessionis absorbet.
23 Fæmina an sit in possessionem mittenda, vbi feudum est Ecclesiasticum.
24 De agnati iure constare dicitur, quando est in instrumento nominatus.
25 Bona in dubio libera præsumuntur.
26 Fæmina in dubio in possessionem mitti debet, quando vxor defuncti est grãuida, donec pariat. Contraria sententia, n. 35.

- 34 Natura potius masculos quam feminas gignit.
- 36 Mulier gravida missa in possessionem ventris nomine tenetur prestare cautionem, quod restituat fructus, si ad illam non pertineant, licet non alimenta.
- 37 Fructuum descriptionem petere potest qui prætendit successionem maioratus in defectum ventris.
- 38 Conceptio an debeat inspicere, vel animatio.
- 39 Veniem esse pregnantem qualiter probetur, remissum.
- 40 Filius natus in decimo mense an habeat ius succedendi.
- 41 Mulier qualiter non possit bona maioratus retinere allegando quod sunt libera.
- 42 Proximus quis dicatur tempore mortis defuncti, vel abortus posthumi.

Quarto secundo, an privilegium illius legis 45, habeat locum in fauorem alicuius vocati ad maioratum, qui adhuc est in ventre matris. Et quia non oportet in disputationibus tempus consumere, sed veritatem illic exponere, mihi videtur, quod privilegium illius legis procedit etiam in fauorem successoris maioratus existentis in ventre l. qui in utero, ff. de statu homin. ibi: Qui in utero est, perinde custoditur, ac si in rebus humanis fuisset, quoties de commodo ipsius partus queritur. l. qui in utero 26. ff. eod. tit. ibi, Qui in utero sunt, in toto peno iure civili intelliguntur in reum natura esse, l. si quis pregnantem, ff. de reg. iur. vbi dicitur, Si quis pregnantem uxorem reliquerit, non videtur sine liberis decessisse, vbi Decius notat, & facit totus titulus, de ventr. in posses. mitten. & l. si communi, §. sed sic. ff. commun. diuidum. & venter obstat sequentibus, l. inter, §. quamdiu, ff. vnde legitim. l. 1. §. si quis proximior, ff. vnde cognat. & egregius casus in l. intelligendum ff. de verb. sign. vbi eleganter Alciat. quæ est l. 153. in l. antiqum, ff. si pars hæredit. petat, ibi, Antiqui liberi ventri ita prospexerunt, ut in tempus nascendi omnia ei iura integra reseruent.

Ex qua apparet, quod posthumus impedit sequentem in gradu, facit l. is cui, ff. quond. dies legat. cedat: l. vlt. ff. de ventr. inspicien. l. 2. tit. 18. par. 6. l. 1. ff. de testam. tuel. cum qua concordat l. 3. tit. 13. par. 6. & l. 3. tit. 23. par. 4. ibi, De mientras que la criatura estuviere en el vientre, toda cosa que se haga, o se diga a pro della, approvechasse ende, vbi Gregor. Lopez hanc conclusionem tenet in terminis illius legis 45. in glossa 1. faciunt notata per Episcop. Couarru. in Epitom. de sponsalib. par. 2. c. 8. §. 2. num. 2. fol. 117. & quæ latius scribit Tiraq. in l. si unquam, in verbo, susceperit liberos, num. 144. cum sequent. C. de renouan. donat. vbi latè tractat, an dispositio illius legis locum habeat in eo qui decessit muliere pregnantem. Et vide eundem Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glof. num. 75. pag. 153. vbi scribit, an pater tanquam filij legitimus administrator possit agere

ventris nomine ad retractum, & alicuius rei, & est singularis, & perpetuo notanda, l. 18. tit. 11. par. 3. ibi: Esso seria como si alguna muger demandasse que la metiesse en tenencia de los bienes que fueron de alguno que es finado, de quien dize que finca preñada, si le dieren la jura en lugar de prueua que finco preñada del, si jurare deuse ser metida en tenencia en nome de aquella criatura que no es aun nacida, & plura scribit Quintil. Mandof. de atate minoris c. 2. num. 1. cum sequentib. fol. 5. vbi cumulat quadraginta & tres casus in fauorem illius qui est in utero, & plura ad propositum scribit Peralt. in Rubr. ff. de hæred. instituen. num. 123. pag. 76. Mascard. in tractat. de probation. lib. 3. conclus. 1209. in quibus locis multa & singularia reperies pro confirmatione huius sententiæ, & pro intellectu alicuius negotij, quæ in practica erunt vtilia quibus addo text. in l. si quis operas, cum Glöf. in verbo, posthum. ff. de oper. libertor. de qua per eundem Tiraquel. in tract. de primogenit. quæst. 6. num. 31. & Ioann. le Cieric. in eod. tract. de primog. lib. 1. quæst. 26. vbi dicit quod posthumus & filio primogenito excludit patrum, & alios tranfer-

uerfales, notatur per Paulum Paris. in conf. 72. ad veram resolutionem, numer. 10. lib. 4. & vide eundem in conf. 76. Fatentur, lib. 2. & Tiraquel. in lib. de primogen. quæst. 40. num. 230. pag. 313. Et non natus, donec est spes quod nascatur, impedit sequentem in gradu, l. 2. §. vtrique, ff. de suis & legitim. hæred. notat Bart. Socin. in conf. 15. num. 5. lib. 3. vbi tradit quod spes est, quod qui potior est in possessione, vel potest esse possibile, quod admittatur, & quod spes, & possibilitas impedit succedere, & infans dum est in utero habet Angelum, & est pars matris, & eius viscerum, vt resoluit Quintil. Mandof. in tract. de atate minor. quæst. 1. num. 2. & qualiter officium dari debeat posthumo per concessionem Regalem, declarat Aluar. Valasc. consul. 129. & conducunt scripta per Glöf. Paris. in consuetud. Parisiens. §. 28. num. 10. fol. 226. & posthumus per curatorem qui ipsi dabitur ad retrahendum rem admittitur: sed executio manebit in pendenti, dum est in utero: vt decidit Rebuff. in l. quod dicimus 231. ff. de verb. sign. pag. 2004. citat Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glof. 9. n. 75. & alia ad propositum scribit.

Nec his obstat quod possessio non potest acquiri absque animo adquirentis, l. 3. l. quemadmodum, ff. de acquir. posses. & ideo infans non acquirit possessionem l. quamuis, §. infans, ff. de acquir. poss. facit l. furioso, ff. de reg. iur. Quia infans & furiosus possessionem acquirere possunt mediandibus aliis personis, l. si seruo furioso, ff. de usucapion. l. 1. §. item acquirimus, ff. de acquir. posses. quod in materia dictæ legis 45. tenent in terminis Anton. Gomez ibi, num. 112. Molina lib. 3. de primog. c. 12. num. 24. fol. 89. & in annotationibus, num. 15. Matienço in l. 8. tit. 7. lib. 5. Recop. glof. 4. num. 2. fol. 189. vbi tradit, quod possessio virtute prædictæ legis transfertur etiam in ignorantem. Et in infantem, quod transeat possessio prædictæ legis, tradit idem Matien. in eod. l. 8. glof. 1. num. 24. fol. 185. quod in terminis statuti, vel consuetudinis, quod ipso facto transeat possessio in hæredem. Et quod fiat transmissio ab ignorante, tradit Glöf. Paris. in addition. ad Alex. in consil. 189. lib. 3. addition. 1. qui dicit se dixisse in consuetud. §. 132. quem librum non habemus. Si igitur furiosus, & infans possessionem acquirere possunt mediandibus aliis personis, idem debet esse in ventre, cuius nomine matri datur possessio tanquam tutrici, vel alio modo, aut per alium tutorem. Et si mediante persona, possessio ex lege transfertur, maiori ratione ex prædicta l. 15. & cum ministerio legis possessio transferri potest. Et per hoc fundamentum sustentat Anton. Gomez in dict. l. num. 112. quod privilegium, & possessio de qua in prædicta lege, locum habet in infante, & furioso: pro qua sententia faciunt quæ tradit Dec. conf. 350. num. 2. vbi plura singularia scribit. Et lex prædicta facit possessorem bonorum maioratus succedentem in illum, & proximum in gradu, nec requiritur animus in acquirente, quia recta via transit possessio virtute legis, quæ potest transferre possessionem ipso iure absque hominis ministerio, & absque aliqua apprehensione, vt pater ex illa l. 45. ibi: Sin otro acto de aprehension, de qua lege tractat Valdes. in tit. De las herencias, pag. 152. vbi hoc refert, & ex l. raptores, Cod. de Episcop. & Cleric. Qua & aliis rationibus tenet Tiraquel. in tract. le mori: par. 2. declarat. 17. pag. 162. quod consuetudo Franciæ quæ facit, vt nascatur viuum mortuum absque aliqua apprehensione facit possessorem etiam ignorantem: & facit quod notat Glöf. Paris. in addition. ad Alex. in conf. 115. lib. 2. vbi dicit, hæredem ab intestato, & pupilli, & alterius intestabilis esse nasciturum virtute consuetudinis Franciæ: quem refert & sequitur idem Tiraquel. in dict. tract. par. 3. declarat. 7. pag. 189. num. 14. & ista ampliatio ad textum in dict. l. 45. probatur ex toto titulo, ff. de honor. posses. qua infantum, vel furioso delata est, & scriptis per Bart. Socin. in conf. 19. In causa magnifici, lib. 3. facit titulus in Cod. & ff. de Carbonian. & dicta consuetudo Franciæ, quæ viuum nasciturum

facit

faist in possessionem defuncti, procedit ex antiqua Franciæ practica etiam si viuus sit infans, quamuis de iure hoc sit difficile, secundum Tiraquell. vbi supra, declaratione 16. num. 4. pag. 161. quam practicam sequitur, & confirmat Rebuff. tom. 3. ad constitutiones, tit. de materia possessor. art. 9. glof. vnica: num. 41. pag. 218. ex quibus comprobatur quoddam dictum Gregor. Lopez in l. 5. tit. 15. par. 2. in glof. 1. vbi dicit, quod iuramentum & homagium debet præstari Regi, qui est in utero ac si natus fuisset: citat Bald. in dict. l. qui in utero, qui tamen hoc non dicit, sed illius opinio vera mihi videtur ex superioribus: & posthumus natus censetur cum pater moritur, & retrahitur tempus natiuitatis ad tempus quo pater adhuc vivebat, dict. l. intelligendum 153. ff. de verb. sign. quæ ad plura est singularis & faciunt scripta per Guillelm. Benedict. in cap. Raynnumius, de testam. in verbo, & sobolem quam gestabat in utero, num. 33. & 34. fol. 270. Et tradit Rebuff. in dict. l. intelligendum, pag. 748. nec minus facit lex, quod dicimus, 231. ff. de verb. sign. vbi Rebuff. pag. 1004. vbi ponit exemplum quando fuit factum pactum, quod masculi, & non mulieres, vel primogenitus succedat inter Nobiles.

Et in ista materia animaduerte, quod est inspicendum tempus conceptionis, vt possit agnatus, vt conceptus succedere l. Gallus, ff. de liber. & posthum. l. interestat, §. sciendum, l. intestato, in fin. l. Titius, cum l. sequeuti, ff. de suis, & legit. hæred. notat Angel. Mathezacius in tract. de fideicommiss. cap. 16. nu. 27. fol. 138.

Et ex istis alias inferebam, possemulierem viduam, quæ gravida remansit, ventris nomine agere ad retractum consanguinealem, qui competit consanguineo ex legibus fori, & ordinamentis, & Taurinis, & vniuersali Castellæ consuetudine: ad quod faciunt scripta per Tiraquell. in dict. glof. & pro his faciunt quæ scribo in 1. par. quæst. 41. in fine, vbi traditur, quod liter maioratus factus in fauorem ventris, aut infantis, valeat, & acceptari possit. Ista confirmantur: quia quemadmodum conditio adiecta, Si sine liberis decesserit, deficit, si tempore mortis quis filios relinquat, licet postea decedant, vt scribo supra, quæst. 12. in 2. par. ita deficit, si quis tempore mortis relinquat uxorem pregnantem, l. si quis pregnantem, ff. de reg. iur. l. inuenis, §. si autem, Cod. ad Tribell. notant Carolus Ruin. in l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 35. ff. de liber. & posthum. Francisc. Mant. de conceit. men. defun. lib. 11. tit. 6. n. 9. pag. 490. quod ex facto contingit, motus, quia possessio non datur non valentibus implere conditionem, ex Paulo de Castro in l. 1. C. de inst. & subst. & per alia quæ inibi legi possunt, & istam nostram sententiam sequitur nouissime Ioan. Guttier. lib. 2. pract. quæst. 87.

Sed pone quod iuxta conditiones & vincula primogenituræ, cuius possessio præteritur, non potest illa succedere mulier, sed masculus; quæro an in dubio venter in possessionem mittendus sit? Quæstio est à nemine resoluta, licet eam tangat Auend. respon. 28. mihi tamen videtur idem quod in præcedenti quæstione: & quod talis venter, si donec mulier pariat, est in possessionem mittendus, & in illum transfertur possessio virtute illius legis 45. quia in ventris fauorem illud quod ventri vtilius est accipere debemus, iuxta text. in dict. l. qui in utero, & d. l. 3. tit. 23. par. 4. facit l. 2. §. in filiis, vers. quid si post, ff. de Decurion. & l. etiam ei, ff. de min. l. quod dicimus, ff. de verb. sign. l. 2. §. remittit, vers. qui autem in ventre est, & ibi notat Bald. ff. de excusation. tutor. l. Libertinus, §. posthumus, ff. quando dies legat. cedat. Et faciunt quæ in hac propria materia in fauorem masculorum primogenitorum scribit Fuluius Pacianus in tract. de probation. lib. 2. c. 11. num. 11. fol. 32. Et in dubio benignior interpretatio est sumenda, l. semper in dubiis, l. capienda, ff. de reg. iur. & in re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus iustus est, quam tutius l. ea que, §. vlt. ff. de regul. iur. & textus singularis in can. alligant 26. quæst. 7. & vbi concurrunt vel con-

currere possunt fauor, & odium, dispositio potius est habenda pro fauorabili, quam pro odiosa, secundum Abb. in c. ex literis, ad finem, de restit. spoliat. per text. in l. 2. C. d. e. in ius vocand. notat Anchar. in conf. 27. Contra Ioannem, & conf. 215. Scripsit Papa, col. 2. vers. in contrarium, licet contra istam doctrinam Abbatis faciant scripta per Bart. Socin. conf. 79. num. 3. lib. 4. Et est etiam pro hac sententia egregius casus in l. queritur, ff. de stat. homin. vbi probatur quando aliquid possit iudicari secundum minus potens, & quem textum notant ad hoc ibi Bart. & alij, vbi Paris. in addition. ad Bart. & Iason. in l. 1. in princ. num. 4. ff. de acquir. poss. quod confirmatur ex pluribus quæ scribo in part. 2. quæst. 4. illat. 8. in vers. & ista sententia maximè procederet.

Et est etiam ad hoc expressus casus in l. 1. §. sed si incertam, ff. de ventr. & in poss. mitten. vbi in casu dubio & incerto, venter in possessionem mitti debet: & est expressior ad propositum textus melior omnibus superioribus, in d. l. 1. §. quare, ibi: Quare, etsi ista exheredatio facta sit si filius vnus mihi nascatur ex hæres esto: quia filianasci potest, vel plures filij, vel filius & filia, venter in possessionem mittatur. Statius enim est sub incerto eius, qui editur, &c. & est text. in d. l. 1. vlt. §. cum lege seq. ibi, Tandiu venter in possessione esse debet, quamdiu aut pariat, aut abortum faciat, est etiam casus in l. cum quidem, §. quod dicitur, ff. de acquir. hæred. sed notanda l. 6. par. 6. ibi: Sin testamento muriendo alqum omedexando a su muger preñada, o cuidando que lo era, dezimos que ni hermano, ni otro pariente del muerio denen entrar la heredad de finado, antes deue esperar que la muger encaesca: debent tamen seruari circa ventrem omnia requisita in d. l. 6. & in toto tit. ff. de ventr. inspicien. nec minus facit l. 7. tit. 22. par. 3. in vers. Esto misno dezimos que deue ser guardado quando alguna muger finca preñada de su marido, vbi Gregor. Lopez refert textum in l. 1. §. si ea, & §. generaliter, ff. de ventre in posses. mitten. & bonam doctrinam Baldi in capite unico, an agnatus, vel filius. Et pro hac etiam nostra conclusione, & quod debeat in possessionem venter mitti donec pariat, & videatur an pariat masculum, & feminam, quamuis in scriptura maioratus femina sint exclusæ, facit textus in cap. 1. §. defuncto milite, in tit. si de feudo fuer. controuer. inter domin. & vassall. vbi probatur, quod filia, mortuo patre, in dubio in possessionem feudi mitti debet, donec per aduersarium de feudo probetur, & indicetur, & in cap. 1. §. si inter filiam, si de feud. fuer. contr. inter domin. & agn. & vide omnino Menoch. remed. 4. de adipiscen. posses. num. 375. cum aliis, Roland. conf. 47. num. 50. & 51. lib. 4. Molinam, qui limitat lib. 3. de primog. cap. 4. num. 43. & 44. fol. 28. notat Glöf. in dict. c. 1. in Glof. 1. in fine, de controuer. inuestitur. inter masculum, & feminam, Ioann. Andr. in addition. ad Speculator. tit. de testam. §. pen. in fine, quod est notabile secundum Alexand. in l. vltim. in vers. aliud notabile, C. de edit. dini Adrian. rollen. Natta in conf. 373. n. 6. lib. 2. Curt. Iun. in conf. 30. num. 12. & conf. 41. Carol. Ruin. conf. 18. num. 20. lib. 1. Socin. Iun. in conf. 76. num. 95. lib. 1. & conf. 77. num. 1. Carol. Ruin. conf. 18. num. 20. lib. 2. Ripa respons. 80. num. 74. vbi latè cum concordant. vt per Iason. in conf. 62. lib. 4. Additio Ferrar. in forma libelli, ad reuocationem feudi, vers. ac nomine, pag. 283. col. 1. vers. filia, & plures citat Marcabrun. ab Anguill. conf. 63. num. 21. ad ista legendus, Fuluius Pacian. in tract. de probation. lib. 2. cap. 39. num. 43. fol. 154. Ludouic. Peguera in lib. feudali, in vers. infans, num. 95. fol. 83. Cephal. conf. 645. n. 15. lib. 5. Decium in conf. 464. Benè & consuetud. num. 10. & in conf. 188. num. 10. & conf. 448. Vifo puncto, num. 10. & melius in conf. 424. num. 4. cum aliis; vbi num. 8. refert textum in c. significauit, de rescriptis, vbi mortuo fratre, qui erat Comes, soror succedet in Comitatu, vt refert in 2. par. quæst. 6. & Baldus dicit, quod Comitatus transfertur de fratre in sororem: & idem in consil. 498. n. 3. & 514. num. 8. vbi intelligit hoc procedere, nisi possessio reperitur apud alium, qui etiam dominus est: nam

Et quomodo possessio rei donata transeat in monasterium, contra quam allegatur, quod erat restitutioni subiecta, notanter agit Ioseph Ludouic. decis. 29. qui num. 13. inter alia resoluit, quod monasterium habens possessionem cum Constituto, praefertur habenti possessionem actualem: ex Roland. consil. 51. numero 24. lib. 2.

QVÆSTIO IV.

Lex Taurina 45. an habeat locum in quasi possessione.

SVM MARIUM.

- 1 Quaestio definitio.
2 Possessio rerum corporalium & incorporalium an transferatur per Constitutum, & n. 5.
3 In possessionem rerum corporalium missus, est mittendus in possessionem rerum incorporalium.
4 Possessorium iurisdictionis qualiter habeat admixtam causam proprietatis.
6 Teneta an sit ius indiuiduum.

Quartò quæro, an prædicta lex 45. procedat in quasi possessione rerum incorporalium, in qua ipsa loquitur. Et sanè cum prædicta lex orta fuerit in favorem & conseruationem maioratum, & in quasi possessione concurrat eadem ratio quæ adest in possessione, procedere debet etiam in quasi possessione, quamuis statuta strictè sint interpretanda: refert inter alia, Glor. in l. si quis in tantam, C. unde vi, quæ Glor. est ordinaria, & approbata secundum Iasonem in l. 3. in princ. num. 1. ff. de acquir. poss. & sequitur Balbus in tract. de prescript. 2. par. 4. princip. in princ. n. 2. fol. 55. & licet in statutis teneant contrarium Ant. de Butrio in c. vlt. col. 2. de caus. poss. & propriet. Alex. & Iason in d. l. 3. quia statuta sunt strictè interpretanda in casu prædictæ leg. 45. Contrarium verum est per supra dicta: & probatur in verbis illius legis, ibi, Villas, y fortalezas. Cum in illis pro maiori parte domini habent iurisdictionem: & facit l. cetera, in principio, ff. de legat. 1. & §. tam ante, Instit. de legat. l. 1. §. tit. 9. par. 6. & istam sententiam tenet in terminis D. Anton. de Padilla in l. 1. C. de seruit. n. 7. pag. 132. & hoc coadiuuatur, quia per Constitutum ita transferatur possessio rerum incorporalium, sicut rerum corporalium, secundum Innocent. in c. in literis, in fine, de restitut. spoliat. Bar. in l. quod meo, in princ. col. vlt. in vers. quid si concedo, vbi Cuma. Alex. & Arcin. ff. de acquir. poss. ad quod plures concordantes refert Tiraq. in tract. de Constit. par. 2. ampliat. 32. num. 1. cum sequent. fol. 67. Et materiam, & punctum latè tradit in nostra quaestione idem Tiraquell. in l. quinta communal. n. 129. fol. 283. Sic remedium c. reintegranda, 3. qu. 1. competit pro quasi possessione rerum incorporalium, secundum Socin. in l. in rem qua nobis, num. 15. vers. tertio concludit, ff. de acquir. poss. Ripa in c. cum Ecclesia, num. 101. de caus. poss. & propriet. & alios quos citat Menoch. remed. 15. de recup. poss. num. 200. pag. 494. vbi ex Bertrando cons. 2. num. 10. lib. 1. tradit, dari talè remedium contra vassallum negantem domino homagium. Et in iurisdictione, & aliis iuribus incorporalibus, hoc tradit Egidius Bossius in pract. criminali, tit. de pluribus violentis, nu. 39. & iterum n. 50. pag. 315. ex Bart. in l. §. unde vi, ff. de vi & vi armata, Bart. Socin. in cons. 187. lib. 2. nouissimè Cæsar Genuen. in l. vnicæ, C. si de moment. poss. vers. ampliationes, n. 144. pag. 133. & istam sententiam tenet in terminis Molina lib. 3. de primog. c. 1. n. 23. fol. 89. Garcia Falcon, regul. 142. n. 1. Et hanc conclusionem veram puto, & ad conseruandum bona maioratus necessariam: iurisdictionem autem esse ius reale tradit Angel. in cons. 117. in canonica, col. 1.

Et est notandum, quod in ius in possessionem re-

rum corporalium, est mittendus in possessionem rerum incorporalium, quæ circa corporalia versantur, vt in seruitutibus, & funilibus, secundum Salicet. in l. vlt. Cod. de edict. diui. Adrian. vbi Paul. num. 12. Alexand. num. 25. Menoch. de adipiscend. poss. rem. 4. numer. 194. pag. 86. qui confirmat: quia ille qui est in possessione principali, est in accessoria, & concreta, l. cum scimus §. vlt. de agricol. & cens. lib. 11. Et qualiter per possessorium iurisdictionis habeat admixtam causam proprietatis, tradunt Bald. in l. vnicæ C. si de moment. poss. num. 6. & in cons. 161. in fine lib. 3. Paris. in cons. 98. num. 16. lib. 2. Cassador. decis. 1. in tit. de restit. spoliator. num. 10. Cæsar Genuenf. vbi latè in d. l. vnicæ limit. 2. num. 21. pag. 250. ad istud legendus, vbi resoluit, fore titulum necessarium; & resoluit Menoch. in tract. de retin. poss. rem. 3. num. 590. pag. 215. ex Ioanne Fabro in §. retinenda, num. 4. de interd. Capicij decis. 209. nu. 4. & 5. idem Menoch. de recuper. poss. rem. 15. num. 469. pag. 518. & scribo infra, par. 4. quæst. 21. Et quod quasi possessio iurisdictionis decimarum, per & aliorum iurium incorporalium transeat per clausulam constituti, vbi-cunque ille qui se constituit possidere, possidet, non alias, tradit Anton. Natta in cons. 273. num. 1. & 2. lib. 2. per doctrinam Bartoli, in l. quod meo, in fine, ff. de acquir. poss. Antonij de Butrio in o. fin. de causa poss. & propriet. & in c. cum venissem, de restit. spoliator. ad quod omnino legi debet Tiraquell. in tract. de Constit. par. 3. limit. 1. num. 10. Et quod iurisdictione Castri, continuetur in successorem, resoluit Iacob. Puteus, deci. 300. par. 2. quod consuetum cito par. 1. quæst. 10. & quod teneta, & tenetur per confirmatio vbi-cunque est incorporalis, sit quoddam ius indiuiduum, tradit Quintilian. Mandos. in cons. 98. num. 9. per legem 1. §. quædam ff. de rer. diuis. & §. incorporales, Instit. de rebus corpor. & idem cons. 7. num. 16.

QVÆSTIO V.

Princeps si restituat delinquentem, an transferatur in illum ipso iure possessio.

SVM MARIUM.

- 1 Restitutio omnia in pristinum statum an reducat? Authoris sententia, a num. 2.
2 Dominium licet ipso iure in aliquibus casibus transferatur, non tamen possessio.
3 Delinquentibus non ita fauendum est sicut aliis.
4 Resoluto contractu, an reuertatur dominium ad tradentem.
5 Resolutio quaestiois.
6 Possessio an accrescat sine noua apprehensione.
7 Feudum si renouetur, an dicatur antiquum. Et qualiter dicatur nouum vel antiquum, num. 12.
8 Dominium amissum, ex noua tamen causa acquisitum, vt nouum reputatur.
9 Extinctum quod iam est, nullum potest effectum producere.
10 Emphyteuta cadens à iure suo, si redimat rem, an euitet pœnam.
11 Monasterium Superioris auctoritate destructum, non recuperat omnia qua antea habebat, si restituatur.
12 Castro destructo, iura eius an perdantur, & n. 20. Quid si in alium locum transferatur, num. 21.
13 Ciuitas cum est funditus destructa, amittit omnia iura qua antea habebat.
14 Ecclesia in totum destructa, & ruinata, & execrata dicitur. Quid si iterum reedificetur, num. 17. Et quid de privilegiis Ecclesie translata, ff. de solut. n. 26.
15 Ecclesia destructa amittitur ius paronatus.
16 Insparonatus habentes an possint sine licentia Episcopi Ecclesiam destructam rescire, & n. 36.
17 Episcopus, cuius ciuitas fuit destructa, an habeat Episcopalem dignitatem.

23 Præuilegium

- 23 Præuilegium propter bellum amissum, pace sequuta recuperatur.
24 Feudum per sententiam amissum, si restituatur, anti-quum dicitur.
25 Recuperans ex causa redimendi an dicatur habere causam de pretorio.
26 Rem patrimonialem si aliquis vendat, & postea illam recuperet per in integrum restitutionem, non dicitur amplius res patrimonialis.
27 In feudis consolidatis vxor an habeat partem.
28 Res specialiter obligata ad solutionem alicuius redditus, si suis creditoribus ob solutionis defectum adiudicata, an possit creditor pro amissis sequentibus redditibus exigere.
29 Bona qua erant prius de fideicommissis, & postea effecta libera, si recuperentur, intelliguntur recuperata vt bona libera.
30 In casibus, in quibus dominium ipso iure transfertur, resoluta dispositione transfertur dominium, licet non possessio.
31 Maioratus filio delinquentis à Rege donatus an dicatur nouus.
32 Res maioratus à maioratu extracta, res maioratus illius non dicitur.
33 Officium ob non renunciationem amissum an maneat liberum.
34 Turrim destructam an de nouo liceat edificare.
35 Patronus an efficiatur qui Ecclesiam in totum destructam restituit.
37 Castra destructa per sententiam an possint reparari.

Quintò quæro Si quis possessor bonorum maioratus commisit delictum, per quod bona maioratus amissa fuerunt, & postea Princeps illi vel alteri successori bona restituat, an ipso iure erit translata in illum possessio virtute illius legis. Et certè cum restitutio omnia ponat per in pristinum statum, l. quod si minor, §. restitutio ff. de minor. l. vlt. C. de sentent. pass. cum concordant. videtur quoddammodo Principis restitutio operatur in principali, & in hoc effectum habeat: & pro hac sententia faciunt quæ scribo in 1. par. 9. 12. à nu. 3. quæ legenda sunt ad decisionem istius quaestiois. Hæc tamen opinio non est sine scrupulo; quia delinquens, cum eidem fuerint bona confiscata, & in Regiam coronam translata, animo & corpore possessionem eorum amittit: & idè durum videtur; quod per restitutionem absque corporali apprehensione fiat ipso iure translata possessio. Non obstat dist. l. quod si minor, §. restitutio, cum concordant. Quia dicta lex loquitur in proprietate, non in possessione, quæ differunt, l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poss. & idè licet in aliquibus casibus quando quid sit ipso iure, dominium transeat sine possessione, vt in l. commissa, vbi Bar. & Roman. ff. de publica, & notat Bart. post Dinum in l. Imperator ff. de iure fisci, Possessio tamen transfertur, per nisi ipso iure fuerit apprehensa, secundum Glossam in l. cum duobus, §. idem respondit socius si cessante, in verbo, dominium ff. pro socio, & in l. vlt. C. de sacrosan. Eccles. notat Bart. in d. l. commissa, Angel. Bald. & Roma. in l. si quis in tantam, C. unde vi, l. ac. in consil. 148. lib. 4. Nicol. Boer. decis. 167. n. 9. cum sequent. Anton. Peregr. qui citat. Bart. Bald. & Alberic. in tract. de iure fisci, lib. 4. num. 23. p. 198. Anton. Gomez tomo 3. cap. 2. num. 3. fol. 29. Maxime quia delinquentibus per non ita fauendum est sicut aliis, & facit l. infulam, C. de sentent. pass. vbi in infulam deportatus filius, & vinculo paternæ potestatis ditemptus, si redit in patriam, dignitas ei restituitur: sed non patria potestas, & res mutata in pristinum statum reducitur, l. liber homo, vbi Glossa, ff. de stat. homin. l. inter stipulantes, §. sacram, ff. de verb. oblig. l. qui res, §. aream vbi Glossa alios concordantes cumulat, ff. de solut. Et confirmo, quia resoluta contractu, etiam ipso iure nunquam reuertitur dominium per ad tradentem priorem dominum, sed opus est traditione: & sic requiritur actus retrosimilis, secundum Glossam notabilem, quam

ibi notat & commendat Bald. in l. 1. C. de inoffic. donation. Alexan. qui alios citat in cons. 10. num. 2. lib. 1. Carol. Ruin. in cons. 32. num. 14. lib. 1. qui hoc confirmat ex doctrina Bartoli & aliorum in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verbor. oblig. Bald. in l. 1. & in l. cum mulier ff. solut. matrim. & aliorum quos citat: & faciunt quæ scribit idem Carol. Ruin. cons. 193. num. 15. eod. lib. & in cons. 76. num. 8. & in cons. 214. num. 8. & in cons. 32. num. 14. Ad quos tamen addo Chassan. in consuetud. Burgun. rubr. 7. le mort fait le vis, §. 1. pag. 902. vers. Et aduerte, vbi Alexan. in d. cons. 10. licet non referat volumen consilij, tradit, quod in casibus, in quibus transfertur dominium sine traditione, si rescindatur contractus, non requiritur traditio in acquisitione domini: & hoc maxime procederet, quando possessio bonorum maioratus esset apud per aliquem ex donatione Regia, & non in potestate Principis remissionem facientis, ex cap. quamuis, de rescript. in 6. & notatorum in l. Gal-lus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthur. & facit doctrina Bald. & aliorum in l. 1. C. de sentent. pass. vbi tenet, quod licet aliquid ipso iure accrescat, non tamen accrescit possessio per sine noua apprehensione, & ius accrescendi non habet locum de possessione naturali ad ciuilem, Glor. & Bart. in l. sed si nolit, ff. de acquir. heredit. Et hoc confirmatur, quia vbi-cunque feudum per vassallum amissum fuit filio Principis incorporatum, aut possessio eius per dominum apprehensa, si renouetur feudum, dicitur per nouum feudum, & non antiquum, secundum Bald. in l. 1. §. 15. ff. de rer. diuis. Alex. cons. 33. num. 6. lib. 5. Iaf. cons. 151. col. 2. circa medium, lib. 2. & alios quos citat Aymon in tract. de antiq. irmp. par. 5. num. 20. fol. 336. quod etiam tradit Glor. Paris. in consuetud. Paris. §. 30. num. 105. fol. 142. col. 4. Quam materiam notanter explicat doctissimus Cald. à Pereira in tract. de renouat. emphyt. q. 4. num. 18. cum sequent. fol. 21. & faciunt quæ scribit idem Caldus q. 5. & seq. ad hoc legendus, & quod scribo 4. par. 9. 23. & Caldum citat Barbof. in rubr. ff. solut. matrim. par. 3. num. 38. pagina 114. De quo legendus est idem Barbof. in l. usufructu, num. 29. pag. 949. ff. eod. tit. Azuced. in practica Pisana, lib. 2. c. 18. num. 8. fol. 35. qui refert Menochium & Auiles, facit text. in l. si mater, §. eandem, ff. de except. rei iudic. vbi si quis ex noua causa dominium acq. uerit, per quod amiserit, per quod dominium nouum reputatur, & text. in l. si quis ades, ff. de seruitutib. cum quo concordat l. 17. tit. 31. par. 3. & l. qui cum pro herede, ff. de usucapion. pro emptor. Et si res hypothecata, quæ fuit cum consensu creditoris vendita, fuerit per debitorem acquisita ex causa diuersa à prima, ex qua erat apud debitorem, non venit in generali obligatione bonorum, text. singularis in l. fin. de remiss. pign. & probatur in l. 7. §. cum venditor, ff. quib. mod. pign. vel hypothe. solui. tradit Ioann. Grat. regul. 11. num. 11. & Fanus in tract. de pignorib. par. 6. memb. 3. num. 21. fol. 147. Et quod extinctum est, per nullum effectum producere potest, l. Iulianus, ff. ad exhibendum, l. mulieris, §. res abesse, ff. de verbor. signific. Iacobus Portius in cons. 167. num. 105. & facit etiam regula iuris, quod res semel extincta amplius reuiuifcere non potest, l. qua res, §. aream, ff. de solutionib. cum concordant. vt per Tiraquell. in l. si vnquam, C. de renouand. donation. in verbo, susceperit liberos, num. 191. Zanchus in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian. par. 8. num. 161. pag. 242. Et emphyteuta cadens à iure suo, si redimat rem, non per euitat pœnam, vt ex communi tradunt Mantica consilio 244. num. 9. Socin. Iun. in cons. 10. num. 28. lib. 1. Petr. in tract. de fideicom. quæst. 8. num. 16. pag. 101. & iterum num. 62. ex Iafone in l. vltim. num. 135. quæst. 10. C. de iur. emphyt. Et qualiter quæ acquisita fuerunt Vniuersitati, non diuidantur, nisi Vniuersitas dissoluatur, tradit Baldus in l. 1. §. quod si nemo, quæst. 6. ff. quod cuiusque vniuersitatis, quem citat Natta in consilio 325. numer. 2. lib. 2. Et qualiter si feudum amittatur, postea si renouetur, dicatur feudum antiquum nouum vel antiquum, declarat

Et quod Castra destructa per sententiam non possint reparari, aut erigi, volunt Ioann. Faber. in l. seruus, C. de pen. Bart in l. si quis adulterium, §. 1. ff. de adulter. & DD. in cap. ex literis de constitutione. & alij quos citat Rebuff. in l. quod iussit ff. de re iudic. notab. 3. n. 337. p. 109. quod confert pro intellectu textus in l. 46. Taurina. Et quod ex instrumento reflecto non soluat gabella, tradit Iulius Ferrerius in tractat. de gabell. n. 345. & quod Collegio destructo, legatum extinguatur, probatur in l. patre, ff. de legat. 3. tradit Tiraquell. de privileg. pie Caus. prinul. 61.

QVÆSTIO VI.

Silentium in petenda possessione, ex l. 45. an præiudicet successori in maioratu.

SVMMARIVM.

- 1 Sciens naturalem possessionem occupatam, & tacens, amittit civilem.
2 Possessio civilis segregata à naturali an decennio duret.
3 Beneficij possessio per quod tempus amittatur.
4 Per quod tempus præsumatur oblitio possessionis.
5 An relinquatur iudicis arbitrio.
6 Quando dicatur quis illam continuare.
7 Diffinitio & resolutio questionis, & num. 8. 50. & 51.
9 Possessionem qui prius habuit, præsumitur hodie possidere, nisi aliter probetur.
10 Possessio videtur interrupta, quando primus possessor scit alium possidere.
11 In incorporabilibus acquiritur possessio per scientiam & patientiam.
12 Scientia possessionis, acquisita magis operatur quam scientia ad eam acquirendam.
13 Titulus ex patientia in beneficiis præsumitur.
14 In possessione an debeat iuri qui per annum & diem in feudi possessione sciente domino stat.
25 Agitur de intellectu text. in l. 1. tit. 13. de las prescripciones, lib. 3. de Ordin.
16 Annale silentium multa operatur.
17 Lex, acquiritur, ff. de usufructu, non procedit, quando quis tacuit per annum, & alter possedit.
18 Vassallus an debeat iuri inuestituram differre, cum duo domini de baronia contendunt.
19 Possessio non debet tanquam attentata reuocari, quando quis fuit eam sine contradictione & violentia ingressus, & per longum tempus stetit.
20 Ex Curia Francia præfertur ille in possessione, qui de facto etiam per annum possedit.
21 Et tuendus est in possessione & in causa nouitatis reperiens in possessione, quamuis habeat defectum proprietatis.
22 Defuncti possessio non continuatur in heredem, quando hæres illam intra annum non petiuit.
23 Et an hoc ultimum procedat in casu l. 45. Taurinæ, & num. 25.
24 Constitutum factum in fauorem creditoris, extinguitur per mortem eius qui se possidere constituit.
26 Possessio durare præsumitur, & n. 29.
27 Possessionem ante litem contestatam habere si quis probet, & in ea nunc perseverare, præsumitur ipso iure quod tempore turbationis & litem contestata erat in possessione.
28 Actor spoliatus an debeat probare spoliationem illius temporis quo se spoliatum dicit.
30 Possessionem partem habens, an præsumatur totum possidere.
31 Quasi possessio iurium incorporabilium an transeat in successores hæredis absque exercitio actus per quem inducatur quasi possessio.
32 Privilegium, quod est apud patrem, an præsumatur esse apud filium.
33 Qualitas possessionis an censetur continuari.

- 34 Beneficiatus pro rebus competentibus beneficio, an possit intentare remedia possessoria, quamuis non steterit in possessione percipiendi, si prædecessores eius perciperunt.
35 Contractus, cuius vigore quis ad retrahendum astringitur, si non præcedat, & patiat re rei mee possessionem intentare, & de magno præiudicio agatur, consentire non videtur.
36 In interdito, uti possidetis, obtinet qui docet de antiquiori possessione, An in eo sit bona fides probanda, num. 38.
37 Ignorantia in dubio præsumitur.
39 Scientia an præsumatur in successore maioratus possessionis occupata, & an debeat probari, n. 40.
41 Rem alienam cum titulo & bona fide possidens, præsumitur ignorare rem à se possessam ad alium pertinere.
42 Possessio an conferretur per inquilinos.
43 Interdictum uti possidetis, licet anno duret, simplex tamen facta plus durat.
44 Authoris sententia.
45 Hæres illius qui fecerat Constitutum in fauorem alterius, si diu stet in petenda possessione, illam amittit.
46 Vassalli non spoliant dominum, & n. 47.
48 Per instrumentum fidelitatis an transferatur possessio.
49 Agitur de pragmatica anni 543.
52 Domestici qualiter amittit ius tenentis de donatione facta per Pontificem.
Post num. 52. inuenies alia summaria.

Extò quæro. Si successor in maioratu tacet per aliquod tempus, non continuat possessionem (de qua in prædicta lege) an illam amittat. Et certe negari non potest, cum si successor in maioratu habuit negligentiam in petendo hanc possessionem, & in eiusdem continuatione illam amittat, quod variis iuribus & rationibus probatur, & primò per text. in l. si de eo, §. 1. ibi: Tunc demum cum dominus possessionem adipisci neglexerit, ff. de acquir. poss. à quo textu Bart. ibi n. 4. deducit, quod si scio naturalem possessionem meam occupatam, si negligo per aliquod tempus, etiam modicum, perdo civilem: & idem Odofred. & Bald. in l. 1. col. 2. l. C. de seru. fugit. & alij quos referunt Alex. in cons. 35. Viso testamento, n. 12. lib. 5. & Alciat. in tractat. presump. reg. 2. presump. 2. 1. num. 12. p. 195. qui refert Fulgos. in cons. 194. proponitur. ad quam conclusionem alios Doctores præter prædictos citat Episcopus Couarr. qui idem tenet in 2. par. relict. regula, possessor, de reg. iur. in 6. §. 9. num. 3. fol. 63. Felin. in cap. vigilanti, num. 9. de prescript. vbi de his aliqua tractat, & confirmat Aymon cons. 235. num. 1. Hinc fit, quod si intra decem annos, is cui factum est Constitutum, non accipit realem rei possessionem, censetur per negligentiam amisisse, vt voluit Bald. cons. 150. Casus actualiter de facto emergenti, column. penul. lib. 2. Ancharr. cons. 133. gloss. in cap. Clerici, in glossa, & hoc verum est, 16. quæst. 3. & alij quos citat Tiraquell. in tractat. de constitutione, part. 3. limitat. 21. num. 1. & 2. folio 137. facit l. clam possidere, §. qui ad nudinas, l. si id quod, in princip. ff. de acquiren. posses. l. furti, §. fundus, ff. de vsucap. l. 17. titulo 30. part. 3. & doctrina Baldi in l. executorem, numer. 36. C. de execut. rei iudic. quam refert in 1. parte tractatus, quæstione 33. à num. 11. & Paulus Castrenf. in cons. 371. Viso puncto, libro 2. Et quod tradit Quintilian. Mandos. in commissionibus, commission. executorial. fol. 77. col. 2. & 3.

Et est generalis & receptissima omnium conclusio, quod possessio non amittitur per obliuionem decennij: & possessio civilis segregata à naturali non præsumitur vltra decennium durare, Gloss. in d. l. 1. in glossa magna, C. de seru. fugit. & in d. l. si id quod, & in d. l. si de eo, §. si forte: ad quas concordantes referunt Bald. in tract. de prescription. in vlt. par. 3. part. 3. Bernard. Diaz de Lugo regul. 574. Rebuff. in proem. de causa possess. & propriet. pag. 251. column. 1. versic. Septimò propter negligentiam, Ioseph.

Ioseph. Mascard. in tract. de probat. lib. 3. conclusi. 1196. num. 32. fol. 116. Cassad. decis. 5. de restit. spoliat. num. 3. pag. 334. Curt. Iun. cons. 213. num. 115. lib. 2. Alciat. in d. l. loco, Episcop. Couar. in d. reg. relection. 2. §. 1. num. 3. fol. 16. qui plures Doctores citat, & est magis communis opinio Glossarum & Doctorum, secundum Alexand. in cons. 93. Vitis & sapius recensitis, num. 7. lib. 5. & in cons. 95. Vitis processibus, num. 26. eod. lib. & in cons. 33. Vito processibus, num. 4. vbi Gloss. Paris. in additio. qua incipit, obliuione, & in cons. 35. Vito themate, num. 2. lib. 6. & eandem opinionem sequitur Iaf. in l. 1. in princip. num. 49. & 50. ff. de acquir. poss. vbi Socin. Iun. num. 516. vbi post Gloss. in l. furtum, §. 1. ff. de vsucap. & in §. quod autem, Instit. de vsucapion. & in d. l. si id quod scribit, quod longum tempus arbitrio iudicis declaratur, & Petr. Rebuff. tom. 3. ad constit. Regias, in tract. de caus. beneficio poss. pag. 314. num. 11. Menoch. remed. 7. de recip. poss. n. 25. pag. 379. Menchac. lib. 2. controu. cap. 53. num. 4. Marcus decis. 407. num. 3. pag. 330. & alij qui referuntur in lib. 2. commun. opin. 15. par. 1. pag. 161. & ista est verior opinio secundum Boerium decis. 239. num. 6. post medium, & est communior opinio, vt etiam attestatur Tiraquell. in tract. de prescript. §. 1. gloss. 4. pag. 78. cum sequent. & est etiam communior opinio, secundum Alex. in cons. 94. n. 7. lib. 5. & Bar. Socin. in cons. 38. n. 17. lib. 1. & cons. 47. n. 12. & vlt. eod. libr. De quo etiam tractat nouissimè Menoch. in tr. de presump. lib. 6. presump. 64. num. 43. fol. 133. presump. 66. num. 4. Iacob. Put. dec. 115. num. 16. part. 1. Ioann. Garcia in tract. de nobil. gl. 12. num. 29. fol. 267. Cephal. in cons. 458. num. 8. lib. 4. Et possessio in beneficiis perditur ex negligentia decem annorum, secundum Abbat. in c. cum venisset, de restit. spoliator. & in c. capitulum, de rescript. cum concordat. vt per Gomezium in regula, de non tollendo iure, quæstio, quæst. 5. pag. 95. vbi dicit, secus esse in iure competenti ad beneficium, quia non perditur decennio, & tradit Chaffan. in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 8. pag. 331. & opinio Ios. in d. l. 1. est tenenda, licet Innocent. in cap. querelam, de elect. teneat, quod debet relinqui arbitrio iudicis, per quod tempus præsumatur oblitio possessionis. Ad quam sententiam aliquos Doctores refert Tiraquell. vbi supra: & est communior opinio secundum Iasonem in d. l. 1. C. de seru. fugit. num. 47. & eam sequitur Rebuff. in d. l. tom. in tract. de matern. poss. in præfatione, num. 23. pag. 227. & Alexand. in cons. 6. Circa processum, num. 14. lib. 3. vt respicias varietatem Doctorum nostrorum. Sed certe Iaso in d. l. fallitur, in quantum dicit, quod opinio Innocentij communior est; quia contrarium patet ex prædictis Doctoribus, & ex aliis quos ipsi referunt. Sententia tamen Innocentij semper mihi verior visa fuit, attentis rationibus, quibus Innocent. & qui eum sequuntur, mouentur: quam probat Abbas in c. cum Ecclesia, num. 25. de caus. possession. & propriet. Et quod relinquatur iudicis arbitrio, per quod tempus præsumatur oblitio, voluit Gloss. in d. l. furtum, §. vlt. ff. de vsucap. Alberic. in d. l. 1. C. de seru. fugit. Socin. Iun. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 231. ff. de acquiren. poss. & alij quos citat Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. casu 29. num. 2. pag. 164. qui omnes istam opinionem tenere videntur. Quod etiam confirmatur ex sententia Alexand. in l. de eo, §. si forte, num. 5. de acquir. poss. & in cons. 6. num. 14. lib. 3. Afflict. dec. 40. num. 16. Carol. Ruin. cons. 58. num. 16. lib. 2. volentes esse in arbitrio Iudicis, quando possessio civilis amittatur: cum is qui precarium concessit aliquo tempore reuocare neglexit, quos citat Menochius casu 24. num. 2. Pro qua sententia etiam conducunt scripta per Roderic. Suarez in tit. De las herencias, num. 28. vbi tractat istam quæstionem in filio, qui per longum tempus non accepit possessionem bonorum paternorum, vbi legi debet Valdes pag. 152. qui ista refert; quibus addo elegantèr Ioannem Fabrum in §. quod autem, Instit. de vsucap. vbi plures coniecturas notabiles, & præsumptiones refert, ex quibus Iudex id facillimè coniecturare potest, qui, quando casus contigerit, videndus

est. Quibus congruunt scripta per Parisium in cons. 24. num. 15. & 16. lib. 1. Alciat. cons. 45. num. 11. & in cons. 104. in princ. qui post Baldum, & alios quos citant, tenent, quod quando dicatur quis continuare possessionem, constitit in arbitrio Iudicis: quod etiam resoluit Lancell. in tract. de attenti. part. 2. c. 4. de attenti. lite pendente, limit. 1. num. 26. pag. 105. & legi omnino debent quæ cum magna resolutione scribit Cæsar. Lambertin. in tract. de iur. patronat. part. 1. lib. 2. 16. artic. 3. quæst. principal. num. 1. cum sequent. fol. 24. Cum igitur hæc locum habeant contra illum possessorem, qui verè & cum actu corporeo, vel per se, vel per alium possessionem apprehendit, maiori ratione procedunt, vbi-cumque solum ex legis beneficio factus fuit possessor, quia ea quæ sunt naturalia magis operantur, quam quæ ex artificio legis sunt producta, l. vlt. C. de his qui veni. arat. impetr. l. qui ad certum, ff. locati.

Resultant igitur ex prædictis duæ conclusiones. Prima est, quod si successor rerum maioratus stat per decennium, quod non continuat possessionem rerum maioratus, eo ipso videtur obliuisci, & amittere possessionem secundum communior opinionem, licet (vt prædixi) alia mihi verior visa fuerit, pro qua etiam facit decisio Iacobi Putei 276. part. 1. quamuis contra hoc faciat, quod licet regulariter interdicta possessoria anno stantur, l. 1. in princip. ff. de vi & vi armat. l. 2. C. vnde vi cum concordantibus, quæ trado infra, Rebuff. in l. anniculus 134. pagina 702. ff. de verborum obligation. & latè scribit Quintilian. Mandos. in libro annualis casus, num. 200. cum sequentibus, folio 29. & prius num. 180. Caldas Pereir. in l. si curatorem habens, C. de integr. restitution. minor. in verbo, infra legitimum tempus, num. 17. folio 392. hodie pagina 1393. vbi tamen ex regula licet, C. de exception. Bart. Bald. Angel. Salicet. in l. 2. Cod. vnde vi, Felin. in cap. si actum, num. 5. folio 91. de rescriptis, tradit: nisi agatur ex istis interdictis per viam exceptionis: licet igitur interdicta sint annalia; conditio tamen ex lege perpetuo durat, vt patet in principio, Instit. de perpet. & tempor. action. notat in alio proposito, Lucas de Penna in l. si coloni, C. de agricol. & censu. libro 11. quæstion. 20. fol. 162. col. 2.

Secunda conclusio, vbi-cumque successor in maioratu scit possessionem naturalem ab alio occupatam, & non contradicit, eo ipso videtur amittere possessionem, negligendo illam accipere, quia videtur animo illam perdere, iuxta opinionem Bartoli & aliorum: quam tenet etiam Alexand. in d. l. 35. num. 12. libro sexto, licet idem Alexand. in d. l. si de eo, §. si forte, intelligat dictam opinionem Bart. quando dominus & possessor rei sciret occupatam esse possessionem ab aliquo petenti, seu ab alio, de quo verisimiliter suspicari possit, se esse repellendum, & idem Alexand. in cons. 99. vitis processibus, num. 26. lib. 1. & Greg. Lop. in d. l. 17. in glo. Porque sospecha: & licet ille, qui prius habuit possessionem, præsumatur hodie possidere, l. sine possidetis, cum materia, C. de probation. fallit, nisi probeatur, quod post talem, possessionem alius eam habuerit, vt notat Bart. Socin. in cons. 13. lib. 4. Deci in cons. 400. num. 7. vbi post Baldum in l. non ignorat, Cod. ad exhibend. dicit, quod quando primus possessor scit alium possidere, videtur eius possessio interrupta.

Et hæc quæ diximus vera sunt, & procedunt contra eum, qui iam habeat aliquid rei possessionem verè, & corporaliter iam apprehensam; maiori ratione locum sibi debent vindicare ad excludendam possessionem fictam & civilissimam, quæ per d. l. transfertur in possessio etenim per Constitutum videtur neglecta per longum tempus, secundum Bart. & Dec. num. 1. in l. vlt. Cod. de edit. dini Adria. & alios, vt per Tiraq. in tract. de Const. part. 2. num. 7. Menoch. de adipiscen. poss. remed. 4. num. 77. Anto. Thesaur. decis. 105. nu. 8. Et faciunt scripta per eund. Deci. 215. num. 6. Tiraq. in d. tract. limitatione 21. num. 9. Et quod detentatio datur ex primo decreto per decem annos, voluit Bart.

& Alex. in l.1. in princ per l. si de co. §. si forte. ff. de acquir. poffef. Fanus in tract. de pignor. p. 3. membr. 2. num. 4. fol. 62. in parvis.

Pro hac sententia etiam facit, quia in incorporalibus acquiritur possessio per scientiam & patientiam illius qui potest ius constituere, l. pen. ff. de seruit. l. 3. §. dare. ff. de usufr. l. 2. C. de seru. & aqua, cum concord. vt per Carol. Rom. in cons. 163. Iesu Christi, col. 2. l. 5. Matth. de Afflict. decif. 82. Ori. lite n. 2. & decif. 200. nu. 12. Th. Gramm. dec. 113. qui id probat in iurisdictione: Petrus de Ferr. in formalibelli seruit. tis, in part. seruius aqua ductus, num. 20. pag. 243. vbi num. 25. tradit qualiter probetur scientia, Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. Cent. 2. casu 161. num. 1. cum pag. 322. vbi scribit, num. 5. qualiter probetur scientia in ista materia, vide Ferr. in pract. in editione noua, pag. 244. num. 25. & pro hac nostra conclusione est etiam text. in l. 2. Cod. de acquirend. poff. & in l. si a re, vbi Paul. C. strenf. ff. si seruit. vendit. & in l. 11. tit. 30. pert. 3. ibi: Vendida, o enagenada seyendo alguna cosa, o algun omne, si a quel a quien la enagenasse. fuesse metrido en la tenencia de la cosa, sabiendolo el señor, y no contradiziendo, ganaria enonces el oro la tenencia tambien como el señor. Et quod scientia possessionis acquiritur magis operetur quam scientia ad acquirendam possessionem, resoluit Oldrad. in cons. 172. num. 23. Et in beneficiis probatur per patientiam possidendi praesumitur titulus, secundum Bald. in d. l. si possidetis, Cod. de probatio. 4. oppositio, & in l. si filius, Cod. de petition. heredit. de quo latius per Felin. in c. sicut, col. 14. de re iudic. & alios plures refert Deci. in cons. 118. Vbi instrument. to promissionis, num. 2. & ad hanc opinionem etiam est text. in c. si de inuestit. feud. lis oriatur, in quo probatur, quod ille qui per annum & diem est in possessione feud. sciens domino, debet in possessione tueri; quem tex. refert & declarat Rebuf. in praxi benefici. tit. de impetrat. benefic. glo. 4. pa. 350. A quo text. (quantum ego suspicor) originem habuerunt l. 1. tit. 11. lib. 3. fori. & l. 192. 194. styli, & l. 1. tit. 13. De las prescripciones, lib. 3. Ordina. hodie l. 3. tit. 15. lib. 4. Recop. cuius hae sunt verba: Establecemos y mandamos, que el que tuviere, o possyere casa, o viña, o heredada, por año y día, en faz y en paz, de aquel que se la demanda, entrando y saliendo el demandador en la viña teniendola, o poseyendola con titulo y buena fe, que no responda por ella, quam legem dicit Episc. Couar. in d. reg. possessor. relect. 2. §. 11. num. 7. procedere solum in possessione, non in proprietate: & idem Ant. Gom. in l. 45. Tau. num. 102. quorum intellectus, licet aequitatem habeat; non totiura sunt correctæ, cum considero illa verba generalia illius legis; & quod requirit titulum, & bonam fidem, & est situata in tit. de praescriptionib. in quo de proprietate & dominio, & non de possessione agitur: dubito maxime de intellectu Episcopi, & aliorum ad illam legem, quæ (videri meo) est difficilis, & eget interpretatione Regia. Et de intellectu illius legis, an procedat in proprietate, vel tantum in possessione, agit Olano in Antinomia, litera P. n. 4. pag. 210. & eam declarat nouissime Ioann. Guttiert. lib. 1. pract. quæst. 89. qui dicit, quod debet probari vsus illius legis, Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. 5. num. 27. pag. 95.

Ad rem tamen redeundo, pro hac nostra sententia, est etiam text. in c. 1. §. porro, tit. qualiter olim feud. alien. poter. ex quo textu notatibi Bald. quod annale silentium habet vim refutationis, & citat l. factam, §. si quis honorum, ff. ad Trebell. notat Balb. in tract. de praescriptione. 4. part. 4. parisi, quæst. 1. num. 18. pag. 346. Caldas Pereir. de renouat. emphyt. q. 5. num. 12. fol. 28. Curt. Sen. in consil. 82. num. 1. Et quid in materia nostra operetur annale tempus, probatur in c. 1. §. Titius filios, ff. de feud. fuer. controner. inter domin. & agnat. quem recte declarat Molina lib. 4. de primogen. c. 1. num. 15. fol. 114. Sed annale tempus multa alia operatur vt latius cumulat Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. glof. 10. num. 5. & 6. pag. 223. qui plura quam viginti textus in hanc rem congerit; latius no-

uissimè Mandosius in d. tract. annales casus, num. 1. cum sequentibus, & per totum tractatum, vbi inter alia traditur quod possessio in materia feudali dicitur annualis, per c. vlt. de consuet. recti feudi, & D. Anton. de Quésada in suis questionib. c. 27. num. 1. cum seqq. cumulat curiose viginti & septem casus, in quibus iure Regio datur spatium vnius anni. Ex quo etiam dicit Rebuf. tom. 2. ad constitut. Regias, tractat. de sequestratione, seu commiss. artic. 1. glo. 2. pag. 318. num. 3. quod elegans dispositio l. 1. 7. æquissimum, ff. de usufruct. quæ in iudiciis practicitur, non procedit quando altera pars possedit per annum rem, quæ petitur, & sequestratur: tunc etenim possessio non est sequestranda, sed apud possessorem remanere debet; pro quo facit, quod ad intellectum tex. in d. l. æquissimum, scribunt Speculat. in tit. de petit. & poss. in princ. l. ac. in l. quidam existimauerunt, nu. 4. ff. si certum petat. Dec. in l. vlt. Cod. de edit. diu. Adrian. num. 6. Hippol. singular. 543. & sic scribit Rebuf. in Concordat. tit. de amat. pag. 796. quod vidit aliquando clandestinum possessorem in profanis manuteneri, qui per annum, & ultra, domino sciente, & patiente possederat, & de transitu ad petitorium infra annum à die factæ tenuræ, scribit Socin. Lun. in cons. 181. num. 71. & seq. lib. 2. Et possessio praesumitur interdictis ex quinquennij obliuione, secundum Zalius in l. 1. §. post quinquennium, nu. 2. per illum text. ff. de separationib. Et si duo domini contendunt de Baronia, vasallus potest per annum differre inuestituram, dummodo intra annum offerat se velle inuestituram recipere ab eo qui est verus dominus, & protestetur, quod per eum non stat, secundum Cardinal. in c. 1. quo tempor. miles, Rebuf. tom. 1. ad constit. Regias. tit. de literis obligat. art. 9. glo. 2. num. 8. pag. 161. Et sequestrum impeditur contra eum qui anno possedit, vt scribo infra qu. 7. & possessio tanquam attentata non debet reuocari, quando quis fuit eam ingressus sine contradictione, & violentia, & sterit per longum tempus, quia praesumitur voluntas, vt probat Quintilian. Mandos. in tract. commissio. in tit. de commissio. attentator. vers. renouandi, fol. 44. columna, 2. in princ. per notata in l. forti, §. feudum, ff. de usufr. & in l. peregr. ff. de acquir. poff. & per Sorncnem in reg. de non tollend. i. r. quæsto, q. 5. num. 13. Lancelot. in tract. de attent. part. 3. c. 24. de attent. de reo, & exceptionib. contra attent. quæst. 25. pag. 450. Et si quis sciuit possessionem occupatam, & fuerit negligens in continuatione, illam amittit, quia videtur suspicari, quod repulsus fuit à possessione, secundum Barr. in l. a Dino Pio, §. si super, ff. de re iudicat. qu. 4. & alios citat Carrocus in tract. de locato, tit. de sententia, fol. 266. num. 6.

Et his finitima est Curia Franciæ, de qua mentionem fecerunt Ioan. Faber. in §. retinenda, num. 26. de interd. qui dicit, quod Curia Franciæ tener, quod ille est prior in possessione, qui possidet de facto vltimo anno: quod est notabile ad plura; & idem dicunt in causa nouitatis, quam Galli vocant, vt Guid. Pap. dec. 552. quæ incipit, In materia possessoria, num. 5. vbi dicit, quod in materia, & causa nouitatis, Curia Franciæ semper tueretur possessorem indistinctè quantum cunque appareat de proprietate, & idem notat Rebuf. in d. tom. 3. d. tit. de mater. poff. art. 2. gl. 2. & 3. Nicol. Boër. in consuetud. Bituricens. §. 4. glo. vlt. Menoch. de recup. poff. remed. 15. num. 432. pag. 514. Quintil. Mandos. in d. tract. annales casus, num. 151. Chafsan. in consue. Burg. rubr. 7. §. 1. num. 2. fol. 226. col. 1. in vers. & aduerte, in fin. sic tradit Matth. de Afflict. decif. 196. in quadam alia, quod possessorem recuperandæ in feudis non potest intentari post annum. Quod autem sufficiat probare media & extrema anni, & non quod continuo quis fuerit in feudo, tradit Nicol. Boër. in consuet. Arelia. tit. de possessor. iudic. c. 1. pag. 126. col. 1. Et idè dicit eleganter ad propositum illorum, quæ hic tractatur, Mafuer. ti. de possessor. §. item dato, quod licet in Gallia, defuncti possessio in hæredem continuetur, id tamen procedit quando hæres intra annum petierit possessionem ab alio occupatam, & egerit, interdicto legitimo modo: nam

22 nam si tempus anni lapsum sit, possessionem amittit, nec amplius admittit ad remedium possessorium; sed necesse est ad petitorium confugere, & ita obtinet vsus in Gallia, prout refert Tiraq. in dict. tract. le mort. p. 5. declar. 3. num. 14. pag. 137. De quo dicit expressam esse consuetudinem apud Germanos, & Andeganos, & Britannos Cephal. in cons. 459. num. 67. lib. 4. Et qui vult adiungi in interdicto vi possidetis, debetungi intra annum, vt tradit Rebuf. 10. 3. ad constitutiones, de adiunctionib. arti. 9. glo. vnica, num. 11. pa. 173. quorum opinio est magni faciendæ quantum ad intellectum huius materie. Quæ notanda sunt ad ea quæ scribit Menoch. in tit. de recuper. poff. rem. 14. num. 64. cum seq. pag. 466. vbi resoluit, quod si constitutum factum in fauorem creditoris, vel alterius; extinguitur per mortem illius qui se possidere constituit, & constitutarius possidere definit, potest tamen agere contra heredem pro tuenda sua possessione: si vero negligenter se habeat in petenda tali possessione civili, eam amittit, vbi ad hoc citat Ange. Tiraq. Aym. & alios: ad quem addo Thes. dec. Pede. 215. num. 6. & decif. 105. num. 8. Et in iuribus incorporalibus eo ipso quod quis scit possessionem occupatam, eam amittit; secus in iuribus corporalibus, nisi quis suspicatus sit, quod repelli possit, vel interueniat negligentia, vt notat Matthæ. de Afflict. decif. 325. n. 4.

23 Sed non procedunt prædicta indistinctè, in casu dictæ legis, si quia cum per eam legem 45. vtraque possessio tam civilis, quam naturalis in successorem maiorat. transeat, quamuis alius possessionem ipsam occupauerit, successor in maioratu non amittit civilem, nisi concurrant ea, quæ requiruntur, per dictam legem Ordinamenti, scilicet, titulus, & bona fides, & scientia, & patientia successoris maioratus per annum, & diem, maxime (vt supra dixi) quia olim possessor, hodiè praesumitur possessor, & possessio civilis, quæ est apud successorem maioratus, durare praesumitur, donec contrarium liquidè probetur, vt probatur in d. l. siue possidetis. Cod. de probatio. vbi Glo. & omnes DD. in l. non ignorat, Cod. ad exhiben. & est egregia l. 1. d. tit. 30. p. 3. ibi: Despues que omne ha ganado la tenencia de vna cosa, siempre se entienda que no es tenedor de a, quier la tenga corporalmente, quier na, fusta que la desampare, con voluntad de la no auer. Ca como quier que roda via notenga corporalmente la cosa, siempre puede ser tenedor della con voluntad, quam materiam plenè declarat Ioan. Falcon. reg. 375. num. 1. cum seq. tradit in notabili casu August. Berol. in cons. 55. num. 6. lib. 3. Ioseph. Mafcar. in tract. de probation. concl. 1196. num. 1. cum seq. fol. 114. lib. 3. Menoch. in tract. de presump. lib. 1. quæst. 14. num. 7. & lib. 1. qu. 48. num. 5. Alcia reg. 2. presump. 21. & tradit notanter Glo. Paris. in consuetu. arif. p. 1. §. 7. n. 9. fol. 98.

24 Quibus est addendum quod scribit Alex. in cons. 88. num. 30. lib. 5. & in cons. 83. num. 10. lib. 6. vbi post Ioan. Andr. Bald. & alios quos allegat tradit, quod si quis probet se fuisse in possessione ante litem contestatam, & allegauerit nunc etiam esse in ea, & in ea se perseuerasse continuè, & non appareat penes alium esse, praesumitur ipso iure, quod tempore turbationis, & litem contestatæ fuerit in possessione, tradit Barbof. in cons. 70. col. 6. lib. 2. Lauren. Silua. in cons. 105. n. 10. & in notabili casu hoc tradit Olasc. decif. Pede. 43. nu. 4. vbi resoluit, quod is qui probat se olim possidere, probat praesumptiue possidere tempore litem contestatæ, quod ad materiam interim est necessarium. Quorum sententia confirmatur ex resolutione Abb. & aliorum in c. cum ad sedem, de restitut. spoliator. quam communem vocat Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina, num. 32. de restit. spoliat. Episc. Couar. in reg. possessor. de reg. iur. in 6. p. 2. §. 1. num. 4. volentes, Actorem spoliatum non habere necesse, robare spoliationem illius temporis, quo se spoliatum dicit: sufficit enim ei allegare possessionem illius temporis, quo se spoliatum dicit, & post modum probare se olim possidisse; quam sententiam Tiraq. (aliis relatis) satis defendit Menoch. de recuper. poff. rem. 15. n.

25 386. pag. 510. qui alia plura in ista materia scribit, & conclusionem Barbac. ex pluribus auctoritatibus confirmat Mafcard. in tract. de probat. lib. 3. concl. 1191. num. 1. fol. 102. quod summè notandum est ad ea quæ de Interdicto inuerm scribit Episc. Couar. in pract. 99. cap. 17. Quod autem ex possessione de præfenti, non probetur possessio de præterito, tradunt Bald. in l. antepenult. ad fin. C. de adulter. & in cons. 12. Quidam dominus, Marth. in fin. lib. 1. Ripa respons. 174. num. 11. ad quod est notabile cons. Alex. 137. In causa & lite, num. 20. lib. 2. qui refert Bald. in l. si minor, Cod. de in integr. restit. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de petitorio, & possessorio, §. 1. vers. quid si restitutio de actione, & petitione, §. 1. Et de ista materia, quod olim possessor praesumitur hodie possidere, plura scribit Tiraq. in tract. de prescrip. pag. 84. eleganter Rebuf. in d. c. cum Ecclesia Sutrina, in vers. capio Glo. in verb. vltim. de caus. poff. & propriet. pa. 293. De quo etiam per Anton. Gabr. lib. 5. comm. opin. tit. de resti. spoliator. concl. 5. num. 56. pag. 291. & nu. 84. & 85. Matth. de Afflict. dec. 394. num. 2. Menoch. in tract. de presump. lib. 6. praesump. 64. num. 1. cum seq. fol. 130. & eodem. lib. praesump. 66. num. 17. fol. 133. & radicitus, & melius omnibus declarat ad hoc legendus Euerard. in centum locis, loco 42. de tempore ad tempus pag. 324. cum seq. vers. & idem videri potest, ad quem addo notabilem decif. Iacob. Putei 15. lib. 2.

26 Et prædicta procedunt non solum in illo qui se possessorem dicit, sed etiam in persona successoris illius qui semel possedit, quia praesumitur continuata possessio in talem successorem, vt ex Bald. in l. 1. de confess. num. 39. Alciat. in tract. presump. reg. 2. presump. 20. & doctrina Bart. in l. Pomponius, §. ff. de acquir. poff. Nat. col. 410. num. 9. lib. 2. tradit Mafcard. in tract. de probat. lib. 1. concl. 550. nu. 4. fol. 334. & Menoch. in tract. de presump. lib. 3. presump. 93. num. 11. pag. 379. ex Curt. Sen. cons. 50. num. 57. Ioseph. Cuma. in commentar. ad constitut. Neapol. c. si aliquem, num. 103. qui tradunt omnes probandi transferri in aduersarium, ad quod etiam facit doctrina Anton. in c. præterea in 2. vbi Imol. num. 3. de transaction. Specul. tit. de action. & petito. §. sequitur videre, vers. quid si ago, num. 30. Fulg. l. 1. n. 14. ff. de eden. quos citat Mafcard. in dict. tract. lib. 1. concl. 445. num. 5. fol. 331. Et est peregrina & in praxi necessaria doctrina Matth. ab Affli. in c. 1. de conten. inter domi. & vass. vbi dicit, quod existens in possessione partis, & praesumitur totum possidere; qui ad hoc citat Bald. & l. vna est via, ff. de seruit. rusticor. pradior. & l. possideri, ff. de acquir. poff. tradit Menoch. in tract. de presump. lib. 6. presump. 69. n. 26. fol. 135. ad quem addo Paris. in cons. 107. num. 13. lib. 1. Carol. Ruin. in cons. 109. n. 6. lib. 2. idem tenentes.

27 Sed est singularis doctrina Bald. & nunquam obliuiscenda, in l. in suis, ff. de liber. & posthum. in reper. in princ. vbi vult, quod quasi possessio iurium in incorporalium transit in successores hæredis absque eo quod hæredes exerceant actum per quem inducatur quasi possessio: quæ doctrina præbuit maximum honorem Cæsar Lambert. in tract. de iurè patronat. lib. 2. p. 122. art. 3. q. principal. num. 4. fol. 28. & dicit habuisse de facto in gradu negotio, & hoc extendit Cæsar Lambert. art. 24. 3. q. princip. fol. 30. col. 2. in fin. vers. Extende secundo, quod obtinebit successor in talibus iuribus in corporalibus, si agat interdicto Recuperandæ, etiam si numquam possederit, pro quibus facit consil. Ioan. Baptif. Blasij inter consilia Bruni 66. n. 58. quem citat Menoch. in tract. de prescrip. 2. pres. 60. n. 9. & reg. 1. ea que in hominibus, C. famul. erosc. & scripta per Anto. de Fano in tract. de pignor. p. 3. membr. 2. num. 34. fol. 98. & quod scribit Ioan. Garc. in tract. de nobili. gl. 2. §. 1. num. 41. fol. 88. vbi resoluit, quod priuilegium, quod est apud patrem praesumitur esse apud filium, ex Paul. in cons. 301. n. 5. lib. 1. Aym. con. 166. n. 3. Burg. de Paz q. 5. civili. n. 13. Et quod in hæredem donatarij etiam censetur translata possessio, probat egregia l. 7. ad si. d. 4. p. 5. quam ad hoc ponderat Suar. in tit. De las herencias, n. 22. pag. 449. Et

Et non solum censetur continuata possessio, sed etiam ꝑ qualitas possessionis secundum Abb. & Felin. in c. inter dilectos, de fide instrum. Alciat. reg. 2. presump. 22. quos citat Ioan. Garc. in d. tract. glo. 12. n. 35. fol. 268. Et ad ista adeo peregrinam doctrinam Iacob. Putei decis. 343. n. 10. p. 2. ubi dicit, quod possessio non præsumitur continuata in Castro respectu meri & mixti imperij, quando non est titulata, ex Bald. in l. 2. q. 2. C. de serui. & aqua. Quibus congruit notabilis doctrina Innoc. in c. cum super de causa poss. & propriet. ubi vult quod beneficiatus ꝑ pro rebus sibi competentibus ex beneficio, pro pensionibus, censibus, decimis, prædiis, aut aliis rebus; potest intentare remedia possessoria, dato etiam quod nunquam fuerit in possessione percipiendi illa iura nomine beneficij, dummodo prædecessores fuerint in possessione: & idem Rota in nouiss. decis. 4. quem citat Rebuf. in d. c. cum super, pag. 325. colum. 2. vers. & idem in illo text. facit etiam l. ult. tit. 28. p. 3. & regula illa; quod quando non procedit ꝑ contractus cuius vigore quis adstringitur ad tradendum, si patior te intentare possessionem rei meæ, & agitur de magno præiudicio, non videor consentire: quam regulam ponit Bart. in l. qua dotis, ff. solut. matrim. & in l. quam Tuberonis, § sum quidam, ff. de pecul. & in l. Labeo, ff. de damn. infect. Bart. Soc. in cons. 121. num. 10. li. 2.

Et idem in interdicto uti possidetis, ꝑ ille qui probat antiquiorem possessionem, præfertur, c. licet causam, ubi notant DD. de probation. de quo latius per Alciat. in dict. presump. 21. pag. 189. & Bar. Soc. in cons. 13. lib. 4. Decius in cons. 400. & Episc. Couar. in c. Rainuntius, §. 1. n. 2. & melius in d. reg. possessor. relect. 2. §. 1. num. 1. cum aliis, ubi rem illam prudentissimè tractat, & ab origine deducit, & Menoc. de reti. poss. rem. 3. num. 557. pag. 222. quibus addo Innoc. in c. post electionem, ad fin. de concess. praben. ubi dicit, quod ad hoc vt habeat locum remedium c. reintegranda, 3. q. 1. satis est probare antiquiorem possessionem agentis, & possessionem ad alium postea peruenisse, absque eo quod aliter probetur de alia spoliatione, & violentia: nisi probetur, quod antiquior possessor iuste possessionem amiserit; & idem tenet Lapus alleg. 52. & alij, vt per Alex. in cons. 98. n. 13. lib. 5. vnde oportet ei, qui præten dit se potiorum esse in possessione, quam ex aduerso petit vocatus ad maioratum, virtute d. l. 45. quia transiit annus contentus d. l. Ordina. ostendere ritulum, & alia in illa l. requisita, & de omnibus qualitatibus illius legis satisfacere præcipue de scientia, & patientia successoris maioratus: maxime quia ignorantia ꝑ in dubio præsumitur, l. verius, cum concordant. ff. de probation. quod in aliis locis tracto: bona autem fides in dubio præsumitur secundum Bart. in l. Celso, num. 17. ff. de vsucap. quem punctum latè tractat. D. Episc. in d. reg. possessor. relect. 2. §. 8. fol. 57. num. 1. cum aliis. Et quod in interdicto retinendæ, non sit necesse probare ꝑ bonam fidem, volunt Innoc. in c. cum venisset, colum. 4. vers. item nota, de in integr. restit. Capici. decis. 209. num. 10. Menoch. de reti. poss. rem. 3. qu. 74. num. 60. pag. 226. Mascard. in allegata conclus. 1291. num. 54. cum seq. fol. 103.

Sed an præsumatur scientia successoris in maioratu, 39 Iudex arbitrabitur, ꝑ attenda actuum multiplicatione, & qualitate ipsorum, & aliis circumstantiis, secundum Innoc. in c. bona, in 2. colum. 1. de postulat. prela. & Abb. in c. olim. num. 9. & 10. de restit. spoliat. Nicol. Millis in verbo, possessio, §. 57. & Matth. de Afflict. decis. Neapol. 67. Super causas, & semper ꝑ est probanda scientia, & patientia eius, contra quem præten ditur, possessionem amissam fuisse, vt per Iacob. Putei. decis. 360. num. 10. p. 1. & decis. 264. ead. p. 1. scribit, an probata possessione, probetur scientia, & præsumatur, & decis. seq. 265. tradit an scientia præsumpta inducat possessionis amissionem. Et in hoc animaduerto ad notabilem doctrinam Glosa in princ. Institur. de vsucap. in verb. qui bona fide, quæ vult, quod possidens rem alienam cum titulo, & bona fide, præsumitur ꝑ ignorare rem possessam ad alium pertinere, & idem Glosa in c. si

diligenti, de prescription. Bartol. & alij plures, quos citat Mascard. in tractat. de probation. libro. 2. conclus. 879. numero 3. Nec sufficeret scientia & patientia conductoris, l. quamuis, §. si conductor, ff. de acquir. poss. Abb. in dict. cap. olim. num. 11. Balb. in tract. prescript. 2. p. 4. p. 9. 1. & Carol. Ruin. in cons. 103. num. 7. lib. 5. facit l. vlt. C. de acquir. poss. l. 1. §. quod seruus, ff. eod. tit. l. peregrè, §. quibus, l. 13. tit. 30. p. 3. quæ intelligenda sunt secundum ea quæ scribit Floria. in l. seruientes, colum. 6. ff. de seruit. Et possessio, quam quis habet, non amittitur; ꝑ imò per inquilinos conferatur, nisi expulsi sint, vel possessionem deserant, l. peregrè, §. quibus, l. si colonus, ff. de acquir. poss. notat Matth. de Afflict. decis. 331. num. 7. qui hoc extendit, etiam in inquilini locassent ab alio qui fructus nondum percepit, per text. in l. qui vniuersas, §. qui per colonum, ff. de acquir. poss. & notata per Alexand. in cons. 10. & 12. lib. 4. quod vltimum est notandum pro habentibus domos, vel alias possessiones locatas, in quibus possessio per alios tertios apprehenditur, & tales coloni se constituunt inquilinos, quia ex tali actu illi, qui prius locauerat, non sit præiudicium in amissione possessionis; de quo legenda sunt quæ scribo infra hac p. 9. & c. cum venisset, de restit. spoli. & quod scribit Rode. Suar. in tit. De las deudas, n. 24. pag. 447.

Tandem (vt ad superiora redeam) prædicta ꝑ sententia, quod anno excludatur possessor aut successor honorum maioratus, concurrentibus traditis in d. l. Ordina. patet ex text. in l. 1. in fin. de interdict. ubi probatur, quod interdictum, uti possidetis, sicut alia interdicta durant tantum anno, l. 1. ff. uti possidetis, quia Prætoris officium qui interdicta introduxit, erat annuale, §. perpetuus, Instit. de perpet. & tempor. action. Sed cum in casu prædictæ legis (vt postea dicemus) debeat intentari, aut interdictum Retinendæ, aut Adipiscendæ, aut Recuperandæ, sequitur quod elapso anno non potest intentari remedium prædictæ legis, cum cessent omnia interdicta: quamuis huic conclusioni contradicat quoddam dictum valde quadrans ad propositum supradictorum, Petri Rebuff. in d. tom. 3. tit. de mater. poss. gl. 2. pag. 257. num. 8. ubi dicit, quod in simplici factina agit post annum vsque ad decem annos, quia factina est lege inducta, sed interdicta sunt à Prætoribus inducta. Pro quo facit doctrina Luc. de Penna, quam supra scripsi, quæ habet, quod condicito ex lege, durat perpetuè. Nihilominus ꝑ tamen existimo, quod 44 d. lex non habet locum quando possessio est ab alio occupata, sciente successore rerum maioratus. Et ubi cum tali scientia concurrunt requisiti in d. l. Ordina. per quam est intelligenda d. l. 45. iuxta regulam, l. secundum, ff. qui satisdant. cogant. annalis etiam possessio multa alia operatur; & est maximi momenti, vt patet in regu. de annal. posses. cum his quæ ibi tradunt Gomez, & alij Scribentes. Et dicit ad propositum Anchar. in c. cum venisset, notab. §. de restit. spoliat. quod si post mortem illius qui se constituit pro alio possidere, ꝑ hæres eius, aut alius quispiam rem occupauerit, & constitutarius diu steterit, absque eo quod apprehenderit possessionem naturalem, perdidit possessionem quam habebat: & idem tenet Corn. cons. 280. Visis quibusdam, col. vlt. lib. 3. & Carol. Rui. in cons. 127. Visa facti narratione, ad fin. lib. 5. qui loquitur in tempore decem annorum, refert d. l. de eo, §. si forte, & quæ notant ibi DD. præcipue Bart. ad quod plures concordantes refert Tiraq. in tract. de Constit. p. 3. limit. 21. n. 14. pag. 138. Et ad hoc etiam facit notabilis doctrina Innoc. in c. dilectus, in vers. sunt alij modi, colum. 2. de capell. monach. ubi dicit, quod si quis alienos subditos fecit abjurare iurisdictionem prioris domini, & ab eis iuramentum fidelitatis exegerit, & confessionem, quod sunt homines sui, etiam si hæc sponte præstiterint; ꝑ non priuatur dominus iure suo, nec aliqua possessio, vel quasi transfertur in recognitum, nisi cæperit iurisdictionem exercere, & dominus prior possessor scienter passus sit subditos tanquam domino obtemperare; & idem

150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200

idem Innoc. Ioan. And. & alij quos refert Glos. Paris. in consuetud. Paris. p. 1. §. 35. num. 13. fol. 267. cui adde notabile consil. Alex. in con. 94. num. 3. lib. 5.

47 Ex quibus inferitur, quod si aliqui ꝑ vassali Ducis, Comitibus, vel Baronibus, vel alterius habentibus iurisdictionem, mortuo eo recognoscant aliquè in Dominum, qui non est legitimus successor in maioratu, talis recognitio non præiudicat vero successor in maioratu, nisi sciat, & patiatur, talem recognitionem, & dominium. Et confirmatur dicta doctrina ex scriptis per Menoc. de recu. poss. rem. 14. n. 48. cum duobus seq. p. 464. & facit quod scribit Bald. in l. 2. num. 50. C. de serui. & aqua, ubi inquit, quod per ꝑ instrumentum fidelitatis transfertur possessio: cum illi qui fidelitatem iurant, possunt transferre possessionem, non alias, tradunt Bruu. con. 20. n. 21. & 23. ubi addit, transferri in illo casu possessionem quoad illos qui fidelitatem iurauerunt, quos citat idem Menoc. de reti. poss. rem. 3. n. 579. pag. 225. ad quem addo Ioan. And. & alios in c. cum nobis de prescrip. Abb. in c. cum nobis, eod. tit. Alban. cons. 64. num. 13. Mascard. in tract. de probat. lib. 2. conclus. 946. n. 19. fol. 229. & lege illum num. 20. & 21. Quæ notanda sunt ad eos qui succedunt in ciuitatibus, & villis, & aliis locis, & possessionem apprehendunt, extorquentque ab vniuersitatibus iuramenta fidelitatis, & possessionem iurisdictionis.

Hæc omnia non parum augmentum recipiunt ex 49 quadam Pragmatica concessa per nostrum Regem & Imperatorem Carolum ꝑ V. Madriti ann. 1543. ubi statutum est, quod si ille qui præten dit se esse successorem rei maioratus, apprehenderit illarum possessionem, & in ea steterit per anni dimidiu, alter qui præten dit se esse successorem, non possit agere ad tenutam anno dimidio transacto in Consilio Regali, vt latius in d. l. statuitur: quæ hodie habetur in l. 9. tit. 7. li. 5. Ordina. quam legem in simili casu ponderat Olan. in Animon. litera M. & ad hæc rem etiam conducit quod scribit Gl. Paris. n. consuet. Paris. §. 22. n. 98. fo. 196. ubi tractat de possessione feudi apprehensa per fratrem vterinum, an acquiratur per lapsum anni, de quo legendi sunt text. in c. 1. §. si filius, si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agn. ubi Glos. in verb. per annum, Roma. in cons. 22. n. 6. Dec. con. 395. ad fi. & alij quos citat Mandos. in d. tract. annales casus. nu. 177. vlt. remedio, l. vlt. C. de edit. D. Adria. quod remediū cessat, si obicitur exceptio præscriptionis, vt probatur in d. l. vlt. ubi notant DD. præcipue Dec. n. 21. q. 1. punctum latè tractat hodie Menoch. de adipisc. poss. rem. 4. n. 768. pag. 116. colum. 2. ubi legendus est, & Balb. in tract. prescrip. q. 9. in 1. p. pag. 110. & ibi Menoch. resoluit, quod aliquando sufficit triennium ad præscribendum in isto casu, quandoque decennium, aliquando tricesimum annum, vel etiam quadagesimum præterisse necesse est. Et de præscriptione in ista materia latè agit Ange. Mattheac. in tract. de fidei com. lib. 4. cap. 1. num. 29. cum seq. fol. 160.

Ex quibus omnibus resolutiue ꝑ apparet, quod si successor in bonis maioratus stetit per annum, & diem, quo non petiuit possessionem, quæ ab alio erat occupata, sciendo, & pariendo, & concurrant requisita in d. l. Ordina. excluditur à possessione rerum maioratus. Et idem erit si decennio taceat, iuxta Glo. in l. 1. C. de seru. fugit. quod in terminis voluit Paris. in cons. 1. num. 157. lib. 1. Et ex his confirmatur quædam sententia Bald. in cons. 150. Casus actualiter de facto emergens, in cuius fauorem factu fuit constitutum, non acceperit realè rei possessionem, amittit per negligentiam; cui consilio subscripsere Io. de Castr. & Signorol. de Homodeis, & alij plerique, & idem tenet Anchar. in con. 133. nu. 3. quamuis non referat Bald. de quo dicto latè agit Tiraq. in tr. de Constit. p. 3. limit. 21. n. 1. cum seq. fol. 139. Ad quem addo elegantem conclusionem quæ dedit commodum, & honorem Paulo de Castr. in l. neq. fructuar. C. de vsufr. ubi notabiliter vult, quod si quis incepit possidere, siue precario, vel tanquam constitutarius, seu alieno nomine certa bona, & talis constitutarius, vel

precario possidens mortuus sit, hæredes eius nõ possunt præscribere vilo tempore; quod dictum referunt Balb. in tract. prescrip. 4. p. 4. p. 9. 1. n. 6. pag. 335. Castill. in l. 55. Taur. fol. 162. col. 4.

Et ista opinio, quod taciturnitas, scientia, & silentium illius qui præten dit possessionem reru maioratus, ei præiudicat, ita ꝑ vt nõ possit vei remedio d. l. 45. Taur. verior videtur ex superioribus; licet contrarium videatur tenere Greg. Lop. in l. 10. si. 26. p. 4. in gl. in verb. Ni les empeze, col. 4. post. medium, quam citat nouissime Auend. in l. 45. gl. 7. n. 8. fol. 187. Quæ sunt notanda pro intellectu huius materie, & aliarum, & hæc etiam iunge scriptis in 1. p. huius operis, q. 33. & his addendus est Paris. in d. con. 1. num. 154. lib. 1. ubi resoluit, qualiter agenti ex possessione ciuillissima obstat exceptio præscriptionis. Et quod donatarius amittat ꝑ ius tenuræ de donatione ei facta per Papam, si intra quadraginta annos eam non petat, tradit Paul. de Castr. in cons. 369. Viso, & examinato, num. 4. lib. 1. Et si femina præuenit in petendo, concessio facta fuerit in præiudicium agnatorum feudimæculi, nisi masculus fuerit negligens in petendo bona, voluit Præposit. in c. 1. quemadmod. feud. ad femina. pertin. quem citat Socin. Jun. in cons. 76. num. 123. lib. 1.

S V M M A R I V M.

- 53 Possessio iure familiaritatis non præiudicat successor in maioratu.
- 54 Possessio ex tempore immemoriali an præsumatur iure proprio, & non familiaritatis.
- 55 Gallia consuetudo, quod mortuus scisit vinum non procedit in hæredem illius, qui iure familiaritatis possidebat.
- 56 Fructuum perceptio non probat possessionem, quando percepti fuerunt iure familiaritatis.
- 57 Qualiter cognoscatur possessio iure familiaritatis, & num. 62.
- 58 Primogenitus permittens fratres suos equaliter cum ipso describi, & feuda recognoscere, sibi non præiudicat.
- 59 Primogenitura titulum habens, ex illo possidere præsumitur.
- 60 Actus nomine proprio factus præsumitur.
- 61 Dominus qui præten dit ex tempore rei feudalis possessionem, quid probare teneatur.
- 62 Possessio an acquiratur particularibus per depastum in rebus vniuersitatis.
- 63 Præstationes annuæ vniuersitatis nomine facta an illi præiudicent.
- 64 Infans successor in maioratu non amittit possessionem per silentium, & num. 66.
- 65 Possessio sicut animo, & corpore acquiritur, similiter animo & corpore amittitur.
- 67 Restitutio in integrum nomine infantis peti potest, & num. 69.
- 68 Pupillus qualiter possit possessionem amittere, & n. 72.
- 70 Minor aduersus triennialam possessionem an restituatur.
- 71 Restitutio concessa vni fratri minori in rebus communibus, an profit alteri.
- 73 Prescriptio qualiter currat contra Ecclesiam, vt excludatur a petitione interdicti possessorij.
- 74 Successor in maioratu si ex causa iusta possessionem non petiuit, eam non amittit.
- 75 Ignorantia est iusta causa concedendi restitutionem decursam.
- 76 Restitutio an concedatur aduersus prescriptionem quadraginta annorum.
- 77 Interdictum Recuperanda, an possit intentare qui per obliuionem, aut ex negligentia longi temporis possessionem amisit.
- 78 An exceptio præscriptionis obstat, quando interdicto Recuperanda agit.

- 79 Proximus successor illi qui tacuit possessionem, etiam non amittit.
- 80 Poss. in dubio presumitur continuata, & non interuersa.
- 81 Successor in maioratu, ut censetur ex negligentia & patientia possessionem amisisse, quæ probatio requiritur.
- 82 Negligentia an presumatur in continuanda possessione.
- 83 Intellectus ad l. huc possideris.
- 84 Silentium an præiudicat in rebus incorporalibus.
- 85 Rebellio & inobediencia subditorum an præiudicat iurisdictione Superiores.
- 87 Successor qualiter possit post longum tempus petere possessionem bonorum maioratus, quæ possessor præcedens vendidit.
- 88 Imbedito agere non currit præscriptio.
- 89 Possessionem quando dicatur quis in continenti recuperare.
- 90 Possessor iniuste possessionem amisisse presumitur.
- 91 Possessionem antiquiorem probare intendens, quid teneatur articulare.
- 92 Possessio qua non est, continuari non potest.
- 93 Possessio ultima in possessione attenditur.
- 94 Possessores an possint super quadragenaria possessione pacifica molestari.

Omnia tamen superiora procedere, arbitror, dummodo ille qui possidet rem præiudicat in possessione contra successorem in maioratu, non possideat iure familiaritatis; quia tunc non debet in possessione tueri: hæc est egregia sententia Paul. Caltr. per tex. ibi in l. qui iure familiaritatis ff. de acquir. pos. n. 2. vbi dicitur, quod per illam legem consuluit, cum dominus quatuordecim terrarum habens tres filios disposuerit in suo testamento, quod primogenitus solus habeat dominium, & alii debeant providere. Accidit, quod post mortem isti fratres steterunt in bona concordia, & simul per viginti, vel triginta annos, & simul ponebant officiales in illis terris ac si domini ad omnes pertineret, postea venerunt ad discordiam, & cum primogenitus diceret dominium ad se pertinere virtute testamenti, alij dicebant quod ille iuri renuntiaverat, & quod passus erat alios simul cum eo ponere, Officiales, consuluit Paul. Caltr. illius tex. auctoritate, quod frater maior primogenitus non fuit visus hoc facere cum animo renuntiandi, nec fratres fecisse animo acquirendi, sed potius causa fraternitatis, & bonæ concordie, & familiaritatis, postquam constabat de primogenitura, refert etiam Innoc. in d. c. bona, & alia iura, & Paulum refert Mascard. in tract. de probation. lib. 3. concl. 1197. num. 10. fol. 120. & concl. 1264. num. 26. fol. 200. qui citat Tiraq. in tract. de primog. quæst. 25. facit l. ult. ff. quemadmodum servit. amit. & quod notat Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, num. 9. ff. de itiner. actusque privato, & Balb. in tract. præscript. fol. 57. colum. 1. & l. 11. tit. 3. p. 3. ibi: Cuidado que aña derecho de lo fazer, & doctrinam Pauli refert Mascard. in præd. præd. §. item foror, & illud consilium Pauli 179. in causa quam magnificus, lib. 1. refert Alciat. in tract. præsump. reg. 2. præsump. 13. pag. 211. & ante eum Bart. Socin. in conf. 60. Consilii nostri, num. 8. lib. 1. quod adde ad Episc. Coar. qui etiam refert tex. in d. 1. qui iure familiaritatis, in repetitione regula. possessor. de reg. iur. in 6. 2. p. relect. §. 5. num. 6. fol. 37. & notatur etiam per Alex. vbi Glof. Paris. in additionibus, in conf. 6. num. 14. & 15. lib. 3. Rip. in cap. cum Ecclesia, num. 56. de caus. poss. & proprie. vbi num. 68. tradit an ex tempore immemoriali præsumatur possessio iure proprio, & non iure familiaritatis, & Paris. conf. 27. num. 100. lib. 1. Et possessio, & dominium non probatur ex perceptione fructuum, quando iure familiaritatis res ad alium spectabat, vt tradunt Bart. Socin. in conf. 131. num. 2. lib. 1. Mascard. in tract. de probat. lib. 1. concl. 548. num. 13. fo. 338. & pro hoc facit quod scribit Cart. Iun. in conf. 11. col. 8. in vers. nec obstat quadam subtilis consideratio, vbi consultus in specie consuetudinis Franciæ dicit, quod non habet locum

in hæredes eius, qui iure familiaritatis possidebat; quam doctrinam ad hoc refert Tiraq. vbi ornat d. l. qui iure familiaritatis, in dicit. tract. le mort. p. 3. declarat. 6. nu. 1. & 2. pag. 178. & melius in tract. de primog. q. 25. num. 1. cum aliis, pag. 219. & Glo Paris. in d. consuetud. §. 8. num. 6. in fin. num. fol. 114. & tenet etiam expressè Rebuf. in d. tom. 3. de materia poss. in præf. nu. 172. pag. 242. & fructuum perceptio non probat possessionem, quando percepti fuerunt iure familiaritatis, vt per Corn. con. 91. num. 17. & conf. 315. num. 3. lib. 4. Dec. in conf. 400. n. 5. Ioseph. Ludo. decif. 29. num. 15. & alios quos citat Menoch. de retinend. poss. rem. 3. n. 56. pag. 223.

Cognoscitur autem quod quis possidet iure familiaritatis, quando ille qui possidere præiudicat, nullum ius possidendi habet, sed ratio consanguinitatis, aut amicitie hoc suadet, secundum Rebuf. vbi sup. n. 29. pag. 228. & dixi in 1. p. huius operis, q. 33. in vers. procedit tamen hæc concl. n. 16. ad quem addo Bald. in d. l. 2. n. 34. C. de seruit. & aqua, vbi vult quod ex qualitate personarum præsumitur an quis ex gratia, vel de iure fuerit admittus, qui refert Innoc. in c. bona, de postula. Pralator. unde si primogenitus passus fuerit fratres suos æqualiter cum ipso describi, & feuda recognoscere à domino à quo dependent; & ei donaria solui, sibi non præiudicat, secundum Guil. Bene. in c. Rainunt. in verb. in cod. testam. el. 1. n. 146. fo. 215. de testa. per doctrinam Bart. in l. rura, Cod. de omni agro desert. lib. 11. quibus adde Alexan. in dicit. conf. 6. lib. 3. vbi vide Glof. Paris. de interpre. statuti, qui dicit, quod possessor post annum in sua possessione tueri debet, & vide etiam eundem Alexan. in conf. 35. Viso testamento, lib. 6. Calcan. in conf. 36. num. 120. Et autem circa praxim dicit. l. qui iure familiaritatis, notatu dignum, quod intelligitur eo casu, cum titulus alter excogitari non potest; alioquin ex titulo, qui ius primum arguit, possidere quis creditur, vt respondent Soci. Sen. conf. 181. col. 2. lib. 1. & con. 13. n. 17. lib. 4. Curt. conf. 168. n. 33. & 34. Paris. conf. 17. num. 112. lib. 1. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. Centur. 2. casu 160. num. 20. pag. 321. & habens titulum primogenituræ præsumitur ex illo possidere, & non iure familiaritatis, vt per Cephal. conf. 4. num. 39. cum seq. li. 1. & res præsumitur possessa pro suo, vt probat Alex. conf. 136. num. 2. col. 3. lib. 1. Tho. Gram. con. 13. nu. 45. per l. filius familias, §. diues. vers. idem Princeps ff. de lega. 1. & facit regula generalis, quod actus præsumitur potius factus nomine proprio quam alieno, l. & magis, ff. de solutio. quam regulam pluribus exemplis ornat Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 5. casu 493. num. 10. cum aliis pag. 765.

Ex quibus confirmatur quod scribit Glof. Paris. in 1. p. consuetud. Paris. §. 7. num. 9. fol. 98. quod dominus qui præiudicat ex tempore præscriptionem rei feudalis, tenetur probare, non solum rem feudalem possessam fuisse per vassallum (quia in dubio præsumitur pro suo) sed ei est necesse probare, possessam fuisse formaliter tanquam feudalem, & tanquam à vassallo, & etiam seruitia fuisse præstita, vel alios actus, & tanquam per vassallum ratione talis rei, quæ resolutio notanda est ad l. Regni, quæ loquitur de præstatione impositionum, hodie l. penult. ti. 15. de las prescripciones, lib. 4. Ordin. noui. Et quod inter fratres præsumatur possessio iure familiaritatis, tradit Alciat. reg. 2. præsump. 23. num. 4. & quod in dubio talis præsumptio sit capienda, vclunt Carol. Rui. con. 162. n. 25. lib. 3. & con. 51. n. 6. lib. 4. Rebuf. in tr. de mater. posses. in præf. num. 169. Cephal. con. 369. n. 40. lib. 3. Istis finitimum est quod scribit Aym. in con. 153. num. 4. vbi probat, quod per depascum pecorum particularium in rebus Vniuersitatis non acquiritur possessio particularibus, cum depascantur in rebus Vniuersitatis non proprio iure, sed iure familiaritatis. Quod reputo notandum. Ad quod legendus est idem Aym. in con. 292. n. 1. cum seq. Corn. in con. 148. n. 27. li. 1. Paul. de Caltr. in con. 412. n. 3. de quo etiam per Capol. eleganter in tract. de seruit. cap. de seruitu. iuris pascendi, num. 25. pag. 348. Rip. respon. 114. num. 3. Balb. in tract. de præscript. p. 4. quæst. 3.

9. 3. pag. 292. Rebuf. in c. cum Ecclesia Sutrina, pag. 299. de caus. poss. & proprie. Rip. in c. ea te, num. 43. de rescript. & idem Balb. quæst. 25. pag. 294. Andr. ab Exca in cap. cum omnes, num. 198. de constitut. Bellon. in consil. 49. n. 7. & 8. Azeu. in præd. Pisana, lib. 4. c. 3. num. 6. fol. 99. Carol. Rui. in l. 1. §. municipes, ff. de acquir. poss. pag. 139. de quo etiam per Anton. Gabr. lib. 6. comm. opin. in tit. quod cuiusque vniuersit. nomin. conclus. 2. & vlt. pag. 391. & Matth. de Afflict. decif. 376. n. 5. referentem Bald. in l. scur, §. 1. in fin. ff. quod cuiusque vniuersit. nomine, dicentem, quod si singulares homines Vniuersitatis pasturauerunt in nemore Vniuersitatis, intelligitur ipsa Vniuersitas possidere, licet non appareat de instrumentis Vniuersitatis, quia sufficit patientia Vniuersitatis, notat Dec. in conf. 221. n. 7. Ioseph. Masc. in tract. de probat. lib. 3. concl. 1190. num. 18. fol. 100. vbi plura scribit in tota illa conclusione. Ad quos addo Dec. in conf. 215. ad fin. Bertran. in conf. 8. num. 2. lib. 6. tractantes, quod præstationes annuæ, quæ fuerunt factæ non nomine Vniuersitatis, sed particularis, non præiudicant nisi tantum solventibus. Quod limitat notanter Tiber. Decia, res. 41. num. 130. lib. 2. nisi simul cum possessione quæ allegatur & probatur, allegetur titulus: quod est in praxi mirabile, & notandum ad ea quæ scribo infra in 4. p. q. 20. in materia impositionum: quia ipse est animaduertendum, quod Tiber. Decia, d. in loco, limitat etiam doctrinam Dec. in d. conf. 215. quando tractatur de imponendo ius vniuersale, & præscribendo onera contra omnes subditos, & non magis contra vnum, quam contra alios ex Oldrado in consil. 172. num. 24. & in conf. 193. num. 37. Bart. Socin. in conf. 111. n. 3. lib. 1. & qualiter Vniuersitas præscribat contra Vniuersitatem, exponit Paris. in conf. 111. nu. 52. lib. 1.

Secundò, prædicta principalis conclusio quæ habet, quod per scientiam, & patientiam per annum, amittit successor in maioratu possessionem, non procedit, quando successor in maioratu esset infans, vel furiosus, quia tunc etiam decem annis transactis, non amittit possessionem, quæ eis acquisita fuit per beneficium prædictæ l. 45. Quod probat, quia sicut possessio non potest acquiri nisi animo & corpore, etiam non potest nisi animo & corpore amitti, quemadmodum ff. de acq. poss. l. licet, C. eod. tit. l. 3. §. in amittenda cod. tit. cum similib. quæ per Gl. & DD. vbi cumque adducuntur. Cum igitur furiosus & infans careat intellectu, nec habeant animum amittendi possessionem, & in eis non cadat obliuio, nec patientia, nec scientia, sequitur, quod possessionem acquisitam virtute illius legis amittere non possunt. Et ista sententia comprobatur ex scriptis per Corn. conf. 252. lib. 3. Rip. in l. vlt. n. 108. q. 31. C. de reuocan. donat. & alius quæ ego scribo in 2. p. q. 4. illat. 8. & nomine infantis potest peti restitutio in integrum, vt probat Socin. Iun. conf. 52. num. 6. lib. 2. & confirmatur ex scriptis per Menoch. de adipiscen. poss. remed. 5. num. 907. pag. 129. col. 1. de retinend. poss. remed. 3. n. 85. 1. pag. 251. col. 1. & de recup. poss. remed. 17. num. 17. pag. 543. col. 1. Et qualiter pupillus possit amittere possessionem, notanter explicat Lopez Madera in libro animaduersionum, c. 27. per totum.

Et ista seruiunt pro decisione quæstionis traditæ per Molinam lib. 3. de primog. cap. 13. num. 60. fol. 103. & in annotat. num. 16. vbi disputat, an si minor, vel infans non petit tenentam in consilio Regali intra sex menses, possit petere restitutionem? Ad quem adde prædicta, & tex. in l. minor viginti quinque annis cui fidei commissum, ff. de minor. Glof. in l. postquam liti, in verbo, nulla, C. de pat. de qua per Iasonem in l. 1. num. 10. ff. de iurisdi. omni. iudic. & alios quos citat Cald. Pereir. in l. si curatorem habens, C. de in integrum restit. minor in verb. vel aduersarij dolo, num. 79. fol. 279. & in verb. lafis, n. 79. fol. 305. & facit quod scribit Cifuentes in l. 63. Tauri, dubio 7. Parlador. lib. 1. c. 1. §. 4. num. 17. pag. 26. hodie pag. 124. & c. 1. n. 46. pag. 58. Azeued. in l. 63. tit. 2. lib. 4. Recop. fol. 222. n. 18. qui loquuntur circa intelle-

ctum text. in l. 63. Tauri, hodie l. 6. tit. 15. lib. 4. Recop. & faciunt scripta per Tiraq. in tract. de præscript. pag. 103. vers. sed si hoc. Et addo etiam ad Molinam quod scribit Gomez. in reg. de triennali poss. q. 1. §. 5. pag. 753. vbi resoluit, quod minor restituitur aduersus tuncalem possessorem, & ibi multa bona in proposito scribit, quem citant Rebuff. in tract. de pacifico poss. n. 212. Caldas Pereira in d. l. si curatorem habens, in verb. lafis, n. 40. in fin. fol. 306. qui etiam refert Guillelm. Benedic. in c. Rainuntius, in verb. adiecta, n. 62. Et quod minori, obtrata restitutione, non noceat negligentia in non perenda possessione, probat Ant. Gabr. lib. 5. commun. opin. tit. de restit. spoliat. concl. 5. nu. 24. pag. 289. & Alexan. in dicto conf. 97. Socin. in l. rem qua nobis, vers. tertio & vltimo, ff. de acquir. poss. & in conf. 266. lib. 2. & tradit magis in specie Mauritius in tract. de in integr. restit. c. 325. pag. 211. vbi resoluit, quod si minor intra annum non intentauit interdictum, seu causam nouitatis, restitui debet: imò restitutio concessa vni fratri minori in bonis communibus, prodest alteri fratri; quinimo maiori ex causa absentie est concedenda restitutio in interdicto Retinenda, vocato per practicos causa nouitatis, vt per eundem Mauritium in dicto tract. c. 376. pag. 237. & facit quod idem scribit circa eundem interdictum possessorium, p. 321. pag. 243. & latius Sforcia Oddus in tract. de in integr. restit. p. 2. q. 68. num. 48. & 49. pag. 779. qui inter alia citat Menoch. de recup. poss. remed. 13. n. 105. cum seq. Pupillus autem maior infante, potest possessionem amittere, l. possessionem, ff. de acquir. poss. cum adductis per Cald. Pereir. in tract. de nomin. ad emphy. q. 4. n. 7. fol. 32. & iterum latius num. 14. Et quod contra Ecclesiam non currat præscriptio nisi quadragenaria, vt excludatur à petitione interdicti possessorij, & loquendo in monasterio, tradit August. Berol. in conf. 27. num. 1. lib. 1. Ex quibus omnibus dubitabilis videtur sententia Gl. Par. in dictis annotationibus, num. 16. in fine, existimatis, quod in casibus in quibus mero iure non potest fieri transitus de iudicio declaratorio ad possessorium, est deneganda minori restitutio.

Tertio dicta conclusio limitatur vbi cumque successor in maioratu qui possessionem petere debebat, habuit iustam causam, ex qua in tempore debito possessionem non petiuit, vt puta, quia fuit valeradine detentus, vel habuit aliam verolintem causam ignorantiam, quæ arbitrio Iudicis est relinquenda, secundum Innoc. in c. 1. vers. & generaliter, de in integr. restit. vbi dicit, quod si existens in possessione alicuius iuris, non agit quamprimum scit, videtur possessionem amittere, quia illa animo relinquere videtur, nisi ex iusta causa, aut infirmitate, vel alia consimili fuerit occupatus; & idem Florjan in l. loci corpus, sciendam, ff. si seruit. vend. & tradit in alia materia Rebuf. (licet prædicta non referat) in Concord. in rubr. de mandatis Apostolicis, §. declarantes, vers. successores, pag. 537. ad quod etiam facit Gl. in l. si patron. §. 1. vers. non vendo, iuncto textu, ff. quemadmodum seruit. amit. probat quod ignorantia est iusta causa concedendi restitutionem decursam; & idem voluit Bart. & Angel. in l. 1. §. si quis autem, per illum textum, ff. de itiner. actusque priuati. & alij quos referunt Alexan. & latius Glof. Par. in additio. in consil. 71. lib. 1. & vide eandem Glof. Par. in consil. 84. n. 3. eod. libro, & omnino in consil. 152. lib. 2. tractantes, an ea restitutio concedatur aduersus præscriptionem 40. annorum, & facit regul. l. si ignorans, ff. locati, cum scriptis per Corneum in consil. 102. lib. 2. Ripa in d. l. vlt. num. 107. C. de reuocan. donation. imò dicit Hostiens. per illum text. in c. accedens, in 1. vt lite non contest. quod quando quis cecidit à possessione etiam culpa sua, vel negligentia potest implorare officium Iudicis, vt restituatur in pristinam possessionem, notat Alexan. in conf. 103. n. 2. lib. 7. Sed & idem Alex. in conf. 90. col. 2. vers. præterea ex sola obliuione, iunctis præcedentibus lib. 5. scribit, quod quando quis culpa sua per obliuionem, aut ex negligentia longi temporis possessionem amisit potest intertare & interdictum Recuperanda, & idem voluit Capella

Tolosana quest. 487 quae citat Aymon. in consil. 235. num. 2. Et ille qui ob euitandas rixas, & scandala, possessioni non contradicit quam alter naturaliter occupat, & amittit possessionem, vt notatur tradit Jacob. Puteus decis. 266 num. 8 lib. 1. Et quod possessor antiquus quando sua culpa, vel negligentia possessionem amisit, quod possit agere remedioc. r. reintegranda. 3. qu. 1. tradunt Aufser. in Capella Tolosana quest. 487. Item fuit questum, Aymon. consil. 235. Angel. in §. quadrupli. num. 32. de action. Roland. consil. 50. num. 12. lib. 2. & alij quos citat Menoch. de recuper. poss. remed. 15. num. 97. pag. 486. & hanc credo esse veritatem: faciunt notabilia quae tradit Gomezius in reg. de trien. possess. qu. 58. pag. 897. In qua materia animaduerto de quadam singulari doctrina, quae dabit commodum, & honorem, vt aiunt, scilicet, quod si exceptio praescriptionis non obstat, quando agitur ex interdicto Recuperandae, vt voluit Alex. in consil. 92. num. 28. lib. 5. Decius in consil. 56. in fine, & in consil. 57. colum. fin. Aymon. in consil. 124. num. 14. Roland. in consil. 5. num. 48. lib. 3. quos, & eundem Rolandum in con. 68. num. 11. & 15. citat Masuerius in additione ad Ferrarum in parte responsionis rei. p. 106. & ad istam conclusionem allegat Alex. Innoc. & Ant. 79 Quarto, non habet locum in praedictum t alterius vocati, qui succedit post illum qui tacuit, aut possessionem amisit, quia is non excluditur: quod clare probatur in d. l. 45. ibi, *Autque aya tomado otro ta possessione*. Item est sciendum, quod in dubio praesumitur, quod successor in maioratu possessionem quam ex praedicta lege habet, continuauerit. Quod probatur ex regul. d. l. sine possidetis, Cod. de probation. cum concord. supra citatis, & ex singulari doctrina Baldi, quae ad varia procedere potest, in l. si Pomponius, per illum text. ff. quib. modis usufructus amittit. vbi dicit, quod in dubio possessio t praesumitur continuata, & non interueta, etiam si diu nihil factum, nec praestitum fuerit: quam sequuntur Bart. Soc. in con. 106. n. 3. lib. 3. Glof. Paris. in consuetud. Parisien. part. 1. §. 7. qu. 3. n. 52. fol. 99. imo praesumitur continuata de auctore in successorem, secundum Bart. in l. Pomponius, §. ff. de acquiren. poss. Angel. in §. diuina, Instit. de usufruct. & conducent quae nouissime scribit Ioann. Guttiert. quest. 34. nu. 54. cum sequentibus, p. 324. & Iosephus Mascard. in tractat. de probation. lib. 2. conclus. 730. fol. 83. & lib. 3. conclus. 1178. num. 12. fol. 89. vbi post Bertrand. in consil. 157. num. 18. lib. 3. quod possessio ciuili quae animo retinetur non praesumitur quis in dubio perdidisse, & ibi alia plura scribit de possessione ciuili, scilicet digna: & alleganti interruptam possessionem incumbit onus tenendi, vt tradit Natta in consil. 339. num. 11. lib. 2. Quinimo illi qui habuerunt possessionem immemorabilem, praesumitur quod prioribus temporibus vel ipsi, vel eorum auctores possederint, vt tradunt Ay. in consil. 308. colum. 3. Cephal. in consil. 458. num. 75. lib. 4. Ex quo inferitur, quod ad probandum successorem in maioratu, ex negligentia, t patientia possessionem amisisse, est necessaria concludens, & magna probatio: quia praesumptio iuris (vt dictum fuit) est pro successore maioratus, & quod eam continuauit. Quod confirmatur, quia non praesumitur negligentia t in continuanda possessione, vt per Aymon. in consil. 240. num. 3. Et ista conclusio corroboratur ex traditis per Alex. & Glof. Paris. ibi in con. 133. num. 3. lib. 1. Et ideo testibus dicentibus successorem in maioratu possidere rem maioratus est credendum, quam contrarium affirmantibus: quia pro eis est iuris praesumptio, scilicet d. l. 45. Quod probatur ex famosa doctrina Innocent. in C. auditis, de in integr. restit. quam latius confirmo in 2. p. huius operis, q. 1. quod conducit ad ea quae notantur in c. licet. causam, de probat. & per Bar. & alios in l. si duo, ff. vti possideris, notanter per Bart. Soc. in con. 25. num. 4. lib. 4. & in aliis consimilibus locis. Et quod in incorporalibus, & annuis redditibus olim possessor praesumatur hodie possessor nec requiratur probari praesentem possessionem, nisi alius medio tempore palsederit.

tradit Ofasc. decisio Pedemon. 99. numer. 51. In materia tamen d. l. sine possidetis, t obiter lectores animaduerto de singulari doctrina Aretini, quae dabit commodum, & honorem, in l. Pomponius, §. accessiones, col. 2. ff. de acquir. poss. vbi vult, quod in casu l. vlt. C. de edict. Diui Adrian. toll. non sufficit probare defunctum possedisse in vita, nec habet locum regul. d. l. sine possidetis, & Aret. citat Paris. in addit. ad Barr. in d. l. vlt. in addit. l. quae incipit, Non probat. Et in hac materia considero conclusionem singularem, quod in iurisdictionibus & aliis rebus incorporalibus silentium successorum t in maioratibus, & negligentia in non continuanda possessione rerum maioratus, non tantum praedictabitur sicut in rebus corporalibus: quia regulariter in rebus incorporalibus non praedictabitur praescriptio, nisi data scientia illius contra quem praescribitur. In vbi Glof. Baldus, & D. Anton. de Padilla, & alij, C. de seruit. & aqua, volunt Bart. in l. 1. §. denique, ff. de aqua pluuiarum. Iason. in l. Imperium, num. 20. ff. de iurisdic. omni. iudic. Balbum in materia praescriptionis iurisdictionis contra superiores, in tract. praescript. part. 2. §. patris, quest. 3. num. 8. pag. 472. Chastanæum in notabili casu, in consuetud. Burgund. tit. de const. rubric. 11. §. 2. num. 44. pag. 1390. Abbas in c. bona, in 2. num. 20. de postulat. praelator. Boffius in vol. practica criminalis, tit. de aquis & fluminibus, num. 29. pag. 682. Menoch. de retinen. posses. remed. 5. n. 34. pag. 260. & remed. 6. num. 13. & num. 125. pag. 279. Episcopus. Couarr. in initio 2. partis. regul. posses. de reg. iur. in 6. num. 8. fol. 12. & 13. Et quod rebellio, t inobedientia subditorum non priuatur iurisdictione Suprioris, tradunt Bald. in l. 2. q. 3. C. de seruit. & aqua, Iason. in l. 1. in princip. num. 52. ff. de acquiren. posses. Castaldus Restaur. in tractat. de Imperatore, q. 82. n. 8. fol. 148. Ex praedictis etiam restat lectores animaduertere, quod ex generalitate praedictae legis 45. hodie, l. 8. tit. 7. lib. 5. Recopil. in illis verbis, *Autque aya tomado la possessione*, t decidi potest, quod si quispiam possessor bonorum maioratus vendiderit aliquam rem maioratus, & possessionem tradiderit, quod illius successor, si ignorat venditionem, & traditionem possessionis, potest etiam post t multos annos praeteritos petere possessionem bonorum maioratus illico quod antecessor mortem obierit, maxime si sit infans: vel minor, vel fuerit absens, & ignorantia venditionis, fuerit probabilis & verisimilis: quod docent verba d. l. & regul. l. 1. C. de bonis matern. l. 8. tit. 29. par. 3. vbi impedito t agere non currit praescriptio, cum concordantibus, & ex aliis pluribus iuris principiis hoc probari potest, & supra probatum fuit. Et ita tenendum iudico. Quando autem quis dicatur possessionem t in continenti recuperare, nec ab ea videatur deiectus, legenda est l. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi armat. l. 2. §. confessio ff. ad Terrullia. Belamer. in c. olim. n. 23. de restit. spoliator. & quae scribit Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 11. num. 1. cum sequentibus. Quintil. Mandos. in tract. de inhibition. q. 23. n. 5. fol. 9. Et quod possessor praesumatur iniuste t possessionem amisisse, volunt Innoc. & alij, in cap. post electionem, de concess. praebend. Roland. in consil. 72. n. 2. lib. 2. Ioann. Guttiert. in quest. canonic. 34. num. 54. idem Roland. in consil. 72. num. 5. lib. 4. Animaduerto etiam in ista materia ad aliud singulare, quod volens probare antiquiorem possessionem, t debet expresse articulare, quod aduersarius possidet clare respectu suae antiquioris possessionis, secundum Bart. & DD. in l. si de eo, §. ff. de acquiren. poss. & Socin. Iun. valde commendantem & admonentem Aduocatos, in consil. 146. n. 36. lib. 1. & quod possessio transferatur nudis verbis, tradit in notabili casu quotidie contingibili Anch. in con. 195. n. 7. Et quod possessio quae non est, t continuari t non possit, tradunt Bart. in l. Celsus, ad fin. ff. de usufruct. Soc. Iun. in consil. 18. num. 23. lib. 1. Et quod vltima possessio attendatur t in possessorio, secus in petitorio, volunt Bald. in cap. 3. de feud. cognitio. Oldrad. in consil. 412. Abbas, & alij quos citat Vincent. Carroc. in tract. de locato: q. 7. num. 22. & 23. fol. 11. Et quod possessor

94 fores t non possint molestari, qui per quadraginta annos non fuerint molestati, tradit Paul. de Cast. in consil. 69. num. 4. lib. 2. Et ciuili possessio retinetur in absentia, vt tradunt Barthol. Socin. in consil. 15. lib. 4. Aymon. in consil. 5. n. 11. Mascard. in tract. de probationibus lib. 1. concl. 78. num. 2. 9. QVÆSTIO VII. SEQUESTRUM AN ADMITTATUR IN BONIS MAIORATUS. SVMMARIVM. 1 Decisio questionis, & num. 2. 3. & 17. 4 Sequestrum non spoliatur: & num. 8. & 22. nec per illud praescriptio interrumpitur, n. 5. 7 Manus Regia non aufert possessionem ab eo qui eam habet, sed est introducta ad conseruandum vnicuique ius suum, & n. 7. 9 Sequestrum vt fiat, qua debeant concurrere. 10 An admittatur in rebus feudaliibus. 11 In possessione an sit tuendus qui praenit, & n. 12. 13 Auctoris sententia. 14 Litigans cum possessore maioratus, petere potest, vt fructus describantur. 15 Et idem vassallis qui cum dominis super impositionibus litigant. 16 A sententia sequestri in hoc casu appellatur. 17 Sententia si lata sit in fauorem litigantis super primogenitura, est prohibita sequestratio. 18 Appellatio an admittatur in iudicio sumuario possessionis. 19 Auctoris sententia, & num. 20. 21 Fiscus si litiget cum aliquo possessore bonorum maioratus, quia bonorum confiscationem praetendit, an iterum bona sint sequestranda, & n. 23. 24. & 27. 25 Fiscus an possit vendere res delinquentis lite pendente. 26 Emphyteuta an cadat ipso iure a possessione naturali. 28 Fiscus non habet priuilegium nisi in casibus a iure expressis. 29 Sequestratio in bonis maioratus fieri potest, cum sententia est contra aliquem lata, a qua appellauit, & de dilapidatione fructuum est suspectus. 30 Et quando inter partes contententes scandalum timetur, & quando dicatur attentata, num. 32. & qualiter appellatio pendente fieri possit, num. 34. 31 Index antequam sequestrum faciat, quid praestare teneatur, Et arbitrari potest quibus in casibus fieri debeat, num. 36. 32 Sequestrum an possit fieri ex mandato Regalium cancellariarum, Correctorum, & aliorum Iudicum meram & integram iurisdictionem habentium. 33 Fideicommissarius an possit cautionem ab herede bonorum maioratus petere. 37 Sequestrum an possit opponi causa attentatorum, An data cautione relaxari debeat, n. 39. Et quid in reuocatione attentatorum, n. 40. 38 Alimenta an sint danda litiganti ex bonis sequestratis in libris maioratum. 42 Proclamata fideicommissariis an praedictent. Septimo quaero, An si litigetur super possessorio bonorum maioratus, liceat facere sequestrationem possessionis lite pendente: t Quamuis questionem decidere videtur Episcopus. Couarr. in pract. quest. 6. 17. num. 5. vbi affirmat, quod lite pendente non est licita reuocatio possessionis per eum qui tantum ciuilem possessionem habet: quia in casu l. 45. possessio ciuili & naturalis ipso iure transferuntur in successorem maioratus, & non est seruanda dispositio l. aequissimum, ff. de usufructu: & idem probat in casu simili nostrae legi Regali, Paris. consil. 41. Optimum ius, col. 4. in vers. nec

audiendi, num. 16. lib. 1. quem etiam refert & sequitur Tiraquel. in d. tract. le mort, part. 6. declarat. 9. pag. 276. vbi dicit, hoc procedere nisi sit alius qui praetendat se esse heredem, & successorem, & res sit dubia: & ideo ad sequestrationem veniendum est, vt in ceteris causis possessoris. Nec enim alter altero (vt ipse dicit) fauore dignior ob statutum Franciae, de quo in aliis locis facta est mentio, cum dubium sit vter eorum sit haeres: ita dicit quod vidit iudicari. Et ego t sum memor, quod in hac Regali Cancellaria producta fuerunt decreta, in quibus certa bona maioratus magni valoris, super quibus contendebar inter duos, qui praetendebant se esse successores, maioratus fuerunt sequestrata. Quod etiam sepe fit, quando agitur super tenuta bonorum maioratus, & nunc est sequestratus status Comitatus de Bailen, super quo ibidem litigatur & Parisium sequitur nouissime Sebastian. Medices in tract. de acquiren. posses. p. 2. glof. 1. num. 67. fol. 20. & Parisium refert & sequitur Lancellor. in tract. de attentat. p. 2. cap. 6. de attentat. lite pendente. ampliat. n. 1. fol. 104. qui ad hoc refert Matthae. ab Afflict. decis. 98. Palcrum dubium: & tradit idem Lancellor. in noua editione, p. 2. c. 19. de Attent. post inhibitionem, in praesentione, quis inhibeat, qu. 2. num. 46. pag. 373. qui loquitur in remedio possessionis ciuiliu, & refert Parisium in d. consil. 41. & legenda sunt quae scribit Mascard. in tract. de probation. lib. 3. conclus. 1299. Et quidem vbiunque duo litigant super possessione bonorum maioratus, cum incertum adhuc sit, quis sit sequens in gradu, ad hoc vt in illum fiat translatio possessionis, cessat ratio d. l. 45. & neuter recte affirmare potest, se esse sequentem in gradu, & ideo cessare debet legis dispositio. Quod procedit si manifeste non apparet, & in continenti, de iustitia vnus illorum qui litigant: nam cum dubia, & incerta est iustitia, non est causa quae dicter, quod possessio debet esse magis apud vnum, quam apud alterum: quod ex mente illius legis deducitur: quod tenet ibi Anton. Gomez num. 125. Et iuris rationes, quae sequestrum permittunt, in hoc t concurrunt casu, quo regulariter, stante dubio, res super qua litigatur, sequestrari debet: vt per Masuerium in pract. tit. de possess. §. item in omni possessorio, & Rebuff. tom 3. ad constitut. Regias, tit. de caus. benefic. possess. pag. 192. num. 14. late Syluan. in consil. 27. maxime in causis possessoris, ne partes ad arma veniant, d. l. aequissimum, ff. de usufruct. notat Rebuff. tom. 3. ad constit. Regias, tit. de materia possess. art. 7. glof. 1. num. 8. pag. 272. late & eleganter Roland. consil. 114. qui plura scribit in materia iudicij possessorij summarij (quod Interim vocatur) notanter Anton. Capicij decis. 96. num. 10. Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. 5. num. 32. pag. 96. Menoch. de retinen. posses. remed. 3. num. 742. pag. 241. Et hoc in ista materia maioratum tenere videtur Matienço in l. 9. glof. 1. nu. 2. fol. 194. tit. 7. lib. 5. Ordinam. noui. Ad quod etiam conducunt quae scribit Augustin. Berol. in consil. 45. col. 1. & 2. in consil. 46. num. 5. lib. 3. & per alios quos citat Robert. Lancellor. in tract. de Attentat. p. 2. c. 20. de attent. post inhibitionem, num. 44. pag. 360. & ad hoc est elegans consilium Curtij sen. 60. per totum, & Ioann. Guttiert. lib. 3. questio. practicable. q. 73. num. 4. pag. 622. Praecipue, quia sequestratio neminem t spoliatur, l. sequester ff. de verb. signific. l. proprie, & l. licet, ff. de deposit. notat Bart. in l. interesse, ff. de acquiren. posses. expressa l. 2. & vltim. tit. 9. part. 3: tradit Additio Ferrar. in pract. in forma sequestri, in addit. qua incipit, Latam sententiam, pag. 140. colum. 1: & idem Rebuff. in tract. de pacifico possessore, nu. 101. p. 288. Glof. Paris. in consuetud. Parisien. p. 1. §. 1. glof. 4. nu. 16. fol. 23. tradit Nicol. Boer. decis. 172. num. 1. & in q. 2011. num. 9. Azueed. in l. unica, tit. 12. lib. 4. Recopil. num. 7. fol. 168. & Aegidi Boffius in pract. crimin. tit. de partu suppositi, num. 6. pag. 377. Balb. in tract. de praescript. par. 6. q. 4. num. 30. par. 6. 12. Glof. notabilis in cap. examinata, in verbo, possidebas, de iudicis, vbi late Felin. num. 10. fol. 24. Caetar. Contard. Genueusis in l. unica, C. de momen. poss. limit. 16. n. 7. p. 416.

9 Et per sequestrum non interruptitur ꝑ ꝑꝛæscriptio, secundum Cardinalem in *Clemen. 1. q. 18. de sequestr. poss.* quem citat Felin. in *cap. illud. num. 16. fol. 41.* & ꝑꝛæscriptio, & missio in possessionem non priuat rem sua possessione, nec facit alium possessorem, etiam si sit ex causa rei iudicatae, secundum Bartol. & Paul. in *l. à Diuo Pio, §. super rebus, ff. de re iudic. Angel. in l. cum notissimi, C. de ꝑꝛæscript. 30. amorum,* & alios quos citat Glof. Paris. *p. 2. consuetud. Parisien. gl. 1. in verb. Arrest. num. 21. fol. 23.* Et qualiter si res mea in me depolita sit, non transeat dominium in deponentem, resoluit notanter Roman. in *conf. 350. num. 16.* & manus Regia non ꝑ aufert possessionem ab eo qui eam habet, sed est introducta ad conservandum vnicuique ius suum, secundum Henricum Boich. in *cap. examinata, de iudiciis Boer. in consuetud. Bituricen. §. 4. de iurisdic. omni. iudic. Rebuf. tom. 3. ad constitu. Regias, d. tit. de matern. possess. art. 1. glof. 1. num. 24. pag. 251. melius Cephal. conf. 461. num. 23. lib. 4.* vbi citat Paul. Castren. in *l. si super, C. de transact. Curtium Sen. in conf. 61. per totum, Aretin. in cap. in presentia, de probation. concludentes, quod per tale sequestrum iura ꝑ partium conservantur, nisi sit voluntarium: d. l. licet, §. 1. ff. de posit. Glof. Cyn. & Bald. in *l. 1. C. de prohib. sequestr. cum aliis, vt per Alexan. in consil. 94. num. 5. lib. 5. Greg. Lopez in l. 1. glof. 2. tit. 9. par. 3. Ripa in l. 1. num. 61. ff. de acquiend. poss. Potius 2. fundam. par. 21. num. 20. fol. 145. Menoch. de re. tin. poss. remed. 3. num. 88. pag. 186. And. Gail. observ. pract. lib. 1. observ. 5. num. 10. pag. 7. Azcued. tit. 12. de los se. cretos, lib. 4. Recopil. nu. 7. fol. 167. Burg. de Paz conf. 40. num. 7. Nicol. Boer. dict. decis. 172. nu. 1. Thomas Grammatic. decis. 51. num. 2. qui communem dicit, Quintil. Mandof. reg. 33. de annali possess. 9. 43. num. 5. fol. 88. Anton. Gau. decis. 177. num. 3. Nicol. Boeri. in consue. tud. tit. des coutumes concernant les juges, §. 4. pag. 30. col. 1. Et facit, quia turbati dicitur in possessione qui à Iudice sequestrum obtinet, secundum Felinum in *l. licet causam, num. 11. de probation. Rimin. in conf. 341. num. 1. lib. 2. Paris. in conf. 126. num. 7. lib. 4. Menoch. de re. tin. poss. remed. 3. num. 475. pag. 214.* & nisi fiat auctoritate Iudicis incompetentis, secundum Ancharan. in *conf. 1248. Ad prædicta dubia, num. 6.* quod minime verum puto, per supradicta: & quia cum sequestratio facta per iudicem competentem ꝑ non spoliat; maiori cum ratione spoliatus non potest ea, quæ sit per iudicem incompetentem.**

Et quod vbi ignoratur omnino quis sit in possessione, Iudex possit sequestrare rem, donec in iudicio ordinario possessorio constet quis verè possideat, resoluit Orrianus in *rub. de caus. poss. & propr. col. 9. vers. in autem post dictus,* post Bald. in *l. unica, C. de prohib. sequestr. pecu. vbi Curt. Sen. n. 25.* & alij quos citat Menochi. de re. tinend. poss. rem. ult. num. 45. pag. 292. Et quod per sequestrum, de. positum, dationem fideiussoris, dicatur quis: sua possessione spoliatus; tradunt Paris. in *d. conf. 41. num. 20. lib. 1. Plotus in l. si quando, num. 95. C. vnde vi,* quos citat Bursat. in *conf. 8. num. 7. lib. 1. D. Anton. de Padilla in rubr. C. de fideicommiss. num. 5.* debent tamen tria ꝑ concurrere. Primum, quod non constet Iudici quis possideat. Secundum, quod sit inter partes contentio quis possideat. Tertium, quod verisimiliter Iudex timeat, ne partes veniant ad arma, secundum Rebuf. in *l. quod iussit, ff. de re iudic. glof. 1. num. 5. pag. 113.* quod ante Rebuf. voluit Guid. Pap. decis. 578. *Si agatur:* de quo etiam per Sylvan. nuptialem lib. 1. num. 80. Tiraq. in *tract. de primogen. q. 4. in fin. & in tract. de penis tem. peran. caus. 46.* Menoch. in *tract. de recuperan. posses. remed. 1. num. 323. pag. 347.* notanter Curti. Sen. in *d. conf. 60. num. 2. Fulvius Pacian. in tract. de probation. lib. 1. s. 6. num. 27. fol. 177.* Quod autem in simplici laiciua non fiat sequestrum, siue in causa novitatis, tradit Rebuf. tom. 3. ad constitu. Regias, tit. de matern. poss. num. 13. pag. 298.

10 Et quod in rebus ꝑ feudalibus non admittatur sequestratio vbi constat de possessione, & in inhiben-

dum non possidenti, quod sua auctoritate non accedat ad possessionem, vult Bald. in *conf. 244. non tangendo lib. 3.* & ideo secundum eum qui præuenit in possidendo, debet in possessione defendi, donec alius ius suum demonstret, iudicio super hoc legitime constituto, per *l. liberis, §. ult. ff. de liberal. caus.* & doctrinam Innocen. in *cap. in presentia, in princ. de probation. quem lector videat:* quibus congruit doctrina Peral. in *l. si quis, in principio de testam. num. 88. pag. 419. vers. quod autem redeundo, ff. de legat. 3.* vbi ponit doctrinam, quod hæres qui prius fuit assuetus possessionem præfertur alij; si inter eos sit omnimoda paritas, quod dicit fuisse de intentione omnium Scribentium in *l. ult. C. de edict. Diui Adrian. & Alberic. in l. 1. in princip. ff. de bonor. poss. secundum tabul. & Barr. in l. 1. §. non autem, C. eodem tit. Et quod qui præuenit ꝑ in possessione sit tuendus per iudicem, & manutendus, volunt Bald. in *l. ult. C. de edict. Diui Adrian. num. 3. Deci. num. 7. Zuchard. num. 113. Curti. Sen. in d. conf. 60. quos citat Menoch. de adipiscend. possess. remed. 6. num. 12. pag. 152.* qui tradit, quod si non timetur scandalum, iudex non requisitus non debet se introuit-tere. Pro quibus facit quæ scribo in principio istius 3. partis.*

Ex quibus inferri potest esse bonum consilium illi, qui præten dit se esse legitimum successorem in bonis maioratus, ꝑ præuenire & petere possessionem, & eam 12 accipere propria auctoritate, vt sequestratio euitetur. Et præoccupando non dicitur quis spoliare, vt in notabili casu in iurisdictione tradit Augustin. Beroi. in *conf. 56. num. 28. & 29. lib. 3.* Et quod possessio capta in casu prædicta legis 45. per illum qui non est vocatus, habeatur ac si capta non fuisset, resoluit Paris. in *dict. conf. 41. num. 8. & 9.* per notata per Alex. in *conf. 83. lib. 2. Iasonem in conf. 5. lib. 3. & in conf. 146. lib. 4.* faciunt scripta per Eyscop. Couarru. referentem Alexandrum in *dicto consil. & alia resolution. lib. 3. c. 5. num. 6. vers. nisi velis.*

Ex quibus, & superioribus ego solidissime infero, ꝑ 13 quod nihil proderit præuentio petite possessionis contra illum, quem constat esse legitimum successorem in bonis maioratus: quod clarè colligitur ex visceribus dicta legis 45. per quam transferitur ciuilib, & naturalis possessio in successorem maioratus: quod est tenendum, quidquid in propria specie, teneant Anton. Gomez in *dicta l. 45. num. 125. Matien. in ead. l. hodie l. 9. tit. 7. glof. 1. num. 2. fol. 194.* Et vide Ludouic. Gomezium in *regul. de annal. posses. q. 46. p. 596.*

Notandum tamen est, quod licet sequestratio non esset permilla, iuste petere poterit ille qui litigat cum possessore bonorum maioratus, quod fructus describantur, siue lis sit in proprietate, siue in possessione: quia ꝑ in omnibus casibus in quibus prohibita est sequestratio, est licita descriptio fructuum, & inuentarium vt quantitas rerum & fructuum probari possit, secundum Bart. in *l. 1. §. ult. per illum textum, ff. de ventr. in poss. mitter. Bald. Alex. & Iason in l. si fideiussor, §. ult. si qui satisfat. cogam. vbi Iason num. 28. fol. 122. Segura in l. Imperator, num. 136. ff. ad Trebel. & alios, vt per Rebuff. in *d. tom. 3. tit. de sequestr. seu commissario, art. 1. glof. 2. pag. 319. Aymon conf. 21. num. 9. & sequentib. Robert. Lancelot. in tract. de attent. part. 2. cap. 5. de attent. accus. pend. num. 2. & part. 2. cap. 11. de atten. appell. penden. limit. 12. num. 42. pag. 257.* qui num. 37. resoluit, quod in isto casu non est locus attentatis, Cephal. in *conf. 296. num. 50. lib. 2. Molin. lib. 1. de primogen. c. 15. num. 32. fol. 125. Nicol. Balb. in consil. post decisionem Pedemont. 68. num. 36. tradit Azcued. in d. l. unica, tit. 12. num. 17. Gregor Lopez in rubr. tit. 9. part. 3. Bursat. in *conf. 43. num. 29. qui communem vocat, Iaf. in conf. 140. num. 2. lib. 1. Pinell. in l. 1. p. 2. num. 76. fol. 65. C. de bon. matern. Bursat. in conf. 188. num. 7. lib. 2.* Quod sæpe fit in hac Regali Cancellaria in plerisque negotiis, præcipue in libris impositionum, in quibus etiam datur prouisio Regalis, vt domini ꝑ qui 15 prætendunt**

prætendunt has impositiones, & illas recuperant à vassillis, dent scripturas de receptione annuarum impositionum: & non est notabilis cautela ad refugien dum litium conflictus, & dilationes, & dubitationes: & quod talis descriptio non possit fieri sine causa, & quod sufficiat interesse petentis pro causa, tradunt post alios Curtius in *l. procurator, num. 5. C. de eden. Ferrar. in addition. in d. practica in forma sequestri, in d. additione, latam sententiam, pag. 140.* De quo lege quæ scribo infra. Et quod turbatus in possessione si agat simplici laiciua, bona non debeant sequestrari, secus si agat causa novitatis, tradit Rebuf. tomo. 3. ad constitu. Regias, tit. de materia possessionis, artic. 2. glof. 2. num. 13. pag. 258. Et quod sequestrum habeat vim descriptionis, tradunt Iacob. de Aren. in *tract. de sequestr. num. 20.* Carol. Ruin. in *conf. 209. n. 13. lib. 1. Paris. & Alciat. quos citat Menoch. casu 457. n. 2. de arbitr. iudic. qui alia tradit de materia sequestri.*

16 Et est aduertendum in hac materia, ꝑ quod si iudex decernat fieri sequestrum bonorum maioratus, licet admittatur appellatio, fit tamen executio non obstante appellatione, vt per Rebuf. vbi supra, & Tiraquel. in *tract. le mort, part. 6. declarat. 6. num. 6. pag. 270.* Paris de Puteo in *tract. de syndicat. in materia libelli contra potestatem in syndicat. in versic. iudex, vt non arguatur de syndicat. fol. 176. num. 2. Paul. de Castr. in consil. 3. numer. 2.* quem vitiosè refert Ripa in *consil. 57. num. 3.* qui nihil dicit de appellatione, licet Ripa ad hoc eum referat: & pro conclusione Paridis de Puteo (videri meo) est notabilis *l. 1. tit. 9. part. 3. ibi, El juzgador de uuela meter en mano de fiel que la guardo, e recade de la alcada aya librado el pleyto, e mandado por jurzio a quien deue ser entregada con los frutos:* ad quam legem videndus est Petrus Surdus in *tractat. de aliment. priuileg. 80. numero secundo titul. 8. folio 331.* & istam meam doctrinam refert Lancelot. d. limitat. num. 40. Et ex omnibus superioribus euidenter apparet, ꝑ quod et si sit lata sententia in fauorem litigantis super primogenitura, est prohibita sequestratio, & administratio contra illum qui obtinuit sententiam in fauorem, licet ab illa sit appellatum; quod verissimum est. Pro quibus omnibus est egregius casus in *Clement. 1. de sequestrat. possessio vbi Glof. & D. D.* Et materiam etiam tractat Additio Ferraræ in *forma sequestri, p. 140* licet contrarium appareat ex doctrina Lapi allegat 78. *Vacauerat, num. 10. Paris. in d. conf. 41. num. 28. lib. 1. Afflict. decisio. 98. Pulchrum,* quos citat Robert. Lancel. in *tract. de attent. 2. part. c. 4. ampliat. 2. num. 2. pag. 97. hodie pag. 104.* vbi ampliat etiam sequestrum fiat vigore Brachij Apostolicis, & idem part. 2. c. 12. de attent. appell. penden. ampliat. 7. num. 2. pag. 107. de quo legendus est idem Lancelot. de attentat. appellat. penden. part. 2. c. 12. post August. Beroi. *conf. 116. per totum, lib. 1. limit. 12. pag. 243. num. 22.* Sed prima opinio confirmatur ex his quæ scribit Menoch. in *praludis, de recup. posses. num. 32.* vbi vult quod in iudicio summario possessionis, ꝑ quod apud nos vocatur, Interim non admittitur appellatio & hoc ampliat, quod non admittitur appellatio quoad effectum suspensiuum, nec deolutiuum, vt ex pluribus probat decisio Ioseph. Ludouic. c. 20. num. 9. & 10. quod latè explicat Ioan. Gutierrez lib. 1. canonic. quæst. 9. 34. num. 103.

19 Et primam ꝑ opinionem quam hic teneo, refert & sequitur Ioann. Grat. Falcon. *regul. 413. num. 4.* Pro quibus omnibus est text. notabilis, quem prædicti non referunt in *l. postquam, ff. vt legator. seu fideicommiss. fernand. caus. cau. in princ.* A quo res fideicommissa petebantur, cum appellasset, cauere; vel non cauere, ad aduersarium transferri possessionem debere, rectè placuit Principi post reuocationem cautionem interponi. Et istam meam opinionem refert nouissime Lancelot. d. limit. 12. num. 39. pag. 257. in noua editione. De quo etiam legenda sunt quæ scribo infra q. 24. Et quod possit appellari à sententia interlocutoria sequestri; tradunt

Angelus *consil. 117.* vbi tradit, quod etiam potest agi de nullitate, Alciat. *ref. 36. num. 6. in fine. Menoch. d. remed. 6. de adipiscend. num. 20.* Et quod si iudex pronunciauit sequestrum, & tenutam reuocandam, non obstante allegatione partis de legitima causa impediendi, possit appellari si pars fuit grauata: & quod si tenuta non est reuocanda, nec sequestrum, tradit notanter Paul. de Castren. in *conf. 452. lib. 1.* & hoc etiam confirmo, quia in causis beneficialibus lata prima sententia, sequestrantur temporalia, & spiri-ritualia, vt ex pluribus probat Mandofus de *inhibitionibus, quæst. 128. num. 2. fol. 52.* Qua in re æqua 20 mihi videtur, & iuridica distinctio, quod si est timor dilapidationis, possit fieri executio non obstante appellatione, per regulam *l. Imperatores, ff. de appell. d. l. 1. tit. 9. part. 3.* in vers. *La tercera es,* & tradita per eundem Lancelot. d. c. 5. de attent. accus. penden. num. 23. & voluit in terminis Rebuf. tomo. 3. ad constitutiones Regias, tit. de secret. art. 1. glof. 2. num. 10. pag. 319. Ad quod etiam faciunt scripta per Caldam Pereir. in *l. si curatorem habens, C. de in integr. restit. minor. in vers. per quod pristi-num ius, num. 30. fol. 428.* Et quod si fuerit lata sententia in possessorio, iudex qui sequestrat possessionem, & possessorem spoliat, sit reuocandus per viam attentatorum, tradit Lancelot. in *d. tractat. p. 1. c. 2. de attent. a tercio, num. 3. pag. 16.* Et quod à sententia sequestri lata contra possessorem admittatur appellatio, resoluit Angel. in *consil. 107. Iacobell. per totum,* quem citat Ioan. Guttier. lib. 1. q. 34. num. 108. Et quod tertius non possessor non audiatur ad impediendum sequestrum beneficij ab altero possessi, resoluit Vancius in *tract. de nullitate, tit. quis possit dicere de nullitate, n. 23. pag. 70.* qui allegat duas decisiones Rotæ.

Sed opportunè ꝑ etiam quaritur, pro intellectu huius questionis: Regius fiscus instans litigat cum eo, qui præten dit se esse legitimum successorem bonorum maioratus, quod bona maioratus amissa fuerunt propter delictum prædecessoris, an hoc casu bona debeant sequestrari, vel an tali successori sit concedenda possessio. Et certè ex opinione Parisij & Tiraquelli videtur, quod bona maioratus in hoc casu debeant sequestrari, donec constiterit de iure fisci, aut successoris in maioratu, dicit Nicol. Boeri. in *consuetudin. Bituricen. tit. de sen. §. 13. col. 2.* speciale esse in fisco, quod illa qui cum eo litigat, non sit in possessione tuendus, per *l. 2. ff. de obseq. paron. præband. & inquit Matth. de Afflict. in tit. de prohib. feud. aliena. per Federic. §. illud quoque col. 10. vers. deinde quæro, num. 15. fol. 225.* quod quando defunctus est vassallus etiam cum filio legitimo, donec clarè constiterit, vtrum sit legitimus ad feuda, & an valida sit legitimatio; potest de possessione feudi fieri sequestrum per fiscum, quam doctrinam refert & sequitur Egid. Bossius in *practic. crimin. tit. de Principe, num. 302. pag. 640.* & facit Pragmatica Regis Henrici, quæ de nobilitate loquitur, hodie, *l. 9. titul. 11. lib. 2. Recopil. quæ tamen specialis est propter præsumptionem, quod omnes in dubio sunt plebei, maxime, quia (vt supra dixi) sequestratio facta ex legis, vel iudicis voluntate, ꝑ non priuat aliquem possessione sua, & dicit Guid. Pap. in conf. 123. Magnificus & potens, num. 3. & 4. quod si fiscus agat pro feudo dicendo, cecidisse in commissum, debet lite pendente res sequestrari; nihilominus tamen punctus est difficilis, quia licet per delictum bona 23 confiscentur ipso iure, ꝑ nunquam tamen possessio transferretur, secundum Alexan. in *l. si mora, ff. solut. matrim. & larius dixi q. 19. infra eodem* Cum ergo ex d. l. 45. possessio ipso iure transferatur in sequentem in gradu, donec appareat, an hæc possessio legitima sit & an bona amissa fuerint, debet possessor in possessione tueri: & fiscus litigabit tanquam cum possessore: argum. *l. ult. C. si per vim, vel alio modo c. licet Episcopus, de præband. in 6. cum concord. & confirmatur ex doctrina singulari Andr. de Isernia, §. insuper, de prohib. feud. alien. vbi inquit, quod si vassallus petit nouam**

nonam possessionem feudi, de quo erat spoliatus, dominus dicebat, eum commississe delictum, per quod priuatus erat feudo; si ista exceptio requireret altiore 24 indignem, fiscus ꝑ non est audiendus; secus si constaret in continenti de delicto: Idem in cap. 1. de controuers. inter vassal. & Episcop. circa finem, quem citat Matth. de Afflic. in consuet. Neapol. lib. 1. rubr. 34. de violent. circa pession. num. 55. fol. 75. Et resoluit in isto puncto Rebuf. in rubr. & præfatione ad titulum de causa proprietatis, pagin. 246. col. 2. Ad quod etiam adduco notabilem sententiam Baldi in l. vnica, C. vnde vi, Matth. ab Afflic. decis. 98. Francisc. Marc. decis. 38. p. 2. num. 4. Regat Chopin. de Dominio Francia, lib. 3. tit. 10. omnes concludentes, fiscum non posse regulariter petere sequestrum: pro quibus faciunt verba, & ratio l. res qua in controuersia sunt. ff. de iure fisci, vbi Glos. in l. vlt. C. de iure fisci, & in l. libibus, C. de agric. & censu. lib. 10. & facit doctrina Speculator. in tit. de petition. & poss. in princip. vbi dicit, quod quando est contentio inter duos vter possideat, possessio sequestrari debet. Sin autem quis possideat, sequestrum est denegandum: notat Iason in l. quidam existimauerunt, nu. 4. ff. si cert. petat. & alij, vt per Decium in l. vlt. num. 6. C. de edit. Dini Adrian. & Hippol. singul. 543. Burtat. in conf. 198 num. 20. lib. 2. vbi Ioseph. Ludouic. de decision. 20. num. 12. Paul. Castrenf. d. conf. 3. lib. 2. resoluit quod confitio de possessione; quilibet in sua possessione conferuari debet, & sequestratio est deneganda: & tradit Quintil. Mandos. in tract. de inhibition. q. 118. num. 2. & 3. vbi resoluit, iudicem debere dare mandatum de manutenuendo in possessione illum, quem esse in possessione sibi constiterit, ex decisione Guid. Pap. 552. num. 7. & aliis quæ citat, & dixi in q. præcedenti: & confirmatur ex Glos. in d. l. res qua. ff. de iure fisci, quæ dicit, quod lite pendente fiscus ꝑ non potest vendere rem delinquentis, nec etiam capere: refert l. vlt. C. de iur. fisci. & probatur in d. l. libibus, vbi Bart. & in c. 1. si de inuestitur. inter. domin. & vassal. oriat. notat Guid. Pap. de iur. 336. Episcop. Couarru. resoluit. lib. 1. c. 16. nu. 9. & facit Glos. in d. cap. licet Episcopus, in verbo te non vocato, quæ vult, quod usufructuarius finitio usufructu non potest à possessione expelli, sed contra eum agendum est negatoria, vel ex cautione de restituendo, vt in l. vlt. in fine principij, ff. usufruct. quemadmod. canonea. Et emphyteuta non cadit ipso iure à possessione ꝑ naturali, licet cadat ipso iure ab emphyteusi secundum Baldum in additionibus ad Speculator. tit. de locato, col. 5. ad quæ alia adducit Glos. Paris. p. 1. Consuetud. Parisienf. §. 30. nu. 172. fol. 25. & huc etiam spectat quoddam celebre dictum Bald. in d. l. vltim. C. vnde vi, quod etiam referto in q. 17. infra eod. vbi vide, & l. facultas defensionis, C. de iure fisci, lib. 10. vbi lite pendente in 27 et priuatum & fiscum ꝑ non debet quis sua possessione priuari. De quo legendus est Anton. Peregrin. in tract. de iure fisci, lib. 7. num. 10. pag. 401. & lib. 5. nr. 186. pag. 297. & num. 196. & addo Matthæ de Afflic. d. decis. 98. probantem sequestrum factum pendente appellatione, esse reuocandum per remedium attentatorum, de quo videndus est Rebuf. d. tit. de sequestr. num. 13. pag. 319. vbi inquit inter alia, quod in Francia sententia sequestrationis executioni mandatur, non obstante appellatione, de quo supra actum fuit: & in dubio contra fiscum est sententiandum: l. non dubio, ff. de iure fisci: & non habet priuilegium nisi in casibus à iure 28 ꝑ expressis, secundum Glos. in l. 1. C. de petition. heredit. & in l. item veniunt. §. in priuatorum ff. de petit. hered. cum concord. vt per Agidium Bossium in tit. de fisco, & priuileg. eius, n. 76. p. 668.

Erit autem (vt ad quætionem redeam) sine dubio 29 licita ꝑ sequestratio in bonis maioratus, vbiunque est lata sententia contra aliquem sà qua appellauit, & est suspectus de dilapidatione fructuum, iuxta text. in d. l. Imperatores, §. vlt. §. de appell. & d. l. 1. tit. 9. part. 3. Et ad hoc vt talis sequestratio fieri possit, non est necessarium, quod sententia sit in rem iudicatam transla-

ta, vt in statu Comitatus de Pañoenrostro tradit Burgos de Paz in conf. 40. num. 4. per regul. l. ab executione C. quorum appell. non recipian. & quod in casibus præmissis liceat Iudici decernere sequestrum, & dare mandatum executionum sine causæ cognitione; tradit Roman. in l. 1. C. de usur. pupil. l. 5. §. meminisse. ff. de nou. oper. nunciat. Et quando ꝑ inter partes contententes timeretur scandalum, vt per Deci. in l. vlt. n. 6. C. de edit. Dini Adrian. & in l. super possessione, num. 7. C. de transfation. & alios quos citat Menoch. de recup. poss. remed. 1. num. 323. pag. 346. & materiam tractant Aufretius in Capell. Tolosan. quæst. 477. Rober. Marant. in specul. iur. vers. expedita secunda parte, num. 172. fol. 296. Azeued. in l. 1. tit. 12. de los sectetos, lib. 4. Recopil. fol. 169. num. 3. Iatius Robert. Lancell. in tract. de atten. c. 12. de atten. appellat. pend. limit. 12. num. 11. cum seqq. pag. 242. & p. 2. c. de atten. post inhibition. n. 43. pag. 360. & p. 2. c. 4. de atten. lite pend. ampliat. 2. num. 1. cum seqq. pag. 97. & supra tractauit.

Debet tamen Iudex antequam sequestrum faciat, ꝑ recipere informationem de scandalo, timore, & suspitione, vt animaduertunt prædicti Scribentes, & Deci. in conf. 368. num. 13. Matthesian. singul. 543. quos & alios citat Menoch. de adipiscend. poss. remed. 6. n. 14. pag. 152. ad quem addo Rebuf. tom. 3. ad consuet. Regias, tit. de sequestro, art. 1. §. 1. num. 21. pag. 377. & quod Iudex possit ex officio sine causâ cognitione etiam inuitis partibus se intromittere ad euitanda scandala, probat August. Berouius in conf. 145. num. 3. & 4. lib. 3. & Innocent. in c. ad aures, de tempor. ordina. Alberic. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. DD. in c. 1. de treuga & pace, Alexan. & alij in l. 1. §. & post operis, ff. de nou. oper. nunc. Noto etiam; quod ꝑ sequestrum etiam factum ad tollenda scandala lite pendente, etiam per breue Apostolicum, dicitur attentatum, vt per Parisium d. conf. 41. num. 28. lib. 1. Matthæ de Afflic. d. dec. 98. Pulchrum, Robert. Lancell. de atten. 2. part. c. 4. de atten. lite pend. ampliat. 2. num. 2. pag. 97. vbi num. 4. & 5. tradit, quod si auocatio possessionis fuit facta lite pendente per Iudicem, debet ante omnia de ea cognosci, & de eius relaxatione in iudicio summario, ex Paulo de Castro in conf. 3. lib. 2. August. Berou. in conf. 45. lib. 3. & me citat ad hoc Lancellotus in dicto tractatu, p. 2. c. 12. de atten. pend. appell. limit. 18. num. 7. pag. 263. in noua editione.

Et vnum est notandum in ista materia, de quo memor sum dubitatum fuisse, quod in casibus præmissis à iure, de quibus supra actum fuit, sicuti bona maioratus possunt sequestrari ex mandato Regalis Consilij, ita sequestrum potest fieri ex mandato Regalium ꝑ Cancellarium, & aliarum Audientiarum: imò per Correctores, & alios Iudices habentes meram & integram iurisdictionem: ad quod possumus ponderare plura iura: præcipue text. in l. adiles, r. §. alterum, ff. de adilic. edit. ibi, Iudici enim statim atque iudex factus est, omnium rerum officium incumbit quacumque in iudicio versantur. Et qualiter appellatio pendente, sequestratio fieri possit, ꝑ & an per iudicem inferiorem vel iudicem appellationis? lege textum in cap. vlt. de sequestr. possess. & fructuum, Clement. 1. eodem titulo, Matthæ de Afflic. decis. 388. in fine, Octavian. in praxi lib. 7. cap. de sequestr. fol. 146. cum sequentibus, Didacus Perez in l. Ordinant. col. 1139. & 1141. quæst. 10. Cald. Pereir. in dict. l. si curatorem habens, in verbo ꝑ quod pristinum ius, num. 50. fol. 428. C. de in integr. restit. minor. & textum notabilem in l. postquam, §. Imperator ff. vt legator. nom. cauea. vbi probatur, quod si fideicommissarius potest petere sibi cautionem ꝑ ab hærede præstari, iuxta illum titulum, aut, si non caueretur, se immitti in possessionem, & lata fuit sententia contra hæredem, vt caueret fideicommissarius pendente appellatione, mittendus est in possessionem, & fideicommissarius immixtus erit possessor: quod latius tradit Fanus in tractatu de pignoribus, part. 3. memb. 2. num. 7. Et de ista cautione facto sequestro tractat Vincentius Carrocus

Carrocus in tractatu de locato, Parergon. n. 125 fol. 61. In ista etiam materia est optimum consilium illis qui prætentunt defendere sequestrum, & conferuari in possessione bonorum maioratus, quod offerant fideiussionem de restituendo bona, vt rectè tradit Roland. con. 1. numer. 79. lib. 1. ex Claudio de Saifello in l. naturaliter, §. nihil commune, colum. 3. & moderno Florentino, nu. 97. ff. de acquirend. possess. De quo legi debet quod scribit Lancellotus in tract. de atten. part. 2. cap. 12. de atten. appellat. pend. limit. 12. n. 32. pag. 256.

Et in summa circa sequestrationem, de qua agitur in ista quæstione, iudex sicut in cæteris rebus arbitrari ꝑ potest quando, & in quibus casibus concedi debeat, vel denegari sequestrum: & hodie videmus, quod iudices supremi Consilij sequestrant status & maioratus, super quibus est lis durante tenuta bonorum maioratus. Et sumi potest argumentum ex illis quæ scribo supra in initio à num. 83. & legenda sunt quæ scribit Molina lib. 3. de primogen. quæst. 13. nu. 70. & 71. fol. 105.

37 Et quod in causa attentatorum non possit opponi ꝑ sequestrum iuxta formam Clement. ad comescendas, de sequestr. possess. & fruct. tradit Iacob. Putus decisione. 33. par. 1. Et quod violans sequestrum appositum per iudicem, post laram sententiam in causa attentatorum, non incurrit pœnas Clementine, ad compensandas, resoluit Lancellotus in tractatu de attentatis part. 3. capit. 28. numer. 143. pagina 85. Et quod ex bonis sequestratis in litibus maioratum ꝑ sunt danda alimenta litiganti, probari potest, vltra alia ex his quæ tradit idem Iacob. Lancellot. dict. limit. 12. nu. 34. & 35. Et proprius facit quod tradit idem Lancellot. part. 2. fol. 12. de atten. lite pend. limit. 12. pag. 256. Et 39 quando sequestrum ꝑ data cautione relaxari debeat, legendus est idem Iacob. Pute. decis. 311. lib. 1. Et sequestrum male datum annullari non debet, vt per eundem Iacob. Pute. dec. 256. lib. 2. sequestrum dari non debet nisi probetur dilapidatio, & suspicio, vt per Guid. Pap. de iur. 246. Iudex non debet, Rebuff. tom. 3. ad consuet. Regias, tit. de sequestris, art. 1. gloss. 1. num. 23. pag. 317. qui ponit tria dicta requisita vt decerni possit sequestrum. Vidi etiam in præfenti quæstione dubitari in quadam causa maioratus, in qua quis obtinuit reuocationem attentatorum ꝑ per decreta visionis, & reuisionis, contra quem data fuerunt decreta, petere possit sequestrationem bonorum; in qua concludendum videtur in partem negatiuam ex his quæ resoluit Lancellotus in tract. de atten. part. 3. cap. 28. numer. 136. cura sequentib. pag. 495. In quo mihi videtur dari non posse certam regulam, sed arbitrio iudicis hoc fore relinquentium, attentis litis circumstantijs sicut in cæteris negotijs. Ad quod faciunt scripta per Menochium, lib. 2. de arbit. Iudic. casu. 457. Vidi etiam in materia præfenti dubitari. Quis litigabat super bonis maioratus in ista Regali Audientia, & obtinuit sententiam visionis in eius fauorem, à qua aduersarius supplicauit, & durante supplicatione mortuus fuit possessor bonorum maioratus super quibus lis erat: ex qua noua causa ille qui habebat sententiam contra se, iuit ad Consilium Regium ad petendum tenutam, quam obtinuit, & nactus fuit possessionem maioratus, & spoliavit aduersarium, qui petiuit, sequestrum fructuum maioratus allegando, quod habebat sententiam in eius fauorem, & quod possidens ob tenutam erat pauper, ꝑ & consumebar fructus, dixi, denegandum esse sequestrum, contradicente possessioni datæ aduersario ex autoritate Regij Consilij, vt constat ex superioribus. Et qualiter femina possit petere cautionem de non dissipando, tractat Albert. Brunus in tractatu de status stantibus masculis, quæst. 5. quem citat Ciriæ, in tractatu de primogen. lib. 1. qu. 21 fol. 33. col. 4. Et an proclamata ꝑ præiudicent fideicommissarius iam natus, vel nasciturus, declarat Agidius Bossius in practica crimin. titulo de proclamate, num. 11. pag. 54.

QVÆSTIO VIII.

Utrum lex 45. Tauri, habeat locum in rebus augmentatis.

SVM MARI VM,

- 1 Diffinitio questionis.
- 2 Augmentum debet iudicari vt principale, n. 4. & 22.
- 3 Terra addita Regno debet secundum leges Regni iudicari.
- 5 Vnionis ea est natura, vt vnita ad vnã essentiam reducat.
- 6 Additio cum sit in vna dispositione, repetita censetur omnia quæ sunt in principali.
- 7 Iurisdicctio cum omnibus suis qualitatibus aucta intelligitur.
- 8 Ecclesia alteri Ecclesia vnita per incorporationem, habentur tanquam pediseque illius, cui vnitur.
- 9 Ius vnum cum in aliud transfunditur, attenditur natura eius, in quem sit transfusio.
- 10 Beneficium vnitum assumit naturam eius, cui vnitur.
- 11 Regnum est quid vniuersale, & omnes accessionis sibi contingentes sequuntur naturam Regni.
- 12 Effectus unionis quot sint.
- 13 Per unionem transferuntur quæ transmissi non consueuerunt.
- 14 Vnium dicitur accipere priuilegium eius, cui vnitur, & aqua principaliter retinet iura, num. 21.
- 15 Regnum Hispania, quia antiquitus erat vnium, diuisio regnorum, qua postea facta fuit Nobilibus non nocet.
- 16 Ecclesia exempta si in alium locum transferatur, an perdat exemptionem.
- 17 Pater si faciat meliorationem Tertij & Quinti vinculatam in fauorem alicuius filij, & vocauit personas, quas iuxta formam, l. 27. Tauri vocare non poterat, conditione adiecta quod bona essent indiuisibilia, an Quintum possit à Tertio separari.
- 18 In vnitis retinetur quod melius est in vtroque.
- 19 Per adhaerentiam quis censetur eodem iure cum eo, cui adhaeret.
- 20 Repetitio non presumitur, quando dicta in priori dispositione sunt diuersa, contraria, aut incompatibilia cum secunda dispositione.
- 23 Cantabria regnum vnium cum Regno Castella, retinet priuilegia & iura qua antea habebat.
- 24 Prouincia si non addatur ad regnum accessorie, debet regi secundum leges & consuetudines suas. Quid si accessorie addatur, num. 26.
- 25 Doctrina Ripæ, an per incorporationem dignitas Comitatus vnita regno extinguatur, examinatur.
- 27 Castrum committens se protectioni alicuius cuius qualiter remaneat liberum, & non transferat iurisdictionem.
- 28 Ratio decidendi ad l. 45. Taurinam.
- 29 Quando vna ratio reddi potest, habetur pro expressa.
- 30 Lex 45. an procedat in maioratu nouiter constituto, & in melioratione Tertij, & in parte qua fratri accrescit, & num. 35.
- 31 Quod capitur iure accrescendi in primogenitura, iure primo capitur.
- 32 Et de iure accrescendi iudicatur vt de principali, & num. 34.
- 33 Post litem contestatam an possit addi in libello quod per ius accrescendi venit.
- 36 Mater an admittatur ad hereditatem filij, quam habuit virtute statuti excludentis feminas ob masculos.
- 37 Melioratione facta inter duos fratres, quando fiat accretio.
- 38 Gremiam nominatim ab hærede iniunctum, an impleri debeat per hæredem, cui portio gauati accrescit.

- 39 Portio accrescens censetur eadem cum prima. & num. 40.
- 41 Marchia si addantur castra, intelliguntur esse de Marchia.
- 42 Alluio rei feudalis cui accrescat.
- 43 Immunitas ad futura an extendatur.
- 44 De beneficio vnto an sit facienda mentio sicut de principali.
- 45 Adiectio noua qualitatis non mutat priorem dispositionem.
- 46 Conditiones nouae cum in renouatione feudi adiciuntur, an dicatur noua emphyteusis in aliorum prauidicium.
- 47 Bona quando presumantur de maioratu antiquo, vel nouo.
- 48 Et quid in feudo.
- 49 Augmentum cum sit secundum quid, & cum particularibus legibus & conditionibus, tunc non sequitur augmentum naturam rei augmentata; sed augmenti leges seruari debent, & num. 50.
- 51 Qualitas noua adueniens enti, ius nouum constituit, & in diuersa specie illud ponit.
- 52 Vnionem facta, membra vnita non possunt retinere bona quae caput retinere non possunt.
- 53 Maioratus nouus cum additur sine particularibus conditionibus & grauaminibus, ad caput & originem est recurrendum.
- 54 Inuestitura noua censetur, si in secunda est alterata forma prima.
- 55 Consideratio qualiter faciat subiectionem.
- 56 Ius repudiatum omnibus haeredibus an accrescat.
- 57 Qualitas annexa & accessoria non redundat in principale.
- 58 Femina qua non habet ius succedendi in bonis maioratus, an possit succedere in bonis melioratis & augmentatis.
- 59 Pontifex cum in laicum iura spiritualia transfert, qualiter transferre videatur.
- 60 Terras quas Reges possident, quae ad Ecclesias pertinent, an res spirituales iudicari debeant.
- 61 Pax facta pro se, amicis, & adherentibus, an comprehendat futuros.

Octauo quæro, An possessio de qua in prædicta l. 45. procedat in bonis, quæ antecessor in bonis maioratus augmentauit, & multiplicauit secundum dispositionem l. 46. Taurina In quo videtur, quod priuilegium illius legis in talibus bonis etiam procedat. Quod aperte videtur docere, & ostendere verba dicta l. 46. ibi, Mandamus que en todo suceda el que fuere llamado, facit l. etiam in vers. ad dicitur gratia, C. de iure dotium l. inter, §. cum inter, & ibi Alberic. ff. de pact. dotal. lib. 1. l. si constante, ff. de donation. ante nupt. l. si conuenerit, §. si nuda, vbi Bartol. & Paul. ff. de pignorat. act. notat Gloss. Paris. in 1. p. consuetudin. Parisien. §. 22. fol. 188. num. 44. Celsus conf. 66. num. 5. vbi tradit, Quod si Castro, vel villa adiciantur aliqua loca, dicuntur esse de illo, & possidentur tanquam incorporata, Natta in consil. 340. num. 25. lib. 2. vbi reprobatur Angel. in l. si seruitus, ff. de seruit. urban. praedior. dicentem, quod si Nobili concessa fuit exemptio pro toto suo territorio, non extenditur ad augmentum. Et pro hac conclusione faciunt alia plura quæ scribo in 1. part. huius operis: 9. 10. & conducit text. in l. id quod, in princ. ff. de peric. & commod. rei vend. l. Iulianus, §. si Titius, vbi Doctores, ff. de action. empti: l. cum fundus, ff. de legat. 2. de quo textu latè agit ibi Petr. de Peralt. Iafon, & Ripa in l. serui electione, §. vlt. ff. de legat. 1. latissimè Episcop. Couarr. in practica. quæst. c. 2. num. 1. cum seqq. & Gregor. Lop. in l. 37. tit. 9. part. 6. in glof. 1. & in verbo, Se ayun rassin, vbi ponit quandam quaestionem in maioratu, quæ inibi videri poterit; & in glof. 1. Et ex hoc dicit, quod terra quæ addita Regno, debet iudicari secundum leges Regni: quod melius fundat Ripa respons. 92. n. 7. Nicolaus Boerius decis. 50. n. 19. Rebus. in tractatu de

nominatione, qu. 6. num. 11. pag. 134. & in l. soluendo, 114. pag. 631. ff. de verb. significat. Marthæ. de Afflict. in cap. 1. §. si vassallus, num. 4. fo. 220. hic finitur lex Federici.

Et portio quæ accrescit, sequitur eandem naturam, gradum, & qualitatem illius rei quæ accrescit: l. si in testamento, ff. de vulg. vbi Bartol. Bald. Imol. Iaf. Deci. in l. 1. num. 6. Cod. quando peten. partes, & alij quos citat Sim. de Præt. de interpr. defun. volum. lib. 3. interpr. 1. dub. 5. solut. 3. num. 20. fol. 208. Et ea est natura vnionis, vt vnica reducat quæ ad vnâ essentiam, l. in rem, §. item si quacunque, & ibi notat Bald. ff. de rei vindic. l. sed si plures, §. filio, vbi Angel. & Imol. ff. de vulg. Cephal. conf. 342. n. 50. libr. 3. notat Ripa respon. 80. n. 58. & ibi n. 7. tradit, quod per incorporationem dignitas Comitatus vnita Regno extinguitur per dict. l. in rem, §. si quis rei sua, & Anthen. vt Iudicis sine quoquo suffragio, colum. 2. §. illud tamen, & alia quæ refert; & gaudet priuilegijs Regni, secundum Brunum in tractatu de augmento, conclus. 9. Et augmentum succedens per modum vnionis, & tandem rem constituens, omnes qualitates, & conditiones rei, cui vnitur, suscipit; & omnino iudicatur sicut eadem res, vt resoluit Gloss. Paris. 1. p. consuet. §. 1. glof. 1. nu. 46. fol. 15. & Coene. con. 16. num. 15. vers. & licet, in 1. volum. determinat, quod vbi inuestitura aliqua habet certam determinationem, si in ipsius confirmatione addatur aliud quod Castrum, illud intelligitur datum eisdem modis & qualitatibus quibus data fuerunt alienanti, quæ notat Paris. con. 22. n. 95. lib. 2.

Et vbicunque in vna dispositione fit vna additio, quæ censetur repetita omnia quæ sunt in principali: quia fit pars illius cui additur, secundum Cardinalem in Clem. statutum, col. 4. de elect. quem citat Felin. in c. de causis, n. 2. de offic. Delegat. Et Ducatus Burgundia, quia vnitus est cum Regno Francia, regulatur secundum Regnum Francia, & legem Salicam, Chassanæ. tit. des siefs, rubr. 3. §. 5. nu. 6. pag. 446. Ad quem addo Auiles, qui multa bona in proposito scribit in proemio Corrector. vers. Algeziras, num. 7. cum seqq. fol. 12. Rebus. in tract. de nominat. q. 15. n. 15. & 16. pag. 216. Et aucta iurisdictione, intelligitur quæ aucta cum omnibus suis qualitatibus, secundum Cæpolam conf. 8. Decianum in pract. tom. 1. lib. 4. c. 57. fol. 208. Et si iudex banniuus de suo territorio, & acquisiuit nouum territorium, intelligitur bannitus de nouiter acquisito, secundum Hippolyt. conf. 86. Decian. vbi supra, c. 29. n. 16. fol. 102. Et de augmento & vnione plura etiam scribit Burgos de Paz. q. 6. civil. n. 16. Et si duæ ciuitates fecerunt pacem vallatam pœna pro se, & suis subditis, talis pax extenditur ad villam quæ postea se submisit alteri earum ciuitatum, secundum Ioan. Andr. post Guido. in rubr. de treuga & pace in fine, & addit. ad Speculat. per l. si seruitus, ff. de seruit. urban. praedior. & alia iura confirmat Iafon. conf. 170. n. 6. lib. 2. & plures remissiones Cyn. Bart. Bald. Cardin. Alex. & aliorum, videre licet apud Nicol. Boer. in consuetud. Bituricens. §. 10. des coutumes & iurisdictionis, n. 19. pag. 36. colum. 2.

Et Ecclesia alteri quæ Ecclesia vnita per incorporationem, habentur tanquam pedissequæ illius, cui vnuntur: c. recolentes, de statu monac. notat Ripa in con. 21. n. 13. latè Paris. in con. 77. n. 1. tit. 4. decisio Rotæ in antiquis, tit. de reb. eccles. l. 1. aliis 370. p. 514. & dec. 2. de excessib. pralat. in nouiss. & nouissimè Aluar. Valaf. con. 14. n. 1. Gieg. Lop. in l. 7. tit. 20. p. 3. in glo. magna, Ancharr. in con. 114. qui notanter tractat. Rebus. in practi. benefic. in regul. de vnionibus, pag. 284. n. 52. cum alijs, faciunt scripta per Marcum decis. 1329. & decis. 459. num. 6. Et Ecclesia translata de Regulari in secularem retinet sua priuilegia, secundum Innocent. in cap. 2. de nou. oper. nunciat. quem citat Rebus. in Concordat. §. vltimo, tit. de Regia ad pralaturam: in verbo, concessa, Quintil. Mandos. de signatur. gratia, in verb. reducciones, fol. 119. colum. 1. Et habitus pro ciuibus, retinent priuilegia quæ antea habebant, secundum Bart. in l. non tantum, ff. de bonor. poss. secund. tabul. Bald.

Bald. in l. ea lege, C. de condit. ob causam, & alios, vt per Iulium Fetretum in tract. de Gabell. num. 208. & legenda sunt quæ scribit Azeued. in proemio, tit. 2. lib. 6. Recopilat. nu. 138. fol. 133. & si vna Ecclesia vnitur alteri, potest vnus res vendi pro debito alterius, secundum Baldum in authent. hoc ius porrectum, in fine, C. de sacrosanct. Eccles. quia allegat Innocent. in cap. pastoralis, de priuileg. notat Iafon. in l. 2. num. 5. fol. 57. ff. de offic. assessorum, & quoties vnus beneficium alteri vnitur, assumit naturam eius, cui vnitur, cap. super eo, de praben. in 6. & ex pluribus confirmat Curci. Iunior in consil. 32. num. 30. lib. 2.

Et quando vnus quæ ius in aliud transfunditur, sed eius in quod fit transfusio: vt notatur in l. aliam, ff. de nouator. & per Decium conf. 478. num. 8. & consil. 490. num. 12. Bartholom. Socin. post Aretin. in l. cum filio familias, num. 30. fol. 96. ff. de legat. 1. vbi tamen in contrarium ponderat dictam l. aliam, ex ea deducens, quod quando fit nouatio, & vna obligatio in aliam conuertitur, virtus quæ inest primæ ex dispositione legis retinetur; quod est ad plura notandum. Et beneficium vnitum quæ assumit naturam eius cui vnitur: Gloss. & Doctores in cap. licet canon. de elect. in 6. cum concordat. vt per Rebus. in dicta practica titul. de non prom. intra annum, num. 31. pag. 447. Zanchus in l. heredes mei, §. cum ita, part. 4. num. 257. pag. 98. ff. ad Trebellianum. Et si vna ciuitas alteri vnatur, possessio quam illa ciuitas habet in castris, ipso iure transit in ciuitatem, cui subijcitur, secundum Petr. in l. seruitutes, ff. de seruit. Anton. in cap. vltim. num. 49. de causa poss. & propriet. Decius in cap. in presentia, numer. 38. de probation. & plura singularia de vnione scribit Zanch. in d. l. heredes mei, §. cum ita, par. 4. nu. 252. cum sequentib. d. pag. 98. Et in materia Hispaniæ, & dominio Bizcaie, tradit Ioan. Guttier. lib. 3. quæst. practica. q. 17. & 18. num. 215. pag. 276.

Hinc est, quod quæ Regnum est quid vnuerfale, & omnes accessiones sibi contingentes sequantur Regni naturam: vt ex regula l. peculium, ff. de legat. 2. tradit Rebus. in tractatu. de nominat. quæst. 6. numer. 5. pagin. 1133. & Bald. in l. si quando, in fine, C. de appell. scribit, quod quando vnus officium vnitur alteri, illud quod vnitur extinguitur, quod refert & confirmat Hippol. in con. 84. n. 45. Et quotiescunq; res de vno rranfit ad alium, assumit naturam eius, in quem transfertur, & in totum perdit primam, secundum Paulum de Eleazar in dispositione 3. incipienti, Quando dispensata: & confirmat Cæsar Lambertin. in tract. de iur. paronat. lib. 2. part. 3. 19. artie. 2. quæ principal. num. 3. fol. 219. Et beneficium vnitum non dicitur amplius beneficium, secundum Oldrad. in consil. 257. Factum tale num. 16. & numer. 18. Gaccialupum in tract. vnion. artic. 8. quæst. 11. num. 7. Rotam in antiq. dec. 259. Nota quod beneficium, Paris. in con. 31. nu. 10. lib. 4. Quintil. Mandos. reg. 19. reservationis, q. 10. num. 2. fol. 133. Gomez regul. de infirmis resignantibus, qu. 15. pag. 184. latius idem Mandos. reg. 22. de vnione, qu. 13. num. 19. fol. 23. colum. 2. Et faciunt scripta per Iafonem in l. si eadem, num. 3. cum seqq. ff. de offic. assessor. fol. 57. melius omnibus Rebus. in practi. benefic. d. tit. de vnionibus. 49. cum seqq. pag. 284. vbi nouem effectus quæ vnionis cumulat, & ante illum numerum plura scitu digna in ista materia scribit. Ad quem addo Abbat. in cap. quia monasterium, de religio. domib. num. 1. fol. 184. vbi vult, quod si Ecclesia vnus diocesis vnatur Ecclesia alterius diocesis ex consensu Papæ, non præiudicatur Episcopo Ecclesiæ vnite. De quibus per eundem Rebus. in eadem practi. benefic. in declaratione noua prouisionis, vers. cum annexis, numer. 14. pag. 217. Ad quæ Addo eundem Rebuffum in eadem practi. tit. de rescriptis mixtis, glof. 2. pag. 580. num. 9. vbi tradit, quod vnus cum altera extra Regnum, non valet: quem citat Azeued. in l. 14. titul. 3. lib. 1. Recopil. num. 55. pag. 74. Et quacunque alteri rei adiecta sunt, loco adiecti omnes cedere dicuntur, vt per d. §. item si quacunque, & l. sed si ex meis, §. Proculus, ff. de damn. infec. tradit Menoch. in tr. presumpcion. lib. 3. præsumpt. 88. numer. 5. pagin. 385. & quæ transmitti non

conseruetur, propter vnionem quæ transferentur, l. qui ex duobus, in princ. ff. de acquiren. heredit. 13 secundum vnum intellectum, quem ibi tenet Bart. notat Barth. Socin. in consil. 153. num. 9. lib. 2. & plura de vnione notata digna scribit Gregorius Lopez in dict. l. 7. tit. 20. in glof. in verbo, De termino poblado, part. 3. Et alteri vnitum dicitur quæ accipere priuilegium eius cui vnitur: vt notatur per Laurent. Calcan. in consil. 24. num. 1. de quo etiam vide Aymonem in tract. de antiquit. tempor. 4. part. num. 26. fol. 211. licet res vnitæ retineant priuilegia quæ singulariter habebant, l. 2. C. communia de legat. cum concordat. vt per Lambertin. in tract. iur. paronat. lib. 1. art. 8. fol. num. 3. Et Regnum vel Prouincia Bizcaie non amittit per vnionem ad Regnum Castellæ priuilegia quæ antea habebat, vt tradit latè Azeued. in rubr. tit. 2. lib. 6. Recopil. n. 215. fol. 42. qui ad hoc allegat Alexand. in consil. 114. num. 19. lib. 4. Angel. in consil. 247. & alios, & supra dixi, Et quia Regnum Hispaniæ quæ antiquitus erat vnitum, diuisio Regnorum quæ postea fuit facta, non nocet Nobilibus, vt resoluit Baëza in tract. de inope debitore, cap. 19. num. 114. fol. 126. & Ecclesia Cathedralis non desinit esse Ecclesia Cathedralis per vnionem cum Hospitali, licet sit sine populo: vt per Matth. ab Afflict. decis. 7. qui refert Innocent. & alios, & facit d. consil. Calcanei.

Et quando Ecclesia est exempta, & transfertur in alium locum, quæ non perdit exemptionem, secundum Perusin. in c. cum persona, de priuileg. in 6. Rebus. in concordat. rubr. de Regia ad pralaturam nominat. facienda, §. vlt. pag. 222. vers. & Perusinus, de quo lege omnino Rebus. in practi. benefic. tit. de transl. Episcop. num. 19. & n. 307. gaudet tamen res vnita priuilegijs competentibus rei, cui vnita fuit, vt per Iafon. in §. in personam, not. tab. 1. Instit. de action. Aym. conf. 24. num. 9. & de iure accrescendi vnito cum iure substitutionis, & de rei vendicatione vnita cum actione personali, plura scribit Cephal. conf. 342. num. 48. lib. 3. Vasquius de successione. libr. 3. §. 23. num. 41. latissimè Bursat. in consil. 71. num. 12. lib. 1. qui Vasquium citat, facit l. 1. §. sciendum, ff. de separation. ibi, Bonis vnitis, separatio imperari non potest, & ita præstat egregium argumentum ad definitionem notabilis quaestionis, & quæ non semel de facto contigit: Pater fecit meliorationem Tertij & Quinti vinculatam in fauorem alicuius filij, ad quam vocauit aliquas personas, quas vocare quæ non potuit iuxta formam l. 27. Taurina, hodie l. 1. tit. 5. lib. 5. Recop. & ordinauit quod bona essent indiuisibilia iuxta naturam bonorum maioratus. Si forsan non obseruauit ordinem prædictæ legis, An Quintum quod pater extraneo potuit relinquere, separari debeat à Tertio, in quo seruanda est forma prædictæ legis, quod est scitu dignum? & de beneficio curato præbendæ annexo, non est necesse facere mentionem, sed sufficit exprimere principale, cui est annexum, secundum Dominic. in c. super eo, de praben. in 6. & in consil. 111. Dominus noster, Staphilæum de literis gratia & iustitia, tit. de modo & forma impetrandi, vers. præterea est dare dignitatem, n. 9. pag. 90. & Castrum nouum ædificatum iuxta antiquum, subrogatur, & eandem conditiones, vt per Nicol. Boer. dec. 321. Anton. Gabr. lib. 6. commun. opin. tit. de reg. iur. concl. 2. n. 27. pag. 321. Et de Ecclesijs vnitis plura scribit Abb. in c. Monasterium, n. 1. cum seq. de relig. domib. fol. 184. Et in vnitis quæ retinetur quod melius est in vtroque, secundum Speculator. 4. p. tit. de Cleric. coniug. n. 14. fol. 76. per regul. l. 1. C. de rei uxoria act. quod dictum aliud agendo, cito infra, 2. p. q. 4. illat. 8. & tradit notanter Bursat. in consil. 200. n. 95. cum seqq. lib. 2. Et vbicunque substitutio vulgaris vnitur cum fideicommissaria, positi in conditione censentur substituti, vt per Socin. Iun. in consil. 174. lib. 2. quem citat Zanc. in l. heredes mei, §. vlt. ff. ad Trebell. p. 7. n. 8. pag. 196. Et huc etiam spectant notata per eundem Episc. Couarr. resolut. lib. 1. cap. 113. num. 2. & non minus faciunt scripta, per Tirac. vbi plura de augmento tractat lib. 1. de retract. §. 1. glof. 18. pag. 359. num. 54.

19 & per adhaerentiam quis causetur t eodem iure cum eo, qui adhaeret, vt probatur in c.1.de postulan. & in c. vt circa, de electione, in 6. confirmat & declarat Cardinal. in Clement. quia contingit, de relig. domib. vbi hoc dicit procedere fortius quando per modum aggregationis hoc fit: & si Episcopus dispensat cum illegitimo ad beneficium simplex, si illi est annexum curatum, erit dispensatus capax & annexi, secundum Dominicum, & Perusinum in cap. 1. de filiis presbyter. lib. 6. confirmat Rebuff. in tract. de nomin. qu. 16. num. 29. pag. 228. & si villa annexa alteri habet statuta, quæ non sunt compatible cum statutis alterius, seruantur statuta villæ nominantis, secus si sint compatible, secundum Bald. in cap. transito, de constit. vbi Felin. num. 2. plura refert quæ conducunt pro intellectu maioratum, in quibus reperiuntur diuersæ, aut contrariæ conditiones appositæ ab vno vel diuersis autoribus maioratum.

20 Quibus iungo, quod t repetitio non præsumitur, quando dicta in priori dispositione sunt diuisa, contraria, aut incompatible cum secunda dispositione, vt voluit Ruin. in consil. 76. nu. 5. & 6. lib. 2. & con. 84. nu. 1. & 9. eodem lib. Paris. in consil. 95. nu. 29. & 31. lib. 2. Tiber. Decian. in consil. 34. num. 110. lib. 3. & alij quos citat Ioseph. Mascard. in tract. de probation. lib. 3. conclus. 1266 nu. 24. fol. 209. Et quando Castrum vnitur alteri territorio principaliter, retinet statuta quæ primò habebat: secus si accesserit secundum Anton. in c. fin. de consuetud. col. penult. vers. sed est dubium, quid si Castrum, notat eleganter Alex. in consil. 151. num. 5. lib. 2. Ad quod facit, quia quando vnum vnitur alteri æquè principaliter, retinet iura, t quæ antea habebat: generaliter, ff. de fideiussor. notat Bonifac. in Clement. 2. col. 2. de praben. Rebuff. in tract. nominat. q. 15. n. 15. pag. 216. & de eo qui dedit bona ad fideicommissum factum per patrem, vel alium antecessorem, lege Decium in consil. 362. per totum, & in consil. 497. num. 1. de quo vide quæ scribo supra, in 2. part. qu. 5. Et cum in rebus augmentatis in maioratu sit eadem ratio, quæ est in aliis bonis t maioratus ab antiquo constituti, idem ius seruari debet: & per ista confirmare possumus quod nouissime scribit Azened. in ritul. de los hidalgos, lib. 6. Recopilat. numer. 138. fol. 433. vbi resoluit, quod Regnum Cantabriæ t vnitum cum Regno Castellæ, retinet privilegia & iura quæ antea habebat, Cuius sententia melius per prædicta confirmatur.

In qua materia etiam animaduerto ad doctrinam & distinctionem Bartoli in l. si conuenerit, 2. ff. de pignor. act. §. si nuda, vbi resoluit, quod si prouincia non additur ad Regnum accessorie, nec Castrum Comitatus: & tunc debet regi secundum t leges, & consuetudines suas: quem sequitur Alex. in consil. 151. num. 3. lib. 2. & in consil. 114. num. 12. lib. 4. facit notabile Consilium Anchar. 437. & quæ tradunt Decius in consil. 360. num. 7. Brunus in consil. 69. num. 13. Felin. in c. postulat. num. 10. de rescrip. & alij quos citat nouissime Cæsar Contard. in l. unica, C. si de momen. possess. limit. 3. ratione iuris Canonici, num. 19. pag. 272.

Ex quibus & doctrina Cagnoli in proemio Digestorum, num. 56. dubito de doctrina Ripæ in consil. 80. vbi dixit, quod per incorporationem t dignitas Comitatus vnita Regno extinguitur: conducunt etiam ista ad quæstionem quam tracto part. 4. quæst. 25. vbi disputatur, An Rex possit facere donationem de bonis captis ab hostibus cum capit ab illis ciuitates, villas, vel alia loca, & Castra. Et quod quando vna ciuitas t vnitur alteri non principaliter, sed accessorie, non attingitur status primæ ciuitatis, tradit Decius in consilio 486. num. 9. Tiber. Decian. in præct. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 54. num. 1. fol. 207. Et plura in ista materia singularia & extraordinaria scribit Fuluius Pacianus in tractatu, de probation. lib. 1. cap. 27. num. 1. cum sequentibus. fol. 73. ad hoc legendus. Et qualiter, si iudex banniuit quempiam de suo territorio, & postea acquirat nouum territorium, intelligatur bannitus de nouo territorio, tradunt; Hippolyt. in consil. 86. num. 12. Tiber.

Decian. in præct. crimin. tom. 1. cap. 29. num. 15. fol. 202. facit resolutio Egid. Bossij in præct. crimin. tit. de foro compet. num. 9. & 10. pag. 67. Et qualiter Castrum committens se protectioni; ac defensionem alicuius ciuis, t remaneat liberum, & non transferat iurisdictionem, tradunt Decius in consil. 564. num. 11. Socin. Iun. in consil. 11. num. 6. lib. 1. Menochius lib. 1. de arbitr. q. 99. Et quod si Castrum subiiciatur domino quoad aliqua capitula cum certis modificationibus, & capitulis, subditus censeatur tantum quoad illa capitula, tradunt Bart. Socin. in l. si ex toto, in fine, de legat. 1. Olasc. decif. Pedemont. 139. num. 23.

Lex etenim prædicta 45. (vt supra in alia quæstione affirmati) facta t est in fauorem bonorum maioratus, & ad conseruationem eorum, quia per eos familiaria conseruantur, & regna nobilitantur & voluntates testatorum, qui illa vinculauerunt, rectius adimplentur: & licet hæc ratio, & nulla alia in illa lege expressa sit; debet tamen haberi t pro expressa, ex qua nulla alia congruens ratio assignari potest: nominatiuim in 2. ff. de liber. & posthum. l. fundus qui locatus, in fine, ff. de fund. instrum. l. militis agrum, ff. de re milit. l. si domino, vbi Bart. & alij ff. de legat. 1. vulgata Gl. quam totus mundus refert, in l. quamuis, C. de f. d. vbi omnes DD. de quo qui alia scire desiderat, legat Tiraq. in tr. de cess. caus. limit. 1. n. 7. cum alijs p. 319. & limit. 1. n. 67. & in p. 1. n. 165. Et horum iurium autoritate & ratione fundari potest, quod supposito quod aucta lex Tauri habeat iocum in bonis, quæ t ex primæua institutione veniunt ad primum successorem maioratus, etiam si non sint ab antiquo bona maioratus, vt latè fundat Anto. Gom. in d. l. 45. num. 117. Et supposito etiam quod dicta lex habeat locum in melioratione, & maioratu factio sine autoritate Regia, vt latè fundauit in l. q. huius 3. part. 1. quod in parte quæ accrescit alteri fratri ex duobus melioratis, quia alter mortuus fuit, vel ex renouatione meliorati, competit remedium prædictæ legis 45. Pro quo facit quod scribit Gloss. Paris. in consuetud. Parisien. §. 9. num. 3. fol. 121. vbi dicit, quod illud, quod iure accrescendi capitur in primogenitura, ipso eodem iure directa, & primæuo t capitur, quo accipitur portio delata. Et idem iudicatur de eo quod venit iure accrescendi, quod iudicatur de ipso t principali: l. si Titio, §. vsum fructum, ff. de usufruct. notat Bald. & ibi Decius num. 26. in l. edita, de edend. vbi ex hoc dicitur, quod post litem contestatam potest addi in libello, quando illud quod t additur venit per ius accrescendi; & hoc tradit notanter Ripa dicto respon. 80. n. 21. vbi vult, quod vocati ad Comitatum pro portione hæreditaria, dicuntur vocati iure proprio, & dominio, sicuti vocati fuerunt cæteri cohæredes, per regulam l. unica, C. quando non peten. partes, & l. si duobus, in prin. §. fin. & l. huiusmodi, §. si Titio, ff. de leg. 1. qui addi debet ad Gloss. Parisien. & portio quæ t accrescit, & eiusdem gradus & naturæ, qualitatis, & vinculi, cuius erat portio cui accrescit: l. si testamento, ff. de vulgar. vbi Bart. Bald. Imol. Paul. de Castro, l. inter, §. cum inter, vbi Gloss. in verbo, separabitur ff. de pact. dot. lib. cum concordant. vt per Alex. ad. in consil. 20. lib. 1. Decium in l. 1. num. 38. Cod. quando non peten. partes. & Cagnol. in rubr. 1. eiusdem tituli, numer. 39. Simon de Præt. libr. 3. de interpret. defunct. volun. interpret. 1. dubit. 5. solutio. 3. numer. 20. fol. 108. Nec obstat doctrina Glossæ, & Bartoli, in l. sed si nolit, ff. de acquiren. hæred. quam reuli supra, in quæst. 5. Quia dicta Glossa non procedit in casu prædictæ legis, in quo possessio bonorum maioratus constituitur facultate Regia, vel sine illa, transferetur ipso iure absque alia t apprehensione; quia ista lex procedit etiam in parte quæ accrescit per eandem rationem.

Pro qua sententia faciunt quæ scribit Decius consil. 331. num. 6. vbi post alios quos citat, tradit, quod t mater admittitur ad hæreditatem filij, quam habuit virtute statuti excludentis fœminas ob masculos; quia de tali augmento idem, est iudicandum quod de principali; de qua quæstione vide latissime Guillelm. Benedict. in c. Rainuntius, in verbo, mortuo itaque testatore, in 2. n. 18. fol. 403. de testamen.

Sed an & quando facta melioratione inter duos filios, altero mortuo sit t accretio? (vt obiter hoc sciatur) vide text. in l. vtrum, ff. de assignand. liber. C. iuuentus in l. 19. Tauri, num. 8. fol. 19. Gregor. Lop. in l. 2. tit. 15. part. 2. in glos. in verb. maioria, post medium, Peralt. in l. Celsus, ff. de legat. 2. Ludouic. de Villalonga in l. re conuicti, fol. 50. ff. de legat. 3. Ad quos addo egregie in l. 34. in versic. Fuera ende, tit. 9. part. 6. & an grauamen nominatum ab hærede iniunctum impleri t debeat per hæredem, cui portio grauati accrescit, explicat Peralt. in l. Celsus quod alicuius, num. 5. pag. 317. ff. de leg. 2. Et portio t accrescens censetur eadem cum prima, l. si in testamento, ff. de vulgar. vbi Cyn. Arctin. num. 3. Iason. in l. re conuicti, num. 3. ff. de leg. 3. Crotus de l. filiusfamilias, §. Diui, num. 4. & ibi Ripa num. 66. ff. de legat. 1. Loazes num. 134. Segura in l. vnus ex familia, §. sed si fundum, num. 203. ff. de legat. 2. & alij plures quos citat D. Anton. de Padilla in l. voluntas, C. de fideicommissi, num. 29. fol. 38. Quod confirmo, quia eadem portio & res dicitur cum ea portione t cui accrescit, l. vlt. in princ. ff. quorum legatorum, §. penult. Instit. de bonor. poss. Doctores in rubr. C. quando non petentium, part. vbi latè Cagnol. n. 38. & 40. & Bolognet. num. 35. Menoch. de adipisc. poss. rem. 2. n. 96. pag. 20.

Pro prædicta opinione facit sententia Bald. in cap. Imperialem, §. praterea Ducatus, de prohib. feud. alien. vbi dicit, quod si Marchia t adduntur Castra, intelliguntur esse de Marchia, notat Alex. in consil. 140. Circa primum, num. 9. lib. 5. quod in loco vide Gloss. Paris. in additione, qua incipit, vnitur. Quid autem in alluione, t & augmento rei feudalis, vide text. in c. 1. §. si quis de manso, tit. de controuers. inuestitur. vbi Iacob. de Bellou. & alij, Tiraq. lib. 2. de retract. conuention. in fin. n. 90. vbi plura ad nostrum propositum scribit. Sed an immunitas t extendatur ad futura, & ad res permutatas, & subrogatas loco priorum, vide Bald. in consil. 112. lib. 1. & Alex. in l. vlt. ff. de iur. iurand. & Egid. Bossi. in præct. crim. tit. de Princ. & priuileg. eius, num. 154. pag. 621. & an de beneficio vnito sit facienda mentio, si curat de beneficio principali? tradit Rebuff. in tract. de nominatione, q. 9. num. 15. ad quem addo Staphilæum de liter. gratie, & iust. in part. de v. & effect. clausularum, versic. sexto simili, num. 6. pag. 262. Item in incremento rerum feudaliu non requiritur noua inuestitura; c. sed si res, & ibi Aluaror. per quos fiat inuestitura: de quo per Parisi. consil. 23. num. 18. lib. 1. Deci. qui citat Andr. de Ifern. Aluaror. & alios in consil. 144. num. 6. & confirmatur, quia adiectio nouæ qualitatis t non mutat priorem dispositionem, l. Senatores, ff. de Senatoribus, l. si enim, §. fin. ff. de exercit. l. si fundus, §. si res, ff. de pignorib. l. 1. §. vnde queritur, ff. de testib. notat Matthæ. de Afflict. in constitut. Neapolitan. li. 3. rubr. 27. de success. nobilitium, num. 74. fol. 302. Calderin. in consil. 11. tit. de feud. vbi probat, quod si in renouatione feudi fiant nouæ conditiones; non tamen dicitur noua emphiteusis t ad præiudicium aliorum, quod confirmat Augustin. Beroi. in consil. 69. num. 20. lib. 1. vbi plura ad propositum tractantur in numeris precedentibus, de quibus etiam omnino lege Amadæum de Ponte in tract. laudemiorum, quæst. 10. post rotam: sed & idem Beroi. in consil. 71. num. 44. lib. 1. postquam scripsit multa in successione primogenituræ, tradit, quod vbiicumque in secunda inuestitura de successione primogenitorum vocatur nouæ personæ, & de alio genere quæ vocata fuerunt in prima dispositione, & vocatione; censetur noua concessio, & noua inuestitura, ex Bart. & alijs in l. si mihi & Titio, ff. de verbor. obligat. Iason. in consil. 24. lib. 3. & alijs Authoribus ab illo citatis. De quo puncto lector omnino videat consilium Cephalii 301. num. 117. cum sequentibus. lib. 3. Et an bona præsumantur t esse de maioratu antiquo, vel nouo, & cui incumbat onus probandi, colligere licet ex pluribus, quæ post Gloss. Par. Tiraquel. Zafium, & plures

alios quos citat, scribit Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 101. num. 1. cum seq. & tradit latissime idem Menoch. in tract. de presumpt. lib. 3. presumpt. 93. vbi videlicet, quando feudum præsumatur antiquum, vel nouum. Et quod feudum paternum quamuis renouatum non desinat esse paternum probatur in cap. 1. de vassallo decrep. atat. tradunt Roman. in consil. 315. num. 1. Decius in consil. 78. num. 6. Roland. consil. 60. lib. 1. & alij quos citat Additio Ferraræ in præct. in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi, vers. ac nomine, pag. 282. in addit. paternum, & legendus est idem in verbo, nec superstitibus, pag. 287. num. 35. Sed an feudum t præsumatur nouum, vel antiquum? nouissime & latissime declarat Fuluius Pacianus in tract. de probation. lib. 2. c. 8. num. 1. cum pluribus seq. fol. 148. & ab antiquioribus inuestituris non est recedendum, nisi expressè dictum sit, quod recedatur; tradit Decius in consil. 193. num. 4. ex Paul. de Castr. in consil. 61. Videtur dicendum, quod est consil. 173. lib. 1. num. 43. quod cum labore inueni, & faciunt plura notabilia quæ scribit Menoch. de recuper. poss. remed. 9. num. 388. cum seq. pag. 428. & noua forma data facit rem nouam, l. Iulianus, §. sed si quis, l. Scia, ff. de aur. & argen. leg. cum concordant. vt per Mandos. in consil. 84. num. 4.

Sed est maxime aduertendum, quod quando augmentum sit t secundum quid, & cum particularibus legibus, & conditionibus, tunc non sequitur augmentum naturam rei augmentatæ, sed seruantur leges augmenti: vt voluit Bald. in dicta l. etiam colum. vlt. C. de iure dotium, Marian. Albert. Brun. in tractatu de augmen. conclus. 5. num. 28. Curti. Iun. in subiectione ciuitatis Saonæ ad Genium in consil. 124. num. 2. lib. 1. quod eleganter tradit Ripa in dicto consil. 80. num. 56. vbi in ista materia primogenituræ, & vocationis masculorum & fœminarum per multa probat, quod Castra addita ad Comitatum non debent regi conditionibus & grauaminibus Comitatus, si hoc declaratum fuerit, quod est notandum. Ad quem addo Ludouic. Gozad. in consil. 84. num. 12. qui hoc eleganter tractat. Et vide quæ eleganter scribit Bart. in l. si conuenerit, §. si nuda, ff. de pign. act. on. & ibi Alex. & Pomar. in addit. & inquit Bald. in l. 2. num. 1. C. commun. de legat. Quod quando vnio sit secundum quid, non est transfusio, sed quædam alteratio. Sicut inquit Iacob. Butrigar. in rubr. Codicis, quod illud, quod additur, vel detrahitur veteribus pactioibus; facit rem nouam quoad t id quod est additum, non quoad totale corpus, nec quantum ad additum, quando in toto confunditur: confirmat Matthæ. de Afflict. in constitution. Neapolitan. lib. 1. rubric. 71. de ordinan. iudicib. fol. 145. num. 12. & idem decif. 112. num. 15. tradit, quod ex noua qualitate adiecta in renouatione antiqui feudi, nouum feudum, & beneficium dicitur, & idem voluit Thomas Marin. de feudo ex pacto, & provid. num. 37. Ioan. Botta consil. 103. num. 8. Et additio facit concessionem esse nouam & diuersam secundum Alexand. in consil. 19. num. 12. lib. 6. per l. autem ius civile, ff. de iust. & iure, & notata in cap. hi qui autoritate, in glo. fin. de prabend. in 6. Bald. in cap. Imperialem, §. in super, 4. col. de prohib. feud. alienat. per Federicum, & in cap. 1. an agnat. vel filius: quod confirmatur, quia qualitas t noua adueniens enti ius nouum constituit, & in diuersa specie illud ponit, cap. statutum innoto cap. licet canon. de electione in 6. c. cum Marthæ, §. quæsiuisti, de celebrat. Missar. cum concordant. vt per Hippolyt. singular. 520. Qualitas, Burfatum, qui plures citat in consil. 219. num. 3. & 4. lib. 2. Gomezium in §. in personam, num. 16. Instit. de action. Aymon consil. 203. num. 6. & latè confirmat Fuluius Pacian. in tract. de probation. lib. 2. c. 27. num. 91. cum seq. fol. 112. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 29. glos. 1. num. 6. Menoch. de recuper. poss. remed. 6. num. 8. pag. 374. & de adipisc. cen. rem. 4. nu. 15. pag. 57. Roma. & Arctin. in l. 2. ff. de verbor. obligat. Natta consil. 139. num. 6. Et quod vnio facta membra vnita t non possint retinere bona, quæ caput retinere non potest; probatur in c. recolentes, §. fin. de statu Monachor.

chor. quod in notabili casu tradit Hieronym. Gabr. in conf. 28. num. 12. quod in praxi in ista materia est necessarium, & quod vbiunque maioratus nouus additur, non habet particulares vocationes, conditiones, & grauamina, sic recurrendum ad caput maioratus, & originem constat ex doctrina Baldi in l. de quibus, ff. de legib. vbi Bart. & Guillem. de Cun. & ex Cyno in l. etiam, C. de iure dotium, Barr. in l. si conuenerit, ff. si nuda, ff. de pignor. actio. quae citat Bart. Socin. in conf. 7. num. 7. lib. 1. Quibus congruit, quod quando secunda concessio est facta aliis personis de alio genere, & praecipue si in secunda est alterata forma primae, & vel adiecta noua qualitas; tunc censetur esse noua inuestitura, vt colligitur ex Alexan. & aliis in l. si mihi & Titio, ff. de verb. obligat. Iaf. in conf. 24. lib. 3. & aliis quos citat Beroi. in conf. 71. num. 44. lib. 1. vbi tradit idem esse quando in secunda concessione sunt scripta verba clara, quia tunc in totum receditur à prima, & loquitur in nostra materia primogenituræ, & faciunt scripta per eundem Beroi. in conf. 73. num. 36. eod. lib. Et qualitas Comitatus addita facit feudum esse nouum, vt per Grat. conf. 4. col. 2. lib. 1. Et qualitas adiecta primogenituræ, dicitur apprehendere, & informare feudum, secundum Guilliel. à Perno conf. 12. col. 4. inter consilia feudalia, Bellon. consil. 33. num. 9. & multa scribit de cist. Pedem. 23. num. 25. Et qualiter consideratio faciat & subiectionem, lege quæ latè scribit Menoch. lib. 1. de arbitr. quest. 10.

Sed est quæstio, si duo, vel plures sint hæredes ex testamento, vel ab intestato, quorum vnus adiuit suam partem, & missus est in possessionem, & postea alter & repudiat: quo casu ipso iure sine alia aditione alia pars sibi accrescit, an similiter accrescat possessio: quod disputant Bald. num. 3. Curt. nu. 49. in l. vnica, C. quando non petent partes, Anton. Gom. in l. 45. Taur. n. 104. & faciunt quæ scribo p. 1. quest. 10. & quæ scripsi supra ex Gloss. Paris. §. 9. In qua quæstione lector animaduertat ad singularem conclusionem, quam tradit Aymon. in conf. 288. num. 2. vbi scribit, quod ius repudiatum & accrescit omnibus hæredibus, etiam quod fiat repudiatio in fauorem vnus hæredum tantum, aut eius contemplatione, quia in iure accrescendi portio accrescit portioni, non habita ratione personarum, ex l. si totam ff. de acquir. hered. l. si Titio, in fine, ff. de usufruct. l. interdum, ff. de usufruct. accrescen. Bald. & Dec. in l. si actionem, C. de pact. vbi Alex. Et quod si Castum à iurisdictione separaretur, non transeat in illud merum & mixtum imperium, cum continuata in alium possessione, tradit Iacob. Put. decis. 321. part. 2. Et quod qualitas annexa & accessoria non redundet nec influat in principale; probatur in l. 1. sup. eod. vbi omnes DD. tradunt, Felin. in cap. in nostra, corollario 30. de rescript. Rebus in cap. extirpanda, §. qui verò, pag. 395. vers. si verò, de prebend. quod ad plura reputo notabile Et qualiter femina quæ non habet ius succedendi in bonis maioratus, & possit succedere in bonis melioratis, & augmentatis; legendus est Roland. in conf. 28. num. 28. lib. 1. & alia quæ scribo part. 1. q. 10. Et quod possessio non accrescat, sed debeat apprehendi, voluerunt Bald. in l. vnica, C. quando non petentium partes, Marc. Brunus ab Anguill. conf. 23. n. 25.

Ad illa autem quæ de vnione supra scripta sunt, addo notabilem doctrinam Ioann. Andr. in c. 2. ad fin. de preben. in 6. vbi vult, quod quando Papa transfert & iura spiritualia, vel Ecclesiastica in laicum; non videtur illa alienare & secularizare, & non sunt in laico nisi tanquam in ministro agente nomine Papæ, per cap. cum Apostolica, vbi Anton. de his quæ fiunt à Prælati, tradunt Staphilæus titul. de formis mandati, forma 3. num. 10. pag. 57. Barbof. in l. quia tale, num. 95. ff. filius. matrimo. tomo 2. pag. 354. qui confirmat, quia si Ecclesia, vel quid aliud Ecclesiasticum vnatur cum re profana, non transit in rei profanæ naturam, cap. quod semel, cum Gloss. de reg. iur. Gama decis. fin. nu. 7. Et ibi tradit aliud singulare, quod si Rex ordinat, &

mandat aliquid tanquam Magister militiæ sacre, non videtur vti iurisdictione seculari, sed Ecclesiastica, & tradit Aluar. Valasc. in dict. consultatione 14. num. 6.

Ex quibus infero notabilem conclusionem, & quæ dabit commodum, & honorem; vt aiunt, quod Tertiar, quas Reges possident, & exigunt, quæ ad Ecclesias pertinebant, & pertinent, debent iudicari, vt res spirituales, licet sint apud Reges: nec mutant naturam rerum Ecclesiasticarum, nec dici possunt bona temporalia; quod ad multa expedit scire. Ad quæ addo decisionem Gamæ 354. num. 5. Quid autem dicendum sit in hac materia, in quæstione de adherentibus; tradunt Iacobus de Sancto Georgio, in inuestitura feudali, vers. adherentibus, colum. 2. Bald. in consilio 482. In tres Marchiones, lib. 3. Roman. in consilio 442. colum. 2. Cagnolus in proemio Digestorum in principio, nu. 46. & alij quos citat Quintilianus Maudosius in tractatu, de ingratiud. cap. 30. colum. 5. Et in concessione Ducis de Urbino facta cum confederatione, tradit in notabili casu Parisius in consilio 16. num. 25. lib. 4. & Mathæus de Afflictis, de pace, & iuramento firmando, §. conuenicula, nu. 7. cum sequentibus, folio 288. Et quod & pax facta pro se, & amicis, & adherentibus non comprehendat futuros, deducitur à Glossa in l. si manus missos, C. de libertis, & eor. m. liber. Et disputat Iulius Ferretus in titulo de ferriis, numer. 62. fol. 182.

QVÆSTIO IX.

Vtrum lex 45. procedat, vbi possessor bonorum maioratus non fuit mortuus, sed alienatus bona maioratus.

S V M M A R I V M.

- 1 Possessore rerum maioratus res alienante, transfertur dominium in sequentem in gradu: & hoc subiungendum est in maioratibus, etsi non apponatur, & num. 9. An is possit petere bona cum fructibus à die facta alienationis, num. 18. & 19. Quid si prohibitio fuit expressa, num. 27.
2 Sub conditione si quis vocetur, dominium purificata conditione transfertur.
3 Fideicommissarius pro bonis alienatis per heredem potest vti beneficio l. vlt. C. de edict. D. Adr.
4 Filius an possit petere a patre rem alienatam de bonis maioratus, & num. 6.
5 Resolutio quadam Molina examinatur.
6 Vocatus ad maioratum antequam alienans moriatur, potest agere ad rem alienatam.
7 Hæres qui venit contra conditionem, an priuatur ex legis aut testatoris dispositione.
8 Fideicommissario ignoranti an acquiratur dominium rerum fideicommissariarum, si per heredem grauatum alienentur, & num. 13.
9 Clausula, ex nunc prout ex tunc, quid operetur.
10 Hæres an possit reuocare feudum, cum patronus offensus in vita non fuit de feudatario conquestus.
11 Differentia inter primogeniâ Gallie, & nostros maioratus.
12 Dominium meliorationis Tertij de re certa facta an transeat in filium melioratum à die mortis patris meliorantis.
13 Filius familias quomodo possit petere rem fideicommissi à patre alienatam.
14 Proximus vocatus, si non vult alienationem reuocare, qui post eum sequitur, admittendus est.
15 Filius hæredis potest reuocare alienationem, quam hæres ipse reuocare non poterat.
16 Ex parte actoris ius metimur.
17 Sine actione nemo experitur.
18 Rem ad alium pertinere si constet, agenti actio non competit.

- 23 Lex cum ipso iure priuat, opponi potest de iure Tertij, & num. 24.
25 Succesores in maioratu, quibus ius reuocandi alienata competit, non possunt propria autoritate possessionem apprehendere.
26 Legatarius & executor an possit capere rem legatam propria autoritate.
28 Alienatione facta contra leg. fin. C. de iur. emphyt. an possit emptor expelli absque decreto.
29 Licentia capiendi propria autoritate qualiter operetur, & num. 31.
30 Fideicommissarius de manu hæredis possessionem debet capere.
32 Proximus sequenti in gradu an sit tempus statuendum, in quo rem alienatam petat ad petitionem proximi sequentis in gradu.
33 Proximus requisitus rem maioratus petere, si non petiit, an possit penitere.
34 Sententia quadam Gregor. Lopez, an si possessor maioratus alienet aliquam rem ad maioratum spectantem, & postea successor eam vendiderit, teneatur possessor rem cum fructibus restituere? examinatur, & num. 35.
Post num. 35. inuenies summaria quæ desiderantur.

Portet nunc in hoc loco explicare quæstionem, quæ in hoc opere principatum obtinebit; cum prædicta lex 45. procedat vbiunque possessor bonorum maioratus vendidit, vel alienauit aliquam rem maioratus, & possessionem tradidit, an facta alienatione ante mortem alienantis, transeat possessio in sequentem in gradu? Quæstio est magni momenti, quia si sequens in gradu illico ad auocandam possessionem agere potest, consulitus, & vtilius ei erit, quam intentare vindicationem iuxta consilium Iuriconsulti in l. is qui destinauit, ff. de rei vindicat. quod sequuta fuit l. 27. tit. 2. part. 3. & l. 1. tit. 1. 4. part. 6. & commodum possessionis magnus est, vt plenè docui in principio huius partis, maxime quando ipso iure transfertur, vt in casu prædictæ legis.

Ad cuius quæstionis definitionem, & supponendum est, quod facta alienatione rerum maioratus, statim transfertur dominium in sequentem in gradu; quæ clausula, & poena in omnibus ferè maioratibus reperitur: vnde si in aliquo deficiat, haberi debet pro apposita, l. vltim. C. de fideiussor. l. quod si nolit, §. qui assidua ff. de adilit. edicto, & probatur ex aliis pluribus quæ scribo in 1. part. huius Operis, quæst. 48. & hoc interest ad conseruationem, & augmentationem bonorum maioratus: & pro hoc etiam ex text. in l. cum pater, §. libertis, ff. de legatis 2. vbi testator legauit prædium libertis, ea lege, & conditione, vt non alienent, sed in familia relinquunt ipsorum libertorum: & aliqui eorum portiones suas alienauerint; alij qui non alienauerunt possunt illico portiones alienatas reuocare; per quam legem Glossa ibi tenet hanc opinionem; vbi Paul. Castrenf. Imol. & Raphaël. Cuman. & communiter omnes, & idem Paulus censil. 238. num. 1. lib. 2. Alberic. in authent. res qua, C. communia de legat. & illa Glossa est singularis; secundum eundem Paul. Castrenf. in l. seruo legato, §. 1. ff. de legat. 1. & communiter omnes in l. filius familias, §. Diui ff. de legat. 1. præcipue Socin. Iun. num. 91. & eam sequuntur alij, quos referunt Roderic. Suarez allegat. 3. Peregr. in tractatu de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 102. pag. 265. Antonius Gomez in l. 40. Tauri, num. 88. Iafon in l. seruum filij, §. idem seruus, num. 11. ff. de legat. 1. Tiraquell. in tractatu de primogen. quæst. 53. num. 53. pag. 143. vbi vnum singulare verbum scribit post Challanæum in conf. 55. Roland. consil. 98. num. 25. lib. 2. Caldas Pereira in tractatu de renouatione emphyteut. quæst. 16. num. 40. fol. 133. ad ista legendus Anton. Peregr. in tract. de fideicommiss. quæst. 51. num. 72. fol. 491. Petra in eodem tract. de fideicommiss. q. 6. num. 34. pag. 85. & q. 14. nu. 216. p. 555. & q. 13. num. 6. pag. 30. Marc. Brun. ab Anguill. conf. 83.

num. 187. faciunt quæ refert Valdes in addition. ad Suarez allegat. 3. pag. 78. Zanchus in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 5. num. 109. p. 238.

Et hæc confirmantur, quia vocato sub aliqua conditione transfertur dominium & recta via, conditione purificata: l. si tibi homo, §. cum seruis, ff. de legat. 1. l. legatum, ff. de legat. 2. l. à Titio, ff. de furtis, tradit Iafon Socin. Iun. in conf. 182. num. 20. lib. 1. vbi scribit, quod hac ratione omnes fructus qui percepti sunt ex tali re, pertinent ad fideicommissarium, tanquam ad dominum & per l. Herennius, ff. de usuris, & l. solum, §. meum, ff. de rei vindicat. & l. de eo, §. si quis, ff. ad exhiben. & ibi alia ad propositum adducit notanda. Quinimo fideicommissarius & pro bonis alienatis per heredem potest vti beneficio l. vltim. C. de edict. Diui Adrian. vt resolut. Marc. Brun. ab Anguill. consil. 76. num. 2. per l. fin. §. fin. autem sub conditione. C. commun. de legat. & l. penult. C. ad Trebell. & l. 1. §. & quoties, ff. eodem titulo, & doctrina Parisij in cap. in presentia, num. 6. de probacionibus, & quod rei vindicatio competat ei, in cuius damnum fuit facta alienatio, tradunt Glossa & Doctores, vbi D. Padilla nu. 13. in l. quoties, la 2. C. de fideicommiss. fol. 38. Et ista tenenda sunt reiecta disputatione Bartoli, & aliorum in dict. §. Diui, de qua per Carol. Ruin. in consil. 9. num. 1. cum sequentibus. lib. 5. vbi tractant longè interessè ad reuocandam alienationem, an prohibitio alienationis sit facta per dispositionem, & si res legetur, & prohibeatur alienari; si alienetur, deueniat res ad alium vocatum: quia tunc non valet alienatio, vel incipiat à præcedenti conditione: vel quia legauit testator, & si alienata res sit deueniat ad Titium: nam tunc si alienetur, valet alienatio, & potest agi contra prohibitum, vt rem redimat, & præstet, vel soluat estimationem, & tradit idem Carol. Ruin. conf. 112. num. 2. cum seqq. eod. libro, notant Hieronym. Gabriel in conf. 140. nu. 50. lib. 1. vbi resoluit, an facta alienatione bonorum fideicommissi in casu prohibito possit agi contra donatarium, vel contra fiscum, quia ob delictum bona occupauit, vel contra possessores bonorum, & latè tradit Idem in conf. 118. num. 2. Et quod conuentiones de non alienando saltem operentur, quod ex eis possit agi ad interessè, tradit notanter Natta in conf. 474. libro 2. nu. 9. per l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verborum obligat. & l. ea lege, vbi Glossa, & DD. C. de condition. ob causam; quod est notandum contra parentes qui promittunt per contractum onerosum facere maioratum, vel meliorationem in filium de aliquibus rebus, & postea alienant talia bona (maximè secundum eum) si tempore promissionis faciunt bonorum hypothecam: ad quod est maximè & aduertendum, quia vidi de facto; & pro confirmatione Glossæ in d. §. libertis, plura scribit Hieronym. Gabriel in conf. 118. num. 1. cum sequentibus, vbi tradit an in tali casu filius statim petere possit rem à patre alienatam, & Parisius in conf. 1. num. 54. lib. 3. quod tractat eleganter Pinell. in l. 1. part. 3. C. de bon. matern. num. 78. folio 119. vbi resoluit, quod facta alienatione bonorum maioratus per patrem, potest ea petere statim in vita patris; & idem tradunt Alciat. conf. 577. & disputat & resoluit Petrus Anton. à Petra in tractatu de fideicommiss. quæst. 15. num. 321. pag. 569. quod est perpetuo notandum, & vidi in grandi negotio.

Ex quibus dubito, & cum maxima ratione de doctrina, & resolutione Molina lib. 1. de primogen. cap. 12. num. 33. fol. 97. & lib. 4. cap. 1. num. 6. fol. 113. quas remissiones citat dominus Valdes in addition. ad Roderic. Suarez, alleg. 10. pagin. 85. Et dominium, facta alienatione, transfertur ad eum, ad quem competit ius reuocandi alienationem, secundum Glossam in l. quoties ab omnibus, C. de fideicommissis, quam ibi sequuntur Salicetus, & alij, quam etiam sequitur, & confirmat Gregor. Lopez in l. 34. tit. 9. part. 6. in gloss. in verbo, El señorio, folio 72. co. num. 2. vers. quid autem, qui refert text. in l. peto, §. vltim. ff. de legat. 2. & gloss. in l. vltim. C. de rebus alien. non alienan. & ad hoc facit text. in l. pater Senerinam, ff. de condition. & demonstrat. & quod notat Barthol.

Barthol. Socinus in *conf. 115. num. 8. lib. 4.* & Tiraquellus in *l. si unquam, in verbo reuertatur. num. 454. pagin. 553. C. de reuocand. donation.* & volunt Glof. & Doctores in *l. si. §. si autem, C. commu. de legat.* probatur in *l. Sancimus, §. cum autem, C. ad Trebellian.* tradit Anton. Peregr. in *tract. de fideicommiss. artic. 40. num. 7. fol. 358.* Quæ procedunt maiori ratione, vbi quæque prohibitio alienandi est expressa, quæ magis operatur quam tacita, vt per plura exempla docet Ripa in *dict. §. diui. num. 47. fol. 127.* ad quem adde Paul. Castrenf. in *dict. conf. 238. lib. 2.* Tiraquell. *d. l. connubial. glof. 7. expezz. num. 57. & 58. fol. 307.* Sed quod idem procedat, vbi alienatio fuit tacite prohibita; quia hæc est natura bonorum maioratus, latius doceo in *4. part. tract. quest. 1. num. 1.* & hæc verissima sunt, maxime in nostra materia quicquid scripserit consulendo Carolus Ruin. *conf. 131. num. 8. lib. 2.* à quo cauendum est. Et quidquid teneat Olano in *Aninomia, litera D. num. 8.* vbi contrarium videtur tenere vbi quæque alienatio tacite prohibita fuit, Tiber. Decian. *respons. 1. num. 79. lib. 2.* Petra de *fideicommiss. quest. 37. num. 2. pag. 19.* Marzari. *tractat. de fideicommiss. quest. 37. part. 2.* vbi post alios quos citat etiam resoluit, quod bona aliena per grauatum possunt peti in vita grauati, vbi quæque ultra tacitam prohibitionem alienationis est expressa prohibitio. Et quod alienatio sit ipso iure nulla quando prohibitio de non alienando fuit tacita, sed venerat iam dies restitutionis; resoluit Capola ad hæc videndus in *l. si contra, num. 40. ff. pro emptore.* Et quod vbi quæque ultra tacitam prohibitionem à lege, adest expressa prohibitio testatoris, bona statim possunt à vocato vendicari; tradunt Paul. Castrenf. in *d. §. diui. colum. 2. vers. interdum res subiecta,* vbi Claudius *num. 12. Crotus nu. 36. Ripa num. 48. Barthol. Socin. conf. 44. num. 11. lib. 3.* & alij quos citat Marzarius in *lib. de fideicommiss. quest. 37. fol. 30.* Et notanter Ferrara in *practica, in titu. forma libelli actionis realis, vers. veris ac legitimis, num. 10. cum seqq. pag. 28.*

6 Ex quibus inferitur, quod vocatus t ad maioratum facta alienatione per possessorem bonorum maioratus, etiam ante diem restitutionis; & mortem possessoris, agere potest: quod tenet D. Castell. in *l. 27. Taur. fol. 107. col. 1. in vers. opo pono contra predicta,* vbi Tell. *num. 2.* inquit, quod vocatus ad maioratum donatario alienante consequitur dominium eodem instanti, & quod in extraneum possessorem nullum fuit ex alienatione dominium translatum, Molin. *lib. 1. c. 16. num. 32. fol. 130.* & idem si concedatur res in emphyteusum, vt per eundem *lib. 1. c. 21. num. 35. fol. 264.* Et idem quod Castill. in bona fideicommissi, tradit Burla. in *conf. 64. num. 39. lib. 1.* per notata in *d. l. filiusfamilias, §. diui. ff. de leg. 1. & in l. hæres mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* in qua materia leor animaduertat ad peregrinam *legem 43. tit. 5. p. 5.* quæ verè probat, quod prohibita alienatione Castris vel Turris, si alienetur transfertur dominium in emptorem; vbi Gregorius Lopez in *Glossa, in verbo, No vale, dicit, secus est in maioratu facto iuxta tenorem legis 27. Tauri, hodie l. 11. titu. 6. lib. 3. Recopilation.* Quod reputo notandum. Ad hæc facit, quod singulariter scribit Angel. in *consilio 168.* vbi dicit, quod si testator instituit hæredem sub conditione, *Si non alienauerit,* & in casu alienationis propter substitutionem definit esse hæres, non à tempore alienationis, sed à principio, & in alium hæreditas transfunditur, quod probant Socinus in *l. Mutiana, colum. ultim. ff. de condit. & demonstrat.* vbi notanter dicit, quod hæres qui venit t contra conditionem, priuatur magis ex legis dispositione, quam testatoris, & resoluit rectè Hieronym. Gabriel *consilio 118. num. 2.* quod tradunt Papius *consilio 19. num. 64. lib. 2.* Costa *Selectw. interpret. lib. 2. cap. 6. n. 2. & 6.* & scripta supra in *2. part. question. 4. illatione 8.*

8 Et quod fideicommissario, t etiam ignoranti acquiratur dominium rerum fideicommissarum, si fuerint per hæredem grauatum alienatæ, eueniente fi-

deicommissi conditione, nec aliqua declaratio requiratur, probatur in *l. penultim. vbi Bart. & alij, C. ad Trebellianum,* tradit Augustinus Beroius *consilio 189. num. 11. libro 3.* faciunt tradita per Petrum Serdum in *tractatu de aliment. titu. 9. question. 16. numer. 1. folio 357.*

9 Quæ, maxime t procedunt vbi quæque ille qui maioratum fecit, apposuit clausulam, quod si successores in maioratu deuenirent ad actum alienationis, quod tunc dominium ipso facto & momento transferretur in sequentem in gradu, vel per diem ante: ad quod est notabilis sententia Pauli in *l. qui absentis, §. 1. ff. de acquiend. possessione,* notat Parisius in *consilio 69. nu. 143. libro 3.* Roland. in *consilio 53. num. 13. libro 1.* Ialon in *consilio 211. inter quosdam nobiles, libro 2.* Marzarius in *libro de fideicommiss. part. 2. quest. 45.* & alij quos refert Socinus iunior in *consilio 78. num. 6. lib. 1.* vbi tradit regulam generalem, quod quando in prohibitione de non alienando, apponitur clausula annullatiua alienationis, puta, quod alienatio non valeat, vel pro non facta habeatur, alienatio tunc ipso iure non valet, & impeditur dominij translatio.

Et vbi quæque quis quando prohibet alienationem ponit ista verba, quod annullat per ista verba, *ex nunc, prout extunc, & ex tunc prout ex nunc,* vt ex Bald. *l. ea lege, C. de condiction. ob causam.* Glossa in *l. 1. verbo, mortis, C. de donat. causa mortis,* & aliis tradit Celsus in *consilio 20. num. 4. 1.* Et de virtute clausulæ, *ex nunc, pro ex tunc,* t videnda est Glossa in *Clementina 1. in verbo, ex nunc, de concession. prebend. l. Titius, ff. de verborum obligation. & quæ scribant Tiraquellus in tractatu, de utroque retract. part. 2. §. 2. glossa 1. num. 86. pagin. 900. & in l. si unquam, C. de reuocand. donation. in verbo, reuertatur, num. 141. & num. 295. & in tractatu de Constit. part. 3. limitatione 2. num. 16. folio 85. Rebuffus in *l. mulieris appellatione 13. §. detinere, pagin. 125. cum sequentibus,* Ripa *respons. 25. num. 4. Iacob. Puteus decis. 239. libro 2. Petrus Surdus decis. 153. num. 11. Tellus in l. 17. Taurina num. 41.* & ad hoc est notabilis doctrina Baldi in *cap. Imperialem, §. insuper, col. ultim. de prohib. feudi alienat. per Federic.* vbi tradit, quod licet verum sit, quod si patronus offensus non fuerit in vita conquestus de feudatario; t hæres non possit reuocare feudum, vt probatur in *l. ultim. C. de reuocand. donation. cum concordam.* fallit quando in infeudatione esset appositum pactum, quod commissæ feloniam, feudum amitteretur ipso iure, quia tunc transit in hæredem querela etiam non præparata; quod sequuntur ibi Aluarot, Præposit. & alij, quos refert Glof. Parisien. in *consuetudin. Parisien. §. 30. num. 12. folio 245.* cuius tamen contrarium ipse tenet: pro quibus (videri meo) facit expressa *l. 7. titu. 4. part. 5. ibi: Valdria fasta a quel dia, o a quel tiempo que señalese el que la fixo, de aquel dia en adelante ganarian la possession y el señorío della.* Et istam etiam sententiam tenet Peralta in *rubric. ff. de hered. institutend. num. 114. pagin. 65.* & dicit procedere magis sine dubio quando apponitur clausula hodierna; quod *atentata alienatione, in sequentem in gradu dominium transferatur.**

Et quibus confirmantur quæ in ista questione scribit Molina *lib. 1. de primogen. cap. 12. num. 35. folio 98.* Et quod sequenti in gradu competat hoc ius reuocandi alienationem, & non filio, tenendum est; quamnis Glof. Parisien. in *consuetud. Parisien. part. 1. §. 8. glof. 3. nu. 6. folio 112.* teneat, quod in hoc casu competit ius filio priuandi primogenitum, per Glof. in *l. his consequenter, §. 1. ff. famil. erisum.* quia Glof. Parisien. loquitur in t iure primogenituræ, quæ iure hæreditario defertor, quæ quantum à nostris maioratibus differat, statim colligitur ibi à Glof. Parisien. & confirmatur ex pluribus quæ scribo in *1. part. huius operis, in præfatione, à num. 3.* vbi probatum fuit, longam esse differentiam inter primogenia Galliar & Italiar, & nostros maioratus. Et ista etiam confirmantur ex pluribus quæ scribo *4. part. quest. 23.*

Et

13 Et prædicta conclusio, t quod dominium bonorum maioratus, statim facta alienatione transferatur in proximum vocatum, adeo vera est, quod hoc procedit etiam ignorante fideicommissario, & vocato, *l. cum pater, §. surdo & muto, ff. de legatis 2. l. ult. §. ult. C. communia de legatis.* Et tradit in ista materia fideicommissorum, & maioratum, Glof. Parisien. *conf. 1. pro Duce de Villahermosa, num. 82.* faciunt scripta per Tiraquellum in *l. si unquam, C. de reuocand. donat. in verbo donatione largitus, num. 345. pag. 301. & l. 34. tit. 9. part. 6.* & Tellum in *l. 4. Tauri, num. 59.* Mantica *de coniectu. ment. defuncti, libro 7. titu. 10. num. 31. pag. 289.* Gregorium Lopez in *l. 34. tit. 9. part. 6. in glossa in verbo, El señorío,* probatur in *l. 45. Tauri,* licet quod expectandum sit tempus mortis grauati teneat Carolus Ruinus in *conf. 109. num. 2. lib. 2.* per regulam *l. peto, §. pradium, ff. de legatis 2.*

14 Ex resolutione autem text. in *dict. §. surdo & muto, & l. à Titio, ff. de furt. dicentium,* quod dominium rei legata transit in legatarium à die mortis testatoris, in ferrebam aliis in practica, quod dominium meliorationis Tertij, si facta sit rei certæ, transit t in filium melioratum à die mortis patris meliorantis, licet inter fratres meliorati nondum sit facta diuisio bonorum, & lucrum, & damnnum proueniens in re meliorata erit filij meliorati à die mortis testatoris, maxime si petiuit possessionem rei datæ in meliorationem: ad quod etiam facit regula *l. cum hæredes, ff. de acquirenda possessione,* & ad multa expedit scire, ad quæ facit doctrina Baldi in *Lomnium, in fine, C. de testam. post Glossam, ibi,* vbi vult, quod legatario acquiritur plene dominium per testamentum post mortem testatoris, & plenissime per additionem hæreditatis, notat Simon de Prætis *lib. 5. de interpretand. defunct. volunt. dubit. 3. nu. 9. folio 493.* & addo eundem Simonem *libro 1. interpr. 1. dubit. 3. solution. 10. num. 18. folio 35.* Et an t filiusfamilias possit petere rem fideicommissi à patre alienatam, tradunt Paulus Castrenf. in *consilio 247. colum. penultim. libro 1.* Hieronymus Gabriel *consilio 118. num. 11.* ad hoc legendus, quia latè disputat, & Petr. Surd. *decis. 242.*

15 Et est notandum, quod si proximus sequens in gradu non vult dominium auocare, t admittitur alius eidem; qui non vult petere, proximus: quod probatur in *dict. §. libertis, & §. fratre,* notat Gregorius Lopez in *l. 10. tit. 26. part. 4. in glossa 1. folio 68. colum. 4. in principio, versicul. sed pone, quod possessor,* pro quo facit *l. 73. Tauri,* ibi: *Vayade grado en grado, & l. 14. titu. 8. part. 7.* de quo tractant etiam Antonius Gomez in *l. 45. Tauri, num. 124.* Matienço in *l. 8. tit. 11. libro 5. Recopilationis gloss. 21. num. 2. folio 384.* Falcon. *regul. 49. auctoritate propria, num. 12.* quod verissimum est, & ex mente omnium iurium, & Doctorum qui in ista materia loquuntur, & testatorum dispositiones cum hoc se conformare videntur, & addit Molina *libro quarto, de primogeniis, cap. 1. numero 13. folio 114.*

mationem ſuperficii, vel vſufructus, quos promittens percepturus erat toto tempore vitæ ſuæ: qui quidem vſufructus æſtimabatur ſecundum l. hereditatum; ff. ad l. falcid. vbi latè Doctõres, quod tenet D. Anton. de Padilla non relato Ioanne Lopio. in authent. res quas num. 30. pag. 221. C. commun. de legat. nouiffimè Ioan. Guttier. lib. præctiarum quaſtion. quæſt. 17. num. ... de quo etiam legendum eſt quod ſcribit Molin. lib. 1. de primogen. cap. 19. num. 39. 40. 41. fol. 152. Vincent. de Franc. deciſ. 183. num. 17. part. 2. Aluarus Valaſc. conſultatione 16. num. 10 Thom. Sanchez in tractat. de matrimonio, lib. 6. diſputatione 31. num. 1. pag. 101. 11. qui me refert Maranta in ſpeculo auro, part. 4. num. 4. fol. 36. Et iſta faciunt ad quaſtionem quotidie practicabilem, & de qua in facto agitatum vidi. Scimus quod æſtimatio rerum dotalium ꝛ non facit emptionem, quando tempore æſtimationis maritus non eſt ſoluedo, nec habet bona, ex quibus æſtimationem rerum dotalium ſoluere poſſit, iuxta ſententiam Baldi, & Salicet. in l. intereſt, C. de vſufruct. Cremen. ſingula. 18. Ioan. Lopez in repetit. c. per veſtras, de dona. inter vir. & vxor. §. 27. num. 8. & aliorum, quos citat Episcop. Couar. in præctiarum quaſt. c. 28. num. 8. quamuis ipſe contrarium teneat, poſſeſſor maioratus qui nulla bona libera habeat dotem æſtimaram recepit, an talis æſtimatio faceret emptionem, dixi poſſe defendi per prædicta, æſtimationem non feciſſe emptionem: quod multum notabis.

De intellectu autem text. in d. l. hereditatum, latè ꝛ agunt Suar. in l. quoniã in prioribus ampliã 3. num. 6. p. 24. C. de inoffic. teſtam. vbi Valdes, p. 27. Melius aliis omnibus Episcop. Couar. cuius ſcripta ita ſunt perfectã, vt in omnibus materiis nihil intactum, aut indigeſtum reliquerit, reſolution. lib. 3. c. 9. num. 8. quibus tamen adde Iaſonem in l. cum qui ita, §. qui ſtipulatur, num. 11. ff. de verb. obligat. Pinel. in l. 2. C. de reſcind. vend. part. 3. num. 32. fol. 155. Rebuff. in l. unica, C. de ſentent. qua pro eo quod intereſt, in præſat. num. 4. pag. 349. Ioan. Lopez in d. Rubrica de donat. §. 25. num. 4. fol. 17. vbi dicit, ſe vidiffe practicatam d. l. hereditatum, in legato vſufructus, vel alimentorum facto vxori, vel alicui alteri, vt ſciamus an excedat quintam bonorum partem reſtatoris, quam poſſet relinquere, cui voluerit, de quo tractat ibi Barahona in addition. qui citat eundem Authorem in l. 50. Tauri, Gregor. Lopez in l. 4. titulo 15. part. 2. Aria in l. 48. Tauri, Valc. de dotib. cap. 8. num. 24. Petrus Surdus in tract. de aliment. 9. quæſt. 11. num. 26. folio 350. & quod Ioann. Lopius, licet illud non reſeruat, tradit Ayora in libro de partitionibus, quæſt. 21. nu. 63. par. 2. fol. 97. Agit etiam de intellectu text. in dict. l. hereditatum, latè Gloſ. Pariſ. in tract. de vſuris, num. 475. pag. 617. in Recopilacione facta per Gaſpar. Caballinum, quem nouiffimè reperio citatum à Menochio in tract. præſumptio. lib. 2. præſumpt. 51. num. 65. pag. 176. Lata in l. ſed ſi quis, §. ſed ſi filius, num. 108. fol. 87. ff. de liber. agnoſcend. Valdes in addition. ad Suarez in l. quoniã in prioribus, C. de inoffic. teſtam. ampliat. 3. pagin. 35. quæ notanda ſunt ad plures leges iſtius Regni, quæ imponunt pœnas certæ partis bonorum contra delinquentes in crimine inceſtus, in venditione tritici; & aliis ſimilibus rebus, qualiter ſit facienda executio condemnationis contra poſſeſſores bonorum maioratus delinquentes: & inquit Ripa in l. 2. in princip. num. 53. fol. 46. ff. ſolut. matrim. quod dicitur non ſoluendo is, qui eſt grauatus reſtituere bona per fideicommiſſum poſt mortem, per l. penult. §. vlt. C. commun. de legat. & tradit Simon de Præſis lib. 4. Riminald. conſil. 170. num. 16. tradit, quod d. l. hereditatum procedit in omni materia.

Quæ etiam notanda ſunt ad Capitulum Curiarum Madriti anno 1534. & reperitur hodie in noua legum Recopilat. l. 1. tit. 2. lib. 5. quod dicit ꝛ maritum non poſſe dare mulieri in ſolis vltra octauam partem dotis, quam recepit cum muliere. Nam ſi forſan mulier maioratum habens nubat alicui viro, bona maioratus, quæ cum muliere accepit in dotem, non ſunt dotalia, nec de illis

est facienda computatio, ad hoc ut valeat datio ioriarum: & de hoc etiam agit Molina, lib. 1. de primogen. cap. 19. num. 4. fol. 152. vbi tenet idem quod Ioan. Lopez ubi supra, & addo eundem Ioan. Lopez in eadem Rubrica, §. 13. num. 1. fol. 8. vbi tradit, quod maritus ex fructibus bonorum vinculatorum potest arthas constituere, licet contra doctrinam Ioan. Lopij in d. §. 25. faciat quod scribit Bald. in consilio 518. Quidam habens dum filias, libro 4. vbi vult, quod si caueatur statuto, quod maritus vxore decedente lucretur certam partem dotis, & dentur marito in dotem bona restitutioni subiecta, ager maritus contra hæredes mulieris quatenus ascendit lucrum sibi debitum ex forma statuti, notat Aimon. consilio 186. num. 17. & idem voluerunt Rapha. Fulgos. & Iaso in d. §. si fundus Et per regulam d. l. hereditatum vidi contendere iudices quosdam causarum criminalium, quod si quis possessor bonorum maioratus condemnatur in certam bonorum partem propter aliquod delictum, ad executandam talem pœnam, potest fieri computatio ex bonis maioratus iuxta computationem & ordinem d. l. hereditatum quod si veritatem loqui licet, est magna cupido executandi leges; pro qua conclusione est doctrina Marantæ dicta 4. parte num. 4. Possunt tamen bona maioratus dari in dotem pro vita vxoris dotata, veluti fit in bonis feudilibus: constitui etenim potest dos in rebus feudilibus pro vita vassalli filiam dotantis, vt tenent Inno. & alij in c. nuper, de donat. inter vir. & vxor. & plures ad hoc refert Curt. in tract. de feudis, 4. par. quæst. 4. num. 93. pag. 386. & facit l. peto §. pradium ff. de leg. 2. cum concord. de illa autem quæstione, quando feudum possit in dotem dari, latè & resolutiue agit Glof. Paris. in 2. par. consuetu. Parisens. §. 56. glof. 1. num. 36. cum sequentib. fol. 129. & ex istis determinari potest quæstio notabilis circa intellectum l. 8. tit. 10. lib. 5. Recopila. quæ decidit, non valere donationem omnium bonorum etiam præsentium, si forsitan possessor bonorum maioratus donauit omnia bona, ita quod illi non remanserunt nisi bona maioratus, an sit valida talis donatio, & computentur in patrimonio ad validandam talem donationem.

S V M M A R I V M.

- 81 Possessio transfertur ex contractu nullo, vbi sententia quadam Anton. Gom. examinatur, & nu. seqq.
82 Contractus factus sine licentia mariti, an sit sufficiens ad translationem possessionis, & nu. 83.
84 Quid in contractu nullo cum minore celebrato.
85 Rem maioratus qui emit, an teneatur fructus restituere donec illi melioramenta soluantur remissiuè.
86 Possessionem amittens an dicatur alienare.
87 Ratio vbi eadem est, veniunt quæ sunt tam ex stricta significatione, quam ex lata.
88 Donatio inter virum & vxorem est prohibita, non solum in dominio, sed etiam in possessione, & nu. 89, 90.
89 Casus omitti habentur pro omisso.
92 Maxime quando contra iuris regulas aliquid inducitur, & nu. 93.
94 Inferitur intellectus ad l. 45. Tauri, & nu. 96.
95 Lex exorbitans an sit extendenda vbi eadem est ratio.
97 Agens ex statuto debet probare omnia ab statuto requisita.
98 Intellectus sumi debet qui nos reduci ad ius commune, & nu. 100. Quid si antiqua natura, & primus status rei est iam mutatus, nu. 104.
99 Privilegiu restrictio super nonalibus pia censetur.
101 Exceptio qua reducit ad ius commune, est late interpretanda.
102 Clausula præcedens in statuto non trahitur ad sequentia, quæ sunt contra ius commune.
103 Consuetudinis diuersitate extante, a iure communi non receditur.
105 Res facile ad suam naturam reuertitur, vt in Regno

- Portugalia & Nauarra accidit, & num. 109.
106 Fructus bonorum maioratus possunt in pignus capi pro vita possessoris.
107 Executio an possit fieri in fructibus feudi. Et quid in maioratu & fideicommissis, nu. 110, 117, & 121.
108 Fructus maioratus an sint pars maioratus.
111 In Comitatu non sit missio in possessionem.
112 Donatio bonorum restitutioni subiectorum an valeat pro vita donantis.
113 Primogenitus acceptans testamentum patris in quo de rebus primogenituræ disposuit, an pro sua vita possit contradicere.
114 Maritus, viuente vxore, si dos confectur, an gaudeat dotis fructibus.
115 Emphyteutica per patrem pro se & filiis accepta, an in vita patris pro executione capi possit.
116 Maioratus fundator an possit statuere, quod in bonis maioratus executio non possit fieri.
118 Rex an possit pro vita sua alienare aliqua ad Regiam coronam spectantia.
119 Patre alienante bona filij, in quibus vsusfructum habet, possessor pro vita patris fructibus gaudebit.
120 Et an in tali vsufructu possit fieri executio.
122 Emptor rei dotalis gaudet fructibus pro vita mariti.
123 Vxor an possit petere dotem in vita mariti, eo ad inopiam veniente.
124 Fructus recipiens ex re sua, qua post tempus erat alij restituenda non tenetur compensare cum melioramentis.
125 Resolutio principalis quæstionis, & num. 137, 132, 133, & 135.
126 Possessio auctoritate Principis capta an dicatur in sua, & nu. 128, 129. Auctoris sententia, nu. 130.
127 Auctoritas superioris an casit bonam fidem.
134 Consilium quod testator probat alienationem maioratus tam in proprietate quam in possessione.
136 Possessio non transfertur, si vocatus ad maioratum conditionibus non pareat.
137 Possessio an hodie transferatur sicut dominium.
138 Vocatus an possit intentare remedium possessorium, cum testator statuit, quod possessore alienante, vel granamina non exequente, bona ad sequentem in gradu deferantur.
139 Masculus an excludat feminam nam minorem, & tempore quo possessor rem maioratus alienauit, cui erat pœna ob alienationem iniuncta.
140 Conditionis implemenum non potest retrotrahi in præiudicium Tertij, cui medio tempore ius quæsitum fuit.
141 Possessio an transferatur in casu prædicta legis, cum possessor in proximum sequentem renunciat. Auctoris sententia, num. 143. Quid si aliquis virtute transactionis aut alterius tituli, & non ex ipsa maioratus fundatione pretendat vocationem ad aliquas res maioratus, nu. 144.
142 Vocatio inducitur per renuntiationem sicut per mortem.

Sed quia tempus exposcit, vt ad quæstionem nostram redeamus, prædicta opinio, quod dict. l. 45. procedit etiam, quando possessor bonorum maioratus bona alienauit, tot fossis vallata, non est sine magna difficultate propter sequentes rationes. Et primo difficilis redditur, ex sententia Antonij Gom. in dict. l. 45. n. 26. vbi pluribus rationibus probat, quod si possessor bonorum maioratus vendidit rem maioratus contra prohibitionem testatoris, et transfert possessionem, licet non transferat dominium. Primum ad hoc dicit facere text. in l. 1. §. si vir vxori, ff. de acquir. possess. vbi probatur, quod ex contractu nullo possessio transfertur traditione interueniente, vbi Bar. Bald. Alex. Socin. Iaso. Ripa, & alij plures extensiones ad illam legem notant, quæ inibi videri poterunt, vnde dicit Bald. in l. 2. finalib. verbis, ff. de iuris. d. omni. indic. quod si ex forma statuti fundus non potest alienari in forenses, si vendatur fundus in forenses, quamuis contractus sit nullus, possessio tamen quæ est facti, transfertur; quem sequuntur

DD.

DD in d. §. si vir: Roman. Aretin. & Iaso in l. is cui bonis, ff. de verb. obligat. Celsus in quadam causa maioratus in conf. 1. num. 13. Carol. Ruin. qui scribit, an hoc procedat in rebus Ecclesiasticis alienatis, conf. 56. n. 2. lib. 4. & materia est brocardica, quam latius tractat Tiraq. in tract. de Constit. par. 3. limit. 7. per totam illam limitationem: & latius in legibus consubialibus, in glof. in verbo, contracter, glof. 5. quæst. 14. vbi tamen dicit, quod contractus factus per mulierem sine licentia mariti, non est sufficiens ad translationem possessionis, citat Angel. in d. l. is cui bonis, quem sequitur Alex. in dict. §. si vir, col. vlt. cuius contrarium his non relatis, tenet Anton. Gomez in dict. loco, & num. vers. quarto infero, quod est notabile ad leges huius Regni prohibentes, mulieres nuptas posse contrahere absque licentia maritorum. Ex quibus decisum fuit, quod possessio tradita per mulierem sine licentia mariti, cum fecisset donationem Tertij, non fecit meliorationem irrevocabilem; licet postmodum eam confirmasset cum licentia mariti: nec traditio possessionis aliquid operabitur in præiudicium alterius donationis, quæ medio tempore inter primam donationem, & confirmationem alteri facta fuit. De quo tamen lector videat quæ scribo in 4. part. quæstion. 2. Et Angel. in dict. l. is cui bonis, citat & sequitur Nicola. Boerium in consuetud. titul. des coustumes, des donations entre nobles, pagin. 151. colum. 2. versic. quinta regula, quod dicit esse in practica singulare.

Sed hæc ratio Antonij Gomez non est tam firma, vt ipse existimauit, nec illud absolute procedit, quod ex contractu nullo et possessio transfertur, ex l. si quis ante ff. de acquir. possess. à qua deducitur; quod ex contractu nullo possessio non transfertur, quæ ex illo contractu transferri consuevit, notat Bald. in l. non dubium in ver. vterius oppono decimo, Cod. de legib. vbi respondet ad text. in dict. §. si vir vxori, & idem tenet Cynus in l. ad probationem, vers. tertio casu, Cod. de locat. Salicet. & Imol. quos refert Alexan. in conf. 69. Circa primum dubium, num. 14. lib. 5. & ait Archidiac. in cap. hoc ius porrectum, 12. quæst. 2. quod si sit facta alienatio bonorum Ecclesiasticorum, nulliter, & non obseruatis solemnitatibus, non transfertur possessio ex tali contractu. Quod disputat decisio Rotæ. 135. in antiquis, titul. de consuetudin. quod est notandum: & probatur in l. inbemus, lib. 2. §. nulli, Cod. de sacrosanct. Eccles. & voluerunt Bart. & alij in dict. l. 1. §. si vir vxori, & est communis opinio secundum Alex. in conf. 81. num. 11. lib. 3. qui idem tradit in pupillo, dato quod transferatur corporalis possessio. Et de intellectu text. in dict. §. si vir vxori, agit Menoch. de recuperan. possess. remedio 2. num. 5. pag. 361. & remedio 15. num. 450. cum sequentib. pag. 515. quæ reputo notabilia contra illos, qui bona pupilli vel Ecclesiæ acceperunt cum titulo nullo, & volunt se defendere præscriptione; cum sine possessione præscriptio non procedat, regula, sine possessione, de regul. iuris in 6. cum concordantib. Quibus est addendum, quod si ex contractu nullo cum minore celebrato et transfertur possessio, potest reuocari ex Interdicto Recuperandæ, secundum Iasonem in l. indebiti, §. sed & sinummi ff. de cunctis. indebit. & Zali num. 3. & alios citat Menoch. de recuperanda possess. rem. 2. n. 4. pag. 360. ad hæc videndus: de quo tamen legendus est Iacob. Puteus dec. 277. n. 4. lib. 3. vbi concludit, quod ex contractu nullo facto per minorem, si verè fuit tradita possessio, transfertur possessio, post Carolam Ruinum, quem citat in conf. 32. colum. 3. lib. 1. & conf. 174. num. 11. eodem lib. & lex potest facere quod licet possessio sit quæsitæ, careat omni effectu, ita quod ex tali possessione non possit agi remedio Recuperandæ, vt tradit eleganter Barthol. Socin. in conf. 67. num. 10. lib. 3. qui est legendus pro intellectu text. in dict. §. si vir vxori: pro quo faciunt verba dict. l. 4; ibi, O el muerto, o el dicho tenedor aya dado la possession dellas.

Et ex his omnibus supra scriptis, & dicta l. 45. in mentem venit subtilis consideratio ad ea quæ scribo in-

fra 4. per. quæst. 33. dum inter alia tracto, qualiter qui emit rem maioratus, non teneatur illam restituere donec illi soluta fuerint melioramenta, & possit rem restituere: nam si per dispositionem dictæ legis 45. possessio bonorum maioratus transit ipso iure in successorem, ciuilem & naturalis, quamuis eam alij tradat antecessor, iudicari debet talis successor tanquam reus & possessor, & melioramenta peti debent, & expensæ post restitutam rem maioratus. Cogitandum est super hoc, quia est nouum & consideratione dignum, & aliis rationibus probari potest; & inter alia plura est textus notabilis in l. non videtur ff. de acquir. possess. ubi; Non videtur adeptus possessionem qui iam restituere non potest.

Secundò Anto. Gomez fundatur ex text. in l. non alienat ff. de regul. iur. vbi dicitur non alienat, qui dumtaxat possessionem omittit, cuius tex. auctoritate tangit Gregor. Lopez in l. 10. tit. 26. in glof. in verbo, Vendens fol. 68. colum. 4. vers. & si ille ad quem pertinet maiorata, par. 4. an si ille ad quem pertinet maioratus, patiatur aliquem Magnatem esse in possessione maioratus, nolens petere dissimulando, an dicatur alienare? Sed hæc etiam ratio non est certa, nec generalis: quia largo modo dicitur alienare, qui possessionem omittit: l. non solum, in principio, ff. de ali. en. indi. mutan. caus. fact. l. mulier, §. qui possessionem ff. quod met. caus. Et in omnibus dispositionibus veniunt etiam ea quæ sunt ex stricta significatione, quam ex lata, quando est eadem ratio; Gl. in Clemm. 1. in verbo, eligantur: de election. & in Clem. vbi qui: de atate & qualitate, quæ communiter approbantur. Et possessio, postquam iam alicui quæsitæ est, dicitur ius, & non factum, secundum Bart. in l. 1. in princ. ff. de acquir. possess. & sequuntur alij, quos refert Episcop. Couar. in reg. possessor, de regul. iur. in 6. in initio, num. 3. fol. 9. & quod magis vrget contra Ant. Gomez pro responsione dict. l. non alienat, est, quod in isto casu non solum alienans alienauit possessionem, sed etiam dominium, quamuis quoad dominium translatio impedita sit, et quod nuda possessio facti transferatur, licet sit prohibita alienatio, volunt Baldus in l. 2. ff. iurisdict. omnium iudicum, Romanus in dict. l. 1. §. si vir vxori, Dominicus in c. final. et lite pendens. n. 6. & alij, quos citat Chaffanæus, vbi hoc declarat in consuetudinibus Burgundie, Rubric. 9. des mains mortes §. 10. num. 11. pagin. 1279. Et donatio inter virum & vxorem est prohibita non solum in dominio, sed etiam in possessione, l. inter virum, ff. de donat. inter virum & vxorem, notat Ioan. Lopius in Rubrica de donationibus inter virum & vxorem, §. 19. in principio.

Tertiò Anto. Gomez arguit ex verbis dict. l. 45. in quantum dicit, quod mortuo possessore rerum maioratus, possessio transeat in successorem maioratus, quamuis alius eam occupauerit in vita, vel ipse possessor illam tradiderit. Ex quo lex sentit, quod possessio bonorum maioratus transfertur. Et pro hoc fundamento faciunt notata in l. decem, ff. de verb. obliga. Sed hoc fundamentum retorqueri clare potest contra Anton. Gomez, quia per illam legem possessio habetur pro non tradita, nec acquisita accipienti: cum non obstante tali traditione, non solum successor in maioratu est in possessione tuendus, sed illico in illum transfertur possessio ipso iure. Ex quo lex apertissime sentit, quod possessio & traditio alteri facta fuit nulla. Ex quibus constat quod fundamenta Antonij Gomez maximas habent rimulas, & ideo non concludunt contra sententiam superius fundatam, in qua dictum fuit, quod dict. l. 45. procedit, etiam et quando possessor bonorum maioratus, contra ius & prohibitionem testatoris alienat rem maioratus.

Sed per sententiam Antonij Gomez fortius vrget, quia cum d. l. 45. loquatur solum in casu mortis, alij casus debent haberi pro omisso, & sic debet seruari ius omnibus commune. Et dispositio l. cum hæred. ff. de acq. poss. cum concordant. iuxta reg. l. commodissime ff. de lib. & posthu. c. 2. de transla. prala. c. dilectus, de tempor. ordinatio. cap. is

G

quæ

qui, in r. de sententia excomm. in 6. c. penul. de iur. iur. notatur per Alex. in cons. 13. Circa primum lib. 3. Decium in cons. 88. & generaliter casus ꝑ omitti in omnibus dispositionibus habentur pro omittis: quod procedit in legibus, statutis, & consuetudinibus, & in testamentis, & in contractibus, & in Principe, & in Iudice, & in aliis similibus rebus; vt latè & resolutiue docet Tiraquell. in tract. de primog. quæst. 40. num. 194. pag. 304. latissimè Simon de Præcis lib. 2. de interpr. defunct. volunt. interpr. 3. solut. 3. n. 140. cum pluribus sequentibus. fol. 150. & ideo dicit notabiliter ad propositum Aretin. quem Tiraquell. non refert in l. Iulianus, qui in principio, ff. si quis omis. caus. testam. quod casus omittis, semper habetur pro omisso, ꝑ quoties aduersus regulas iuris aliquid inducitur, quod dictum refert, & sequitur Alciat. in d. l. commodissime, n. 12. p. 54. & facit doctrina eiusdem Aretin. in l. Gallus, §. & quid si tantum, in prin. ff. de i. & postb. quem citat Molina lib. 1. de primog. c. 4. n. 25. fol. 22. & Bal. in l.onica, col. 3. n. 10. C. de his qui ante apert. tabul. & in l. 1. colum. 1. n. 8. Cod. ad Orphitiam. vbi vult, quod quandoque transmissio fit de iure speciali, nunquam fieri debet in præiudicium personæ prædilectæ, tradit Zanck in l. heredes mei, §. cum ita, par. 4. n. 395. pag. 113. ff. ad Trebellian. Et confirmo, quia licet regulariter privilegium sit strictè interpretandum, fallit nisi sit conforme iuri communi, secundum Bald. in c. inter corporalia, per illum text. de translatione prælatorum, & alios quos citat Rebuff. in libro Concordatorum, in Rubrica de Regia ad prælatum, §. vlt. pag. 216. Cum ꝑ igitur d. l. 45 sit contra regulam tex. in dict. l. cum heredes, & concordantium: sequitur, quod de hoc casu est iudicandum tanquam de casu omisso. Et cum prædicta lex hoc facilius exprimere potuisset, & non fecit, non est trahenda vltra casum in quo loquitur, l.onica, §. si autem ad deficientis, C. de cadu. tollen. doctrinam autem Aretini in d. l. Iulianus, ego confirmo per resolutionem Bar. in l. omnes populi, n. 61. ver. contra prædicta, ff. de iustitia & iure, vbi resoluit, quod licet argumentum à contratio sensu veniat ex mente legis, vel statuti, tamen nunquam videtur esse de mente statuti, quod à iure communi recedatur, nisi exprimat, quando casus prius decisus erat per ius commune. Et idem volunt Alex. & Iaso in l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius cui manda. est iurisdictione: quos citat Euerard. in centum locis, loco 4. à contrario sensu, pag. 73. in versic. si vero statutum disponat circa casum, prouisum à iure communi. Et tradit in notabili casu Cephal. cons. 616. num. 56. quæ resolutio satis fructuosa est pro intellectu tex. in l. 40. Taur. hodie l. 5. tit. 7. lib. 5. Recopilat. quæ loquitur de representatione facienda. Nam si in aliquo casu testatus representatiorem excludat, non videtur in cæteris casibus excludere, in quibus per ius commune admittitur representatio, nisi testator expressè representationem excludat, etiam si casus omittis veniat ex mente testantis: quod est singulariter notandum. Et facit doctrina Cæsar. Lambertini in tractatu de iure patronatus lib. 3. art. 4. quinquies quaestio, v. 3. fol. 22. Et plura in confirmationem istius conclusionis quantum operetur etiam in correctoriis vbicunque reditur ad ius commune in ista materia primogenitura, scribit Tiraquell. in tract. de primogenitura. quaestio 24. n. 5. cum sequentibus. pag. 214.

Sed ex prædicta doctrina Aretini, & aliis supra citatis, infertur singularis, & nouus ꝑ intellectus ad d. l. 45. Taur. nam in illis verbis: *Que segun la disposicion del mayorazgo ouiere de suceder en el*, nam videtur quod illa lex tantum vendicat sibi locum, vbicunque de maioratu constat per scripturam, & quis sit legitimus & verus successor, non etiam vbicunque de maioratu constaret per præscriptionem, iuxta terminos l. 41. in eisdem legibus Taurinis, & non sine mysterio & effectu in prædicta lege solummodo fuit facta mentio de illo casu, cum scripturæ plerumque faciant rem notoriam. Et rationem differentie potest etiam facere remedium l. fin. Cod. de edit. dini Adrian. tollendo, & quæ circa eam legem scripta sunt inibi, & in aliis variis locis, præ-

cipue per Menoch. de adipiscen. possess. remedio 4. quod est consideratione dignissimum, & scripti par. 4. qu. 21. in fine.

Deinde (vt ad superiora redeam) facit, quia cum dicta lex sit exorbitans à iure communi, ꝑ potius est restringenda, quam amplianda, l. ius singulare, l. quod vero contra, ff. de legib. l. si vero, §. de viro, ff. solut. matrimon. cap. quæ à iure, de regul. iur. in 6. tradit Aymo. cons. 173. num. 4. Et quod statutum continuans in heredem possessionem absque apprehensione, sit summopere restringendum, voluit Pasethus, in cons. 140. num. 10. quem citat Menoch. in cons. 139. num. 10. lib. 2. & quod sit correctorium iuris communis scribit Alex. in dict. l. cum heredes. Et quod sit contra ius commune, tradunt Cynus in l. ea lege, Cod. de condit. ob causam, Bart. Bald. & alij in l. cum miles, ff. ex quibus caus. maior, & alij plures quos citat Tiraquell. in tract. de mort. in præfation. declarata, 3. n. 2. & 3. pag. 11. qui late probat ex pluribus, tale statutum esse correctorium, & restringendum.

Sed huic argumento in promptu est responsio, quia prædicta l. 45. est potius fauorabilis, quam odiosa, vt supra toties docui. Et lex exorbitans extenditur ad alium minime comprehensum, vbi concurret eadem ratio, secundum Bar. in l. si constante 9. quæst. partis, ff. soluto matrimonio, & alios, vt per Alex. & Iasonem ibi: & Felin. in cap. quoniam frequenter, in principio, vt lite non contest. Decium in cap. cum dilecta, notabi. §. de confirmat. vtil. vel inuili. Alciat. lib. 2. de verbor. significat. pag. 9.

Vltimus pro hac opinione negatiua ꝑ quod d. l. 45. non habeat locum, quando non fuit mortuus possessor bonorum maioratus, sed rem alienauit, facit, quia cum dicta lex dicat: *Muerto el tenedor del mayorazgo luego sin otro acto de aprehension*, debet probari illa qualitas mortis, ad hoc, vt lex locum habeat, l. denuntiasse, §. quid tamen, ff. de adulter. notat Bart. & alij in l. 1. §. prator ait, ff. ne quid in loco publico faciunt scripta per Glos. Parisien. par. 2. consuetudinum Parisiensis, §. 58. num. 56. & in consil. 1. pro Duce de Villahermosa, num. 84. Et verba illa à prædicta lege prolata, potissimè in proprio, & potiori significato, non autem impropiè accipienda sunt, d. l. cum heredes, §. si quis, ff. de statu liber l. 1. §. 1. si ager vectigal. vel emphy. dica, notat latè Lucas de Penna in l. vltim. C. de imponen. lucr. de script. lib. 10. fol. 70. col. 1. in princip. Gozadinus consil. 6. num. 16. Et agens ꝑ ex statuto vel consuetudine, debet probare & verificare omnia, quæ ab statuto requiruntur. Vt est elegans consilium Bartol. Socini, §. lib. 1. qui refert ad hoc Bald. in l. in causis, C. de accusa. notat latius Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 8. gloss. 7. num. 1. cum aliis, cui adde eundem Barthol. Socinum in consil. 1. num. 9. lib. 1. & in consil. 57. lib. 3. Ludouic. Gozadin. in consil. 70. Reuerendissime Domine, num. 106. Gloss. Parisien. in consuetud. Parisien. part. 1. gloss. 3. num. 5. fol. 147. Et de hoc alibi, latius tractabo. Pro nunc autem liber confirmare doctrinam D. Antonij de Padilla in l. post mortem, nu. 23. fol. 62. C. de fideicommissis. vbi scribit, quod sex menses, intra quos oportet intentare remedium tenentæ, iuxta formam l. 9. tit. 7. lib. 4. Recopilat. non currunt ante possessionem bonorum maioratus, licet in vita tradiderit alij possessionem, nec hoc tempus, nec longius obstat successor, vt vti hoc remedio possit, nisi mortuo possessore, qui hoc arguit & probat ex verbis prædictæ legis. Quod confirmo ex sententia Molin. lib. 3. de primogen. cap. 13. num. 59. fol. 102. vbi resoluit quod dicta Pragmatica, quæ concedit dictos sex menses ad petendam tenentam, non procedit vbicunque possessor in vita tradidit alij possessionem.

Præterea hæc opinio confirmatur, quia in dubio ꝑ est sumendus intellectus, per quem reditur ad ius omnibus commune, argumento Glos. notabilis in c. 3. verbo, numerandum, de præbend. in 6. quæ vult, quod quando fit aliqua concessio, per quam recedimus à iure speciali, & redimus ad ius commune, sit semper latissima interpretatio, etiam contra propriam naturam.

Quam

Quam Glos. summè exollit Felin. in cap. cum omnes, nu. 7. de con. qui plura elegantia ad hoc propositum adducit. Præcipue text. notabilem in cap. 2. col. 2. in versic. cum non sit, de decim. in 6. & probatur, quod restrictio privilegij concessi super noualibus, ꝑ censetur pia, & benigna: quia per illam redimus ad ius omnibus commune: Quintilian. Mandosius regal. 19. quæst. 29. nu. 12. folio 143. & reg. 4. quaestio 7. nu. 8.

Ex quibus probat eleganter Cur. in cons. 5. num. 29. quia debemus sumere ꝑ intellectum quod masculi excludant in dubio feminas, quia per hoc reducitur dispositio ad l. duodecim tabularum, quod notanter fundat. Et idem Cur. in cons. 340. num. 28. lib. 2. Et idem Curtius cons. 9. num. 4. tradit quod statuta sunt fauorabilia, quatenus nos reducunt ad antiquam iurisprudentiam. Tradit Quintilian. Mandosius in reg. 3. reservationis, versiculo undecimo consequenter, nu. 4. folio 21. Nauizanus in Silua nuptiali, versiculo, non est nubendum, num. 199. pagina 84. Et prohibita alienatio non intelligitur eo casu, quo res ad naturam suam reuertitur, secundum Sig. notolum cons. 2. colum. 2. Siluanum. consil. 56. num. 31. Iosephum Mascardum in tract. de probat. lib. 3. conclus. 1275. num. 7. fol. 176. Et exceptio quæ ꝑ reducitur ad ius commune, est late interpretanda, vt per Rolandum in cons. 30. num. 31. lib. 3. Et vbicunque destruendo reditur ad ius commune, tradunt Felinus in cap. cum accessisset, num. 7. & num. 53. de constitution. Cephalus consil. 38. num. 27. lib. 1. & consil. 251. num. 39. lib. 2. Quod est notandum ad ea quæ scribo part. 1. quæst. 43.

Hinc est quod correctio legis, quæ ad ius antiquum reuertitur, est fauorabilis, vt tradunt Andreas de Isernia in cap. 1. in principio, de feud. non habent. propriam naturam feud. Menochius de arbitrar. iudic. lib. 2. casu 200. num. 3. idem Menoch. de adipiscenda, remedio 4. num. 40. pag. 58. qui prius ad propositum num. 33. cum aliis plura scribit de extensione in limitatoris & correctoris, & facit quod scribit Idem casu 199. num. 21. & tradit in bono casu Ioannes Gutierrez in cons. 1. num. 37. Et dicunt Bart. & Angel. in l. prator, §. critique differentia, ff. de vi bon. raptor. quod clausula ꝑ præcedens in statuto non trahitur ad sequentia, quæ sunt contra ius commune. Ad quam doctrinam concordantes refert Iaso in leg. talis scriptura, n. 28. fol. 50. ff. de leg. & de hoc latius ago in 1. p. huius operis, quæst. 58.

Venit etiam quod stante diuersitate consuetudinis, à iure ꝑ communi non receditur, secundum Bar. in l. 2. in principio, ff. solus matrimon. cum concordantibus, vt per Tiberium Decianum respon. 51. num. 77. lib. 2. qui varia in ista materia scribit, & respon. 5. num. 13. eodem lib. Et faciunt scripta per Parium in consil. 19. num. 32. lib. 1. & in cons. 55. num. 96. & in consil. 68. num. 116. lib. 3. Sed & Antonius Peregrinus in tract. de fideicommissis. art. 52. num. 113. fol. 512. Ex hoc audacter scripsit posse Principem derogare iura fideicommissorum: quod intelligendum est secundum ea quæ scribo infra. 4. p. 9. 1. Et vt res veniat ad suam naturam, augmentum dotis locum in bonis tantum habet, de cuius hereditate agitur, vt tradit Iason post alios in l. et liberis, n. 6. C. de collatione. Thefaurus dec. 46. n. 9. Et vt redeatur ad ius commune, privilegium dicitur personale, & non reale, vt tradunt Alex. in con. 86. li. 1. Natta in con. 163. n. 13. Bursatus in con. 128. n. 18. Nauizanus in Silua nuptiali, versiculo, quomodo index precedat pro communi, n. 23. pag. 531. Et faciunt quæ scribit Decius in cap. cum accessisset, num. 3. de constitutionibus. Et doctrina Grammatici dec. 107. n. 7. vbi vult, quod si Princeps disponat per privilegium de feudo pro se & aliquo primogenito dispensando, dispensatio redditur fauorabilis: quia per eam reducitur ad ius antiquum, quæ citat Aymonem in cons. 135.

Limitatur tamen prædicta conclusio ex Glossa ex dicto cap. 3. in verbo, ꝑ numerandum, Et quæ ad eam adduximus, quando antiqua natura, & primus status rei est mutatus, secundum Bar. Soc. in con. 260. col. 4. versiculo, Prima ratio. li. 2. Menochius in consil. 1. num. 436. lib. 1.

Ex superioribus autem, quod facile ꝑ res reuertitur ad ius commune, & ad suam naturam, sumi potest non leue argumentum, quod facile fuit, vt Regnum Portugallie, quod, vt alibi dixi, Dominus Rex Alphonsus dedit in dotem filie Comitis de Loranchia, reuerteretur ad Regnum Castellæ in vita domini nostri Regis Philippi Secundi. Et idè iudico de Regno Navarra, & aliis Regnis Hispaniæ, quæ Deo ducente reuera fuerunt ad Coronam Regni Hispaniæ prout antiquis Reges Hispaniæ possidebant: nec in hoc præscriptio temporis & tyrannidis obesse potuit, ex his quæ scribo 4. p. 9. 2. quod latius trado infra 4. p. 9. 1. Quod confirmatur per rationem à nostris Doctoribus traditam, dum confirmant donationem factam per Constantinum Imperatorem Ecclesiæ Romanæ, quod illa donatio habuit vim restitutionis factæ Ecclesiæ per dictum Imperatorem: quia omnia prius erant Ecclesiæ, vt post alios tradunt Ripa responso 181. aliàs 13. titulo de diuersis scriptis. Quintilianus Mandosius in proemio, gl. facultatem, fol. 6. colum. 2. & ad hoc faciunt plura notabilia, quæ de Regno scribit Valdes in lib. de præcedentia Regum Hispaniæ, cap. 3. num. 14. cum sequentibus. Et cum natura Comitatus & iuris communis sit quod non diuidatur, sed quod primogenitus succedat, licet Regi Romanorum statuere, vt primogenitus succedat in præiudicium aliorum, & in præiudicium iuris quæsitæ, & inuestituræ alteri concessæ quod omnes pariter succedant, vt ex quodam consil. Barth. Socii, fundat eleganter Gozadinus in cons. 26. num. 55. quod est summè notandum. Et ista confirmo per notabilem doctrinam Bart. in l. omnes populi, ff. de iustitia & iure, vbi vult quod populus solus potest tollere statutum confirmatum per superiorem, quem refert Carolus Ruinus in consil. 127. nu. 10. lib. 4. mouetur quia per hoc fit reditus ad ius commune.

Præterea ista conclusio negatiua coadiuuatur ex dispositione d. l. 13. part. 5. quam supra retuli. Item possessor maioratus, qui rem alienauit, maius sibi facit damnum, quam alij: quia aufert ab se fructum commoditatemque pro vita sua, quæ eidem competunt: vnde si rem alienat durante vita, nullus de hoc queri potest. Ex quo fit, quod fructus bonorum maioratus pro vita possessoris possunt ꝑ in pignus capi, & in illis potest executio fieri, d. l. peto, §. prædium, ff. de lega. 1. de cuius intellectu ago in 1. p. huius operis, quæst. 58. num. 8. ff. de leg. 1. Segura in volumine repeti. fol. 3. Ioan. Lop. in rep. cap. per vestras, de dona. inter vir. & vxor. §. 62. num. 10. pag. 192. & in aliis libris, colum. 134. vbi Barahona Societ. in additione, quæ incipit, Potest, Bald. in l. 3. Cod. de seruitu. & in l. quemadmodum, C. de agricol. & censu. lib. 11. Et in fructibus feudi ꝑ quod possit fieri executio, tradit Matthæus ab Afflicis in consil. Neapolita. lib. 3. Rubric. 23. de successione. Nobilitum, num. 32. fol. 294. Et bona fideicommissio subiecta possunt alienari pro vita illius, qui ob scelerem in carcere detinetur, vt resoluit Episcopus. Couarr. resolution. lib. 2. cap. 16. num. 9. versiculo Terrio est in eadem ad finem, Et facit doctrina Andree de Iser. in cap. Imperialem, in principio, de prohibita feudi alienat. num. 5. fol. 677. Faciunt scripta per Petrum Antonium de Petra in tract. de fideicommissis, quæst. 11. num. 475. pag. 258. & quæst. 8. num. 469. pag. 162. Grammaticum dec. 103. num. 146. Idem Iaso in l. & ideo, ff. de condit. furt. & in l. commodis, num. 4. ff. de re iudic. & in l. vlt. §. sed quia nostra maiestas, num. 7. C. commu. de lega. & in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebellian. num. 1. & in consil. 123. lib. 4. Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 7. num. 47. & 49. & eodem lib. §. 26. gloss. 1. num. 11. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 8. part. 3. Et tradit eleganter Matth. de Afflic. in fructibus feudi, decis. 26. num. 4. vbi scribit, quid in fructibus separatis à solo, tempore quo hereditas defertur ꝑ Rolan. in consil. 80. num. 34. lib. 1. sic Ioan. Lopus in repeti. c. per vestras, de donation. inter virum & vxorem, §. 38. numer. 4. pag. 372. scilicet quod maritus habens maioratum, & recipiens dotem, non videtur

G 2 tacitè

pacitè obligare bona maioratus pro dote, nec etiam expressè; bene tamen veniunt in tali obligatione fructus & commoditas, quam habiturus est. Et de puncto legenda etiam quæ scribit Angulo in l. i. tit. 6. li. 5. Recopilat. glos. 12. n. 23. fol. 68.

108 Ex quibus tradit Marienzo in l. 5. tit. 9. lib. 5. Recopilat. glos. 5. num. 3. fol. 265. quod si fructus maioratus non sunt pars maioratus: qui ad hoc refert Ioan. Lopium in dicit. 62. Et punctum etiam nouissimè tractat Parladorius lib. 2. rerum quotidianarum, in fin. part. 5. §. 3. num. 31. pag. 320.

109 Et aliàs etiam inferebam in grandi negotio, res extracta fuit à maioratu cum facultate Regia, & vocati fuerunt ad maioratum personæ diuersæ illarum, quæ vocatæ fuerunt in eodem maioratu, & extinctæ fuerunt personæ vocatæ ad illam rem, quæ extracta fuit à maioratu, & lis vertebatur inter personas quæ vocatæ fuerunt in primo maioratu, & alias personas quæ prætendebant esse successores in illo maioratu. Dixi quod in dubio erit iudicandum pro persona vocata ad priorem maioratum, vt res si redacteretur ad priorem, & antiquum statum & naturam. Quæ confirmantur ex scriptis per Iosephum Ludouic. dec. 29. n. 29. vbi ex prædictis vult, quod donans Ecclesiæ bona subiecta restitutioni, transfert pro vita sua dominium in donatium, & possessionem. Quæmadam in quæstionibus suis quæst. 17. fol. 56. vbi disputat, an facta condemnatione contra hæreticum, admittatur statim substitutus, vel sit expectanda mors hæretici.

110 Quinimò in bonis fideicommissi & maioratus potest fieri executio, etiam post vitam debitoris, vbiunque successor in maioratu est. Etiam hæres prædecessoris, præsertim si sit hæres sine beneficio inventarij, vt probat Carol. Ruin. in consil. 176. num. 18. lib. 1. qui citat Romanum in consil. 18. in fine, Alexand. consil. 3. in principio, & consil. 31. num. 5. lib. 3. sed melius tradit hoc idem Alexand. in consil. 19. num. 1. cum sequentibus lib. 5. Nota tamen, quod iuxta doctrinam Bald. in authent. ei qui inuit. col. 7. num. 32. C. de bonis autho. ind. possiden. in Comitatu non fit missio si in possessionem, nec substantia Comitatus transit in creditorem, sed solum percipit fructus: refert, & dicit notabilem Chassanæ. in consuetud. Burgund. in proemio, fol. 3. colum. 2. ver. Comes. Et res subiecta restitutioni potest adiudicari sine executione, licet non extinguatur fideicommissum, vt per Carol. Ruin. in consil. 138. num. 8. lib. 2. Et donatio si bonorum restitutioni subiectorum valer pro vita donantis, vt per Bertran. in consil. 199. Pro faciliore, lib. 1. resoluitur tamen executio mortuo eo, qui grauatus fuerat restituere; vt probat Paul. Castren. in consil. 351. numer. 4. lib. 1. & primogenitus acceptans testamentum patris, in quo disposuit de rebus primogenituræ, licet sine Regio assensu, si non potest contradicere pro vita sua, quia fructus adeum pertinebant secundum Matth. de Afflic. decif. 240. num.

111 Nota tamen, quod iuxta doctrinam Bald. in authent. ei qui inuit. col. 7. num. 32. C. de bonis autho. ind. possiden. in Comitatu non fit missio si in possessionem, nec substantia Comitatus transit in creditorem, sed solum percipit fructus: refert, & dicit notabilem Chassanæ. in consuetud. Burgund. in proemio, fol. 3. colum. 2. ver. Comes. Et res subiecta restitutioni potest adiudicari sine executione, licet non extinguatur fideicommissum, vt per Carol. Ruin. in consil. 138. num. 8. lib. 2. Et donatio si bonorum restitutioni subiectorum valer pro vita donantis, vt per Bertran. in consil. 199. Pro faciliore, lib. 1. resoluitur tamen executio mortuo eo, qui grauatus fuerat restituere; vt probat Paul. Castren. in consil. 351. numer. 4. lib. 1. & primogenitus acceptans testamentum patris, in quo disposuit de rebus primogenituræ, licet sine Regio assensu, si non potest contradicere pro vita sua, quia fructus adeum pertinebant secundum Matth. de Afflic. decif. 240. num.

112 9. Ista congruit, quod si donatio facta per patrem reuocetur post illius vitam, tanquam inofficiosa, filius non tenetur restituere fructus, quos percepit in vita patris, vt voluit Seguta in l. 1. si vir uxori, colu. 26. versiculo. Tertia erit, ff. de acquir. possess. Gregor. Lopez in l. 8. tit. 4. part. 5. in glossa, in verbo, en vida, quos & alios citat Angulo in l. 1. tit. 5. lib. 5. Recopilat. glos. 12. num. 3. fol. 63. Et tam mirabilis, quam difficilis doctrina Ioan. Lopij in repetit. Rubrica, de donation. inter vir. & vxor. §. 66. num. 23. par. 233. in editione noua, vbi vult, quod ex quo maritus est dominus doris viuente si vxore si confiscetur dos, debet maritus fructibus gaudere: vbi legendus est Barahona in additione quæ incipit Illa commoditas. Et Prælati Ordinum & Ecclesiarum possunt dare ad censum res Ecclesiarum, quæ datio valet pro vita concedentium, & non ultra; vt probatur in cap. prætereâ, & cap. cum Clerici, de censibus: & egregial. partita 9. tit. 22. par. 1. Et res emphyteutica accepta per patrem pro se & filiis si potest capi pro executione in vita patris, vt probat Anton.

113 114 115

Gamma decif. 5. n. 8. & bona maioratus possunt dari in emphyteusim pro vita concedentis, vt per Ant. Gam. dec. 192. post Pinel. in l. 1. part. 3. num. 7. vers. inferunt etiam resolutionem, fol. 115. C. de bon. matern. qui ideum tradit in seruente, & usufructu. Et licet dos tanquam immensa & inofficiosa reuocetur, fructus recepti in vita patris peti non possunt, vt sunt authores Baëza de non melioran. filiiab. c. 34. num. 1. Marienzo in l. 3. tit. 8. glos. 7. n. 6. & 7. fol. 209. libro 5. Recopilat. Et femina excludit substitutione ob id, quod extra familiam sit, non prohibetur capere pro se tantum, & eius vita durante, vt per Alex. consil. 81. col. fin. lib. 6. Parisium in consil. 35. & in consil. 47. n. 68. lib. 3. dec. Pedemontan. 127. num. 9. ad quos addo Ludouicum Gozadinum in consil. 90. num. 9.

116 Et an fundator maioratus possit ordinare, quod non liceat facere executionem in fructibus bonorum maioratus, tradit Gregor. Lopez in l. 2. tit. 8. in glos. verbo, en tantos bienes, part. 3. cuius sententia, salua pace doctissimi viri, si non placet, cum talis prohibitio valeat, & sit effectus, iuxta textum vulgatum in authentica de nuptiis, §. disponat, l. testandi, C. de testam. cum mille similibus, quæ scribo in principio secundæ partis, & per regulam locum alio contrahit, ff. de regul. iuris, & tradit per Barth. Socinum in consil. 117. colum. 2. lib. 1. Et aliis quæ scribo part. 1. quæst. 51. facit regula l. 1. cap. 724. de sacros. Eccles. libi: Habebat liberam testamenti factionem: leg. in traditionibus ff. de passis, l. legem. C. de pass. l. donatio, C. de donation. cum concordantibus. quæ scribo part. 2. q. 3. in principio facit authent. excipitur, C. de bonis quæ liberis: l. si quis in suo, §. legis, eod. tit. l. si ita relictum, §. Gallus, ff. de legat. 2. & faciant scripta per Iasonem in consil. 124. num. 1. lib. 4. lex cum Polidius, ff. de usuris, cum adductis per Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. limit. 1. pag. 103 vbi Valdes, pag. 61. in additionibus. Et ad hoc etiam pondero textum notabilem in l. parem, ff. qua in fraudem creditorum, cum doctrina Baldi in Rubric. C. de his qua in fraudem creditorum. de qua per Iasonem in §. item sequis in fraudem, n. 127. Institut. de actionibus: Circa hæc legenda sunt quæ scribit Carol. Ruin. in l. filiusfamil. §. Dini, ff. de legat. 1. n. 51. pag. 207. vbi tractat quæstionem, an testator possit prohibere alienationem pro vita possessoris in præiudicium creditorum.

117 Et quod possit fieri executio si in fructibus maioratus ob debita possessoris resoluit Ioan. Lop. in Rubric. de donation. inter virum & vxorem, §. 62. num. 18. pag. 192. Animaduertat tamen lector ad doctrinam Alex. in l. si parroni, ff. ad Trebel. vbi scribit, quod si feudum est concessum alieni pro se, & descendenti, tale feudum, nec quoad commoditatem fructuum transit in fiscum. Quod confirmat Auguf. Bero. in consil. 78. nu. 11. & 12. lib. 1. quod est animaduertendum ad conclusionem, quam tradunt Simancas in tractat. de instit. Catholicis, c. 9. nu. 19. Ludouicus de Molin. lib. 4. de primoge. c. 11. n. 11. fol. 193. Theologus Molin. in lib. de iustit. & iur. tractat. 2. disput. 9. pag. 92. volentes quod si confiscentur bona maioratus, & fructus illorum, pertinent ad fiscum pro vita delinquentis; quod pender à notatis & scriptis per me in 4. p. q. 23. & ab his quæ tradunt Alex. con. 23. li. 1. Ripa in l. filiusfamilias, §. Dini, n. 47. ff. de legat. 1. Alciat. con. 650. Celsus con. 37. n. 13. Cephal. con. 153. n. 30. lib. 2. Menoc. con. 102. n. 13. Riminald. lunior con. 243. n. 66. li. 1. & consil. 371. n. 91. lib. 4. Anton. Petra in tractat. de fideicom. q. 3. num. 11. pag. 31. distinguentes inter prohibitionem alienationis tacitam & expressam: quæ distinctio, vt supra dixi, nunquam mihi placuit in bonis maioratus. Et Rex non potest si pro vita sua alienare aliqua Regiam coronam spectantia: quia est contra publicam utilitatem, vt fundat Gl. Parisien. part. 1. consuetud. Paris. §. 2. n. 17. fol. 59. Pro his etiam facit, quod si pater alienauit rem filij, in tua ratione patriæ potestatis vsufructum habet, possessor rei alienatæ gaudebit si in vita patris commoditate fructuum rei alienatæ, secundum Alber. in l. 1. m. 4. C. de bonis mater. Et alios, vt per Ant. de Fano in tract. de pign. par. 5. memb. 4. n. 15. Epifco. Couar. qui

qui hoc declarat, lib. 1. & resolution. c. 7. num. 7. Et hoc dixit Ioan. And. in addit. ad Specul. in tit. de peccul. Clericorum, in 4. p. operis Spec. fol. 141. in addition. quæ incipit, & sequent. quod creditor si potest facere executionem in usufructu, quem paterfamilias habet in bonis filij: sed secundum eam, filius potest capere fructus pro alimentis patris: notat Robert. à Murantana qui hoc dictum, & alia ad propositum congerit, in practi. iudiciaria, par. 6. num. 37. fol. 300. Et quod executio possit fieri in si bonis feudibus, resoluitur per Andr. Gail. obseruationum lib. 1. obseruat. 97. num. 2. pag. 90. ex glos. & Andr. de Ifernia in c. 1. §. quid ergo, num. 4. de inuestitur. de re aliena facta, vbi Aluarot. num. 3. Curtium in tractat. de feudis, part. 4. num. 39. vbi tradit quod vassallo mortuo, si ex fructibus creditor non fuit satisfactus, reuertitur feudum ad dominum, vel agnatum, pro sua natura, & emphyteuta potest absque pœna alienare fructuum commoditatem pro vita sua, vt ex Carol. Ruin. in consil. 176. num. 13. lib. 1. Menoch. de recuperand. possess. remedio 9. num. 16. resoluit Corbalus in tractat. de iur. emphyteut. limit. 26. de causa priuationis feudi, num. 1. fol. 127. Et quando feudum est ex pacto & prouidentia, non valet dispositio fructuum in præiudicium vocati ex inuestitura, tradunt Marth. de Afflic. decif. 26. ad finem, Ioan. Petr. in tractat. de fideicom. q. 9. n. 469. p. 162. qui mon. 475. tradit quod donec feudum est penes vassallum obligatum, possunt peti fructus ex Iafone in l. final. num. 78. C. de iur. emphyteutico. Et per hæc etiam dixit Alexan. in consil. 154. Consideratis, lib. 6. num. 5. quod qui ignoranter emit à marito rem dotalem, & in illa fecit melioramenta, quod si postea per vxorem, vel eius hæredes cogatur restituere rem dotalem, fructus si per maritum percepti non computantur cum fructibus melioramentorum. Quia si dicta res non esset alienata per maritum, fructus ad maritum spectarent, quia commoditate emptor gaudere debet. Quæ doctrina notanda est ad ampliationem text. in l. pro oneribus, C. de iure doti. cum qua concordat l. 7. tit. 11. p. 4.

120 121 122 Et ex istis inferitur, quod marito vergente ad inopiam (secundum ea, quæ notantur in l. vbi adhuc, C. de iur. doti. & in l. si constante, ff. fol. marit. & in c. per vestras, de donat. inter virum & vxor. & in l. 29. tit. 11. p. 4. quæ ad hoc est notabilis) potest si mulier in vita mariti dotem repetere, iuxta formam dictorum iurium. Quod confirmatur ex doctrina Barr. in d. l. si constante num. 73. vbi etiam Alex. n. 25. qui volunt quod marito vergente ad inopiam, potest mulier pro dote retinere rem emphyteuticam, quod confirmat Thom. Gramma. consil. 107. num. 3. Et in hac illatione lectores animaduertant ad singularem doctrinam Angeli, qui (vrinquitur) dabit commodum & honorem in l. si creditores, §. plane, ff. de privileg. credito. vbi vult, quod mulier quæ repetit dotem constante matrimonio, propter defectum facultatum viri, non audit, nisi in principio dilapidationis querimoniam det, quem refert Tho. Gramma. consil. 122. num. 12. quæ notanda sunt pro mulieribus nobiles, quæ nuptæ sunt maritis prodigis, qui habent status, & alia bona maioratus. Et generaliter quando quis recipit fructus ex re sua, quæ tamen post tempus est alij restituenda, si tales fructus non computantur cum melioramentis, sed integra melioramenta sunt restituenda; secundum Ange. & Baldum in l. insulam, §. fructus, ff. solut. marit. per Glos. quam reputant singularem in l. emptor in princip. in glossa magna, & ad finem, ff. de rei vend. quem etiam commendat: Bald. & Imol. in l. domos hereditarias, ff. de lega. 1. & alij vt per Iasonem in d. l. vit. §. vit. c. commun. de legat. Corne. in consil. 64. lib. 4. Felin. in c. cum causam col. vit. de re iudicat. Nicol. Boer. decif. 44. num. 19. & plures DD. refert Tiraq. in l. si vtquam in verbo, reuertatur num. 284. pag. 512. C. de reuocan. donation. Falcon regul. 183. qui me citat, ex cuius scriptis hæc latius confirmare poteram. Ex quibus infer Greg. Lopez in d. l. 41. doctrinam illam, quam supra reprobaui. Sed ista omnia adducta à num. 106. non ob-

123 sunt, quia (vt supra fundauit) si facta alienatione per

124 possessore bonorum maioratus, statim sequens in gradu agere potest ad restitutionem rei cum fructibus.

125 Vides ergo, lector, quam difficilis sit huius quæstionis, quam supra proposuimus, solutio. Quid dicendum? Ergo, vbiunque alienatio bonorum maioratus facta fuit Principis auctoritate (quæ in quibus casibus fieri possit, postea tractabitur) existimo, quod sine dubio tam proprietat, quam possessio transferatur in emptorem, & l. prædicta 45. non habet locum; nec est intentandum aliquod interdictum, sed rei vindicatio ad petendum dominium. Quod probatur ex ratione tex. in l. i. si possidet, ff. de acquir. possess. facit l. 1. tit. 14. de los despojados, l. 3. ordina. & l. 15. tit. 8. p. 3. c. 1. de confirma. vil. vel inst. c. penul. de transactio. ibi: Pires plenissima notiois ex nostra auctoritate accipiat, & l. 2. ff. de reb. eorum, ibi: Imperiali beneficio, & conduit l. foler. ff. de iis, qui notan. infam. l. 3. tit. 6. p. 7. l. Lucius, ibi: Præcepto principali, ff. de emulion. & quod scribit Molin. lib. 3. de primogen. c. 13. num. 55. fol. 101. Er quod possessio capta auctoritate Principis si vel Papæ, sit iusta, & non possit dici vitiosa, tradunt Cinus in l. meminerint, C. unde vi: Alberic. in l. si de vi, ff. de iudiciis, & Marth. Afflic. decif. 302. Aliud dubium, num. 2. Parisius in consil. 19. num. 17. lib. 4. Bellam. decif. 749. Quintilian. Mandol. in regul. 29. de subrogandis colligantibus, q. 8. n. 6. fol. 69. & factum Principis multum valet ad translationem possessionis, vt per Barthol. Socin. consil. 15. col. 2. versic. secundo respondetur, lib. 4. quem citat Aymon consil. 1. n. 10. & facit quod scribo infra, 4. part. 9. l. limitat. 6. Et plura singularia quæ tradit Lancell. in tract. de attent. 2. p. c. 12. de attent. appellat. pendente, limitat. 51. num. 1. cum seqq. pag. 286. & doctrina Bald. in l. 1. col. final. versic. rem queritur, num. 23. C. de furt. vbi vult, quod si auctoritas Superioris casus bonam fidem, quem citat Bald. in l. Celsus, in 3. p. n. 20. pag. 703. ff. de usucapion. Et quod scribit Robert. Lancellot. in tractat. de Attenta. 2. p. cap. 4. de attent. lite pendente, in præfat. num. 395. pag. 70. vbi probat, quod possessio capta virtute Breuis Apostolici si non debet reuocari: per viam attentatorum. Istis conuenit peregrina mihi doctrina Iacobi Parei decif. lib. 2. decif. 497. num. 1. pag. 294. vbi scribit, quod lite pendente super literarum subreptione, eas impugnans sit in possessione tuendus; quod in praxi est utilissimum. De quo tamen lege quod scribit Lancellotus in tract. de attentat. 2. p. c. 4. de attentat. lite pendente, in præfatione, num. 413. pag. 71. Et facit opinio tenentium, quod spoliatus à Principe non restituitur, nec potest intentare Interdictum Recuperandæ, vt auctores sunt Bald. in consil. 295. Ad euidenciam: lib. 3. Marth. de Afflic. decif. 361. num. 12. & alij, quos citat Menoch. vbi plura ad propositum scribit de recuperand. possess. rem. 8. num. 56. pag. 387. & possessio auctoritate Principis si dicitur iusta, & iudiciali, vt per 129 Paris. consil. 39. num. 17. & in consil. 39. num. 18. lib. 4. Quintilian. Mandol. regul. 16. Cancellar. num. 15. fol. 91. qui plura refert, & regul. 29. q. 8. n. 6. fol. 69. ad id legendus. Quod tamen procedere videtur, si vbiunque Princeps cum causæ cognitione permisit alienationem bonorum maioratus, non aliàs; vt colligere licet ex decisione Thomæ Minadoij Neapolita. decif. 37. num. 4. ex notatis in d. l. si possidet, & in d. l. meminerint, C. unde vi; & per Decium consil. 361. & per Barthol. Socin. in consil. 43. num. 16. lib. 1. Robert. Lancellot. de Attenta. p. 2. c. 4. de attent. lite pendente. limita. 24. num. 1. pag. 142. & c. 12. de attentat. appella. limita. 5. num. 44. pag. 288. & p. 3. c. 129. de purgatorio attentat. num. 54. pag. 501. De quo legenda sunt quæ scribit Molin. in tract. de primogenitura, lib. 1. c. 18. num. 10. fol. 144. & lib. 3. c. 3. num. 23. fol. 16. & lib. 4. c. 1. num. 5. fol. 143. Si autem si alienatio bonorum maioratus facta fuit absque Regia facultate, pro nunc non determino, an prædicta l. 45. locum habeat; quia (vt patet) punctus est difficillimus propter argumenta, quæ in vtramque partem vrgent: & cælum est vndique & vndique pontus. Probabilis tamen viderur, quod

quod non transeat possessio propter rationes ultimo loco adductas, quæ valde vrgent; & hoc unico verbo fecit Molin. lib. 3. num. 55. motus ex regula, quæ habet, quod titulus nullus habetur pro non titulo, *lanc. vltim. §. 1. ff. de petition. hered.* cum aliis, quæ citat; ad quem addo Matth. de Afflict. decis. 28. & 271. n. 3. & d. c. f. 7. n. 1. Molin. in l. Tolei, 2. p. fundament. 1. n. 3. fol. 61. Menoch. de retinend. possess. remedio 1. n. 17. pag. 164. & remedio 3. num. 339. pag. 230. Et ista tunc conclusio confirmatur ex declarationibus notandis, quas ad text. in d. §. si vir uxori, tradit Socin. ibi num. 10. Dominic. in c. vlt. num. 3. vlt. lite penden. in 6. Menoch. eleganter de recuperat. possess. remedio 15. num. 452. pag. 516. vbi ad propositum limitant text. in d. §. si vir uxori, quando eadem est ratio annullandi possessionis translationem, impedientique contractum: nam tunc à pari procedant: ad hæc facit l. 3. tit. 14. p. 6. in illis verbis: *El que n'us f'ra, que ha mayor derecho en la heredad, aquel deve ser heredero en ella.* Per quam legem, & alia scribit Molin. in l. 2. tit. 1. n. 39. quod possessio in possessionem, virtute sua, impeditur, quando constat de iure possessionis. Quod maxime procedit, vbi alienatio esset in iudicio, non in iudicio: quia tunc magis videtur, quod si p. f. d. rem maioratus, l. qui alienat, in d. §. si vir uxori, & similique modo, ff. de fraud. l. 1. §. si quis, in d. §. si quis in fraudem, Institut. de iur. iur. §. 1. item si quis in fraudem, Institut. de iur. iur. §. 1. non potest esse differentiam t. & rationem translationis possessionis, quæ sit in sequentem in d. §. si vir uxori, & translationem possessionis, quæ fieri debebat facta alienatione in vita domini rerum maioratus; quod patet ex prædictis. Et quia in primo casu facilius res maioratus amitti potest, mortuo possessore, qui eiusdem rei notitiam habebat (solent etenim res mortuorum facilius perdi & occupari, quam res viuorum, quod experientia satis certum est) quam in secundo casu, scilicet, facta alienatione in vita: quia damnum est reparabilius; ad quod facit notabilis doctrina Baldi in l. vltim. num. 1. C. de edit. d. ni Adrian. vbi dicit, quod plus delinquit, qui occupat possessionem vacantem per mortem, quam qui occupat vacantem per negligentiam hominis viuens, per l. cum querebatur, C. vnde vi.

Vnde consilium est ad alios, t. qui volunt facere maioratus, vt prohibeant alienationem bonorum maioratus, tam in proprietate, quam in possessione, cauendo, quod facta alienatione, tam proprietate, quam possessio transeat in sequentem gradum: quo casu bona assecurantur, & cessant omnia inconuenientia. Quod confirmo per doctrinam doctissimi Molinæ, lib. 4. de primog. cap. 10. num. 9. fol. 190. vbi probat, quod prescriptio in bonis maioratus transferat bona in sequentem in gradu; ac si mortuus fuisset; quod notandum est ad ea, quæ scribo infra, p. 4. q. 2. de prescriptione bonorum maioratus. Quod maxime procedit, vbi cunque fundatores maioratum ordinant, quod alienatio bonorum maioratus operaretur idem, quod si mortuus fuisset ille, qui alienauit; sicut ego vidi in aliquibus maioratibus. Et qualiter ille, qui vult concedere maioratum, se præmunire debeat ad hoc, vt alienatio bonorum maioratus sit inefficax; vltra alia, quæ apparent in prosequutione huius operis, vide egregiam theoricam Alexand. in d. l. qui absentis, §. si quis possessionem, num. 3. fol. 134. ff. de acquir. poss. vbi notanter loquitur.

Et tenendum est mente, t. quod quando per contractum prohibita est alienatio bonorum, potest ille, in cuius fauorem fuit prohibita alienatio, occupare rem alienatam propria auctoritate, vt voluit Alexand. in l. filiusfamilias §. Dini, num. 15. fol. 49. ff. de lega. 1. per Glos. in Authen. vt de catero, §. i. verbo, damus, & doctrinam Baldi in c. 1. §. 1. col. antepen. de successio. feud. Angel. in l. si quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. quod est notandum ad maioratus, vel meliorationes factas

per contractus onerosos, in quibus est prohibita bonorum alienatio. Et Guillel. Benedic. in cap. Raynuntius, de testamentis, in verbo, si absque liberis, num. 146. fol. 348. Pisanelius in addition. ad Afflict. decis. 13. pag. 6. & 7.

Ex superioribus autem iuste inferitur, quod si possessor bonorum maioratus non pareat conditionibus, vel grauaminibus à fundatore maioratus datis, non transeat t. possessio in proximum vocatum in penam illius, qui conditionibus & grauaminibus à principio non paruerit, quod ex prædictis satis constat. In quo legenda sunt quæ latius scripti infra, hac part. q. 12. & notabilis resolutio Præpositi in c. verum, de conditionibus appositis, n. 8. fol. 41. vbi singulariter resoluit, an non impletis conditionibus possit donans occupare res donatas propria auctoritate.

Lectores etiam animaduertant ad id, quod tentauit dicere Peralt. in l. Titia cum testamento, §. Titia cum nuberet, num. 12. pag. 462. ff. de lega. 2. vbi tradit, quod per d. l. 7. titulo 4. part. 5. possessio hodie, quemadmodum t. & dominium rei transfertur: & inibi lector videat. Per quam l. 7. in illis verbis, *ganarian la possessio*, inferitur, quod si testator statuatur, quod possessore alienante bona maioratus, vel nolente exequi conditiones, ad sequentem bona deferantur; quod talis vocatus t. potest intentare remedium possessionum. Quod maxime procedit, si testator disponat, quod si possessor non seruauerit aliquam conditionem, statim amittat maioratum: quod vidi in praxi in eo, qui grauatus fuerat, vt non contraheret matrimonium cum descendente à Iudais, vel Sarracenis. Et pro hoc facit quod notanter tradit Tibert. Decian. respos. 48. num. 33. lib. 2. vbi vult quod ex verbis, *ex nunc volo esse priuatum*, inducitur priuatio statim quod in aliquo contrahitur, perinde ac si nunquam fuisset quis vocatus; ex Angel. Imol. & Iaso. in l. huiusmodi, ff. de verb. oblig. Bald. & Angel. in l. 1. C. de codicillis, Alexand. in conf. 3. lib. 2. Curt. Senior conf. 42. pro quibus faciunt quæ de viribus, virtute, & iustitia istorum verborum scribunt Tiraquell. lib. 2. de retract. §. 2. gloss. 1. num. 86. pag. 900. & in l. si vquam, C. de reuocand. donation. in verbo, reuocatur, n. 141. & n. 195. & in tractat. de constitution. par. 3. limitat. 2. num. 16. fol. 85. Rebuffus in l. mulieris appellatione, l. 13. §. desinere, pag. 125. ff. de verb. signific. Iacob. Puteus decis. 139. lib. 2. Tello in l. 17. Tauri, num. 41.

Inferitur etiam ad decisionem cuiusdam dubij singularis, an masculus in eodem gradu excludat t. feminam, quæ nata fuit ante masculi natiuitatem, & eo tempore quo possessor rem iam maioratus alienauerat, cui pena erat iniuncta; quod si res maioratus alienaret, ad sequentem ipso iure dominium transiret. Nam ex d. l. & aliis pluribus, quæ omitto, probari potest, feminam in isto casu masculo esse anteponendam, pro qua conclusione faciunt scripta per Iacob. Alba consil. 106. n. 1. cum pluribus seqq. vsque ad finem consilij, & idem tenet eleganter Alciat. in conf. 594. n. 1. vsque ad numerum 7. vbi citat Socin. & Rubeum, & nouissimè Anton. August. lib. 6. in materia vltimarum voluntatum, consil. 67. & 68. & faciunt quæ scribo in 2. p. q. 6. & quæ scribit Molin. lib. 1. de primog. c. 1. num. 17. cum aliis ad hoc legendus, quod etiam scribo infra, 4. p. q. 1. Et singularis regula iuris, quod t. conditionis implementum non potest retrahi in præiudicium Tertij, cui medio tempore fuit ius quæritum, cap. si pro te, vbi Doctores, de rescript. in 6. Clement. unica, de concess. prebend. volunt Cardinalis in conf. 105. Super primo, num. 23. & 24. Paris. in conf. 11. Castrum istud, num. 25. lib. 1. & in conf. 82. num. 20. lib. 4. Quintilian. Mandos. regula 32. Cancell. q. 18. n. 12. fol. 118. & faciunt scripta per eundem quæst. 19. sequenti.

Ex prædictis etiam resolui potest, an possessio in casu prædicta t. legis, quæ est hodie l. 8. tit. 7. lib. 5. ordin. transeat etiam ipso iure, vbi cunque possessor maioratus renuntiat maioratum in proximum sequentem: cum vera

vera vocatio t. inducatur per renuntiationem sicut per mortem, vt in c. ex parte, in princ. de offic. Delega. & Glos. in c. 2. in verbo, renuntiet, de renuntiat. lib. 6. quam ibi sequuntur DD. cum concordant. vt per Felin. in c. in nostram, 37. corollar. 3. de rescript. & in c. ad petitionem, in 1. nota de accusat. & Gomez. in regul. Cancell. de infirm. resign. q. 34. & inquit Bald. in conf. 389. num. 3. lib. 2. quod si primogenitus renuntiet Regno, vel efficiatur Frater Minor, apertum est edictum nepoti, vt succedat, patruo excluso: & idem Alberic. in proemio Digestorum, §. discipuli, col. 4. vers. item certum est, Oldrad. conf. 94. quem sequitur Corser. in tracta. de potestat. Reg. q. 74. in fine, & Bald. citat Tiraq. in tracta. de primog. q. 26. num. 5. fo. 221. Quibus non obstantibus, t. contrarium in nostro casu dicendum videtur, cum d. l. Tauri, loquatur tantummodo in casu mortis, & ad alios casus facilius non est trahenda, vt superius dictum est.

Animaduerto etiam ad aliud singulare, quod si forsitan virtute alicuius transactionis, vel alterius tituli, & non ex ipsa maioratus fundacione præterdat quis t. vocationem ad alios res maioratus, non transfertur in illum possessio virtute dictæ legis 45. Taurina, quæ præcisè requirit vocationem procedentem ex fundacione maioratus, & non ex alia scriptura, vt docent verba illius legis, ibi: *Que segun la disposicion del mayorazgo deuere succeder en el*, quod est memoriæ mandatum, & vidi in grandi negotio, verba etenim prædictæ legis sunt diligenter inspicienda; nec vltra dispositionem trahenda est lex, quod constitutum, ff. de testam. milit. lex, si seruum, §. non dixit prator, ff. de acquir. hered. cum similibus, vt per Tiraquellum in l. si vquam, C. de reuocand. donation. in verbo, libertis, num. 2. cum sequentibus pag. 83. maxime cum illa sit exorbitans, vt supra traditum est.

QVÆSTIO X.

An lex 45. procedat in his bonis, quæ antecessor in maioratu habuit cum vitio ingressu.

SVM MARIVM.

- 1 Diffinitio questionis.
- 2 Statuio si caueatur, quod in heredem continetur possessio intelligitur de vero heredem.
- 3 Lucra illicitè acquisita non communicantur.
- 4 Acquisitum per sententiam erroneam an sit restituendum.
- 5 Administratores reipublica possunt agnoscere bonam fidem, & remittere debitum, quod erat ciuitatis, ex causa onerosa.
- 6 Ius agendi non potest fundari ex improba possessione.
- 7 Possessio impotestatem non transfertur in dominos successores maioratus.
- 8 Res maioratus illicitè acquisita potest alienari sine Principis facultate.
- 9 Bona dicuntur esse alieno deducto.
- 10 Mala fide possessa ex bonis nostris non dicuntur.
- 11 Vfructus an acquiratur patri ex bonis filij illicitè acquisitis.

DECIMÒ quæro, an prædicta l. 45. locum habeat in bonis, quæ cum vitioso ingressu habuit antecessor in bonis maioratus, de quibus fecit incorporationem cum maioratu antiquo, & in quibus successor sequens in gradu succedere præterdit sicut in aliis bonis? In quo breuiter t. agendo dico, quod in his non competit successori in maioratu priuilegium illius legis ad quod facit l. vitia, C. de acquir. possess. ibi: *Vitia possessorum à maioribus contracta perdurant; & successorem auctoris sui culpa comitatur.* Et text. elegans in l. auctoritatem, C. vnde vi l. Pomponius, §. cum quis, vbi Bart. ff. de acquir. possess. & ibi etiam Alex. Iaso. Vincent. &

Crot. de quo per Balbum in tractat. de prescript. 2. par. 3. quæst. 12. notatur per Glossam in regula, cum quis, de regul. iur. in 6. quod latius tractat. Episcopo. Couar. in reg. possessor. de regul. iur. in l. relect. 2. §. 9. nu. 4. fol. 64. cui adde Alex. in l. Pomponius, §. sed si legatario, ff. de acquir. possess. & conducit text. in l. improba, C. eod. tit. & huc spectat quod in simili Bald. in rubrica, de caus. possess. & proprie. num. 13. final. verbis: vbi dicit, quod si statuto t. caueatur, quod in heredem continetur possessio testatoris, intelligitur de vero, & iusto heredem, & habili. Notat. Barba. ibi, col. 22. vers. oportunitè se offert, Guillel. Bened. in c. Raynuntius, in verbo, mortuo itaque testatore, in 2. num. 73. de testam. Et quælibet dispositio quantumlibet generalis restringitur de habilitate, l. si quando, C. de inoffic. testam. cum concord. & rectè conueniunt quæ ad propositum huius quæstionis scribit Tiraq. in tract. le mort: in 1. declarat. 2. partis, num. 1. cum seqq. pag. 48. & quod prædictorum iurium auctoritate tenet Roderic. Suar. in l. 3. fori, tit. de las ganancias, vers. possit assignari, fol. 17. col. 2. vbi dicit, quod illicitè acquisita, & ex illicitis causis, t. non communicantur inter maritum & uxorem; vbi istam opinionem tenere videtur quod latius tradit Ioan. Lopez in rubr. de dona. inter vir. & uxorem, col. 215. vers. limitabis tertio, in impressione antiqua: & in noua, §. 65. num. 8. pag. 209. Rebus. in tract. de alienat. rerum Eccles. num. 29. pag. 73. Gregor. Lopez in l. 5. tit. 17. p. 4. in gloss. in verbo, el usufruto, & faciunt scripta per Ascanium in tractat. de patria potestate, effectu 2. num. 16. fol. 105. 8. volum. tractatum, & idem quod Suarez tradit Matienç. in l. 2. gloss. 1. num. 62. fol. 294. lib. 5. Recopil. & conducunt scripta per Matth. ab Afflictis, in tit. hic finitur lex Ferdinici, num. 2. fol. 117. & l. 3. & l. 12. in versiculo, mas si la ganancia, tit. 20. pag. 1. gloss. in cap. decima, 16. q. 1. & tradit Gregor. Lopez in dict. l. 3. in gloss. in verbo, derechamente. Et possessio iuris improbi, putà, si quis asserat se esse in possessione alicuius concubinæ, vel alterius rei illicitæ, neminem iuuat, vt probant Anton. de Butrio in cap. vlt. num. 38. de caus. possess. & proprie. Nicola. Milis in suo repertorio, in verbo, possessio, q. 7. Rebus. tom. 3. ad consil. Regis, tit. de mater. possess. beneficiorum, in presaf. num. 12. pag. 190. sic tradit Glos. in c. non est putanda, 1. q. 1. & in summa 14. q. 5. quod non acquiritur ius patronatus de illicitè acquisitis, quarum dominium non transfertur in acquirentem; & idem tradunt Paul. de Citadinis in tract. iuris patron. p. 3. 23. q. prima causa: Cæsar. Lambert. in tr. iuris patrona. lib. 11. art. 11. 8. q. principa. p. 1. num. 1. cum seqq. fol. 76. quibus etiam congruit, quod non est restituendum illud, quod acquisitum t. est per sententiam erroneam, l. debitor, §. ea qua, vbi Bart. & Alex. ff. ad Trebel. notat Francisc. Mantica, lib. 7. de coniectu. mente defuncti, tit. 8. num. 17. pag. 279. & quod scribit Bart. in l. 2. §. quod si defrumentaria, ff. de administr. rerum ad ciuita. pertinentium, vbi tradit, an debeat remanere apud ciuitatem quæ applicata fuerunt per sententiam iniustam, de quo per Auenda, p. 2. de exequen. manda. c. 10. num. 39. fol. 173. Et administratores t. reipublicæ possunt agnoscere bonam fidem, & remittere debitum, quod erat ciuitatis ex causa vltaria, vel alia fide possessa ex bonis nostris non dicuntur. Glof. in l. presaf. C. de transact. vbi latè legendus Domi. Anton. de Padilla, num. 25. fol. 70. & conducunt ad hæc l. 10. tit. 23. p. 1. & l. 10. tit. 19. & l. 12. tit. 20. ead. par. & est egregia lex 2. tit. 15. p. 6. ibi: *Otro, si fallaren en los bienes de la heredad algunas cosas que fuesen mal ganadas, assi como si aqueel que las ganó fue ome que recibio, o truo en su poder algunas rentas del Rey, è furto algo dellas: o si furto, o robo, o forcò a otro ome alguna cosa, o lo ganado de usura, no lo deuen partir entre si los herederos.* Cuius legis occasione disputat ibi Greg. Lopez in gloss. in verbo, tornar, quod si aliquis faciat maioratum de aliqua re, quam forte per violentiam comparauit, an heredem teneantur eam tradere ei, cui relicta est titulo maioratus? & facit alia bona lex 10. tit. 19. p. 1. per rotam. Et hoc fulcitur, quia t. ius agendi non potest fundari ex improba possessione,

ne, l'communi diuidendo, §. inter pradones, ff. commun. diuidus. Notat Bald. in l. ex conuentione, rum. 3. fol. 102. C. de pact. Item inuestitura non potest fieri de Castris inualis, secundum eundem Bald. in conf. 482. Magnifici viri, num. 12. lib. 2. per d. l. auctoritatem, C. vnde vidi, & alia similia, & in consil. 358. Licet latrunculus, num. 3. lib. 2.

7 Ex quibus inferitur, quod si possessor bonorum maioratus, in tempore quo possidebat bona maioratus, extorsit à vassallis aliquas impositiones, quod talium impositionum & iurium illicitè acquiritorum non transferuntur possessio in succ. forem virtute illius legis. Item inferitur, quod si quis faciat maioratam de aliqua re illicitè acquisita, potest talis res impunè, & iure permittente alienari, etiam absque Regali facultate, quia talis res transit cum suo onere restitutionis. Et alienatio habet consequentiam necessariam à principio, & vinculatio nulla fuit, tanquam facta de rebus alienis: argumento l. alienationis, ff. fam. l. eriscund. & est casus expressus in l. C. debitor, vend. pignori. imp. non posse. Et bona dicuntur transire alieno deducto, l. subsignatum, §. bona, ff. de verbor. signific. cum similib. Et quæ dicta sunt iurantur ex l. quod autem, & l. nec praetermittendum, ff. pro soc. & lex vel statutum continuans possessionem in heredem, procedit etiam, vbiunque alius illicitè occupauit possessionem: & sic limitat Glof. in l. cum miles, §. vlt. ff. ex quib. caus. maior. de qua latius ago in q. 17. infra, hac parte. Et quæ possidemus transire, & cum mala fide, non dicuntur esse in bonis nostris, l. bonorum §. in bonis, ff. de verb. signific. & qui de facto tenet, non dicitur proprie possidere, l. vlt. ff. de acqui. possess. l. 2. C. de praescript. 30. annor. ibi: Possessores non conuenit appellare, & ibi DD. qui ita tenent, Confirmat Rebuffus in tractat. de nomin. q. 9. n. 11. p. 148. vbi ex hoc disputat, si nominatus possidens beneficia de facto sine titulo, an teneatur exprimere in nominationibus. Facit quod tradit Aegid. Bossi in pract. crimi. tit. de proclama. quod sit bon. publi. n. 4. pag. 539. & hæc fulciuntur ex traditis, per Baëzam de decima tutor. praescrip. c. 26. vbi disputat, an de illicitè acquisitis possit tutor decimam deducere. Et per d. l. quod autem, scribit Gregor. Lopez in l. 5. tit. 17. p. 4. in glof. magna, quod patri transire non queritur vsus fructus in bonis filij illicitè acquisitis, quod ex aliis confirmat Matienço in l. 9. tit. 1. lib. 5. Recopila. glof. 2. n. 15. fol. 39. Et filius non tenetur conferre illa, quæ illicitè acquisiuit, secundum Bartol. in l. quod seruus, ff. de acqui. vend. possess. vbi Alex. & in consil. 77. lib. 5. Ripam in l. in quartam, n. 161. fol. 149. ff. ad legem Falcidiam.

QVÆSTIO XI.

Vtrum ipso iure transeat in successorem in maioratu, iuris patronatus possessio.

SVMMARIVM.

- 1 Decisio quaestiois.
- 2 Ius patronatus an sit res spiritualis? Sententia affirmans refertur. Negans, n. 19. Transferitur cum vniuersitate bonorum, n. 3. & 13. Vniuersitatem praescribens an illud praescribat, n. 4. An veniat in donatione omnium bonorum, n. 5. An cum eorum vniuersitate vendi possit, n. 6. An confiscari, n. 9. Et an iudex secularis mittens in possessionem hereditatis, in possessionem iuris patronatus mittere videatur, n. 10. Ad quem debeat pertinere, n. 14. An veniat sub obligatione generali, n. 15. An eius sit capax illegitimus, n. 16. An transeat cum re pignoratam, n. 21. An transeat in fideicommissarium, n. 24. An sit inclusum in corpore dotis, censetur dari mulieri in dote, n. 39.
- 7 Vassalli an transeant cum donatione loci, & vniuersitate bonorum.

& Donatio facta per Principem cum verbis, integro statu

& cum plenitudine iuris, an comprehendat etiam spiritualia.

- 11 Vendito fundo an veniat Capella.
- 12 Iurisdictio an transeat cum vniuersitate castri.
- 17 Primogenitus succedit in iure patronatus fratribus exclusis.
- 18 Ecclesia habens feudum si alteri vniatur, an feudum transeat.
- 20 Mulier si habens comitatum nubat intra annum lectum, illam non amittit.
- 21 Creditor possessionem castri, ciuitatis, aut villa accipiens an possit cum vniuersitate exercere iurisdictioem ad castrum pertinentem.
- 23 Possessio rerum spiritualium per Constitutum transferuntur.
- 25 Successor in maioratu potest petere à iudice seculari, vt eum teneatur in possessione iuris patronatus.
- 26 Iudex secularis cognoscit de mero possessorio, & nu. 27. Quid de causa possessoria decimam, n. 29. 31. Quid de possessorio contra Clericum, n. 30.
- 28 Reges Hispania habent ius patronatus in toto regno Granatensi.
- 32 Haeres, in quem continuata est possessio vigore statuti, an audiat aduersus Clericum, qui saluo iure Tertij in possessionem missus est.
- 33 Ius praesentandi qualiter probetur competere primogenito, & n. 34. 36. 37.
- 35 Primogenitura antiquiori dari debet.
- 38 Iurisdictio transit cum vniuersitate bonorum, qua alias non transeat.
- 40 Lex 40. Tauri, quæ de representatione disponit qualiter vendicet sibi locum in successione iuris patronatus.
- 41 Mulier an possit iure hereditario iurisdictioem exercere.

Vndecimò quæro, an d. l. 45. procedat in successione iuris patronatus Ecclesiastici, quod forsitan est annexum bonis maioratus, & competit successor in maioratu, cuius generis sunt in Hispania multa iura patronatus. In quo (paucis verbis dubium absoluendo) dico quod eodem modo, quo transferuntur in successores in maioratibus, possessio aliarum rerum ad maioratum spectantium, transferuntur etiam ipso iure possessio iuris patronatus; quia hoc ius patronatus licet sit res spiritualis, c. quanto, de iudic. vbi latè DD. probatur in l. vlt. tit. 15. par. 5. ad quod plures refert Tiraq. in l. si inquam in verbo, donatione largitus, n. 353. p. 304. C. de reuocan. don. quod latè examinat Lambert. de iur. patron. lib. 3. q. 9. p. n. 1. cum aliis, fol. 36. venit tamen cum vniuersitate transire bonorum, l. immo dicitur, ff. de contrab. empt. l. 15. tit. 5. p. 5. & l. 9. tit. 15. p. 1. quæ est expressa & singularis, & facit l. 8. antecedens, in versiculo per cambio, vbi Greg. Lop. quæ verba declarat Abb. in c. cum laicis, de iur. patr. Idem, vbi Decius, n. 6. in d. c. quanto, idè Decius in c. f. des. n. 2. de rescrip. & in consil. 61. Episcop. Couar. resolut. lib. 1. cap. 13. n. 4. Ioan. Falcon. reg. 341. Bald. in consil. 1. lib. 3. Aymo. Craue in consil. 213. num. 7. Cassado decis. 7. tit. de causa possess. & propri. num. 4. Glo. Par. in consuet. Paris. p. 1. §. 1. glof. 1. num. 3. fo. 9. Lambert. de iur. patron. lib. 1. p. 2. art. 16. 2. q. prin. num. 7. cum aliis, fol. 137. & art. 19. num. 3. fol. 139. & lib. 1. p. 2. art. 5. q. 1. num. 1. fol. 156. & in 4. art. 8. q. 1. principalis, p. 2. lib. 1. num. 1. cum segg. fol. 106. & in articulis sequentibus. Aegidi. Bossi. in practica crimin. tit. de princip. & privileg. eius, num. 230. pag. 630. A Humada in l. 8. tit. 15. p. 1. glof. 4. fol. 106. idem Lambert. lib. 1. p. 2. num. 25. art. 5. quæst. principal. fol. 161. col. 3. Menoch. in consil. 381. m. 10. lib. 4. vbi num. 11. post Brunum in consil. 121. num. 32. 33. tradit fecus esse in Decimis, quod reputo notandum Anton. Peregrin. in tracta. de fideicom. artic. 40. num. 57. fol. 367. Rochus de Curte in tract. de iure patron. in verbo, ipse, n. 60. 61. fol. 80. Notat etiam Bald. in tract. praescrip. 1. p. 5. p. principa. q. 9. nu. 10. fol. 104. vbi post Felin. in c. causam, de praescrip. tradit, quod transcribens vniuersitatem, puta hæreditatem, vel villam, praescribit ius patronatus: de quo per Lambert. lib. 1. art. 6. 10. q. princ. num. 1. fol. 103.

fol. 103. col. 2. & lib. 1. p. 2. art. 29. 2. q. principa. n. 25. cum segg. fol. 142. & conducent quæ notabiliter tradit Ancharra. in consil. 420. n. 1. & 10. Iacob. Puteus dec. 351. p. 2. vbi ex Abbate in c. ex literis, de iure patronat. Decius in consil. 177. tractat an in donatione omnium transiret ius patronatus. Et ista conclusio procedit etiam si Tabellio dicat vendidit bona sua, secundum Rebuffum in l. bonorum appellatio 208. pag. 922. ff. de verb. signific. Et si feudum dominicale decimatum sit annexum Castro, vel dependeat ab alia re profana, tunc simul cum vniuersitate potest alienari, etiam sine consensu Episcopi, vt notanter resoluit Glof. Par. 1. p. consuet. Par. §. 46. n. 17. cum segg. fol. 311. & §. 1. gl. 4. n. 25. fol. 21. Et ad hoc plura tradit eadem Glof. Par. §. 37. glof. 10. n. 3. cum aliis.

Et ius patronatus transiret vendi potest cum vniuersitate bonorum, & ius sepulturæ secundum Magistrum in 4. sentent. dicit. 25. fol. 144. col. 3. De quo latius per Episcop. Couar. d. c. 13. n. 4. & vassalli in consequentiam transferunt, si feudum vendatur: secundum Bald. in c. final. in princ. num. 4. de offi. io. Delegat. & in c. Imperiale, in d. praeterea Ducatus, nam. 9. de prohib. feud. aliena. & alios, vt per Petr. Babof. in l. 2. ff. solut. matrim. in princ. nu. 44. pag. 708.

Et ad hanc conclusionem quod vassalli transeant transiret loci & vniuersitate bonorum, qui alias transeat non possint, plures Doctores citat Roland. in con. 1. num. 88. lib. 1. ad quod est notabile consilium Alex. 25. n. 11. lib. 2. & faciunt scripta per Azueed. in l. 7. tit. 3. m. 8. lib. 7. Recopil. fol. 127. Molin. lib. 1. de primegenit. c. 24. n. 28. fol. 177. Ioan. Garc. in tractat. de expensis, & meliorat. c. 8. n. 51. fol. 77. col. 4. circa finem, Decium in consil. 149. Casarem Lambertin. in tracta. iuris patronat. lib. 1. p. 2. art. 5. secunda quaestiois principalis, num. 10. fol. 133. & eodem lib. 1. par. 2. 12. 13. art. quinta quaestiois principalis, fol. 155. & fol. 156. & 14. art. 1. vsque ad 20. articulum, & 29. art. secunda quaestiois principalis, num. 25. 26. 27. fol. 142. & art. 17. quinta quaestiois principalis, num. 2. fol. 158. Chassanx. in consuetudin. Burgundia. rubric. 2. §. 2. num. 7. pag. 379. vbi tradit qualiter ius patronatus possit confiscari cum vniuersitate.

Et est mirabilis doctrina in c. quanto, num. 8. de iudic. c. iis, vbi vult quod transiret facta per Principem, cum verbo, integro statu, & cum plenitudine iuris, comprehendit etiam spiritualia: quod refert & confirmat Bertazolus in tract. clausularum, c. 26. gl. 7. n. 4. fol. 127. & faciunt quæ scribit Menoch. in con. 66. n. 29. li. 1.

Item pro hac opinione facit, quia ius patronatus potest confiscari cum vniuersitate bonorum, vt tenet Glof. in c. filius, 16. q. 7. Ioan. And. & Abb. in c. nobis, de iure patronat. de quo vide quæ refert in 4. part. istius tract. 9. 23. & proprius conducit doctrina Baldi in l. vlt. col. penult. n. 48. C. de edit. d. ni. Adriani tollen. vbi dicit, quod iudex secularis transiret aliquem in possessionem hæreditatis, videtur mittere in possessionem iuris patronatus. Quam doctrinam refert Rochus de Curte in tract. iuris patronat. in verbo, ipse, vel is, q. 29. fol. 82. n. 65. Chassanx. in consuet. Burgun. rubric. 2. §. 2. n. 7. fol. 96. col. 2. in versic. 1. dicit. Notat Menoch. de adipiscen. possess. remedio 4. num. 398. pag. 87.

Præterea, vendito fundo, in quo est Capella, ad quam non est aditus nisi per fundum, transiret Capella vendita, secundum Bartol. per illum text. in l. si nuce, §. si fundum, ff. de action. empti. Guillel. Benedi. in c. Raynuntius, in verbo, & hortum, n. 8. fol. 200. de testam. Dicit tamen Alberic. in authentic. hoc ius porrextum, n. 10. C. de sacros. Eccles. quod si Monasterium habens aliquod Castrum, in quo possidebat Ecclesiam, quæ ad ipsum Castrum spectabat, vendidit, non censetur Ecclesia translata, licet referat Bart. ibi contrarium tenere. Sed ego in Bartolo, non inuenio. Hinc est, quod si Ciuitas habeat Castrum subiectum, vel Ecclesia Capellam, & quis assequatur Ciuitatem illam, vel Ecclesiam, acquiritur illi quasi possessio subiectiois absque singulari apprehensione, secundum Petrum Perticensem in l. seruitus, ff. de seruitu. Ant. de Butri. inc. vlt. de caus. possess. & alios, vt per

Capitulum dec. 1. num. 10. Menoch. remedio 3. de retinen. possess. num. 327. pag. 249. Et iurisdictio transiret cum vniuersitate Castrum secundum Innocentium in cap. cum ad adem, de restitut. spoliat. & alios, vt per Glof. Paris. in consuetudinib. Paris. p. 1. §. 1. glof. 5. num. 25. fol. 32. faciunt scripta per Iasonem in l. 1. n. 63. fol. 53. ff. de officio eius cui mandat. est iurisdictio.

Et licet ius patronatus de per se in feudum concedi non possit, transiret tamen cum transiret vniuersitate & accessorie, c. cum sacrum, de iure patrona. vbi DD. tradunt. Card. in con. 122. Quidam habens, Rom. in con. 368. & articulum latè disputat. Casar. Lanbertin. in tract. iuris patronat. lib. 1. p. 2. art. 1. 7. q. principa. & 2. 3. 4. art. fol. 163. & 164. vbi legendus. In qua materia est magni facienda doctrina Decij in consil. 149. n. 1. vbi ex pluribus resoluit, quod ius patronatus ad vnum tantum debet deuenire, cui fuit adiudicatum Castrum, in quo reperitur ius patronatus, & ceteri filij, vel hæredes excluduntur à tali iure patronatus; & ibi resoluit qualiter ad antiquiorem deuenire debet. Et quod ex possessione Castrum non censetur acquisita possessio iuris patronatus, tradit Calladus dec. 7. de dilationibus, n. 4. per decisionem Rotæ in nouis. de iure patronatus, & est extraordinaria doctrina Augustini Beronij in consil. 6. num. 22. lib. 1. vbi tradit quod in iure patronatus non datur petitio, nec possessio. Et an transiret ius patronatus, vt eius commoditas transeat sub obligatione generali, tractatur in c. cum Beroldus, de re iudicat. vbi DD. & per Bartol. in l. si quis, §. iura, in sine, ff. de pignor. & per Fanum de pigno. membro 2. num. 60. part. 2. fol. 12. Firmianum in tractat. de Episcopo, 4. lib. 4. part. quæst. 30. Casarem Lambertin. in tractatu iuris patronatus 2. artic. 9. quæst. principa. numer. 1. cum sequentibus, lib. 1. part. 2. fol. 167. & lib. 2. par. 3. 6. artic. 6. quæstio. principa. num. 5. fol. 234. & 3. part. libro 2. 3. articulo. 6. quæstio. principa. folio 190. & bona emphyteutica transeunt in Ecclesiam cum vniuersitate, vt tradit Bursatus in consilio 199. in principio, libro 2. de quo latius tractaui in 2. parte, quæstione 3. Et illegitimus est transiret capax iuris patronatus in consequentiam, vt si instituatur in aliqua hæreditate à transuersalibus vel extraneis, & ibi habet ius patronatus, secundum Bald. in consilio 323. Præmittendum est, libro 3. Rochus de Curte in tractatu. iuris patronatus, in verbo, competens alicui, num. 9. fol. 36. Lambertinum in dicta tractatu, libro 1. part. 2. 26. articulo 2. quæst. principa. num. 1. 1. folio 140. Et an vendito territorio censetur venditum ius patronatus? tradit decisio Rotæ in antiquis, prius 239. hodie, decisio 4. in titulo de iure patronatus, pagina 542. & plura tradit Rochus de Curte in tract. de iure patronat. versiculo, is à quo num. 45. & 46. fol. 78.

Tandem pro nostra sententia facit dictum Ioan. And. in c. ex insinuatione, de iure patronatus, vbi vult, quod stante statuto dictante, quod transiret primogenitus succedat, ceteris filiis exclusis, solus primogenitus obtinebit ius patronatus; quam opinionem sequuntur Cardinal. Florian. Ancharran. & Abb. in d. c. cum in saculum, eodem iur. Casar Lambertin. in tract. iuris patronat. art. 17. 2. quæst. princ. 2. part. lib. 1. & alij, vt per Tiraq. in tr. de primogenit. q. 36. pag. 262. ad hæc etiam conuenit dictum Greg. Lop. in l. 12. tit. 15. p. 1. in gl. in verbo, partit, vbi vult, quod in diuisione hæreditas potest adiudicari vni ex hæredibus ius patronatus, quando adiudicaretur villa, in qua esset ius patronatus, non habita ratione, vt valor istius iuris ætimaretur, licet regulariter id non fieri possit, secundum Io. And. & Abb. in c. querimonia, de iure patrona. Hostien. in summa, de iur. patron. §. qualiter transferatur. In quo etiam lector animaduertat ad doctrinam Roch. de Curte in tr. de iure patrona, in verbo, vel is à quo, q. 25. col. 4. in vers. 2. dubitatur. Quem citat Casar Lambert. in eod. tr. li. 1. p. 2. §. 9. principalis, art. 2. fol. 153. n. 5. qui volunt quod si ius patronatus exprimat in venditione vniuersitatis, quod vendens illud amittit, de quo legenda sunt quæ scribit idem Lambertin. in eod. lib. & part. & quæst. art. 20. num. 1. cum segg. fol. 159.

Ceterum ad hoc induco doctrinam Andr. de Isfèrnia in c. 1. §. interim, ubi Præposit. n. 3. de Capit. qui curiam vendi. ubi dicit, quod si Ecclesia habens feudum vniatur alteri Ecclesie, feudum ¶ transibit in Ecclesiam, cui fit vnio; nisi ex natura vnionis, putà quia vnitur Ecclesie Mendicantium, vel ex natura concessionis feudi aliud appareat. Et plura scitu digna propter communionem & mixturam permittit cumulat Lambertii. de iur. patron. lib. 1. art. 6. i. q. principa. 1. p. n. 4. cum aliis fol. 6. Et ius patronatus annexum iurisdictioni regulatur eo modo sicut ipsa iurisdiction, vt ex Rocho de Curte. & Lambertii. tradit Menoch. in conf. 3. 16. m. 18. lib. 4. Porro inquit Glos. Paris. in addit. ad Alex. in consil. 73. in addit. quæ incipit, fideicommissum. lib. 7. quod ad fideicommissarium transit ius patronatus, vbi tota hæreditas ei restituitur. Et addenda sunt quæ notanter scribit eadem Glos. Par. in 1. p. consuet. Paris. p. 1. §. 37. glos. 10. m. 6. cum segg. fol. 278. Et ius patronatus transfertur ex sententia in qua iudicatum fuit iudicio vniuersali, etiam si per laicum fuerit pronuntiat, secundum Glos. in c. filiis. 16. q. 7. Anto. in c. ex literis. de iure patronat. Paulum de Citadinis in tract. de iure patronat. p. 9. q. 16. Cæsar. Lambert. in tract. iur. patronat. lib. 1. p. 2. art. 2. 11. quæstioni principalis. n. 1. fol. 177. Pro quibus etiam facit communis opinio existimantium, quod ius patronatus ¶ non est res spiritualis, sed annexum spirituali: de qua testatur nouissimè doctissimus & religiosissimus Nauar. in Rubric. de iudiciis. num. 20. fol. 7. ad quem addo Tiber. Decia. in practica criminali. lib. 5. cap. 80. n. 5. folio 336. Et hoc docet expressè lex partita. supra allegata. 8. rit. 15. p. 2. ibi: T esto viene, por que es ayuntado a la Iglesia, que es cosa espiritual. Et legi debet Rochus de Curte in tractat. de iure patronatus in versiculo, itaque. n. 44. folio 78. Et quod præscribens vniuersitatem bonorum præscribat ius præsentandi in aliqua Ecclesia, vel vniuersitate, voluit Felin. in cap. causam qua. de præscrip. Rochus in tractat. iur. patronat. in verbo, ipse, vel is à quo causam habet, quæst. 36. versic. suboritur nunc quæst. Cæsar Lambertin. in d. tractat. de iur. patron. lib. 1. 10. quæst. principal. num. 1. fol. 103. vbi hoc declarat.

Deinde ad hanc opinionem adduco notabilem doctrinam Baldi, quæ ad multa prodesse potest in l. 1. n. 1. fol. 160. C. de secund. nupt. vbi vult, quod si mulier ¶ habens Comitatum ex successione parentum, nubat infra annum luctus, non amittit Comitatum, nec dignitatem, quia in ista dignitas venit in consequentiam hæreditatis, & est annexa territorio, & aliquid retinetur in consequentiam, quod non retinetur principaliter, per l. si is qui duos. ff. de liber. legat. Et propter coheræntiam valet conuentio facta in contractu matrimonij, quæ aliàs non valeret, secundum Masuerium in tit. de societate. §. item licet institutio testamentaria. Guillel. Bened. in c. Raynuntius. in verbo, duas habens filias. n. 198 de testam. Tiraq. qui id decidit in nostra materia primogenituræ in tra. de primoge. q. 6. m. 6. p. 96. Quæ omnia dant argumentum ad probandum, quod creditor qui accipit possessionem

Castri, ¶ ciuitatis, villæ, vel alterius loci, potest cum vniuersitate exercere iurisdictionem ad Castrum pertinentem, vt existimant Roman. in singul. 554. quem citant Anton. Capit. decis. 184. n. 2. Anton. de Fano. in tractat. de pign. p. 3. memb. 1. n. 32. fol. 58. Greg. Lop. in l. 1. rit. 13. p. 5. in glos. in verbo, natura. & in l. 3. rit. 14. p. 7. in glos. in verbo, furto, vbi refert Bald. in c. 1. de feud. dat. in vicem legis commissoria, quæ confusio difficultatem habet ex notabili & peregrina, & paucis nota. l. 6. rit. 10. p. 5. in fine. ibi: Pero si alguno de los compañeros ouiesse señorio, o juridición sobre castillo, o tierra, o ouiesse de recibir alguna cosa de sus deudores los otros no lo podrían demandar, nin usar de la juridición del señorio, si señaladamente no les fuesse otorgado del otro compañero poderlo hazer. Et de materia legendus est idem Greg. Lop. in supra alleg. l. 9. rit. 15. p. 1. in glos. in verbo, empenando. Ioan. Baptif. in commun. opin. in litera C. fol. 1. pag. 1. opinione 123. Et notabilis lex 24. rit. 13. l. 8. Recop. versic. rentas y vasallos. Et animaduerto quod Bald. in d. cap. 1. nihil definit, &

faciunt scripta per Glos. in consuet. Paris. p. 1. §. 1. glos. 5. n. 62. fol. 34. post Ioan. Fabrum, quem citat in §. item. Instit. de actionibus. Et ad quætionem videnda est l. 1. rit. 10. de las donaciones. libro 5. Recop. & quod scribit Menoch. in tract. presumptionum, lib. 3. præsumpt. 97. n. 43. & 44. pag. 384. & quæ scribo, p. 1. q. 10.

Et legenda est dicta lex 9. titulo 15. part. 1. Pro cuius intellectu in illis verbis, ouiesse señorio, legenda est l. 8. rit. 9. p. 1. & l. 1. rit. 29. p. 3. In quo puncto animaduerto quod prædictis non obstat l. 9. rit. 15. par. 1. quæ disponit, quod pignoratà villâ, transit dominium villæ in creditorem; quia dominium & iurisdictione longè distant vt latissimè, probauit in 1. p. i. i. u. operis. 9. 10. vbi legendum; & Greg. Lop. in d. l. 9. in glos. in verb. Empeñando, fatetur quod dictum Romani communiter non tenet, quæ sunt notabilia, & mente tenenda. Et Anto. de Fano in dicto loco refert Anto. Peregrin. in tractat. de fideicommiss. quæst. 13. num. 88. pag. 504. Et quod ius ¶ patronatus non transeat cum re pignoratâ, tradunt Abb. in cap. ex literis. de iure patronatus. libro 1. par. 2. artic. 8. 5. quæstione num. 3. fol. 155.

Vt iudicium rerum spiritualium per Constitutum possessio ¶ transfertur, secundum Antonium in c. cum venisset col. ult. versic. Sic procedunt de restit. spolia. & alios quos refert Tiraquel. in tract. de constit. par. 2. limit. 33. fol. 169. Et hoc est tenendum, ¶ licet regulariter ad fideicommissarium etiam cum vniuersitate non transeat ius patronatus, secundum Barr. vbi Nicol. de Neapol. in l. quia perinde. ff. ad Trebellian. Imol. & Alexand. in l. si patroni. in princip. eod. tit. Ripam in l. Cenurio. num. 54. ff. de vulgar. & alios plures quos refert Glos. Paris. in d. §. 37. glos. 7. num. 1. fol. 286. Episcop. Couar. in cap. Raynuntius. §. 9. num. 8. 11. & 12. fol. 116. de testamen. Domin. Anton. de Padill. qui Bartoli opinionem dicit verissimam. Et plures refert qui eam sequuntur; & communem dicunt in rubr. C. de fideicom. num. 25. cui addo, Costam, qui hunc punctum late tractat in c. si pater de testam. in 6. p. 2. in verb. Trebellianice. num. 3. pag. 272. Pro quibus est lex Partita, quæ nostri non refertur, 12. rit. 5. par. 6. ibi: Otro si las sepulturas que le pertenecio el linage de su padre. Et vide etiam Tiraq. in tract. le mort. p. 2. declar. 10. num. 8. Episc. Couar. resol. lib. 2. c. 18. num. 6. cum aliis, & quod scribunt Roch. de Curte in tract. iuris patronat. verbo; in Ecclesia. q. 3. num. 17. Lambertii. in eodem tract. lib. 1. p. 2. q. 5. art. 12. & 17. concludentes, quod ius sepeliendi, transit cum vniuersitate bonorum, quos citat Ioann. Garcia in tract. de expensis. c. 8. nu. 5. 1. versic. Est igitur fol. 69. Molin. lib. 1. de primog. c. 24. n. 25. cum sequenti fol. 175. qui punctum resoluit, vtrum vendita vniuersitate, ius patronatus transeat in emptorem: & materiam etiam tractat Baëga in libro, de decima tutori præstanda. c. 24. n. 31. fol. 139. late Rochus de Curte in tr. de iure patronat. in verbo, ipse. n. 41. fol. 77.

Et in tantum prædicta nostra conclusio procedit, quod successor ¶ in maioratu potest petere à Iudice, vt tueatur eum in possessione iuris patronatus, in simul cum cæteris rebus ad maioratum concernentibus: ad quod vltra prædicta facit Glos. in d. c. quanto. de indic. quæ dicit, quod licet causa iuris patronatus sit spirituali annexa, nec possit coram iudice seculari tractari: hoc procedit principaliter, sed si venerit accessorie cum vniuersitate bonorum. Quæ Glossa est singularis secundum Abb. in c. cum laici. in versic. Sed hic quæro, de iure patronat. & in cap. quanto. num. 9. de iudiciis; Bald. in l. vltima. quæst. 9. C. de edit. Diui Adrian. tollend. tradit Ioannes Gutierrez de iurament. confirmatorio, par. 1. cap. 16. num. 8. folio 59. facit l. quoties. C. de indic. l. 1. C. de offic. rector. prouin. l. sed & loci, §. si dicantur. ff. finium regund. de quo qui plura alia exegerit, legat Tiraquell. in pluribus quæ laborem releuare possunt, in tractat. res inter alios acta, pagina 5. cum aliis, & Glos. Parisiense, vbi scribit. Imo etiam non sit cum vniuersitate bonorum, iudex secularis potest cognoscere de causa spirituali ¶ possessoria, iuxta textum in cap. vltim. de indic. & Glos. in cap. literas. de iurament. calum.

calum. Guido Papæ in quæstione 1. & in quæstione 7. cum concordantibus quæ late refert Episcop. Couar. (cuius vestigia etiam semper sequor) in practica. quæstion. cap. 35. cui addo Iasonem in dict. l. quoties, num. 8. Cod. de indic. Ioann. Gutierrez. quæst. 14. num. 42. Nicolaum Boërium in consuetudin. iur. des constitues concernant les iuges, §. 4. pag. 29. col. m. 2. Robert. à Maranta in practica. iudic. distinct. 13. fol. 106. num. 3. Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 19. ff. de acquir. possess. Et est communis opinio secundum eundem Ripam in rubr. de iudi. num. 90. vbi refert Guid. Pap. decis. 85. concludentem, quod coram Iudice laico admittuntur articuli respicientes petitorium, & titulum beneficij. Et ista confirmat nouissimè Ioan. Garcia in tract. de nobil. §. 2. glos. 9. num. 46. cum sequent. folio 224. Antonius Thesaur. decis. Pedem. 82. num. 17. & 131. num. 6. Quintil. Mandof. regul. 16. Cancell. q. 21. num. 2. fol. 989. Menoch. in conf. 366. num. 12. lib. 4. Aluar. Valasc. consil. 93. num. 5. Egid. Bos. in practica. crimin. tit. de princip. num. 211. pag. 628. vbi tradit, hoc procedere inter laicos, non inter Clericos, & Petr. Rebuff. tom. 3. ad constit. Regiæ, tract. de caus. benefic. possess. artic. 8. glos. 2. pag. 301. vbi refert, quod in Gallia iudices seculares Regij prætendunt se posse cognoscere super possessorijs beneficiorum & iurium spiritualium, per priuilegium Martini Papæ, cuius ¶ exemplar est apud Guidonem Papæ dict. decis. 1. per quod priuilegium (secundum Rebuff.) nullum ius Regi conceditur, sed habitum conseruatur. Inualuit tamen secundum eum in illo Regno de hoc consuetudo. Et inquit idem Rebuff. in eod. 3. tom. iur. de inquisitio. sibi commissaria. ar. 6. glos. vnic. p. 3; 6. quod possessoria prælatuum agitantur in Parlamento: & idem voluit ipsomet Rebuff. in tract. de except. n. 7. pag. 500. omnium Tractatum. Quod testatur idem Rebuff. in concordantijs, rubric. de caus. pagin. 680. & tradit Andr. Gaill. lib. 1. obseruation. practica. obseruatione 37. num. 5. pag. 32. & alios citat Antonius Gabriel. lib. 2. commun. opin. lib. 5. conclus. 5. num. 115. pag. 294. tit. de restit. spolia. Quæ maximè procedunt, si sit lis super re, quæ à donatione Regia processit, vt resoluit Matth. de Afflict. decis. 2. Serenissimus. num. 4. quod probat l. 57. rit. 6. par. 1. quæ ad hoc est singularis, & Guido Papæ decis. 69. num. 2. vbi resoluit, quod causa beneficiaria possessoria potest compromitti in dominos de Parlamento; Natia consilio 411. num. 1. cum sequentib. lib. 2. Matth. de Afflict. decis. 85. num. 2. Falcon. regul. 233. vbi late Rebuff. in l. naturaliter, §. nihil commune, in versic. Tertio est vtilitas. ff. de acquir. possess. Ripa respons. 17. num. 2. Otalch. decis. Pedem. 116. num. 1. Aluar. Valasc. consil. 11. Auiles in capitulis correctorum, cap. 1. versic. Mandamientos, num. 11. fol. 52. facit quod scribit Gregor. Lopez in l. 48. rit. 6. in glossa magna, post medium, & in l. 56. in gloss. in verbo, legitimo, par. 1. Et est communis opinio secundum Augustin. Beroium in conf. 49. num. 12. lib. 3. & plura in confirmationem quæ hic tractantur, scribit Amedeus de Apont. in tractat. quis sit iudex in causa feudali. fol. 68. cum sequent. & traduntur etiam ista per eundem Rebuff. in presat. ad titulum de causa possessoris & propriet. p. 259. in versic. Decima quod causa possessoria, & per Thomam Grammat. decis. 78. per totam. Quintil. Mandof. in tract. de monitorijs, q. 13. num. 3. fol. 6. & tradit etiam Olanus in antinomina, litera C. n. 34. pag. 59. & in litera I. nu. 76. pag. 160. & in scholasticis in causa possessoria tradit Rebuff. in authentic. habita. C. ne filius pro patre. p. 563.

Et in hac etiam legali Cancellaria ego sum memor, quod non semel cognitum est, & adhuc cognoscitur de causis possessorijs spiritualibus, præcipue inter Ecclesias in hoc Regno Granatenli existentes, quarum ius patronatus & defensio & protectio pertinent ¶ ad Reges Hispaniæ tanquam ad legitimos & veros patronos, ex Bulla quæ concessa fuit Regibus Catholicis quorum fides Catholica & virtutes per vniuersum orbem magna cum gloria nominis Christiani circumferuntur. Ad quod faciunt notata per Rebuff. in d. tom. 3.

tit. de mater. possess. art. 7. glos. 1. n. 23. pag. 173. & per Felin. in cap. cum sit generale. n. 3. Et in Gallia iudices seculares cognoscunt de iurisdictione inter laicos, etiam si de proprietate tractetur, vt testatur Glos. Paris. in addition ad Decium in dict. c. quanto. verbo, possessionis de iudicijs, qui confirmat ex notatis per illum. par. 1. consuetu. §. 46. quæst. 4. Sed communis est opinio, quod iudices laici non possunt cognoscere de causis iuris patronatus, secundum Andream Gaill. practica. obseruationum libro 1. obseruatione 39. num. 8. pagina 31. qui allegat dict. cap. quanto. de indic. cap. de iure verò, de iure patronat. cap. præterea. de transaction. & non est curandum de consuetudine Gallorum, quia est corruptela. Et quod de causa ¶ possessoria decimale iudices laici cognoscere possunt, tradunt Borsat. conf. 49. num. 8. lib. 1. post Guidonem decis. 1. Aymon. in conf. 258. in princip. Afflictum, Grammat. quos citat Decius in c. 1. num. 24. de iudic. Menoch. conf. 268. num. 2. Et quod iudex laicus cognoscere possit de mero possessorio matrimoniali, tradit nouissimè Antonius Thesaur. decisio. Pedemont. 117. ad quem, & ad omnia superiora addo notabile dictum Aymonis in consil. 248. num. 4. vt tradit, quod in isto casu iudex secularis est executor. Licet quod de causa spirituali possessoria iudices seculares cognoscere non possunt, late defendat Decius in d. c. quanto. n. 9. Pro quo facit quod scribunt Guido Papæ dict. decis. 1. colum. 2. versic. de possessorio, Beroius in rubr. de iudic. num. 51. Aymo. conf. 104. num. 17. Episcop. Couar. de cap. 35. num. 1. versic. Quamobrem, quos sequitur Menochius de adipiscend. possess. remed. 6. num. 53. pag. 155. volentes, contra Guidonem Papæ, quod cum causæ beneficiariles habeant admixtam causam proprietatis, non potest Iudex secularis cognoscere de mero possessorio, Olfasc. decis. Pedemont. 55. n. 5. contra quos faciunt scripta per Dec. in conf. 20. per totum.

Et quod causa spiritualis etiam possessoria non possit tractari coram Iudice seculari, tenent Doctores, quos citant Gomezius super regul. de annal. possess. q. 46. Vancius de nullit. iur. ex defect. iurisdict. ordin. n. 5. p. 246. & plura in contrarium scribit Menochius remedio 15. de recuperand. poss. q. 18. n. 211. cum sequent. pag. 496. Et istam secundam opinionem, quod causa spiritualis possessoria non possit tractari coram iudice seculari, plures aucthores citando, late defendit Ioann. Gutierrez quæst. 34. n. 23. cum sequent. Et quod licet coram iudice Ecclesiastico, qui cognoscit de possessorio Ecclesiastico, deducere dominium ad corroborandum possessorium; tradunt Decius in l. vlt. n. 11. C. de edit. Diui Adrian. Neuzan. conf. 79. n. 9. Menoch. de recuperand. poss. rem. 1. n. 180. pagin. 330. Et quod vbi agitur de possessorio ¶ contra Clericum, non possit Iudex secularis cognoscere, probat Guido Papæ con. 149. num. 2. Quibus est addendum, quod vbi agitur de iudicio possessorio, quod habet admixtam causam proprietatis Iudex secularis est incompetentis ad procedendum in ea; vt nouiter scribit Iacob. Pureus decis. 361. num. 5. part. 1. decisio num. qui loquitur in lite Comitatus de Puñonostro. Et ex hoc concludit, quod iudices laici non possunt mittere in possessionem bonorum Comitatus pertinentis ad filium maiorem, donec fuerit pronuntiatum, an matrimonium fuisset rite contractum; quæ decisio est super statu Comitatus de Puñonostro, super quo est antiqua lis in Hispania. Ad quem addo Menoch. in dict. conf. 268. num. 7. lib. 3. vbi probat, quod Iudex secularis non cognoscit de Decimis, quando agitur interdicto Adipiscendæ; quia cognosci debet an petens habeat titulum; quo mitti debet in possessionem exigendi decimas. Et qualiter causæ decimales debeant ¶ tractari apud iudicem Ecclesiasticum, resoluit Ioan. Gutierrez. pract. equ. lib. 3. q. 29. n. 1. cum sequent. pag. 351. Ad quem addo Andream Gaill. in dicta obseruatione 38. num. 1. & 3. resoluentem, quod Iudex secularis potest cognoscere in possessorio de causa decimarum, sed in petitorio. De quo legenda sunt quæ scripsi supra. Et quod scribit Chaffan. in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 6. num. 34. pagin. 254. Petrus

Augustin. Motla in Emporio iuris part. 1. i. de iuris. i. l. l. om. iudic. num. 137. fol. 84. latissime Barboza in l. Titia 35. num. 39. cum seq. ag. 782. tom. 2. ff. solut. matrim. Inf. in cons. 93. lib. 1.

Et quod hæres, in quem continuata est possessio vigore statuti, et audiatur aduersus Clericum, qui post defuncti mortem cum iudicis autoritate saluare iure Tertij misus est in possessionem, sit iudex competens contra Clericum, tradunt Cepol. conf. 28. 29. et 30. Anton. Pereg. in tract. de fideicommiss. art. 48. n. 69. fol. 346. Quod est notandum pro intellectu nostræ legis 45. Tauri. Et ex his potest fundari practica, quæ versatur in hoc Regno per iudices datos ad restitutiones terminorum, qui sunt ciuitatis & locorum huius Regni, iuxta legem Teleti, quia communiter cognoscunt contra Ecclesias & monasteria, quæ forsitan occupatos habent terminos ciuitatis, prata, defensas, & alia similia. Pro qua practica etiam faciunt quæ scribo in quest. 15. infra, eodem num. Et pro hac etiam ampliacione, quæ data fuit ad illam l. 45. facit doctrina Baldi in d. l. ultim. C. de edict. Diui. Adrian. dist. num. 48. vbi dicit, quod hæres potest ratione iuris patronatus presentare ante possessionem acquisitam, quem referunt & sequuntur Rochus de Curte in tract. de iure patronat. fol. 28. colum. 3. & Gregor. Lopez in l. 1. tit. 14. part. 6. in gloss. in verbo, El señorio. Ad quæ addo, quod in incorporalibus, vt puta in iure decimandi ad hærentem rei corporali, non acquiritur ius sine apprehensione possessionis, vt voluit Doctores in cap. cum nescitis, de concess. prebend. Bald. in l. traditionibus, in fine, de patris, & alij, vt per Alexandrum in cons. 184. n. 8. lib. 6. vbi Gloss. Parisien.

Sed qualiter probetur, quod ius presentandi in iure patronatus competit primogenito, et vide elegans consilium Roman. 368. Præfens consultiatio, num. 4. vbi concludit, quod ex eo consuetudo, quæ habet & concedit facultatem primogenito presentandi tanquam patrono, est contra ius commune, quo cautum est, quod patroni hæredes pares sunt in presentandi facultate: & quod antiquior non præferatur, vt probatur in Clem. plures de iur. patron. et in filiis ac nepotibus requiritur de iure Canonico præscriptio 40. annorum, vt in cap. ult. de consuetud. & requiruntur alia ad probationem huius consuetudinis, vt latius per Roman. & ad doctrinam Romani lege quod eleganter scribit Lambert. in tract. de iur. patron. lib. 1. p. 2. art. 25. prima questio. principal. num. 25. fol. 126. vbi resoluit, quod quando non potest haberi notitia, ad quos hæredes filios vel nepotes pertineat ius patronatus, præferuntur qui sunt in quasi possessione presentandi: & legitur etiam Calderinum in cons. 48. Quidam notabilis, vbi probat, quod si ius patronatus pertinet ad seniores de parentela, quem citat Lamber. in d. tract. lib. 1. p. 2. art. 2. g. princip. num. 1. fol. 134. col. 1. et in eadem g. ar. 33. fol. 143. col. 3. Pro quo facit sententia Baldi in cons. 167. Ordinatio testamenti, in fin. lib. 4. vbi concludit, quod si dubitatur quis præferatur in patronatu & regimine Hospitalis, ex duobus qui illud prætendunt, pro idoneiore est iudicandum, & in dubio senior ex duobus est præferendus, & mas et femina; per l. ult. ff. de fide instrum. notat Tiraq. in tract. de primog. in p. asar. num. 163. pag. 52. Et faciunt scripta per eundem in eod. tract. g. 40. num. 203. pag. 306. cum sequent. & per Alex. conf. 4. lib. 4. Anton. Gam. decis. 385. num. 1. De quo etiam tractant supra p. 2. g. 6. num. 370. & doctrinam Bald. citat Roch. de Curte in tract. iuris patron. in verbo, competens num. 12. fol. 36. & doctrina Baldi in dist. consil. 1167. Confirmatur ex alia doctrina eiusdem Bald. in cons. 123. Reuerentissime pater, lib. 5. vbi vult, quod executores testamenti a testatore iussi visitare collegium a se erectum non possunt visitare per substitutum: quod citat & declarat Menochius in tract. de presumption. lib. 6. presump. 92. num. 6. et 7. folio 150. & legendus etiam est Tiberius Decianus in consilio 71. libro 3. vbi consuluit, quod si testator iussit bona sua

post mortem hæredis instituti indiuisa peruenire ad proximam agnatum, & plures sint proximiores, an maior natus dumtaxat vel omnibus debeatur: quem citat Mantica lib. 8. de coniectur. mente, tit. 10. num. 5. pagina 341. colum. 2. Et quod primogenitura debeat dari antiquiori, et resoluit Gloss. Parisien. in consuetudinibus Parisiensibus. par. 1. §. 8. num. 36. et 37. folio 108.

Ex quibus omnibus & aliis quæ scribo par. 2. quest. 6. dum tracto, quod ius primogenituræ concedi debet antiquiori & maiori, ex Bald. in consilio 167. lib. 4. & aliis infero notabiliter, quod si plures contendunt super successione maioratus, & omnes prætendant succedere ex linea maiorum filiorum, & non constet de vera descendencia filiorum maiorum, de hoc dubitetur propter dubietatem probationum, in dubio maioratus debet dari antiquiori & maiori litigantium: quod conducit ad ea quæ scribo Tiraquel. in d. tract. de primogenitura, quest. 17. qui latissime resoluit, cui debeat in dubio dari ius primogenituræ: & pro intellectu leg. si fuerit, in fin. et l. qui duos, §. si maritus ff. de rebus dubiis, et leg. 12. tit. 33. part. 7. Et addo Ioannem Cirier in tract. de primogenitura, libro 1. questione 12. fol. 21. colum. 2. Et valet consuetudo, quod primogenitus cum aliis fratribus habeat solus ius patronatus, et quamuis non habeat totam hereditatem, vt tradit Cæsar Lambertin. in tract. de iure patronatus, lib. 1. par. 2. 16. art. quinta questio. principalis, num. 2. fol. 158. Et an si quis donet vel vendat omnia bona vel iura quæ habet in tali loco, si ibi habeat villam, vel Castrum, censetur vendere ius patronatus, quod ei competit in tali villa: resoluit Abb. & Decius num. 3. fol. 72. in cap. sedes, de rescriptis. Et est omnino aduertendum, quod cum vniuersitate bonorum transferuntur ea tantum quæ sunt de iure communi, non ea quæ sunt de iure speciali, vt ex Ioann. Andrea in additionibus ad Speculatore. tit. de testament. §. penultim. in fin. vers. licet decis. 119. num. 3. et 5. resoluit Marcus Brunus ab Anguillis cons. 62. num. 24. et 25. Quinimo spiritualia, feudum, & similia inalienabilia non transferunt cum vniuersitate, vt tradunt Signorolis cons. 12. num. 2. Menochius libro 1. de arbitrariis, quest. 54. nu. 49. De quo etiam per Couar. disto cap. 13. num. 4. Vincentius Carocius in tractatu de locato, ad l. nemo, C. locati, qu. 5. num. 5. fol. 94. Et quod vbiunque dicitur vendo omnia bona mea, non transit ius patronatus cum vniuersitate bonorum, voluit Bald. in dista l. ult. num. 48. C. de edict. Diui. Adrian. Rebuff. in l. bonorum appellat. 208. pag. 922. ff. de verbor. significo. qui citat text. in l. Quintus, §. argentum, ff. de aur. et argent. legat.

Isti questionibus germanum est quod scribit Ioann. Andr. in cap. ex insinuatione, de iure patronat. vbi vult, quod si sit consuetudo in loco, primogenitus succedat et in iure patronatus, et idem volunt ibi Cardin. et Abb. quos sequitur Lambertin. in tract. de iure patronat. lib. 1. par. 2. art. 19. 2. g. princip. num. 1. cum sequent. fol. 138. & legendum est in art. 20. sequenti, vbi eandem materiam tractat: & addit num. 3. quod fundator potest apponere in limine foundationis iuris patronatus, quod tantum primogenitus succedat in iure patronatus, quamuis non sit hæres, quod Hispani quotidie faciunt in istis foundationibus. Et quod valet conditio, quod ius patronatus transeat in primogenitos mascululos, tradit idem Lambert. lib. 1. par. 2. g. 4. art. 4. fol. 152. col. 2. ad medium. Quod prædictis non relatis tradit Gregor. Lopez in l. 8. tit. 15. par. 1. gloss. De estranos. Quibus omnibus congruit quod scribit idem Lambert. eodem lib. 1. par. 2. art. 1. 2. quest. princip. nu. 29. fol. 131. vbi resoluit, quod hæres tantum vniuersalis succedit in iure patronatus, non hæres particularis filius, qui repudiavit hereditatem paternam, & alij similes: & ibi num. 30. quod si quis habeat ius patronatus ratione feudi, illud non transmittitur ad hæredes sanguinis, sed ad illum, ad quem renouitur feudum, per notat a Cardinali cons. 122. quidam habens, in princip.

In materia etiam presentis questionis lector animaduertat, quod iurisdicatio et transit cum vniuersitate bonorum, quæ aliàs non transiret, vt per l. pupillus, §. territoriorum, ff. de verbor. significo. l. 1. §. in initio, ff. de offi. prefect. urb. tradunt Felin. in cap. Rodulphus, num. 15. de rescrip. Purpura. in l. 1. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdicatio, num. 77. post Alex. ibi Menoch. lib. 1. de arbitrar. iud. 54. n. 47. et 48. Et qualiter ius primogenituræ spiritualibus sit annexum, tradit nouissime Tiber. Decian. in tract. crimin. d. c. 80. n. 5. fol. 336. qui multa bona scribit, vt est in lib. 5.

Et quod mulieri non censetur dari in dotem ius patronatus, et quod est inclusum in dote, quia ibi non sufficit titulus vniuersalis abque traditione, voluit Paulus de Azor. in dist. Patronatus Ecclesia sancti Martini, col. 10. vt in cap. nobis de iure patronatus: et legi debent quæ scribit Molin. lib. 1. de primog. c. 24. num. 32. fol. 177.

Ex omnibus autem quæ scripta sunt in ista questione, inferitur, quod lex 40. et Taurina, quæ de representatione tam fauorabiliter disponit, procedit vendicat sibi locum in successione iuris patronatus, quando in eo succeditur simul cum vniuersitate bonorum maioratus; quod credo verissimum, & vidi in practica. Et ad prædicta etiam facit doctrina Bald. in l. 1. num. 1. C. de secum. nup. vbi vult, quod licet mulier quæ nubit intra annum luctus, non possit habere dignitatem vel iurisdictionem, eam potest habere in consequentiam hereditatis, si est annexa territorio. Et idem voluit ibi Ioan. à Gattromibus num. 19. Tiraq. in tract. de nobil. l. 24. num. 6. Molin. lib. 1. de primog. c. 13. num. 12. et lib. 4. c. 11. num. 53. Et licet regulariter non possit exercere iurisdictionem, potest eam exercere, quando et iure hereditario sibi competit, secundum Deci. et Cagnol. in l. 2. de regul. iur. Carol. Ruin. in cons. 38. num. 5. et in cons. 40. num. 6. et in cons. 99. num. 8. lib. 1. Paris. in cons. 3. num. 12. lib. 1. Vanti. de nullitat. tit. de nullit. ex defect. iurisdic. de legat. Et qualiter iudices seculares non possint cognoscere principaliter, nec incidenter, de causis matrimonialibus, & de alijs causis spiritualibus, tradit latè Aluar. Valasc. cons. ult. l. 59. tom. 2.

QUESTIO XII.

An possessio transeat in successorem in maioratu, ante implementum conditionum, quas adimplere fuit grauatus.

SUMMARIUM.

- 1 Deciso questionis, et num. 3. 8. 9. 12. et 16.
- 2 Ante conditionis euentum nihil ponitur in esse;
- 4 Casus conditionaliter expressus an extendatur fauore pia causa;
- 5 Conditionis euentus est spectandus.
- 6 Actio nulla competit ante conditionis euentum.
- 7 Verba conditionalia an disponant.
- 10 Testatoris coniecturata voluntas seruanda est ac si expressa fuisset.
- 11 Tacita conditio, quæ ex dispositione testatoris subintelligitur, tanquam expressa seruari debet.
- 13 Possessio sub conditione tradit potest.
- 14 Venditio non censetur perfecta ante impletam conditionem.
- 15 Castrum sub conditione si tradatur, quod in illo fiat villa, ante conditionem impletam non transferitur possessio.
- 17 Alienatio rei subiecta restitutioni est nulla, facta pendente conditione.
- 18 Ex traditione rei simpliciter facta conditione pendente, transferitur possessio et dominium.
- 19 Condicio an impediat principium essentia contractus.

- quando venit ad traditionem.
- 20 Conditione pendente quis est dominus.
- 21 Instituti sub conditione possunt petere bonorum possessionem.
- 22 Si successor in maioratu non potest possessionem ingredi, antequam iuret, an in illum transferatur possessio.
- 23 Testator an possit prohibere beneficium l. 45. Tauri.
- 24 Conditione pendente an possit quis petere bonorum possessionem virtute l. vltim. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.
- 25 Fructus restituntur à die euenientis conditionis, quando restitutio fit.
- 26 Successor in maioratu institutus sub conditione, si fuerit possessionem adeptus, an cauere teneatur.
- 27 Testator si præfigat terminum, in quo modus vel conditio impleri debeat; penam tamen non apponat, an sit necessaria monitio, vt quis priuari possit.
- 28 Dominium rei legata sub modo an transferatur in legatarium non præstita cautione.
- 29 Fructus qualiter pertineant ad fideicommissarium, cum fuit relictum fideicommissum sub conditione, vel pure.

Decimo quæro de alia questione noua, & valde necessaria in practica, pone quod conditor maioratus ordinauit in consecutione maioratus, quod successor in illo non intraret in possessionem bonorum maioratus, donec aliquas condiciones adimpleret, (sicut plerumque fit) an ante implementum prædictarum conditionum transeat possessio virtute d. l. 45. De quo etiam scripsi g. 9. in hac r. p. Et videtur quod non transeat talis possessio, donec sequens in gradu, & successor in maioratu adimpleat omnes condiciones per testatorem scriptas, quæ fuerint licitæ, nec debet gaudere beneficio illius legis.

Ad quod faciunt plura, primò l. 6. tit. 4. part. 6. ibi: No puedo auer a quello, & est bona l. 14. tit. 6. part. 6. ibi: E no puede entrar en la heredad, ni desampararla, hasta que la condicion sea cumplida: quæ concordat cum l. si is qui hæres, l. respons. ff. de acqu. hæred. Et ante euentum et conditionis nihil ponitur in esse, l. si quis sub conditione dandorum, ff. si quis omnia causa testamenti, tradit notanter Ripa in respons. 81. num. 23. et l. 21. tit. 6. par. 6. facit in simili l. hoc iure, et l. in illa stipulatione, ff. de verbor. obligat. Item cum principale, quod est proprietatis bonorum maioratus, habere non potest, donec condiciones adimpleat; eadem ratione carere debet possessione, quæ ei est accessoria. Quod autem successor et in maioratu non possit maioratum in proprietate habere, donec pateat conditionibus per testatorem adiectis, probatur per prædicta infra: Et est decisio Guidon. Papæ 251. Testator. præcepit, vbi in terminis tenet, quod si testator ordinauit, quod Titius cognomen & arma eiusdem testatoris habeat, & recipiat, & sit hæres eius: hæc verba important conditionem, ita quod Titius conditionem adimplere debeat antequam hæres esse possit, per l. mulier, §. si quis hereditarium seruum, ff. de cond. institut. quod dictum refert & sequitur Guillel. Benedict. in cap. Raynuntius, in verbo, si absque liberis moreretur l. n. 90. et 91. fol. 344. de testam.

Sed est animaduertendum quod Guido Papæ loquitur vbiunque testator prius ordinauit, quod Titius nomen suum & arma accipiat, & postea sit hæres: & hanc decisionem Guidonis ad alium finem retuli in 2. p. huius operis, g. 4. illat. 8. à n. 33. Quinimò et nec fauore piæ causæ extenditur casus conditionaliter expressus, secundum Carolum Ruinum in cons. 66. num. 17. lib. 5. Mant. de coniectur. ment. defunct. lib. 11. tit. 16. num. 6. fol. 285. Et euentus et conditionis est expectandus, l. ita stipulatus, ff. de verborum oblig. & ante euentum conditionis nulla et competit actio, l. cedere diem, ff. eodem titulo, cum concordantibus, vt per Menochium in casu 498. num. 5. cum seqq. & prius casu 15. Et verba conditionalia non disponunt, vt tradit

7 tradit + idem Menochius de adipiscend. possess. remed. 4. num. 308. pag. 81. ex Galiaula & aliis. Et vocatus ad primogenitum, + tanquam secundo loco vocatus, non admittitur ad primogenituram, donec adimpleta fuerit conditio, dato quod quis fuit vocatus, si alios filios non habuerit, vt resoluuit Menochius in conf. 522. num. 35. lib. 4. qui num. 39. tradit aliam doctrinam, quod vbi deficit conditio, deficit quoque relictum, ex l. qui heredi, §. Plautius, ff. de condition. & demon- stration.

9 Et existimandum est, quod ille qui tales condi- tiones in maioratu posuit, præcipiendo, quod ante illarum implemendum successori non competeret ius in maioratu, + sentit tam de proprietate quam de pos- sessione: quia illud quod testator constituit, fuit vt rectius & perfectius illius voluntas adimpleretur. quam verisimile est quod successor in maioratu ad executio- nem deducet, captus desiderio habendi, & fruendi bonis maioratus: & quod illam non ita perfectè exequetur, si gaudeat & possideat bona maioratus ante condi- tiones impletas, quod quotidie contingit. Et hæc coniecturata + voluntas testatoris ita seruanda est, ac si expressa fuisset, etiam, l. hoc modo, ff. de legat. 1. l. 3. ff. de adimen. legat. in fin. l. vbi pure, §. 1. ff. ad Trebellian. d. vltim. de singul. reb. per fideicom. relict. In d. tacita + conditio, quæ subintelligitur ex dispositione testa- toris, seruari debet perinde ac si expressa fuisset, l. ge- neraliter, §. cum autem, Cod. de insit. & substit. l. ex factis, §. si quis rogatus, ff. ad Trebell. l. 10. tit. 4. par. 6 Item viget bonus text. in l. 3. §. sed si sub conditione, ff. de bonor. posses. contra tab. ibi: Sed si sub conditione scriptus sit, bonorum possessionem contra tabulas accipere non potest. In quo textu in summa probatur, quod si filius in potestate

12 + constitutus, fuit institutus cum aliqua conditione, non licet illi petere bonorum possessionem: facit quod volunt Cinus q. 5. Alberic. num. 10. in l. vlt. Cod. de edict. Diui Adriani, concludentes, quod beneficium eiusdem legis non competit instituto sub conditione; & Spe- cul. tit. de testam. §. sequitur, num. 37. vbi Bald. in addi- tio. & alij quos citat Menoch. 4. remed. adipisc. nu. 305. pag. 47.

13 Præterea possessio sub conditione tradi + potest, nec antequam conditio adimpleatur, possessio trans- fertur, l. qui absentis, §. 1. ff. de acquiren. posses. l. si me in vacuam, ff. eodem tit. notat Alexan. in bono casu in consti- lio 82. Perspectis his, num. 10. lib. 2. Gramma. conf. 2. nu. 2. Et venditio non censetur + perfecta ante impletam

14 conditionem, l. hac venditio, in princip. ff. de contraben. empt. l. bonum, §. si sub conditione, ff. de adilit. edict. & quæ data sunt sub conditione, pendente veritate con- ditionis, & ea non verificata, nullius sunt momenti; vt per Socin. Junior. conf. 122. num. 32. lib. 2. larius Rolan. in conf. 7. num. 10. cum sequen. lib. 3. Et cum aliquo dis- ponitur cum aliquo præsupposito, si præsuppositum non verificatur, non habet locum dispositio, vt volunt Iacob. Butriga. Salicet & Fulgos. in l. emancipia, Cod. de seruis fugit. Roman. in singul. 484. Decius in con. 641. num. 8. & in conf. 644. num. 14. faciunt scripta per Mo- linam lib. 2. de primogen. num. 14. cum sequen. fol. 327. cap. 12. & per illum textum in dict. l. qui absentis, §. 2. dicit eleganter Ioannes Faber, quem nullus modernor- um, quem ego viderim refert in §. retinenda, num. 6. In- sist. de interdicit. Quod si Castrum + meum tibi tradi- didi sub conditione & forma, quod possim ipsum reci- pere, quoties voluero ibi morari, vel quando mihi placuerit, vel dedi villam sub conditione, quod facias turrim, vel Capellam, vel sub alia conditione; ante conditionem impletam non potest agere ille qui talem rem recepit, si turbetur in possessione, quousque fue- rit conditio impleta (si vere fuit conditio quæ data fuit, & non modus;) quia in hoc sunt consideran- da verba, & mens disponentis de re sua, an voluerit conditionem facere, vel modum instrumenti maioratus in practica in negotio magni momenti. Et quod con- ditione pendente, expressa prohibitio impediatur obli-

gationem, etiam in iudicio possessorio, tradunt Ca- rol. Ruin. in consilio 123. num. 9. Ioan. Petra in tract. de fideicommiss. quæst. 8. num. 409. pag. 154.

Tandem pro hac sententia est expressa doctrina Alex. in conf. 153. Circa litem vertentem, n. 3. & 4. l. 6. vbi dicit, quod stante statuto + quod defuncti possessio continetur in heredem absque vlla apprehensione pendente conditione, non transfertur possessio. Et quia nihil est sine contradictione, in contrariam opi- nionem facit tex. in dict. l. 3. ff. de bonor. posses. §. si sub ea conditione, ff. de bonor. posses. ibi: Filio emancipato in- dituto sub conditione competit bonorum possessio, & l. filio- famulus, ff. quibus. ex causis in possessionem eatur, ibi: Si filiofamilias legatum, vel fideicommissum sub conditione relictum sit; dicendum est tam ipsum, quam patrem, in possessionem mittendos esse, quia ambo spem commodi ha- bent: quam legem ad aliud refero in principio 2. partis. Ad idem facit tex. singul. in l. 1. §. sed & si sub condi- tione, ff. de ventre in possess. on. mittend. vbi Consultus ait: Sed & si sub conditione posthumus sit exheredatus, pendente conditione Padij sententiam admittimus, existi- mantis posse ventrem in possessionem mitti. Et ad confir- mationem dict. §. sed si sub conditione, legi debet Rebuff. tom. 1. ad constit. Regias, tit. de sententiis provisionali- bus, artic. 1. gloss. 2. num. 20. pag. 251. quem cito par. 1. quæstion. 2. num. 9. & Cephal. in conf. 350. & vlt. nu. 48. lib. 3. Et bonorum possessio concessa heredi condi- tionali, pendente conditione, est reuocabilis, & puri- ficata conditione fit irrevocabilis, vt tradit Cephal. in conf. 551. num. 17. per regulam l. si quis instituitur ff. de hered. instituen. & l. 2. §. si sub conditione, ff. de bonor. possession. secundum tabul. & alia iura. Et quod aliena- tio rei subiectæ restitutioni sit nulla, facta pendente conditione, + tradunt Glof. in l. fin. §. si sub conditione, C. commun. de legat. Guid. Pap. decis. 611. vbi resoluuit, & per dictum §. si sub conditione, tradit Rebuff. tom. 1. ad constit. Regias, tit. de sententiis provisionali- bus, artic. 1. gloss. 2. num. 19. quod filio instituto sub conditione detur prouisio. Et ex traditione + simpliciter facta conditio- ne pendente, transfertur possessio & dominium, l. do- tis fructus, §. final. ff. de iur. dor. l. sub conditione, & ibi Bar. ff. de soluti. & in l. 1. §. de usucapio. pro dor. tradit Ca- rol. Ruin. in conf. 136. num. 2. lib. 1. Tiraquel. lib. 2. de re- tract. §. fin. num. 67. Ahumada in l. 1. tit. 15. par. 1. num. 5. fol. 108. idem Tiraquel. in tract. de Constit. par. 1. nu. 76. fol. 28. & Bald. in conf. 478. num. 2. lib. 1. pōit regu- lam; quod nulla conditio impedit + principium ef- fectus contractus, quando venit ad traditionem, per l. quod nisi, ff. de iur. dotium, & l. 1. §. 1. ff. de usuca- pion. pro donat. quod tradit Bartolus, quem isti non citant. l. 1. num. 11. ff. de donationibus; & pendente con- ditione quis est + dominus, l. 1. §. serui, ff. ad Silania- num, quam ad hoc citat Glof. in l. Papinianus, ff. de seruitutibus, titulo generali: & facit textus in l. 1. & 2. §. sed si sub conditione, ff. de bonorum possession. secundum tab. ibi: Si sub conditione heres instituitur sit filius, Iulia- nus peraque putauit secundum tabulas competere ei, vbi Glof. singularis in verbo, si sub conditione, dicit, quod talis bonorum possessio non habeat effectum, nisi con- ditio existat, refert tex. in d. l. 2. §. si quis ita, facit l. si sub conditione, & l. hi demum, & l. si ita scriptum, ff. eodem tit. de bonor. poss. & concludit doctrina Angel. in l. miles si ita, num. 2. fol. 55. ff. de testam. mili. vbi dicit, quod in- stituti + sub conditione possunt petere bonorum pos- sessionem, per l. si quis instituitur, ff. de hered. insit. & idem vult Corn. in conf. 307. num. 11. lib. 3. licet contra- rium teneat Roman. in conf. 71. Vltis dubijs, num. 4. Et quod melioratio facta cum conditione, non possit re- uocari conditione pendente, tradit Ioan. Gurtierr. l. 3. practicar. quæstion. q. 65. num. 5. pag. 568.

Et hæc confirmantur quadam sententia Græg. Lopez in l. 3. tit. 4. par. 5. in gloss. in verbo, possessio: quo in loco tenet, quod si ex tenore instrumenti maioratus nonus successor non potest acquirere possessionem maioratus, non præstito ab co iuramento de non alienando

22 nando bona maioratus; + præsumendum est in dubio, quod testator voluit prohibere quod non ineret suc- cessor in maioratu in possessionem bonorum realiter, nec eis vtatur: non autem censetur prohibere, quod non gaudeat beneficio d. l. 45. cum ista acquisitio ten- dat in conservationem bonorum maioratus. Et ad hoc quod ista acquisitio locum non habeat, testator debet eam expressè prohibere Constat autem ex dicta doctri- na Gregor. Lop. (vt hoc obiter aduertatur) quod po- test testator aliqua causa iusta motus ordinare, ne suc- cessores in maioratu gaudeant beneficio illius legis, do- nec aliquid faciant, vel exequantur, cum illa lex sit inducta in fauorem illorum qui condunt maioratus, cui possunt renuntiare moti iustis causis: & hoc verissi- mum credo.

In principali autem quæstione existimo, omnibus consideratis, quod si ex voluntate testatoris expressa, vel coniecturata colligi potest, quod voluit prohi- bere acquisitionem + possessionem ante executionem conditionis, non transfertur possessio virtute illius leg- is: non obstat d. l. 2. §. si sub conditione, quia inuenio quod Bart. in d. l. si is qui heres, num. 1. ff. de acquiren. hered. fol. 171. dicit, quod pendente conditione potest peti bonorum possessio secundum tabulas, quæ non tribuit ius; & eodem modo potest illa bonorum pos- sessio repudiari. Sed bonorum possessio quæ tribuit ius, non potest peti conditione pendente, neque re- pudari: & eodem modo responderi potest ad alias leges: & doctrinam Bart. sequuntur ibi Salic. Imol. Cuma. Paul. Castrenf. & omnes ita tenent, secundum Iason. ibi. n. 30. fol. 61. licet ipse contrarium teneat: Et hoc modo etiam responderetur ad d. l. si quis instituitur, vt colligitur ex Iason. vbi sup. Et ad ista faciunt quæ scribunt Telliis in l. 17. Tauri. num. 25. cum segg. & ibi Matien. hodie l. 1. tit. 6. lib. 5. Recop. glof. 4. num. 8. fol. 141. vbi tractant, an melioratio facta filio sub conditio- ne reuocari possit. Et quod + conditione pendente possit quis petere possessionem bonorum virtute le- gis vlt. C. de edict. Diui Adriani. tradunt ibi Alex. n. 14. Sapianus n. 89. Curtius num. 82. Roland. conf. 22. nu. 17. lib. 3. & alij quos citant Menoch. de adipiscend. posses. remed. 4. num. 305. pag. 81. Burfat. non relatus à Menoch. conf. 89. n. 22. lib. 1. & facit quod de primogenito, con- ditione pendente, resoluuit Glof. Paris. in consuetud. Paris. p. 1. §. 3. glof. 2. num. 9. fol. 68. Et in hac materia est mandanda memoria resolutio Rebuffi in c. extir- panda, §. qui verò, pag. 400. ad finem, vbi tradit, an ante euentum conditionis audiatur quis promittendo, quod si conditio non euenierit, restitueret rem cum fructibus: & facit differentiam inter conditio- nes affirmatiuas & negatiuas, ex text. & Glof. in l. Mu- riana, ff. de conditionibus & demonstrat. & alijs iuribus quæ refert. Et fructus + restituantur à die euenientis con- ditionis, quando restitutio fit ipso iure; & voluit Bart. in l. fin. fideicommissaria, nu. 4. ff. ad Trebell. vbi Ripa num. 14. & alij quos citat Surd. decis. 26. num. 19. & in ista materia est digito alliganda notabilis l. 7. tit. 21. par. 3. ad finem, versiculo, dezimos, quæ determinat quod in casu illius legis conditione pendente est danda possessio. Quæ autem sint verba modalia, vel conditionalia, constat ex aliquibus, quæ refero in 2. p. huius operis, quæst. 4. illar. 8. & ista scripta per Ti- raquell. lib. 1. de retract. §. 1. glof. 2. num. 21. cum segg. vbi plura scribit ad propositum totum, quæ hic tractantur, & quæ ego scribo 1. part. quæst. 2. a. num. 37. cum se- quentiis.

24

25

26

nem in d. l. inter omnes, & in l. qua de legato, num. 17. ff. de leg. 1. & de d. l. inter omnes, agit Bart. in l. 1. §. mutua- tio, n. 21. ff. de nou. operis mutua. & notatur etiam per Paul. de Caltr. in l. Paulus, n. 1. ff. de prator. stipul. De quo lege quæ latius scribo infra 4. p. q. 34.

Et est animaduertendum in ista materia conditio- num, quod licet + testator præfigat terminum, in quo 27 modus vel conditio impleri debet, si pœnam non ap- ponat, est necessaria monitio ad hoc vt quis priuari possit, vt probatur in §. si quis antient. de Eccl. iust. ti- tulus, notat Corn. conf. 208. col. penul. ad fin. lib. 1. Gozad. conf. 34. col. 2. circa medium, & alij quos citat Aym. conf. 59. n. 7. vbi ex Aret. conf. 94. col. 3. vers. pro his, tradit, quod defectus modi non impleti non inducit priua- tionem hereditatis, quando apparet, quod aliàs tes- tator omnino erat relicturus: & ad ista legenda sunt quæ scribo par. 1. q. 48. & 2. p. q. 4. illar. 8.

Lectores etiam animaduertant ad notabilem leg. 21. tit. 9. par. 6. in vers. E la manda que es fecha desta manera, quæ probat, quod + dominium rei legatæ etiam sub 28 modo non transfertur in legatarium, nisi præstita satisfactio de modo adimplendo: vbi hoc animadu- ertit Greg. Lop. in gloss. in verb. Señorio. Et qualiter conditione impleta res peti possint, probatur in l. hoc iure, & in l. in illa stipulatione, ff. de verb. oblig. tradunt inter alios plures, Corn. in conf. 320. Videtur lib. 3. Re- buff. tome 1. ad constit. Regias, tit. de iuris obligatorijs, ar. 2. glof. 1. num. 74. pag. 94. & illam legem 21. ad aliud propositum refero p. 1. q. 39. n. 160. Et quod si res sub- iectæ restitutioni alienentur; conditione adueniente, resoluatur ipso iure alienatio in vltimis voluntatibus; secus in contractibus: probatur in l. fin. §. fin. autem sub conditione communia de lega. & in l. 3. C. de iure dotium vbi notant Bart. Bald. Salic. Iaf. in l. fin. §. sed quia, num. 4. C. communia de leg. Barbof. in l. 1. solut. matrimo. p. 5. nu. 82. pag. 484. & qualiter fructus pertineant + ad fidei- 29 commissarium, cum sit relictum fideicommissum sub conditione, vel purè, constat ex l. ita tamen, §. si ser- uum, ff. ad Trebellian. & alijs DD. quos scribit Cephal. in tract. de fructibus, lib. 2. tit. 3. c. 1. pag. 69. & quod in de- pendentibus à conditione attendatur quod minimum est, volunt Angel. in conf. 168. dubio 2. Decius in cap. maioribus, num. 4. de prabendis, Mascard. de probationi- bus, lib. 2. conclus. 1061. num. 12. quia conditio est in- di uidua.

QVÆSTIO XIII.

Acceptatio vtrum requiratur in casu l. 45. Taurinæ.

SVM MARIVM.

Decisio quæstionis, num. 1.

Decimotertiò quæro, An ad continuandam pos- sessionem (de qua in d. l. 45.) requiratur accepta- tio successorum in bonis maioratus? Et prima facie videtur esse necessariam acceptationem, quia in qui- buslibet donationibus, & in alijs actibus, vbi de acquirendo tractatur, est necessaria acceptatio, iuxta Glof. vulgarem in l. illud, C. de Sacrosanct. Eccl. & alia plura; quæ scribo in 1. p. huius operis q. 68. Quibus non obstantibus tenendum videtur, quod in casu illius le- gis + non est necessaria aliqua acceptatio successorum in maioratibus, quia hoc ex prædicta l. patet; nec ex parte vocatorum aliquid est necessarium, vel verbo, vel facto, ad hoc, vt possessio eisdem acquiratur: & potius dicuntur continuare possessionem, quam possessores bonorum maioratus habent nomine suc- cessorum, & proprio, quàm eam de nouo acquirere; vnde multo facilius eisdem defertur, quam si eandem de nouo acquirere tenerentur, l. per retentionem, C. de vsur. facit l. vlt. C. de acquir. posses. seruis, C. de pact. & l. 1. §. adipiscimur,

§. adipiscimur, ibi: Non possunt incipere possidere, vbi Glof. in verb. possessionem pupilli, in versic. alia causa est, l. qui vnuerfos, ibi: Retinere animo possessionem possumus, adipisci non possumus, l. quammis in princ. ibi: Possessionem tamen per eum retinemus, & §. 1. ff. eodem tit. & pro ista sententia faciunt alia quae scribo in d. 1. p. huius operis, quast. 24. à num. 5. cum aliis, & q. 36. & in d. q. 68. & istam conclusionem credo esse indubitabilem. Ad quam etiam facit doctrina Bald. in rubric. de caus. possess. n. 17. vbi dicit, quod ista possessio creata est à lege absque praesentia corporali, & non consistit in sensu corporeo, nec in organis corporeis. Et quod notat Felin. in c. nonit. num. 9. vers. septimo limit. de iudiciis, vbi tractat quandam causam, in qua priuilegium ante acceptationem est irrevocabile.

QVÆSTIO XIV.

An lex. 45. procedat, vbi quis habet possessionem auctoritate iudiciali.

SVMMARIVM.

- 1 Spoliatus à Iudice an sit ante omnia restituendus. Auctoritate sententia, num. 2. 4. 6. 7. 17. & 28.
2 Datio in solutum nulla reuocari debet cum fructibus, & fructus percepti sunt in sortem computandi, si creditor ultra verum creditum aliquid fuit consecutus.
3 Vitium attentatorum non purgatur etiam auctoritate Principis, quando sine causa cognitione processit.
4 Factum de facto, de facto debet reuocari, & num. 9. & 33.
5 Deducitur ex l. 3. tit. 14. De los despojados, quod in casu illius legis iudicium non finitur vbi caprum fuit.
6 Par in parem non habet imperium, Quando habeat, num. 12.
7 Spoliatus à Principe qualiter debeat restitui, & num. 14. & 15.
8 Sententia Principis an debeat executioni mandari pendente lite super restitutione in integrum contra eam petitam.
9 Possidens auctoritate superioris non dicitur intrusus.
10 Possessionem accipiens auctoritate iudiciali non punitur.
11 Contra iudicem qui spoliavit, qualiter agatur.
12 Possessor absque causa cognitione spoliari non debet.
13 Confirmatio intelligitur de iuste & legitime possessis.
14 Tertius an priuatur sua civili possessione, si de facto iudex alium in possessionem miserit. Et an possit propria auctoritate rei sua per alium capta possessionem apprehendere, num. 25.
15 Creditor si in aliqua re faciat executionem, & postea debitor contra quem fuit executio facta eam vendat, & possessionem in emptorem transferat, sententia contra debitorem an possit executioni mandari contra tertium possidentem.
16 Possessionem qui cepit ob suum creditum, si rem restituat, qualiter fructus restituere teneatur.
17 Princeps non potest parte inaudita procedere, & aliquem sua possessione priuare, etiam de plenitudine potestatis.
18 Possessio ex falsa causa data non valet, & num. 30. 31. & 34.
19 Causa falsa sententiam Principis vitiat.
20 Possessor non citatus sua possessione priuari non debet.
21 Fideicommissarius vniversalis existens in possessione bonorum grauati, est legitimus contraditor, vt possessione priuari non debeat.
22 Stante statu quo in heredem continetur possessio, an possessor citari debeat, & num. 38.
23 Sola veritate inspecta quando proceditur, spoliatus non restituatur ante omnia, sed de proprietate debet cognosci.
24 Priuilegium propria auctoritate defendere, qualiter liceat.

- 41 Possessori bonorum maioratus an liceat defendere possessionem mandato iudicis alicui datam.
42 Victor an possit pro executione sententia capere bona, propria auctoritate.
43 Titulum qui habet, an possit propria auctoritate possessionem capere.
44 Executores, qualiter possint propria auctoritate possessionem capere.
45 Lite pendente super nullitate possessionis bonorum maioratus, an debeat quis in possessione manere.
46 Donatarius an possit propria auctoritate possessionem rei donata capere virtute clausula Constituti in donatione apposita.
47 Successor maioratus an possit propria auctoritate possessionem capere.
48 Si notorie appareat de possidentis iniustitia, bona maioratus non debent in possessione tueri.
49 Index quando dicitur spoliare vt iudex, quando vt priuatus.
50 Verba, Saluo iure legitimi possessoris, an habeant vim conditionis.
51 Impeditus possidere, an habeatur pro possessore.
52 Possessio in dubio iusta praesumitur.
53 Possessor pacificus quis dicitur.
54 Regula l. in condemnatione, §. qui dolo, ff. de regul. iur. an habeat locum in iudicio possessorio.

Decimoquarto quæro, Vtrum prædicta lex. 45. procedat, vbi cumque ille, qui bona maioratus possidet vel ex titulo antecessoris in maioratu, vel aliàs habet possessionem, auctoritate iudicis, à quo possessor exigit possessionem, non contentus possessione, quam alias habebat. Et videtur quod in isto casu non procedat d. l. 45. argu. illius legis generalis iuste possidet, ff. de acquir. possession. & quia licet spoliatus ante omnia sit restituendus, l. si quis ad se fundum, C. ad l. l. de vi public. c. in literis de restitut. spolia, c. cum de. e. de ordi. cogni. l. si de vi, ff. de iudic. l. 5. tit. 10. p. 3. l. 27. post principium, tit. 2. p. 3. l. 10. & ultra tit. 17. p. 7. l. 10. tit. 10. lib. 2. fori. latè Ant. Peteg. in tract. de fideicommissis art. 48. num. 37. cum seqq. fol. 443. † Si tamen quis sit spoliatus iuste à Iudice, non debet ante omnia restitui, Glof. in c. presertim, gl. vlti. 7. q. 1. & in c. in nomine Domini, vers. in audientia, 23. distin. Innoc. in c. super hoc de reuocatione, & idem tenet Abb. in c. dilectus, de rescrip. l. as. conf. 8. num. 1. lib. 3. & conf. 21. num. 2. eod. lib. 3. Rebus. in l. Mansurium 144. ff. de verb. signi. pag. 730. & Aug. Berol. in conf. 147. num. 4. lib. 3. & alij quos referunt Ias. in l. qui in aliena, §. vlt. num. 7. ff. de acquir. hered. Ayim. in conf. 148. num. 5. Ias. in conf. 158. col. 1. lib. 1. & plures refert Ant. Gabr. lib. 5. commun. opinio. tit. de restitut. spolia, concl. 1. num. 108. pag. 283. & est communis opinio secundum Curt. Iun. in conf. 175. num. 5. Ias. in conf. 158. lib. 2. Et quod spoliatus à Iudice priusquam restituatur debeat ostendere, & probare iniustitiam possessionis, volunt Geminian. in conf. 146. num. 1. Barth. Soci. in d. l. iuste possidet, num. 8. ff. de acquir. posses. Archidia. in c. presertim, num. 4. & 5. 7. q. 1. Bald. in l. 1. in princ. C. de Carbonia, edit. 3. concl. 1325. num. 1. fol. 273. in quo loco plura scribit ad propositum eorum, quae hic tractantur; facit text. in l. non videtur, §. qui iussu ff. de regul. iur. cum concord. l. 5. & 20. tit. 11. p. 7. & tradit Bernard. Diaz. regul. 691. Speculat. p. 2. tit. de petitorio, §. quoniam, ante num. 1. & num. 4. fol. 81. Parisi. in notabili casu, conf. 11. num. 2. & 7. lib. 4.

Hæc tamen ratio non est in totum tuta, imò quod spoliatus ante omnia sit restituendus, etiam si sit spoliatus à Iudice, probatur in c. conuenerunt, & in c. ex insinuatione de restit. spolia & in c. referente, vbi notat Decius n. 2. de praben. & tenet Holtæns. in summa de restit. spolia in §. quando faciend. in princ. Anchar. in conf. 248. Ad prædicta dubia, n. 8. Decius in l. vlti. n. 35. C. de edit. diu. Adrian. notanter Ayim. in conf. 124. n. 4. & plura bona scribit Andr. Gail. obseruationum, lib. 2. obseruat. 76. nu. 1.

num sequentib. pag. 192. Et iudex recte procedens non facit aliquem verum possessorem, secundum Bald. in conf. 135. in causa egregg. lib. 2. & plura ad propositum tradit Felin. in c. dilectus in 1. de rescrip. num. 1. fol. 126. & tradit Vincentius Cartocius in tract. de lo. ato. n. 122. fol. 61. & facit text. in c. cum causam, de offic. Delegat. vbi auctoritas Iudicis iniuste procedentis non excusat à fructibus, qui percepti sunt, quem ad hoc ibi notat Dec. n. 2. fol. 120. & Innoc. & Abb. in c. consuetudinibus col. 2. de iure patron. & idem tenet Bald. in l. 2. n. 80. C. de seru. in. & aqua. vbi cum Innoc. dixit, traditionem possessionis inordinatam à Iudice habitam, non excusat à restitutione fructuum, notat Pinel. in l. 2. p. 2. c. 4. n. 44. fol. 102. C. de rescrip. vend. Marti. h. de Afflic. decis. 218. Petita fuit: n. 5. Martieng. in l. 3. tit. 10. lib. 5. Recop. gl. 10. n. 4. fol. 287. Menoch de adipisc. possess. n. 6. n. 28. pag. 153. vbi nu. 29. tradit ex pluribus Auctoritatibus Iudicem debere esse facilem ad reuocandam possessionem, etiam causa non cognita; & limitat nisi prius omnia fuit citatio ob timorè scandalis, nisi notorie constet de non iure possidentis qui citari debeat, de quibus lege etiam Alex. in conf. 154. n. 2. lib. 6. Cald. Per. in l. si autorem habens, in verb. implorare in integrum restitutionem, C. de in integr. rest. minorum, n. 13. fol. 164. Decian. in conf. 93. per totum, lib. 1. quem citat additio Ferrar. in pract. in verb. simul cum fructibus, pag. 45. in additione quæ incipit, possessor rei. Et quod datio in solutum nulla, si sit reuocanda cum fructibus, & fructus percepti sunt computandi in sortem, si creditor ultra verum creditum aliquid consecutus fuit, tradit Bnfat. con. 184. n. 3. lib. 2. ex Affl. in l. 1. §. sed si mihi, n. 30. ff. de verb. obl. Roman. & Mandol. in con. 454. n. 12. Quod est notandum ad executiones nullas, & ultra debitum factas, & quoties videbis. Et quod spoliatio facta à Iudice æquiparetur spoliationi facta à priuato, quando Iudex nulliter, & minus legitime processit, volunt Gl. in sum. 3. q. 1. Bar. in d. l. iuste possidet, & alij quos citat Aym. in conf. 18. n. 8. Et quod spoliatus virtute sententia nullæ sit ante omnia restituendus, probatur in c. cum causam, & in d. c. causam matrimonij, vbi Abb. de offic. Deleg. tradit Rip. resp. 149. n. 16. & quod ingrediens possessionem auctoritate Iudicis incompetentis, non excusetur, probatur hodie ex l. 6. tit. 13. lib. 4. Recop. & tenent Didac. Perez. & Fern. Diaz, quos citat Azueved. in l. 4. tit. 13. De los despojados, l. 4. Recop. n. 56. fol. 19. Et quod possessor vigore executorialium, largo modo dicatur intrusus, & positus in possessione auctoritate Superioris sine causa legitima; & iuris ordine non seruato, tradunt Domin. in c. propter, in vlt. specie intrusorum, 19. d. Quintil. Mandol. in reg. Canc. reg. 29. tit. de subroz. colligit q. 4. n. 6. fo. 67. cui conuenit, quia licet de iure possit quis propria auctoritate cum executorialibus capere possessionem tamen Ius Romæ se habet in contrariū, vt testantur Bellam. conf. 10. dubio 5. Rip. in c. sapè n. 69. de rest. spolia. Felin. in c. ad probandum, de re iud. Gomez de vrien. possess. q. 27. vers. sic etiam, pag. 800. Ex prædictis venit, quod lex iuste possidet, ff. de acq. possess. non procedit, vbi cumque iudex concedit possessionem non seruato iuris ordine, vt ex Abb. & aliis in bona materia tradit Cæsar Lambert. de iure patro. lib. 2. p. 1. 3. q. prin. art. 2. num. 4. fol. 16. & eod. lib. & p. 7. q. prin. art. 30. nu. 11. fol. 80. & de doctrina Domini, in d. c. propter, legendus est Mascard. in tract. de prob. lib. 3. concl. 1575. n. 6. fol. 327. & quod post Bald. in conf. 195. lib. 3. scribit Paris. in conf. 99. n. 18. lib. 4. vbi tradit quod expulsus à possessione auctoritate Papæ, vel eius commissario non potest vti Interdicto Recuperandæ, qui ad hoc citat etiam Alber. in l. si cuius de iud. DD. in c. de causis de re iudic. ad quem addo Quintil. Mandol. reg. 6. obseruationis, q. 23. n. 15. fo. 91. facit Lancet. in c. unde vi, & quæ scribit Burg. de Paz conf. 15. n. 5. & etiam Princeps non praesumitur vel alium spoliare etiam si appareat clausula motus proprii, & non obstantia, vt per Moheda, decis. 97. incip. Motu proprio, tit. de rest. spolia. Lancell. in tr. de attent. p. 2. c. 4. de attent. lib. in præfat. n. 40. 2. pag. 70.

Et vitium attentatorum non purgatur etiam cum

auctoritate Principis, quando processit sine causa cognitione, etiam cum clausula ex certa scientia, & propria motu, vt per August. Berol. conf. 7. n. 38. lib. 3. Lancell. citatum, & tract. 2. p. c. 4. de atten. post appellacionem, q. 5. n. 42. cum seq. & p. 3. c. 29. de purgatione attentat. n. 65. pag. 502. De quo legi debet idem Lancell. p. 1. c. 6. de attent. lib. pend. in præfat. n. 460. & n. 593. Et qualiter præceptum Regis habeat executionem paratam, resoluit notanter Dominus Valdes in addit. ad Roder. Suar. in l. post rem iudicatam, notabili 12. pag. 109.

In hac tamen questione semper mihi placuit distinctio Dec. in d. c. referente, vbi dicit, quod si iudex procedit ordine iudiciario, si spoliatus ab illo non cit ante omnia restituendus, sed si ex abrupto iudex procedit, & iustitiam non seruata, & extra iudicium, quia tunc restitui debet, & idem tenet Dec. in d. §. qui iussu, n. 4. & in conf. 449. & in conf. 125. n. 4. & 8. Ant. de Fan. in tract. de pignor. p. 3. membr. 2. n. 22. fol. 67. & alij plures quos citat Aym. ad hoc legendus conf. 18. n. 8. & Roland. con. 6. n. 2. & 4. & aliis pluribus, lib. 2. omnium lat. simè Menoch. 8. remed. recuperand. n. 3. pag. 83. qui ex prof. illo istum articulum disputat, & tradit Roland. conf. 33. n. 12. cum aliis, lib. 4. Ant. Gabr. in loco citato, n. 109. Et quod spoliatus virtute sententia nullæ sit restituendus, probatur in c. ex insinuatione, vbi Ant. nou. 4. de procur. tradit Abb. post Gl. ibi, in d. c. causam matrimonij, de officio Deleg. vbi Dec. n. 11. fol. 111. & facit quod notat Archidi. & alij in c. notum, 2. q. 1. vbi dicunt, quod licet spoliatus à iudice non sit ante omnia restituendus, tamen si iudex aliquem spoliavit absque causa cognitione, illum ante omnia restituere tenetur, quibus simile est quod scribit Cardin. in Clem. 1. in fine de celebr. Missarum, & alij, vt per Felin. in c. Ecclesia sancta Maria, n. 2. fo. 47. de consti. quæ facta omnia adde scripta per Glof. Parisi. in isto proposito, in consuetud. Paris. p. 1. §. 1. nu. 39. fol. 26. & idem quod Dec. & alij tenet etiam Barthol. Socin. in conf. 12. nu. 11. lib. 1. & pro prædicta distinctione Dec. facit l. 3. tit. 14. De los despojados, lib. 3. Ordin. quæ hodie est l. 2. tit. 13. lib. 4. Recopil. ibi: Defendamos que ningun Alcalde, ni juez, ni otra persona privada no se despoje de su posesion a persona ninguna, sin primeramente ser llamado, y uenido por derecho; y si por reciere carta nuestra por donde mandaremos dar la posesion que uno tenga a otro, y la tal carta fuere sin audientia, que sea obedecida y no cumplida y si por las tales cartas, o albalues algunos fueren despojados de sus bienes por algun Alcalde, que los otros Alcaldes de ia tal ciudad adonde acaciere restituyan la posesion a la parte de spoliada fasta tercero dia, y pasado el tercero dia, que los estituyan los oficiales del Concejo, quæ lex ad plura est singularis, & istam legem commendant Azueved. in pract. Pisan. lib. 4. c. m. 1. pag. 106. & probat sententiam Decij in illis verbis: Sin ser llamado, y oydo y uenido por derecho, per argumentum à contrario sensu, quod fortissimum est in iure.

94 Res an efficiatur litigiosa propter litem motam in possessorio.
95 Titulum habens ad rem, super qua litigatur, debet in possessione tueri.
96 Minor in iudicio possessorio an habeat personam legitimam.
97 Intellectus ad l. 1. tit. 18. lib. 9. Ordinamenti.
98 Beneficium seculare non potest possideri per Regularem, nec regulare per Seclarem.
99 Regularis habens beneficium seclare si spoliatur, an possit

possit intentare remedium possessorium restituenda. Post num.99. inuenies alia summaria.

Decimoquinto pro intellectu istius materiae quae de quaestione valde difficili, & necessaria, & quae sola (videtur) sufficeret pro ornatu, & lectura huius tertiae partis, in qua agendum est, an si sequenti in gradu, & iussessorio in maioratu obijciatur, quod non est filius legitimus, aut patitur aliam similem incapacitatem, si ne ei concedenda possessio virtute d.l.45. Et qualiter in hoc procedatur, quod plerumque in iudiciis contingit, & ego iam in facto vidi.

Ad cuius quaestioni resolutionem supponendum est, quod licet ad probandum aliqua esse bona maioratus in proprietate, requirantur tradita in l.41. Taur. & maioratus probari debeat per vnum de modis in dicta lege scriptis. Illa lex (videtur) procedit vbiunque lis est super proprietate bonorum maioratus, & non est super possessione. Nam quando agitur super possessio maioratus, leuiore sufficiunt probationes, nec requiritur tam exacta probatio, sicut si lis esset super possessio maioratus, leuiore sufficiunt probationes, nec requiritur tam exacta probatio, sicut si lis esset super proprietate: quod probatur ex dispositione l.1. §. si ea, & §. generaliter, ff. de venire in possess. mitem. vbi pater, quod sufficit summaria cognitio, licet non sit multum aperta, ad hoc, vt mulier mittatur in possessionem bonorum super quibus est contentio: ad idem est text. in l.3. §. causa, 4. ff. de Carbonia. edit. ibi, Si vero ambigam causam (hoc est) vel modicum pro puero faciem, vt non videatur euidenter filius non esse, dabit ei Carbonianam bonorum possessionem: de cuius legis intellectu agit inter alios Aegid. Bossi in pract. crimin. tit. de partu suppositio, num. 5. pag. 376. vbi aliqua tradit ad propositum huius materiae, & eandem conclusionem est bonus casus in l.3. §. ibidem subiungit, ff. ad exhibend. notat Carol. Ruin. conf. 87. num. 28. lib. 3. & per tex. in d. §. ibidem, tradit in ista materia, Parisius in consil. 12. num. 26. lib. 2. an executio possit fieri in bonis subiectis restitutioni, si allegetur extinctum fuisse fideicommissum, vel conditionem non impletam, vel aliam simile: & reperit num. 114.

Et est notanda & melior omnibus l.7. tit. 2. par. 3. quae est singularis in hac materia, & ponit plures casus, in quibus haec summaria cognitio sufficit ad hoc, vt quis mittatur in possessionem rerum, et super quibus est contentio, quae lex est multum singularis. Et facit Pragmatica data Madritij anno 1528. quae est in Reperitorio, l.4. tit. 7. lib. 6. quae decidit, quod ad probandum, quod domini, qui verificauerint se percepisse per annos quadraginta aliquas impositiones à vassallis, teneantur se in possessione talium impositionum; in proprietate autem requiritur, quod habeant probationem, quod perceperunt dictas impositiones per tempus immemorabile: quae lex habetur in noua Recopilat. l.8. tit. 15. lib. 4. & pro concordantibus d.l.41. vide peregrinam legem, quam pauci animaduertunt in l.12. tit. 22. part. 1. quae est valde notabilis: & conducit etiam Pragmatica Regum Catholicorum fol. mibi 77. in vers. Pero si este que contiende, hodie l.8. tit. 11. lib. 1. Ordinam. noui, quae probat, quod ad obtinendum in nobilitate (quam Hispani Hidalguia vocamus) in proprietate requiritur praescriptio immemorialis, in possessione autem sufficiunt leuiore probationes & multo minores, vt plenus in d.l. traditur: & conducit in simili, l.1. tit. de las prescripciones, lib. 3. Ordinam. quae est hodie l.3. tit. 15. lib. 4. in noua Recopil. de qua actum fuit in 6. q. in hac. 3. p. sic scribit Raphael. Cuman. in con. 43. in fine, quod si missio in possessionem est concedenda secundum formam statuti, non requiruntur plenae probationes, sed & Bald. in l. vlt. num. 20. C. de edict. diui Adrian. inquit, quod in casu illius legis sufficit literarum comparatio, si testes sint mortui: de quo dicto meminit Gregor. Lopez in l. 119. tit. 18. part. 3. in glossa verbo, deue ser-

credo, in fine, licet de hoc dicto dubitet, scribit Rebuff. in lib. Concordator. vrb. de Annatis, pagin. 796. quod tam ex lege Regni, quam ex iuris dispositione sententia reuocanda ad iudicatur habenti primo aspectu magis apparentem titulum, & magis clarum, etiam si pars velit probare titulum alterius esse falsum, vt obuietur malicia volentium recedentias impedire, nisi ex literis productis possit illa falsitas saltem presumptiue constare, quia in eis apparet rasura, vel euidens contrarietas: & ideo dicunt Bartol. Alexan. & Iaf. num. 4. & alij ibi, in l. a diuo Pio, §. si per rebus, ff. de re iudi. quod quando non agitur de pleno praedicio, sufficiunt leuiore probationes: & idem Bart. in Extrinag. Ad reprimendam, in verbo, summariè: Speculari. in tit. de Princip. & 2. decre. §. restat. vers. & qualiter, de quo per Robertum à Marata in pract. iudic. dist. 9. fol. 90. num. 43. Menochius de recuperam. possess. vemed. 7. num. 10. pagin. 379. cum alijs. Et in causa possessoria sufficit si scriptura probatio, secundum Bart. in l. 1. col. 2. C. quorum bonor. de quo alios concordantes referunt Decius in l. vlt. num. 2. fol. 3. C. de Carbonia. edit. & Iaf. in consil. 663. In causa nota, per totum, Petrus Rebuff. tom. 3. ad consil. Regis tract. de mater. possess. artic. 7. glof. 1. num. 26. pag. 274. vbi tamen dicit, quod vsus forensis requirit in vtroque probationes sufficientes: quod contradicit omnibus iuribus & rationibus, cum in proprietate aliud iudicium non spectet, & negotium finitur, secus in possessione. Imò inquit singulariter Bald. in d. l. vlt. num. 20. C. de edict. diui Adrian. tollen. quod si in aliquo testamento subscripti sunt testes necessarii, non tamen est manu publica confectum, si agitur possessio ad missionem ex illo edicto, sufficit, licet aduersarius neget scripturam: quod dicitur referri Greg. Lopez in l. 119. tit. 18. part. 3. in glossa, in verbo, no deue, licet de eo dubitet. De quo etiam legenda sunt quae scribo in l. p. q. 65. & 2. p. q. 2. Et vbiunque agitur de omnimodo defectu iurisdictionis, sola de puratio competat, necne, constituit aliquem in quasi possessione iurisdictionis, secundum Bart. in l. praescriptione 6. C. si contra ius vel utilitatem publicam: vbi Iaf. num. 29. Cardianem in c. super literis, de rescript. Ioan. Garciam in tract. de nobilitat. glof. 1. §. 1. num. 65. fol. 56. qui addit textum in l. ampliore, §. fin. C. de appellat. Et licet causae beneficiales habeant annexam causam proprietatis, ne detur vitiosus ingressus, tamen in possessionis non est de validitate, vel invaliditate tituli ad amissionem disputandum, vt notabiliter tradit Ripa respons. 49. nu. 1. quae doctrina multum facit in nostro proposito: cum remedium l. 45. Tauri habeat admixtam causam proprietatis, vt in alijs locis animaduertit. Et plures differentias inter proprietatem & possessionem scribit Rebuff. in praefatione ad titulum de causa possessionis propriet. pag. 259. col. 1. vers. differentia autem, ad ista legendus qui 13. differentias scribit: & idem tom. 3. ad consil. Regis, tract. de materia possessor. art. 7. glof. 1. num. 3. cum sequentibus pag. 271. Et causa possessionis est momentanea, & modici praedij, vt traditur in l. 1. C. de momen. possess. Et ideo in illa multoties prohibetur appellatio, vt probatur in dict. l. 1. quam late ibi explicant DD. & Decius in c. sua, n. 8. fol. 230. de appel. & in consil. 49. Iaf. in l. pendente, num. 6. C. de bonor. possess. secundum tab. & in consil. 187. lib. 2. & in l. 1. num. 6. ff. de iust. & iur. & in l. 1. num. 3. ff. de nou. oper. & in l. pare furioso, num. 11. de his qui sunt sui vel alien. iur. Aymon. Crauet. in consil. 158. numer. 12. late Episc. Couar. in pract. quest. c. 17. num. 4. Socin. in tractat. salent. reg. 13. ad quod facit l. Toleti, quae de restitutione terminorum publicorum loquitur, hodie l. 3. & 4. tit. 7. lib. 7. Recopil. Hippol. in sing. 620. & ex his disputat: Nicol. de Neapolis in l. magis puto, §. si pupillus, ff. de reb. eorum: An simplex possessio minoris possit sine decreto alienari? quem refert Gregor. Lop. in l. 18. tit. 16. par. 6. in glossa. Et in Gallia prohibetur supplicatio post arrestum in possessio latam, siue super recedentia, siue super pleno possessio latam siue in materia beneficii, vel alia Ecclesiastica, siue profana: vt traditur per Rebuff.

Rebuff. ad consil. Regis, tom. 1. tit. de supplicat. in praefat. 99. num. 66. pag. 515. & art. 2. glossa vnic. pag. 534. vbi rationem assignat, quia causa possessorij est modici praedij, & reparari potest.

Ex quibus confirmo auream & peregrinam decisionem Rotae in nouis, olim 117. hodie 7. tit. de restitutione spoliatorum, fol. 167. vbi resoluit quod in iudicio possessio sufficiunt testes de auditu. Et in hac ipsa materia est Pragmatica Caroli V. nostri Imperatoris, data Madritij anno 1547. quae probat, quod data sententia in tenuta bonorum maioratus fiat executio data cautione non obstante supplicatione, quae interposita fuerit ex illa, vt latius in d. l. cauetur, quae reperitur in Reperitorio capitulorum, in l. vlt. tit. 1. lib. 4. repertorij, quae habetur hodie in l. 9. tit. 7. lib. 5. in noua Recopilat. Vnde mirè ad propositum dicunt Alex. & Iaf. n. 26. in dicta l. vltima, C. de edict. diui Adrian. tollen. quod femina, quae regulariter est incapax bonorum feudaliu, et si petat se mitti in possessionem talium bonorum, agnati hoc non possunt contradicere; imò mittenda est femina in possessionem talium bonorum, Notar Socin. Iun. in conf. 74. n. 2. li. 1. qui dicit hoc procedere in iudicio possessio, non etiam in petitorio: & idem in conf. 75. n. 27. & 28. eodem libro, vbi plura ad propositum scribit super statu Montis Ferrati. Et ad hoc faciunt quae scribo in q. 2. supra, hac 3. part. Et legenda sunt scripta in 2. part. quest. 6. à num. 33. & hac 3. part. quest. 2. & 4. p. q. 20. Quibus addo, quod femina agens ad reuocationem attentatorum in causa feudali, restituitur ad illum statum, quamuis regulariter sit incapax feudi, vt tradit Robert. Lancel. in tract. de attentatis, part. 3. tit. 23. de reo, & except. contra attentat. num. 14. pagin. 478. Et magni facienda est doctrina Angeli in consil. 135. Pascius Mascinoli ad finem, vbi scribit, quod si opponatur de invaliditate testamenti ob furorem vel dementiam et testatoris, vt exceptio requirens altiore indaginem, est referenda ad iudicium proprietatis: quem citat Simon de Præcis lib. 2. de interpret. defunct. voluntat. solution. 4. num. 26. fol. 84. Et idem tradit Iosephus Ludouic. quem iste non citat in decision. 1. in fine, Augustin. Berol. qui non citat Angel. in consilio 56. numer. 6. lib. 2. vbi alia in nostra materia scribit: & idem vult Nicolaus Boerius decis. 23. in fin. Decius, Curtius, Zachardus, & alij, quos citat Menochius de adipiscend. remed. 4. num. 745. pag. 115. qui hoc limitat quando probationes offeruntur in continenti, secundum Angelum in dicto consil. 135. Pro quibus facit notabilis doctrina Romani in consil. 235. numer. 7. dub. 5. vbi tradit quod remedium dictae legis vltim. Cod. de edict. diui Adrian. non cessat si agatur de viribus testamenti, quem & alios citat Menochius de adipiscend. possessione, remed. 4. num. 698. pagin. 111. qui confirmat per doctrinam Bartol. in l. penultim. §. testamento, in fine, ff. de bonorum possessione secundum tabulas. Et magis aestimatur et proprietatis, quam possessio: l. mulier, §. qui possessorem, ff. quod metus caus. & probatur in Pragmatica data Madritij anno 1539. quae loquitur de supplicatione interponenda à sententia reuisionis ad Regiam personam, quae est in noua Recopilatione, l. 9. tit. 20. lib. 4. de quo etiam mentionem feci in principio huius tertiae partis: & Regula Cancellariae 27. de non iudicando iuxta tenorem supplicationis, sed secundum literas desuper expeditas, procedit in petitorio, & in adiudicatione beneficii, secus in possessio quo ad recuperandum possessionem beneficii, quia sufficit supplicatio pro colore, absque alia literarum expeditione, secundum Cassadorum decis. 8. quamuis ad canonizationem, tit. de restit. spoliat. & idem Bellam. decis. 50. & decis. 99. quos citat Ioseph. Mascard. in tract. de probation. lib. 3. conclus. 1381. numer. 4. & 5. fol. 332. & idem Iaf. in consil. 1383. n. 6. vbi refert Iacob. Puteus decis. 229. lib. 2. Gomez in Rebuffum, & alios plures: & de spoliato suo beneficio, legenda sunt quae scribo infra. Iltis est consensaneum, quod sententia lata contra electum, vel praesentatum, et praedicta eligenti, vel

praesentanti scilicet in possessione, licet non praedictet in proprietate, cap. cum olim; vbi Cardin. de caus. posses. & propr. & volunt. Imol. & Abb. num. 23. in cap. penult. de re iudicat. & alij, vt per Caesar. Lambert. de iure patronat. lib. 2. par. 3. q. 11. art. 9. fol. 203. Episcop. Couar. in pract. quest. cap. 14. num. 1. Et facit aliud singulare, quod agens possessio ad annuas praestationes non tenetur probare causam praestationis, sed quod aliquibus annis soluta fuit secundum Gloss. & Bald. in cap. querelam, de election. vbi etiam Abb. & eundem Bald. in l. solet, ff. de offic. Proconsul. Angel. in l. 1. in princip. Decium in consil. 136. Ripam in l. 2. num. 4. ff. quorum bonorum, vbi tractat, quot anni in isto casu requirantur? & tradit Olfascus decis. Pedemontana 99. num. 50; vbi resoluit quod in isto casu potest agi iudicio possessio pro pensione ad illius restitutionem: & resoluit Antonius Peregrinus in tractatu de fideicommissis, artic. 46. num. 17. folio 425. quod confert pro intellectu dict. l. 8. tit. 15. lib. 4. Recopilationis, quae loquitur de solutione impositionum. Ex quibus consulit doctissimus Caesar Lambertinus in tr. de iure patronatus 3. lib. 2. part. 2. artic. 6. decima quaestio principalis, quod si patronus litiget super iure patronatus, debet concludere in libello in possessione, & in proprietate, quid facilius erit illi probare quasi possessionem, quam proprietatem. Et quod vbiunque agitur in iudicio possessio virtute statuti continuantis possessionem iit heredem, non admittatur exceptio quod res debeat reduci ad arbitrium boni viri, tradit Iaf. in conf. 147. num. 4. lib. 2. & licet sit contentio et de re magna, si tamen agatur de possessione, non de proprietate, non dicitur causa magna: momentanea, C. qui legitim. person. notat Bart. in l. admonendi, in repet. num. 55. ff. de iur. iur. Barthol. Socin. in conf. 261. num. 26. lib. 2.

Ex his oritur, & confirmatur doctrina Aegidij à Bellamer. decis. 50. & 99. vbi dicit, quod quando non agitur de titulo beneficii, sed de possessione, sufficiunt leuiore probationes, Notar Ludouic. Gomez. in regn. de non iudicando iuxta formam supplicat. quest. 5. pag. 288. Et quod in iudicio possessio sufficiunt leuiore probationes; tradit Decius in l. vltima, num. 2. C. quorum bonorum, folio 84. latius in consil. 163. Episcop. Sarmien. de re iudic. Ecclesiastic. part. 1. cap. 4. num. 4. folio 16. vbi hoc late tradit. Vnde etiam fit, quod licet in probanda consanguinitate testes debeant distinguere gradus, iuxta tex. cum ibi notatis in cap. licet ex quadam, de testib. de quo latius egi in 2. part. huius operis, quest. 7. Tamen in probanda filiationis quasi possessione, vel paternitatis, et vel fraternitatis, leuior probatio sufficit, iuxta notata per DD. in l. non epistolis, C. de probation. & in l. filium cum diffinimus, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. De quo lector videat Matthæum ab Athlet. decis. 53. & additionem illius Hieronym. Martin. fol. 9. column. 4. quibus addo elegans Consilium Raphael. Fulgos. 184. Viso quodam processu, per totum, & bonam legem in proposito nostro, in ratione sui, in l. vltim. tit. 19. par. 4. Et adminiculum quodlibet sufficit ad tuendam possessionem, secundum Gomezium in regula, de triennali possessore, quaestio. 39. num. 2. quem citat Mascard. in tractatu de probationibus, lib. 1. conclusio 244. nu. 6. fol. 246. & tradit late Felicianus in tractatu de censibus, lib. 2. cap. 1. numer. 10. fol. 204. Et ex his ausus fuit dicere Matthesil. notabil. 2. quod in iudicio possessio probatio per famam, vel per vnum testem, et habet vim plenae probationis, citat Bartol. in dicta l. 1. C. quorum bonorum: & alia iura tradit Rebuff. tom. 1. ad consil. tit. de sentent. execut. artic. 9. glof. 2. num. 14. pagin. 391. Thom. Grammatic. consil. 77. num. 11. Carol. Ruin. consil. 106. nu. 17. & 18. lib. 1. Nicol. Boerius consil. 40. nu. 67. Rebuff. in Concord. tit. de Annatis, pag. 802. Azenedo in l. 3. tit. 13. de los despojados, l. 4. Recop. n. 72. fo. 191. & facit quod tradit Goz. in con. 99. n. 2. & Felin. in c. veniens, de testib. n. 13. vbi scribit, quod in remedio possessio summario, sicut in executio, sufficit semiplena probatio: notat. dec. Pedemontan. 38. n. 7. & tradit Aluarus Valalc. con. 51. n. 46. quomodo

quamvis contra Mattheſil. indicauerit Senatus Neapolit. vt per Affli. dec. Neapolit. 364. quod verius reputat Arius Pinellus in l. 2. de reſcind. vendi. 3. par. n. 2. fo. 154. & eſt communis opinio ſecundum Menoch in remed. recuperan. 15. numer. 408. quod ipſe ſequitur. Et an idem ſit in remedio diſt. l. vltim. Cod. de edict. diui Adrian. tradit in lib. de aduſcenda. remed. 4. num. 678. Et idem eſt in iudicio ſummario Interim, vt animaduertit Episcop. Couarr. in practiciſ quæſtion. cap. 17. verſiculo, ſeptimo eſt aduertendum, relatus ab Antonio Peregrino in tract. de fidei commiſſariis. 46. num. 34. fol. 327. Et quod in iudicio poſſeſſorio ¶ requiritur plena probatio eſt communis opinio, ſecundum Simonem de Prætiſ, qui ad hoc plures citat lib. 5. de interpretan. defuncti. volunt. dubit. 3. num. 28. fol. 529. vbi tamen num. 19. ſcribit fecus eſſe in remedio ſummariſſimo l. vlt. C. de edict. diui Adrian. & in aliis ſimilibus remediis, in quo vltimo, ſcilicet, quod in remedio diſt. l. vltim. C. de edict. diui Adrian. requiritur plena probatio, eſt doctrina Riminald. conſil. 258. num. 35. lib. 2. quem ſequitur Menoch. de aduſcenda. poſſeſ. remed. 4. quæſt. 79. numer. 678. & idem tenet remed. 3. num. 175. contra Beroium in conſil. 43. num. 47. lib. 3. Et communem etiam profiſetur Hieronym. Gabriel, qui etiam plures refert in conſil. 31. num. 6. Gratus conſil. vltim. num. 39. lib. 1. quem citat Ioſeph. Maſcard. in tract. de probat. lib. 1. conſul. 799. num. 17. qui & hoc ſequitur: & tradit in materia quaſi poſſeſſionis ¶ filiationis: & materiam tractat latius idem Maſcard. lib. 3. conſul. 1199. num. 1. cum ſequentibus, fol. 121. Et in materia paſcuorum Carol. Ruin. in conſil. 106. num. 17. & 18. lib. 5. Et conſtat iſtam eſſe communem opinionem ex relatis per Anton. Peregr. in tract. de fidei commiſſis, diſt. artic. 46. num. 32. fol. 427. Et contra Bart. eſt communis opinio, ſecundum eundem Maſcardum lib. 1. conſul. 5. num. 119. fol. 8. Et communem opinionem etiam ſequitur Ripa in d. l. 2. num. 8. ff. quorum bonorum, de quo etiam per Ant. Gabr. li. 5. commun. opin. tit. de reſtit. ſp. lib. 1. num. 108. pag. 293. Azuced. in l. 4. tit. 14. de los deſpojados, lib. 4. Recop. num. 74. fol. 191.

18 Quod confirmo, quia probationis ¶ appellatione, de plena probatione intelligitur, ſecundum Bald. in l. peremptorius, Cod. ſentent. reſcind. non poſſeſſ. Iafon. in diſt. l. admonendi, num. 233. verb. imo fortius, ff. de iur. iuran. Menoch. in tractatu de præſumpt. lib. 1. g. 36. num. 18. pag. 40. Niſi materia ſubiecta aliud dicat, ſecundum Gloſ. in l. qui accuſare, in verbo, non probante, C. de edend. Gozadin. in conſ. 63. num. 19. Seraphin. de priuilegiis iuramenti, priuileg. 73. num. 179. quem lege, num. 174. Et licet aliqua cauſa ſit ſummaria, intelligitur quoad ordinem, tamen probationes debent eſſe plenæ, ſecundum Bart. in l. 1. §. final. num. 1. ff. de prætor. ſtipulationibus, & in l. ſi finita, §. Iulianus: & in l. Cynus, §. 1. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur: & inquit idem

19 Bartol. in d. §. final. quod vbicunque ſententia tribuit ¶ ius finale, requiritur plena cauſæ cognitio; Idem in l. 1. §. ſi quis ex his, ff. de libe. agnoſcend. tradit Felin. in c. cum ſuper, nu. 18. de re iudic. Et quod in poſſeſſorio ſeruari debeat ordo iuris, tradunt Bartol. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirend. poſſeſſion. Abb. in cap. conſultationibus, de offic. Delegat. vbi Felin. & in c. bona memoria, num. 17. de appellat. Vantius de nullitate, tit. ex defectu proceſſus, num. 5. pag. 620.

20 Et in iſta materia animaduertit ad peregrinam doctrinam Decij in con. 56. n. 4. vbi tradit, quod vnus ¶ teſtimonio creditur ad probandam poſſeſſionem ex actibus poſſeſſoriis ſe geſtiſ. Et idem voluerunt Pariſ. in conſ. 104. num. 80. lib. 1. quos citat Menoch de arbitrar. iudic. lib. 2. caſu. 99. num. 14. Et plures citat Cephalus in conſ. 458. n. 12. lib. 4. quibus addo Alexan. in conſ. 139. n. 14. lib. 6. qui tenet quod in iudicio poſſeſſorio, quamuis ¶ ſummario, ¶ requiritur plena probatio: vbi ad hoc citat Gloſſ. quam dicit eſſe communiter approbatam, in d. l. 1. C. quor. bonor. in verb. ſilium. Et hoc ſequitur ibi Gloſ. Pariſ. dicendo, quod ita obſeruat, referens ad

hoc eundem Alexan. iterum dicit eſſe communem opinionem Glo. in d. l. 1. & Decius in c. cauſum qua, col. 2. de iudic. & alios, qui Mattheſil. ſequuntur: & idem quod Alex. voluerunt Bart. in Extrauag. Ad reprimendam, in verb. ſummariè; Maranta de ordine iudiciorum, v. c. nota diſtinctio, n. 43. fol. 90. Alexand. vbi Gloſ. Pariſ. plures refert in conſ. 139. num. 14. lib. 6. Maſcard. in tract. de probationibus, lib. 2. conſ. 286. num. 8. fol. 109. Parladorus par. 2. cap. final. §. 1. num. 8. pagin. 261. Robertus Mariana in ſpeculo aureo, 4. parte diſtinctio. 9. numer. 38. fol. 89.

Et in hoc puncto magni faciendum iudico quod ſcribit Rebuf. in Concordat. tit. de Annatis, pag. 202. in fine, vbi declarat doctrinam Bald. in d. l. 1. C. quorum bonorum; Mattheſil. & Decius conſil. 163. quod in cauſa poſſeſſoria ¶ ſufficiunt ſimplex probationes, ¶ quando alter non melius probat, quod in practica eſt notandum. Et iſtum punctum an in iudicio poſſeſſorio ſufficiant ſimplex probationes latiffimè, & ex profeſſo diſputatur per Caſarem Contardum Genueſem in d. l. 1. C. de momentan. poſſeſſ. in ratione decidendi, num. 7. pag. 19. cum ſequentibus; vbi ad longum refert Doctorum varietates, & inter alia num. 10. doctrinam Cagnoli in l. in pari. ff. de regul. iur. dicentem, quod in iudicio ſummariſſimo poſſeſſionis ne partes veniant ad arma, ſufficiunt leuiores probationes: quam diſtinctionem ſequitur Plotus in tract. de in litem iurand. §. 3. n. 43. Viuius in verb. in ore duorum, quod eſt notabile ad iudicium, Interim, quod nos vocamus,

Ex quibus inferri poteſt, quod ſi aliquis dominus litiget cum vaſſallis ſuper impoſitionibus, licet non exactè, & plenè probeat poſſeſſionem dictarum ¶ impoſitionum per quadraginta annos, iuxta formam dictæ Pragmaticæ; adhuc tuendus eſt in poſſeſſione. In quo aduertendum tamen eſt ¶ ad genera impoſitionum, quia regulariter Domini in his impoſitionibus habent contra ſe præſumptionem, & eas extorquent legibus reſiſtentibus, præcipuè l. 6. tit. 1. 10. lib. 6. Ordinarum, quæ eſt l. 12. tit. 22. part. 1. & in aliis iuribus quæ omitto. Et cum Dominis ius commune reſiſtat, difficiliter in tali poſſeſſione tuendi ſunt, vt probatur ex ratione cap. ad decimas, de reſtit. ſp. lib. 6. & in cap. cum perſona, de priuileg. & in aliis legibus concordantibus. Et conducunt quæ ſcribo infra 4. part. quaſtio 20. & generaliter vbicunque ius reſiſtit poſſidenti, abſque dubio credo veriorum eſſe ſententiam Alexand. Pinelli, & aliorum, quia requiritur exacta, & plena probatio. Et modicum quippiam ſufficit, vt filio competat ¶ Carbonianum ¶ edictum, l. 3. §. cauſa, ff. de Carbonian. edito, quæ lex eſt ſingularis ſecundum Aretinum & Iafonem in l. vltima, C. eodem titulo: quos citat Tiraquellus in tractatu de iudiciis exiguis, verſicul. decimo octauo, pagin. 84. Non omittendus eſt etiam in hac materia text. 12 §. nihil commune, ff. de acquirend. poſſeſſion. Et quod ad illum ſcribit Lancelot. in tract. de attentatis, cap. 4. de attentat. lite penden. limitat. 2. num. 9. pagin. 113. vbi reſoluit, quod lite pendente inter aliquos non ſuper iure, aut beneficio, ſed ſuper poſſeſſione alicuius beneficij, ſi Ordinarius confert per mortem colligantis, aut alias illud beneficium, collatio non eſt attentata, nec contra tex. in cap. ſi quis, vt lite penden. in 6. quia actus collationis, ¶ per quem transfertur ius, & datur titulus beneficij, reſpicit ius & proprietatem, & nihil habet commune cum poſſeſſione. Et refert Menoch. lib. 2. de arbitrar. caſu 202. num. 18. qui ſeremittit ad ſcripta per Decium in conſil. 483. num. 10. Rip. in dicto §. nihil commune, numer. 13. & 14. Quod eſt memoriæ mandandum, quia in practica contingit in lite maximi momenti. Et quod exceptio illegitimitatis ¶ non impediatur iudicium poſſeſſorium, quia requiritur altiorum indaginem, tradit notanter Pariſ. in conſil. 60. num. 8. lib. 3. ex notatis per Bart. & alios in l. 2. C. de edict. diui Adrian. & in d. l. §. ibidem. De quo legenda ſunt quæ ſcribo infra, a num. 48.

Et

Et ex his etiam dixit Felin. in regul. de non tollen. iure quaſte. quod prædicta regula non procedit vbicunque auferat alicui tantum poſſeſſio: in quo tamen contrarium tenet ibi latè Gomel. quaſt. 5. pagin. 90. quod refero infra, quaſt. 22. a num. 2. dicit etiam Capic. in deſiſſione Neapolitan. 189. quod interdico (quod Interim vocamus) debet quis in poſſeſſione ¶ tueri, quamuis contra illum ſit iuris communis præſumptio, quod ſequitur quibusdam adhibitis diſtinctionibus, Episcop. Couarr. in practic. quaſt. cap. 17. num. 6. folio. 84. quod etiam tradit Menoch. de retinend. poſſeſſion. remed. vltimo, numer. 21. pagin. 289. Mencha. controuerſa. illuſtrium, capite 86. numer. 1. & 2. Maſcardus in tractatu de probationibus, lib. 3. concluſione 1203. num. 11. cum ſequentibus folio 126. qui, & Menochius, citant Episcop. Couarr. in dicto loco, & legenda ſunt quæ ſcribo infra, quaſt. 22. Rebuffus in capite paſtorali, de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. verſic. ſexto notetis, pagin. 331. Et quod ſciibit idem Rebuff. in practi. beneficiarij, tit. de ſubrogationibus, num. 43. pag. 315. vbi reſoluit, quod poſtquam Papa ſubrogauit aliquem, & eidem deſuncti ius conſtulit, ſi iſ petat coram Iudice laico ſubrogari in poſſeſſionem deſuncti, & inſtantiam, non poterit repelli, etiam ſi allegetur vitium perſonæ quod non eſt notorium, & poſtea probabitur in proceſſu; & faciunt ſcripta per Ioannem Gutierrez lib. 2. practiarum quaſtiones canonicarum, cap. 21. num. 71. cum ſequentibus. Et pendente lite in cauſa principali, debet quis in poſſeſſione tueri, ¶ etiam ſi poſſeſſio ſit contra ius commune, & competat ratione priuilegij; cap. 1. vbi Abb. poſt alios, vt lite penden. Roman. in conſilio 37 Viſo puncto, in fine, Decius in conſil. 97. num. 1. Ad quos addo notabilem doctrinam, quod cum ius reſiſtat alienationi bonorum feudaliū, licet poſſeſſio reperiatuſ translata, cum ex titulo nullo non tranſferatur dominium, nec poſſeſſio, tranſfertur nuda poſſeſſio, vt tradunt Regens de Aponte conſil. 9. & 93. Ioann. Franciſcus in tractatu de Baronibus, pragmatica 11. num. 32. pagina 260. de quo legenda ſunt quæ ſcribo infra, quaſt. 24. Et quod vbicunque agitur de probatione ¶ ne primogenituræ, res dicatur requirere altiorum ¶ indaginem, tradit Cephal. in conſ. 152. num. 20. lib. 2. Et ex iſtis etiam dicit notabiliter ad propoſitum noſtrum Decius in conſil. 467. colum penultim. num. 12. quod fidei commiſſarius, qui offert ſe in continenti probare de fidei commiſſo per inſpectionem teſtamenti, cum non ſit nominatus in eo, ſi per interpretationem verborum, quæ in teſtamento continentur, velit ſuam intentionem probare, talis probatio non eſt mittenda in iudicio poſſeſſorio, ¶ ſed reſeruari debet in iudicium proprietatis. Et idem Decius in conſil. 588. col. 2. nu. 12. in fin. ſic tradit eleganter Zuchardus l. final. numer. 175. Cod. de edict. diui Adrian. poſt Curtium, quem citat num. 43. quod vbicunque dubitatur de identitate fidei commiſſarij, & non conſtat in continenti, fidei commiſſario eſt deneganda poſſeſſio: quos citat Antonius Peregrinus in tractatu de fidei commiſſis, artic. 47. num. 70. fol. 437. qui etiam citat Nattam in conſ. 125. & ibi n. 71. addit ad propoſitum, quod ſi quis non ſit nominatus in teſtamento, & eſt opus liquidatione, quæ altiorum requirit indaginem, vltra quam permittitur in poſſeſſorijs Adipſcendæ, non eſt concedenda poſſeſſio, ex Decio in conſil. 424. num. 16. Soc. Iun. in conſ. 75. n. 18. & 19. lib. 2.

Ex qua doctrina ſine iniuria dubitare poſſumus de ſententia Molin. l. 3. de primog. c. 14. n. 43. fo. 94. vbi vult, quod remedium d. l. 45. Tauri procedit in fauorem illius qui ex coniecturis, & ex verbis maioratus reſultantibus vocatus eſt. Et contra Molinam etiam facit quod ſcribit Alberic. num. 10. Corne. num. 17. Mantua in 1. lectur. n. 101. d. l. vlt. C. de edict. diui Adrian. tollen. volentes. quod vt poſſit concedi ſubſtitutio remedium d. l. vlt. præſt. eſt faciendæ liquidatio, quod caſus ſubſtitutionis euenit. Et idem Riminald. dicto conſil. 258. num. 2. lib. 2. Menoch. de adipſcend. poſſeſ. remed. 4. n. 21. pag. 74. & ſcri-

pti ſupra. part. 2. in initio. Licet pro Molin. faciat doctrina Abbatis vbi Felin. num. 3. in cap. ſuper quaſtione; de officio Delegat. vbi dicunt, quod illud dicitur conſtare manifeſtè ex ſcriptura, quod virtualiter ex ea deducitur; quod voluit Bald. in l. ad probationem, la. 2. C. de probat. Decius in l. humanitatis, num. 7. C. de impube. rum; & alij vt per Tiraquel. in tract. de mort. part. 2. declarat. 10. num. 3. Menoch. de adipſcend. poſſeſ. remed. 4. num. 125. pag. 46. & regula Gloſſ. in l. prætor, in principio, in verbo, expreſſus; vbi Doctores ff. de non oper. auuntiatione: vbi voluit, quod illud, quod venit ex mente, ¶ dicitur expreſſum, quam ornar Curtius in tract. feudorum, part. 1. quaſt. 4. num. 3. pag. 31. vbi prius tradit, quod veniens ex coniecturis, dicitur improprie venire; per l. 1. ff. ſi tabul. teſtam. extabunt. & facit etiam pro Molina textus notabilis in l. ſed ſciendum ff. ad l. Pompeian. de par. d. is, ibi: Sed nouerca, & ſponſa perſona omiſſa ſunt ſententia tamen legis continentur. Et de doctrina Molinæ etiam tracto in principio ſecunda par. 2. & expreſſum dicitur, quod venit ¶ ex mente legis, l. nominis, & rei: §. verbum ex legibus, ff. de verborum ſignificatione, tradit in iſta materia, & in ſucceſſione Montis Ferrati, Socin. Iun. in dicto conſil. 75. num. 16. lib. 1. Et dicit ad hæc etiam Bald. in conſil. 128. lib. 3. quod ea, quæ requirunt altiorum indaginem, non impediunt beneficium diſt. l. vltim. C. de edict. diui Adrian. Et de hoc plura ſimilia ſcribit Roland. in conſil. 1. num. 72. cum ſequentibus, lib. 1. Ex quibus tandem concludit, ¶ Ducillam Mantuæ eſſe mittendam in poſſeſſionem Marchionatus Montis Ferrati, quem tempore mortis poſſidebat eius patruus, non obſtante, quod per agnatos allegabatur eſſe bona feudalia; & alia obiecta aduerſus feminam Ducillam, Et contra Molinam etiam facit ſingularis doctrina Bald. in l. generaliter, notabil. vlt. C. de ſacriſanct. Eccl. vbi inquit, quod expreſſum & tacitū ¶ diſſentunt in executione, quod referunt & confirmant laſ. in l. certi conditio, in principio ff. ſi cert. petat. n. 21. Felin. in c. tranſato, num. 4. de conſtit. Curtius in dicta vltima, n. numer. 50. Sapian. num. 51. Cod. de edict. diui Adrian. & Menoch. de adipſcend. poſſeſ. remed. 4. num. 231. pag. 76. Conſtituitur, quia qui clarè non reperitur nominatus in iſtrumento inueſtituræ, ſed res requirit indaginem, repellitur in poſſeſſorio, & ad iudicium proprietatis eſt reſeruanda ſua prætenſio: vt probant Natta conſ. 121. num. 14. Socin. Iun. conſil. 75. num. 20. lib. 2. Et beneficium miſſionis in poſſeſſionem non habet locum in non liquidis, vt tradit Gratus in conſil. 140. num. 27. lib. 1. Et miſſio in poſſeſſionem ex beneficio diſt. l. vlt. non impeditur, ſi de viribus teſtamenti dubitetur, ſecundum Romanum in conſil. 235. Curtium Iunior. in d. l. vltima, num. 8. & alios quos citat Menochius remed. 4. de adipſcend. poſſeſ. num. 698. pag. 111.

Ex prædictis infero ad quaſtione, in qua in practi magna dubitatio fuit, an virtute legis, & præſumptionis l. cum auus, ff. de condition. & demonſtration. cum concordantibus, ſit danda poſſeſſio filijs ¶ qui non reperiuntur ſcripti, nec expreſſè vocati in fidei commiſſo. Quæ omnia ſunt valde neceſſaria pro intellectu huius materie, & aliarum; præcipuè ſunt commendanda ad eos, qui petunt executionem iſtrumentorum quatenus tiorum, in quibus aliqua continentur tacite, & non expreſſe. Et quod ſpurius legitimatus ¶ ſit mittendus in poſſeſſionem, ſi ſit hæres inſtitutus, ex beneficio d. l. vlt. C. de edict. diui Adrian. quamuis aduertus legitimationem aliqua opponatur, voluit Carol. Ruin. conſ. 87. in fin. lib. 3. Gozadin. conſ. 6. num. 87. Beroius conſ. 57. nu. 5. & conſ. 172. in fin. lib. 2. Socin. Iun. conſ. 97. num. 46. lib. 2. Menoch. de adipſcend. poſſeſ. remed. 4. n. 759. p. 15. Natta conſ. 473. in prime. lib. 2. Roland. conſ. 22. n. 14. cum ſequentibus, lib. 3. tradit latè idem Menoch. conſil. 181. num. 29. lib. 2. Et vt obiter hoc ſciatur, quia sæpe in practica contingit, & eſt extraordinarium, ſcire oportet quod illa exceptio dicitur requirere altiorum indaginem, quam index talem declarauerit ſecundum Gloſſam in l. is a quo, in verbo, hodie, ff. et in poſſeſſionem

possessionem legatorum, quam inibi sequuntur Doctores, & voluerunt Bartol. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicat. Angelus in l. ille à quo. §. si de testamento, ff. ad Trebellianum, & alij quos citat Socin. Junior in consil. 67. nu. 9. lib. 2. qui communem & veram opinionem testatur. Et quod hoc dependeat ab arbitrio Iudicis, tradunt Glos. Cynus, & Baldus in l. 4. C. de compensationibus: & alij quos citat Alexander in consil. 66. num. 6. lib. 2. Et quod

8 exceptio t̄ quæ à iure inest, sit de illis exceptionibus, quæ non requirunt altiore indagine, constat per scripta per Messiam in l. Toleti. part. 2. num. 12. Auendañum de exequend. mandat. Regis. part. 1. cap. 26. & alios quos citat Dominus Valdes in additionibus ad Rodericum Suarez super leg. post rem iudicatam ff. de re iudicata, in versicul. sed providentia. pag. 39. Et quod stante statuto, quod possessio continetur in heredem, filius legitimatus sit mittendus in possessionem tradit Alciatus in consil. 389. col. 1. quem citat Menoch. in dicto consil. 181. num. 48. & iterum num. 29. Et in hoc puncto, de filio legitimo legenda est notabilis sententia Matthæi ab Afflictis in cap. 1. de prohibita feud. alienat. per Federicum, §. illud, num. 15. fol. 22. 5. quam cito supra, hac parte, q. 7.

Ex prædictis potest inferri ad decisionem dubij, quod in principio huius quæstionis examinare promissum sequenti t̄ in gradu sit concedenda possessio ex vi dicti. l. 45. quando ei obicitur, quod patitur aliquam incapacitatem, Et sanè prædicta omnia alludere videntur quod talis exceptio illegitimitatis, vel alterius incapacitatis non impedit tenentem, aut possessionem dari successor in maioratu: quia videtur quod talis exceptio sit differenda in iudicium proprietatis, & constituto summarie de descendencia, debet successor in possessione iuri: argumento text. in dicti. l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibend. vbi dicitur, *Ibidem subiungit, iudicem per arbitrium sibi ex hac actione commissum, etiam exceptiones estimare, quas possessor obicit: & si qua tam evidens sit ut facile repellat agentem, debere possessorem absolvi: si vero obscurior, vel que habeat altiore quæstionem, differendam in directum iudicium.* De quo text. agit Ioann. Faber. in §. retinenda, num. 34. Institut. de Interd. & Bartol. in l. is à quo. ff. de re iudicat. Paul. Castrensi. & alij quos ibi refert Iaso. in l. aut Prætor, in principio num. 24. ff. de iureiurand. Et idem Iaso. in §. præterea, num. 38. de action. Petrus Barbosa in l. diuortio, §. final. num. 54. pagin. 1242. tom. 1. ff. soluto matrimonio. Hippolyt in sing. 337. Et de istis exceptionibus t̄ requiruntibus altiore indagine plura scribit Laurentius Genninus Rodolphus tract. de cautelis, cautel. 75. num. 3. pag. 230. Ad quæ addo singularem conclusionem, quod qui habet pro se communem opinionem, dicitur habere ius clarum, & requirere altiore indagine, vt tradit Iacobus Puteus decision. 233. lib. 3. num. 4. ex decisione Neapolitan. Caputaquens. 10. colum. final. Et quod exceptio rei iudicatæ, si requirit altiore indagine. & alie sint referuandæ ad merita causæ, tradit nouissimè Vincencius de Franchis decis. 189. part. 2. num. 4. ex Bartol. in l. ille à quo. §. si de testamento, ff. ad Trebellianum, Bartol. & Alexander, Ias. in l. si duo patroni, §. idem Iulianus, ff. de iureiurand. Augustinus Beronius in cap. in literis, num. 50. fol. 51. de restitution. spoliatorum. Et conducunt alia omnia superius scripta: per quæ iura confirmo quod scribit Matthæus de Afflict. in constitution. Neapolitan. lib. 1. rubric. 24. num. 62. fol. 76. vbi inquit, quod si Regia Curia dat possessionem filio ex primogenito, & parruus agat spolio, non est audiendus; & de intellectu text. in dicti. l. 3. §. ibidem, in illis verbis: *Si vero obscurior, vel que altiore requirat quæstionem: iuncta Glos. Et legenda omnino sunt quæ scribo in quæst. 24. num. 16. huius tertie partis: & lpenultim. ff. de capit. diminution. quam declarat Rebuff. in l. verbis legis 120. pag. 648. ff. de verborum significatione.* Ex quibus consensio singularem in ista materia doctrinam Curtij Junioris in consilio 108. num. 33. lib. 1. vbi vult, quod si

lit lis super possessione aliquorum bonorum, & in tali lite disputatur, an lex vel statutum extendatur, vel non, ad bona alibi sita; quia in iudicio possessorio t̄ non est disputandum illud, quod requirit altiore indagine: quod est notabile ad materiam, quam latissimè tracto in prima parte istius operis, quæst. 58. per totam. Et istis adtipulatur quod vbiunque nullitas requirit altiore indagine, t̄ Iudex ad vltiora procedere debet, referuato iure agendi, vt tradit Vantius in tractatu de nullitate, titul. quibus modis sentent. nulla defendi possit num. 31. pag. 737. per l. 2. C. de fals. & cap. suscitatu, de in integrum restitution. Sic in Interdicto Saluiano non admittuntur exceptiones requirentes altiore indagine, secundum Ripam in rubric. de pignoris, nu. 19. Lanfrancum Balb. decis. 84. Menochium de adipiscenda possess. remed. 3. nu. 180. pag. 42. Et quod remedium quorum bonorum non admittat exceptionem requirentem altiore indagine, probatur in dicti. l. si is à quo, ff. de in possess. legatorum, tradit Menochius de adipiscenda possess. remed. 1. num. 103. pag. 12. & idem Menochius remed. 4. num. 737. pag. 114. tradit quod si testamentum originale non reperitur, & res requirit altiore indagine, non est concedenda possessio.

Et est magistralis doctrina, quod nulla exceptio requirens altiore indagine, quæ ex processu non patet, & quæ in continenti probari non potest, t̄ impedit executionem: quam doctrinam ponit Maranta in speculo aureo, part. 6. versic. tertius & vltimus aelius, n. 63. folio 301. qui allegat Alexandrum in consil. 95. lib. 2. & in consil. 63. lib. 5. Et quod in successione primogenitura, in qua præteritur possessio, non admittantur exceptiones t̄ requirentes altiore indagine, tradit Menochius in consil. 439. num. 13. libro 5. & facit quod scribit Amedæus de Aponte in tractatu laudiorum, qu. 39. col. 2. fol. 49. vbi resoluit, quod interim dum tractatur de inualiditate alicuius contractus, domino est soluenda gabella. Et quod non possit quis impedire possessionem, ex dicti. l. vlt. C. de edit. diu. Adriani, si præterdat quod alius perdidit bona fideicommissi, quia factum non fuit inuentarium intra tempus per testatorem ordinatum, si exceptio requirit altiore indagine, tradit Paul. de Castro in consilio 292. Circa primum dubium videtur, quod institutio diu. C. Iuliani, num. 8. lib. 2. Et quod error iuris dubij t̄ æquiparetur errori facti, probatur in cap. cum dilectus, vbi Imola extollit; de consuetudine, tradit Curtius Junior in consil. 28. nu. 8. Et quæstio facti dicitur quando factum est incertum, in quo nec lex præsumit, nec sapiens consulere potest, secundum Angelum in l. Arctibus, ff. de stat. hominum: & Decium in cap. pastoralis, num. 3. de rescript. Faciunt scripta per Ferraram in practica, titul. in forma responsionis rei, versicul. quod ad imped. pag. 113. Menochium lib. 1. de arbitrii, quæst. 53. num. 7. pag. 66. Socin. in cap. veniens, de accusationibus, num. 52. fol. 276. Et per prædicta alia obientum fuit, scimus quod ex t̄ dispositione. l. 6. Taurina, hodie l. 1. tit. 8. lib. 5. Recopilation. pater succedit filio, quemadmodum filius patri; nisi in his locis, in quibus vrget consuetudo, quod bona redeant ad truncum, vel radicem; mortuus fuit filius pluribus bonis relictis, pater petiuit possessionem bonorum filij, consanguinei filij instabant, dandam esse eis bonorum possessionem in bonis truncalibus iuxta forum, quod erat in loco, vbi bona erant sita; diffinitum per prædicta fuit talem bonorum possessionem pertinere ad patrem, pro quo est præsumptio dicta legis 6. Taurina, iuncta lege Soria: & successio consanguineorum dependebat ex facto, quod alius ex amen, & indagine requirebat. Quod notandum est pro intellectu dicta legis 6. Taurina, de qua egi in prima parte, quæst. 58. & pro intellectu l. Soria, de qua actum fuit in quæst. 14. præcedenti. Pro qua sententia facit text. in cap. 1. §. defuncto, si de feud. fuerit controuers. inter domin. & agnari. & quod scribunt Ioann. Andre. in addition. ad Speculator titul. de testament. §. penultim. in fine, Alexand. in dicti. l. final. num. 31. C. de edit. diu. Adriani, Iaso consil. 172. col. 2.

vol. 2. post medium: lib. 4. Decius consil. 390. num. 4. & consil. 424. num. 11. & consil. 467. num. 10. Curtius in tractat. de feud. 3. part. princip. num. 23. Parisi. consil. 23. num. 89. libro 1. Socin. Iun. consilio 74. num. 2. & consil. 75. n. 26. cum sequentibus, lib. 1. quibus in locis multa reperiuntur pro prædictis illationibus, scilicet, mittendum esse in possessionem filium, vel alium, pro quo est iuris præsumptio etiam aduersus eum qui præterdit ius primo-genituræ.

Infero etiam ex prædictis, quod si mater, quæ præterdit successorem filiorum ab intestato, culpetur, quod non petiuit tutorem filijs intra annum, vel quod nupit secundò, non facto inuentario, nec petito tutore, petat missionem in possessionem bonorum filij, est ei t̄ danda possessio interim quod lis durat, an fuerit priuata hereditate filij: quod est notandum ad ea quæ habentur in l. 2. §. si mater, ff. ad Trebellian. l. maris; & l. mater, & l. omnem, C. ad Terullianum, & l. sciant, C. de legitim. hered. l. 1. tit. 16. part. 6. Roman. singul. 221. Cald. Pereira in l. si curatorem habens, in verbo, vel aduersarij do. 10. num. 24. fol. 272. C. de in integr. restitut. minor. & alij concordantes, & vidi de facto. Et confirmo, quia si mulier agat via executiua pro dote aduersus maritum, non potest executio impediri propter non redditam rationem administrationis legitimæ tutelæ filiorum, secundum Antonium de Fano in tractatu de pignori, part. 5. membro 1. num. 36. quem citat Caualeanus in tractatu de tutor. & curator. num. 219. 8. volum. tractatum, fol. 345. qui arteitatur hoc vidisse practicum. Nec minus facit, quod si sit lis inter dominum, & vassallum, quia dominus præterdit t̄ heredem vassalli esse incapacem ad succedendum in feudo, talis hæres interitio quod disputatur iuri debet in possessionem, vt resoluit Bursatus in consil. 6. num. 33. & 4. per textum in cap. 1. §. in filiam, & §. defuncto, vbi omnes Feud. l. 2. §. si de feud. fuerit controuer. & doctrinam Decij in consil. 424. & 467. Tiraquell. in tractatu, le mort, part. 5. declarat. 5. num. 20. & 21. Conducunt etiam ista ad decisionem quæstionis maximi momenti, quæ in practica contigit: Mulier dedit marito maximam dotis quantitatem, ad cuius solutionem virtute facultatis Regalis obligauit certa bona soluto matrimonio in certis annis; dos illi soluta non fuit: petebat mulier executionem t̄ pro interesse dotis non solutæ: Dubitabat an poterat petere executionem pro interesse: quæ dubitatio altiore requiebat indagine; & ideo videbatur esse executionem interim denegandam.

Est etiam mirabilis ad propositum casus in l. 1. §. sed & si quis, ff. de Carbonia. edit. ibi: *Sed & si quis non tantum ex liberis negetur esse, verum etiam seruus esse dicatur, forte ex ancilla editus; Iulianus scripsit, adhuc Carboniano locum esse, quæ lex facit per doctrina Baldi in rubric. C. de Carbonia. edit. vbi dicit, Quod si filio instituto opponatur per successores ab intestato, quod non valet institutio; quia filius institutus non est filius, vel quod est seruus; non impeditur Carboniana bonorum t̄ possessio, quia ad hoc refert dict. l. 3. in principio, & l. 1. §. Pomponius. Et facit etiam notabile dictum Glos. Patien. in consuetudin. Parisiens. part. 1. gloss. 5. n. 88. fol. 84. & vrget etiam text. notabilis in l. 2. Cod. de edit. diu. Adriani tollent. vbi petenti missionem virtute testamenti est concedenda, quamuis dicatur, quod testamentum, cuius virtute pertinet bonorum possessio, est falsum vel inofficiosum. Et Religiosi, t̄ à quibus decimæ petuntur, sunt tuendi in possessione, si per plusquam decem annos fuerunt in possessione non soluendi illas, secundum Abbatem in cap. 1. colum. vlt. versicul. pono vltimus, de restitutione spoliatorum, quem citat & declarat Menochius de recuperanda possessione, remed. 1. num. 166. pag. 350. Quod nota, quia sæpè videbitur. Et ibi Menochius tradit aliud esse in proprietate.*

Et interdictorum t̄ ea est natura, vt non sit quærendum, an iure quis possideat: l. 1. §. hoc interdictum,

ff. de iuner. actaque priuata. & eadem conclusio probatur in l. 2. titul. 14. part. 6. ibi: *No dese ser embargo da tal entrega como esta, maguer quo aquel que fuisse tenedor de los bienes de la herencia dixesse, que aquel testamento era falso, o el que lo mando fazer no auia poder de lo fazer.* Ad hoc ego pondero notabilem legem in proposito, in l. 12. titul. 16. part. 1. ibi, *Mager que digan que recibieron contra el derecho.* Ex quibus rationibus inquit Baldus in consil. 141. lib. 1. quod exceptiones requirentes altiore t̄ indagine non possunt obici in Interdicto Adipiscenda; quia illud est beneficium recuperandæ possessionis, & hereditas dicitur quasi spoliata: quem citat Rolandus in consil. 2. num. 37. lib. 3. & non relato Rolando, Menoch. remed. 4. de adipiscenda possessione, num. 503. pag. 94. Anton. Gons. in l. 45. Taur. num. 128. fol. 187. qui alia refert, quod reputo notandum, & ad plura singulare; & inualiditas vnionis non potest opponi contra eum qui comparat pro suo interesse, secundum Calderinum in consil. 8. In causa fratrum, cum similibus, vt per Felin. in cap. vnctis, de testibus, quos citat Decius in dicti. l. vlt. C. de edit. diu. Adrian. num. 45. Et vsquequod t̄ veritas rei appareat, mittendus est in possessionem, qui docet se vocatum, vt per Cephal. consil. 587. num. 8. cum sequentibus, lib. 3. vbi num. 7. adducit rationem satis adaptabilem ad propositum eorum, quæ hic tractantur, quod vbiunque successori competit Interdictum Recuperandæ (propter competit in casu l. 45. Taurina, vt animaduerto in principio istius tertie partis) non potest obici t̄ defectus proprietatis, ex Decio consil. 84. col. 2. & 424. n. 9. Afflict. decis. 119. in fine, Parisio consil. 41. num. 12. lib. 1. Quod est maxime aduertendum ad tenuras bonorum maioratus.

Et ex dicti. l. 2. titul. 14. part. 6. & dicti. l. 45. illis verbis, *Que segun la disposicion del mayorazgo deuo succeder,* inferretur, quod si quis exhibeat scripturam maioratus, t̄ in qua consistat de bonis vincularis, & alius præterdat, quod dicta bona sunt de maioratu antiquo, vel aliud simile; est concedenda tenura bonorum maioratus ei qui fundatur in scriptura. Inferretur etiam, quod si quis ostendat in sui fauorem scripturam maioratus vel meliorationis irrevocabilis, vt pura quia tradita fuit possessio vel scriptura, aut factus fuit ob contractum onerosum, quem postea pater vel mater reuocauit, & allegatur contra talem maioratum reuocatio; vel ingratitudo, metus, vel quod melioratio excedit Tertium & Quintum, aut aliud simile; lite pendente super prædictis allegationibus debet tueri vocatus ad maioratum vel meliorationem, quod quotidie in practica contingit. Et ad hoc legenda quæ scribo p. 1. quæst. 52. Et quod mulier hæres instituta debeat tueri in possessione castro-rum, non obstantibus exceptionibus requiruntibus altiore indagine, etiam si de aliquibus constet, tradit notanter Cellus in consil. 1. num. 9. cum sequentibus. Et Collegium defenditur in possessione etiam si privilegium non coëat, donec contrarium probetur, vt per Gambarum de officio Legati lib. 3. num. 91. pag. 171. ad quod est etiam notabilis doctrina Curtij iunioris in dicti. l. vlt. Cod. de edit. diu. Adrian. num. 81. vbi probat quod missio in possessionem virtute prædictæ legis non impeditur contra ostendentem testamentum, si appareat Tertius, & alleger bona esse feudalia, vel aliud simile, ex doctrina Baldi in cap. 1. §. inter filiam, ff. de feudo fuerit controuersia: quod magis in terminis probat Cephal. consil. 4. num. 17. cum sequentibus, lib. 1. vbi tradit, quod si de bonis primogenitura constat per instrumenta, t̄ impeditur missio ex beneficio dicti. l. vltima, C. de edit. diu. Adriani tollent. & ibi plura notanda ad propositum scribit: ad quem addo Anton. Gabriel. lib. 4. commun. opinio. titul. de fideicommissis, conclus. 5. n. 1.

Et est communis opinio, quod in Interdicto Adipiscenda admittitur exceptio, t̄ quæ in continenti probari potest, vt tradit Bursatus consil. 129. n. 26. & 36. lib. 2. pro quibus omnibus est text. elegans in l. 6. tit. 13. lib. 4. Recopilationis: circa quod plura scribit nouissimè

Cæsar Genueſis in *l.onica*, C. ſi de momento poſſiſſ. *limitat.* 12. num. 1. cum ſequentiſ. pag. 376. vbi late etiam tractat qualiter dicatur conſtare in continenti de illis exceptionibus. Et vt tradit Burlatus in *diſto loco*, iſta magis ſibi locum vendicant in rebus feudaliſis contra agnatos exiſtentes in poſſeſſione feudi, ex Decio in *ſupra allegato con.* 467. n. 17. Lau. Cherec in *communibus*, *Centuria* 1. conſul. 11. Et ad Cæſar. Genueſem addo Ioachin. Siger in *lib. de ſingularibus obſeruation. centuria* 6. obſeruat. 4 vbi tradit quod in continenti dicitur fieri, quod fit intra terminum à Iudice præfixum; iuxta *l. ſi de iur. deliber.* allegat Zaſium in *l. 4. §. condemnatum*, n. 3. ſi de re iudicat. Et faciunt quæ de bonis feudaliſis ſcribo *infra*. Et confirmatur etiam quod poſſeſſorium ꝛ Recuperandæ impeditur, ſtante notorio cauſato ex ſententia & re iudicata, ſecundum Alexand. in *l. naturaliter*, §. nihil commune, num. 12. ſi de acquirend. poſſ. Abba. in *cap. Paſtoraliſ*, num. 24. & ſequenti, de cauſ. poſſ. & propr. Paſil. in *conſil.* 11. num. 10. lib. 4. Quintilian. Mandol. in *tractatu commiſſionum*, in *tit. commiſſionis attentatorum*, in *verſ. in primis & ante omnia*, quaſt. 3. fol. 43. colum. 3. pro quibus faciunt ſcripta per Otalcum *deſiſione Pedemontana* 1. num. 27. Ioan. Gutierrez *conſilio* 6. num. 3. cum ſequentiſ. Capicius *dec.* 121. num. 28. & 29. Ad quos addo elegantem *deſiſionem* Nicolai Miles in *verbo*, poſſeſſorio Recuperanda obſtat, fol. 285. vbi concludit, quod quando allegatur aliquid, per quod notorium offuſcatur, notorium non operatur ꝛ effectus ſuos; puta ſi contra exceptionem proprietatis notoriam agentis poſſeſſorio Recuperandi oppoſitam aliquid allegetur, quod valeat dictum notorium exceptionis offuſcare: nam licet dicta notorij exceptio regulariter obſtare, ſtante tamen dicta offuſcatione, notoria perdit vires ſuas, quem citat Lancellottus in *tractatu de attentatis*, 2. part. c. 12. de attentante appellation. pendenti. ampliat. 2. num. 48. pag. 190. & in eadem parte, *limitat.* 9. num. 4. pag. 238. Et licet iuxta textum in *antem. ei qui*, C. de bonis authoritat. in *iudicis poſſiden.* debitor, in cuius bonis facta eſt miſſio, audiatur intra annum ad reuocandam miſſionem, ſi creditor offerat ſe in continenti probaturum de ſuo credito, & hypotheca, poteſt rem retinere, ſecundum Alexandrum in *l. 3. §. ſina. ſi de acquirend. poſſeſſion.* Famum in *tractatu de pignori*, part. 3. membr. 2. num. 21. fol. 67. Et quod vbiunque eſt verbum, *mor.* ſignificet quod ſummatim cognoscat, & res ꝛ non requirit altiorum indaginem, tradit Bartol. in *l. res que*, §. res autem, *ſi de iure ſiſci*, quem citat Gomez Arias in *l. 77. Tauri*, num. 3. Qui ponit exemplum in creditoribus ſe opponentibus coram Iudice ſiſcalium rerum ad petendum debita: faciunt quæ ſcribo *ſupra*, de exceptionibus requiritibus altiorum indaginem.

Et quod Interdictum *Quorum bonorum* locum habeat, etiam opponatur pendere quaſtionem falſi teſtamenti in alio iudicio, tradit notanter Mattheus de Afflic. *decif.* 14. num. 3. cum ſequentiſ. vbi plura de materia ſcribit, Rebuff. qui non citat Afflic. tom. 1. ad *conſil.* Regiæ, *titul. de ſententiis executorialibus*, *gloſſ.* 7. num. 11. pagin. 317. vbi tradit, quod ſententia recedentia lata ex titulis executori debet, non obſtante quod allegetur falſitas tituli. Et proprius ad iſta facit egregia doctrina Baldi in *rubric. de cauſa poſſeſſion. & proprietat.* col. *vl.* in *verſic. & nota quod editum*, num. 13. vbi notanter dicit quod ſtatutum dicens, fundi poſſeſſio continuetur in hæredem eo quia habet effectum retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis, habet talem effectum, quod non admittitur contra agentem beneficii talis ꝛ ſtatuti, dominij exceptio, etiam in continenti probanda, quam doctrinam refert, & ſequitur Decius dicendo eam eſſe ſingularem vbi eam confirmat in *diſto conſil.* 84. num. 1. in *verſic. 1. præterea tale ſtatutum*: ad quos alios Doctores citat Tiraq. in *tract. le mort.* p. 6. *declarat.* 5. num. 5. pag. 238. vbi in ſpecie diſputat, an in caſu ſtatuti Mediolani obſtet exceptio dominij. Quæ doctrina notanda eſt

pro intellectu prædicta *l. 45.* quamuis ſi vera ſunt, quæ ſtatim tenco, *nu.* 133. & ſequentiſ. non ſine iuſta ratione apud nos de hoc dubitari poteſt vt cumque ſit, eſt mente tenenda pro extenſione illius legis, & confirmatione eorum quæ hic tractantur. Et ad iſta facit notabilis doctrina Anton. Natæ in *conſil.* 473. num. 6. & 7. lib. 2. vbi reſoluit quod ſententia lata in fauorem filij, per quam ei fuit data poſſeſſio bonorum tanquam ex eo quod proprietat requirebat altiorum indaginem; non fuit ei data in iudicio proprietatis, per *l. penultim. ſi de his qui ſunt ſui*, vel alieni in *ris*: & *l. ſi quis a liberis*, §. *ſi vel parens*, ſi de liber. agnoſcend. & per alia quæ tradit ad quem addo ſingularem *l. ultimam*, *titul.* 19. part. 5. in *fine* facit reſolutio Caroli Reini in *conſil.* 87. num. *ſinal.* lib. 3. & quod ex Baldo tradit Tiraquellus in *tractatu le mort*, part. 2. *declarat.* 1. & Antonius Gabriel lib. 7. *communium opinion. in conſiſione*. 6. num. 17. pagin. 418. vbi ſcribit, quod exceptio falſitatis, quæ requirit altiorum indaginem & non conſtat ex facie ſcripturæ, non impedit executionem diſpoſiti ex *laſ.* in *conſilio* 85. lib. 1.

Ex quibus legibus & doctrinis in practica ꝛ ad plura negotia ſumpſi argumentum, præcipue ad reſtitutiones quas petunt ciuitates & villa huius Regni de reſtitutionibus terminorum, ſecundum prædictam legem *Toleti*. Nam ſi quis doceat de *titulo conſilij*, quod factum fuit ante annum millicimum quingentimum quadrageſimum ſecundum, vel de *titulo Regali*, licet ex aliquibus cauſis præteratur, quod titulus eſt inualidus, adhuc reus debet in poſſeſſione tueri; quia ex ſuperioribus titulis inualidus ſufficit in poſſeſſorio: & in proprietate de vero & iuſto titulo agendum erit. Ad quod concludit ſingularis doctrina Mattheus de Afflic. in *conſtitutione Neapolitan.* lib. 1. *diſt. rubric.* 24. num. 60. fol. 76. vbi inquit, quod ſi Rex in venditione facta per priuilegium, quod habet vim legis, iuxta *l. Caſar. ſi de pub. dicit*, quod omnibus denegat audientia contra emptorem; ſiquis veller agere poſſeſſorio contra emptorem recuperandæ, non eſt ſibi concedenda audientia ſi opponatur exceptio, quam probat per oſtenſionem priuilegij: & eſt iſta exceptio talis naturæ, quod impedit litis ingreſſum. Et ex prædictis doctrinis, & reſolutionibus, reſolutum fuit in praxi, quod ſi inter aliquas partes fuit ſcriptura facta contra quam allegeret metus, vel impreſſio, læſio enormiſſima, dolus, vel aliud ſimile, quod tales exceptiones non habent vim in iudicio poſſeſſorio, ſi ſuper eo ſit lit; ſed debent referuari ad iudicium proprietatis tanquam requirentes altiorum indaginem. Et in iudicio poſſeſſorio ſcriptura eſt obſeruanda bonorum. Et quod interim quod tractatur de validitate donationis factæ inter maritum & vxorem, ſit reſtituenda poſſeſſio, tradit Aluar. Valaſc. *conſil.* 94. num. 10.

Ex iſtis etiam confirmatur doctrina ſingularis Quintilian. Mandolij, quam quotidie videbis in facto, iſ inquam, in *tractatu de ſignatur. gratia*, *verſiculo*, Clericus, ſive Prelatus, fol. 112. col. 1. ad medium, tradit quod Commiſſarius Apoſtolicus, ſive ab eo ſubſtitutus, vel collector bonorum nobilium, & immobilium, ſolet aſſequi poſſeſſionem non expectata declaratione, an deſunctus condiderit teſtamentum, & an illud facere potuerit, vel ſuper quibus bonis diſponere potuerit, & diſpoſuerit; & conſanguineos, ſive deſuncti hæredes experiri neceſſe eſt via ordinaria contra Cameram: citat Cardinalem in *cap. niſi*, notabil. 3. de *renuntiation. & deſiſionem* Paleoti 27. Et pro hoc etiam facit, quod in cauſa poſſeſſoria ꝛ ſufficit oſtendere titulum coloratum, ſecundum Innocentium in *cap. veniens*, de *teſtibus*; vbi notat Felin. qui alios refert: & Decius in *conſil.* 7. & in *l. ultim.* num. 46. C. de *edit. D. Adrian.* vbi etiam aliqua ſimilia adducit. Et addo vnum ſingulare, & in practica multum neceſſarium, & quod iam contigit, ſcilicet quod in iudicio, quod *Interim* vocamus, non poteſt allegari nullitas,

vt tradit Menochius de *retinend. poſſeſſion. remedio* *ult.* num. 2. pag. 293. Sed non indiftincte verum credo; quibus conuenit quod in materia poſſeſſionis non attenditur titulus, ſed poſſeſſio, vt tradit Chaſſanæus in *conſuetudinibus Burgundia*, rubr. 7. §. 1. pag. 697. *verſiculo*, 65 & aduerte, quod ſi ſpolietur. Et in iudicio poſſeſſorio ꝛ præſumitur bona fides abſque aliquo titulo, ſecundum Innocentium in *cap. 2. de integrum reſtitu.* vbi Ioann. Andre. & Cardinal. num. 6. & Imol. Domini, in *cap. 1. de præſcript.* in 6. Menoch. in *tractatu de præſumptionib.* lib. 3. præſumpt. 103. num. 39. pag. 447. Et eſt generalis doctrina Innocent. in *cap. 2. de cauſa poſſeſſion.* & pro 66 prie, quod in poſſeſſorio exceptio ꝛ proprietatis non admittitur notat Decius qui plura refert in *diſt. l. ultim.* numer. 19. & *conſ.* 120. & Angel. in *l. 2. Cod.* *eadem* 67 *titul.* Et eandem ꝛ conſiſionem docet *l. 27. titul. 2. part. 3.* quæ generaliter dicit, quod exceptio proprietatis non impedit, quominus de poſſeſſorio tractetur, niſi de iure petentis poſſeſſionem in continenti poſſit conſtare: quod etiam cauetur in *d. l. 2. tit. 14. par. 6.* vbi hoc tradit Gregor. Lopez in *glo. in verbo*, Otto embargo, & in *l. 3. cod. tit. 14. part. 6.* in *verſ.* Que lo quæria luego probat. Ad quod plures Doctores citat Natra in *conſ.* 236. num. 2. præcipue Cinum, Bartol. Decium in *d. l. ultim. C. de edit. diui Adrian.* Roland. in *conſ.* 48. num. 51. lib. 4. & tradit notanter Iacob. Puteus *decif.* 29. per totam lib. 3. ad hoc legendus, his conueniunt quæ late ſcribit Lancellottus in *tract. lib. 3. c. 24. num. 1. cum ſequentiſ.* pag. 6. vbi late diſputat quomodo in iudicio attentatorum obſtet exceptio proprietatis notoria: & licet idem Gregor. Lopez in *d. l. 27. in gloſ.* in *verbo*, *Que le miregaſſe*, tenet quod *illa* 27. intelligitur ſolum in Interdicto Adipiſcendæ, & idem tenet Anton. Gomez in *l. 45. Taurina*, num. 184. ſemper horum opinio mihi maxime dubitabilis fuit, quia *d. l. 27.* loquitur generaliter, & idem generaliter eſt intelligenda, vt ſunt *inra vulgata*, nec eſt ſituata in *titulo*, in quo ſolum tractatur de Interdicto Adipiſcendæ, ad hoc vt dicamus, quod eſt intelligenda iuxta *titulum* in quo eſt ſituata; & (vt prædixi) idem ſtatutum eſt in *intermedio d. l. ultim. C. de edit. diui Adrian.* vt conſtat ex *diſt. l. 2.* quæ probat, quod remedium prædictæ legis ceſſat, vbiunque offertur probatio, & liquidatio in continenti; & leges tam Regiæ, quam ciuiles ſemper exoptant lites abbreviare, & ne lites ex litibus oriuntur, vt vbiq; videre licet.

Et ꝛ idem in hac ipſa noſtra materia, quamuis temporibus præteritis cognoscebat de tenura rerum maioratus in Regali Conſilio forma præſcripta ex *diſta Pragmatica anni* 1543. quam *ſupra* reſcri, & poſtea liſ agebatur in Cancellariis Regalibus ſuper poſſeſſione hodiè per aliam *Pragmaticam datam Madriti anno* 1560. & in *Pragmatica data Segouia anno* 1565. ſtatutum eſt, quod cognitio ſuper tenura in Regali Conſilio, in Cancellaria non cognoscat de poſſeſſione, ſed de proprietate, & ſuper illa ſententietur, quamuis de iure poſſeſſoris conſtet, ne tot lites ſiant ſuper vna cauſa, cum excuſſari poſſunt: maxime hodiernis temporibus, in quibus lites pene immortales ſunt. Et in hac propria materia, quod obuiandum ſiſtiſis iudiciis poſſeſſoriis, plura ſcribit Epifcop. Sarmiento *lib. 2. ſelecliar. interpretat. cap. 13. per totum*, pag. 88. quæ tamen cautè legenda ſunt, ne deſtruat tota machina iuris Ciuilis, Canonici, & Regij, & vniuerſalis practica regni, & aliarum prouinciarum.

In qua materia animaduertendum eſt pro ſingulari, quod licet proprietat abſorbeat cauſam poſſeſſionis, quando ex parte proponitur poſſeſſorium proponitur etiam petitio, vel ipſe conſentit diſcuti de exceptione proprietatis, vt tradit Minoſius *decif. Neapol.* 37. num. 3. per rex. vbi Ioan. Andr. Innocent. & Abb. in *cap. Paſtoraliſ*, de cauſ. poſſeſſ. ſcribit etiam notanter Staphile. de *litteris gratia*, & *iſtitia*, in *verbo*, *ſpoliatius*, num. 18. eſſe in poteſtate Iudicis procedere tam ſu-

ſum fuerit illis magis conducibile, & vtile partibus, vt parcat impenſis ſuperfluis; quem citat Menoch. de *recuperand. poſſeſſione*, *remed.* 15. num. 366. pag. 507. & facit pro iſta conſiſione *l. emptorem*, in *prin.* ibi: *Quia ma-niſeſtum*, ſi de *action. empti. l. doli exceptione*, *l. ultim. §. nullo*, ſi de *liber. homin. exhiben.* & quia vbiunque de exceptione liquere poteſt per iura ſcripta, ſiue probationibus facti, ſtatim ſuper ea eſt pronuntiandum, ne partes laboribus, & expenſis grauentur, ſecundum Innocent. & Compoſtell. in *cap. cum inter*, de *election.* Archidiacon. in *c. ultim. de reſtitu. ſpoliat.* lib. 6. Et quod exceptio iuris, ſi dicatur de his, quæ in continenti probari poſſunt, impediatur beneficium *diſta legis vltima*, tradit in bono caſu Curtius Iun. in *conſ.* 31. num. 9. & faciunt quæ ſcribo *infra*. Et confirmo, quia ꝛ probationes non ſunt de ſubſtantia iudicij ſecundum Bart. Bald. & Angelum in *l. prolatum*, C. de *ſententiis & interlocutionibus omnium iudiciorum*, Bald. in *l. qui accuſare*, C. de *edend. cum concordantibus*, vt per Vantium de *nullitate ex defectu proceſſus*, num. 38. pag. 639. De quo legantur Maranta in *Speculo auro*, 4. part. *diſtinct.* 9. num. 1. fol. 86. & in *part. 6. verſic. expeditam*, 2. part. n. 10. fol. 238. Menochius *lib. 2. de arbitrariis, caſu* 15. num. 10. Iacob. Puteus *decif.* 401. part. 1. & *decif.* 204. eadem parte, & *decif.* 338. part. 2. Petrus Barboſa in *3. part. rubricæ ſolu. matrim.* num. 121. pag. 124. Vantium in *tract. de nullitate*, *tit. de nullitate ex defectu proceſſus*, num. 37. pag. 638. Nicolaus Boerius *decif.* 247. num. 3. Et quod probationes ſint ꝛ de ſubſtantia iudicij probat *l. tit. 15. p. 3.* Et pro opinione Curtij facit quod ſcribit Burlat. *conſ.* 129. num. 71. lib. 2. vbi tradit inter alia, quod ius ſemper eſt certum: ad hæc legendus. Sed quod error iuris intricati æquiparetur ꝛ errori facti, ira vt excuſet à mora, tradunt Alexand. in *conſ.* 214. num. 8. lib. 6. & in *conſ.* 18. num. 10. lib. 7. Crotus *conſ.* 22. Bald. in *l. Celſus*, num. 17. *ſi de vſucap.* Curtius Iun. *conſ.* 6. num. 22. & *conſ.* 28. num. 9. Burlatus *conſ.* 9. num. 59. Et quæ ꝛ dicatur quaſtio facti, & quæ quaſtio iuris, eleganter explicat Rebut. in *l. quod iuſſit* num. 100. *ſi de re iudicat.* p. 59. Et qualiter exceptio dicatur, quod quaſtio requirit altiorum indaginem, tradit Seraphinus in *tract. de privilegiis iuramenti*, *privilegio vlt.* num. 16. Et eſt receptiſſima ſententia, quod in iudicio Adipiſcendæ ꝛ excuſantur ea, quæ requirunt altiorum indaginem, non quæ in continenti probari poſſunt, vt volunt Bald. num. 42. *Dec.* num. 20. & 43. Zuchard. num. 162. in *d. l. ultim. C. de edit. diui Adrian.* & alij plures, vt per Menoch. de *adipiſcend. poſſeſſione*, *remed.* 4. num. 725. Achilles Perſonal. in *tract. Interdict.* *Quorum bonorum*, num. 110. & num. 154. & alij multi, quos notat Burlat. in *conſ.* 129. num. 26. lib. 1. & faciunt ſcripta per eundem Menoch. de *adipiſcend. poſſeſſione*, *remed.* 3. num. 350. & de *retinenda poſſeſſione*, *remed.* 3. num. 673. pag. 233. & de *recuperand. poſſeſſione*, *remed.* 1. num. 139. cum *ſeq.* pag. 336. & in *cod. tit. remed.* 15. q. 37. num. 431. pag. 118. Ioseph. Mafcard. in *tract. de proba.* lib. 2. *concl.* 687. num. 7. fol. 64. qui la-tiſſimè in numeris ſequentiſ. tractat quid erit in Interdicto *Retinenda*, & *Vti poſſidetis*, & *Recuperanda*, & facit quod ſcribit Burg. de Paz *conſ.* 39. qui loquitur in remedio *l. Sorie*, vbi tradit, quod ſi quis petat bona ſuperlucrata conſtante matrimonio ex *l. Sorie*, impeditur poſſeſſio, ſi per ſcripturas conſtet bona eſſe capitalia alterius ex coniugibus.

Et quod ꝛ exceptio illegitimitatis impediatur miſſionem in poſſeſſionem petitam ex diſpoſitione *d. legis vlt. C. de edit. D. Adrian.* ſi in continenti probetur, tradit in ſpecie Paſil. in *conſ.* 11. num. 18. lib. 2. Quæ conſiſio procedit vbiunque de illegitimitate conſtat per ſcripturam teſtamenti, in quo apparet fuiſſe inſtitutum filium ſporium, vel inceſtuoſum, vel per aliam ſcripturam ſolemneſſam & iuridicam, vt voluit Bald. in *d. l. ſina. C. de edit. diui Adrian.* per *l. cum lege*, ſi de *teſtament.* Ioan. Igneus in *authenticæ, ex cauſa*, C. de *liberis præteritis*, Menoch. de *adipiſcend. poſſeſſione*, *remed.* 4. num. 756. pag. 115. & in *conſ.* 180. num. 34. lib. 2. & alij quos

quos citat Anton. Peregrin. *intract. de iur. fisci*, lib. 3. tit. 18. num. 39. pag. 170. vbi ex Bald. *in dicto loco*, quod filio spurio nato ex coniugato & coniugata non competit remedium d. l. ult. Ad quæ addo notabile consil. Ancharr. 225. *Videtur prima facie*, num. 12. vbi traditur, quod si legitimatus accepit possessionem, quam postea capit substitutus, videtur spoliare legitimatum; & cum constet de iure dominij per presentantem ad ius patronatus, præfertur ille qui est in possessione, *cap. cum dilectus*, de caus. possession. & proprietat. & volunt Abb. *in c. consultationibus de iure patronatus*, & alij quos citat Menoch. *de recuperand. possession. remed. 1. num. 120.* Ioan. Guttier. *in consil. 4. num. 34.* & quod in casu legis *Toletæ*, quæ loquitur de restitutione terminorum, hodie l. 3. & 7. lib. 7. *Recopilat.* admittatur exceptio per proprietatis, tradit per plura *Auendanius lib. 1. de exequend. mandat. c. 4. nu. 12. fol. 44.* in quo loco num. 17. *versic. item quando à reo*, resoluit in ista materia & in proposito *dictæ legis 4.* quod si ille contra quem agitur ex remedio d. l. *Toletæ*, ostendit donationem factam à Consilio, interim quod disputatur de validitate tituli, si proferatur sententia contra possessorem, & ab ea appellatur, non est sententia executioni mandanda, si ille titulus fuit datus ante *Capitulum anni 1542.* secus si fuit donatio facta absque licentia Regia post datam *dicti Capituli*, quia tunc sententia erit executioni mandanda. Et quod stante lege, quod quis non possit venire contra Acta, via nullitatis, aut contrarietatis, sed duntaxat via propositionis erroris, & supplicationis, vel restitutionis in integrum, non procedat quando nullitas est evidens, & apparet ex actis, tradit *Osalcus decis. Pedemonta. 142. num. 33.* ex Bart. *in extr. ad reprimendam, in verb. summaria, col. final. versicul. quadam sunt*, & alii, quod reputo notandum pro intellectu *legum 2. & 4. tit. 17. De las nulidades*, lib. 4. *Recopilat.* & ad alias plures leges potest inferri intellectus. Et quod in omni Interdicto obstat exceptio dominij, si in continenti probetur, volunt *Glof. in l. si de vi, ff. de iudic. ex l. 1. §. 1. ff. quorum legatorum*, Bald. *in l. si de proprietate, C. si à non competen. iud.* Menochius & alij plures, quos citat *Iosephus Mascardus in tract. de probationib. lib. 3. conclusio. 1329. num. 2. fol. 277.* vbi tamen num. 1. plura in contrarium refert. Et idem (videri meo) erit, si quis petat possessionem talium bonorum remedio *dict. l. ultima, C. de edict. dini Adriani*. Ad quæ est animaduertendum, quia quotidie contingunt, & sunt legenda quæ de istis exceptionibus requirentibus altiore indaginem, scribit *Ioan. Gratian. Falcon. regula 326. Nullitas*; & quod scribit *Rebuffus in cap. ultimo, de causa possession. & proprietat. pag. 275. colum. versicul. ultim.* Abb. vbi resoluit, quod quoties aliquod remedium, vel aliqua exceptio reperitur in summariis, & in his quæ requirunt veram informationem, si tamen opponens, vel excipiens in promptu se offerat iustificaturum, quia quod modo constat, modo probatur, debet audiri. Mouetur per *l. ille à quo, §. 10. ff. ad Trebellian.* *Glof. in l. 1. C. de adif. priuar.* & per alia iura *supra* citata. Ad quem addo plura notabilia, quæ refert *Seraphinus in tractat. de privilegiis iuramenti; priuil. 77. num. 78. & 79.* Ex quibus dixit notabiliter ad nostrum propositum *Lucas de Penna in l. 2. C. de fund. limit. lib. 1. col. 2. fol. 188. in vers. & breuiter*, quod si quis teneat feudum, cuius possessio non cadit in eo, vt Clericus mancus, debilitatus, & huiusmodi, quamuis sit feudum nouum, potest à Curia, seu domino spoliari possessione ipsius, nisi doceat in promptu se super hoc dispensationem habere: de quo etiam agit *Andreas de Isernia in constit. de violen. l. 1. in fine*, & tradit *Burfatus in dicto consilio 119.* oblitus de *Luca de Penna*, qui larè probat, Clericum non esse mittendum in possessionem rerum feudalium.

Qua in re animaduertendum ad doctrinam *Matthæi de Afflictis decisio 361. num. 41.* vbi tradit, quod potest haberi possessio per alicuius rei, cuius proprietatis haberi non potest, per regulam *l. 1. §. si vir uxori, ff. de ac-*

quirend. possessione, quæ doctrina notanda est ad eos, qui cum notorie sint incapaces, in possessionem bonorum maioratus se immiscuerunt. Nec obstat *lex vltim. tit. 10. part. 7.* quæ vult, quod in Interdicto Recuperandæ non obstat exceptio dominij: quia dicta lex non loquitur quando probatio offertur in continenti, & cum sit notior *dictis legibus 27. tit. 2. & l. 2. tit. 4.* debet intelligi secundum illarum distinctionem. Et pro intellectu istarum legum legenda sunt quæ scribit *Decius in consilio 191. num. 9.* vbi ex *Innocen. Anton. Imola*, & aliis ponit resolutionem, quod agenti Interdicto Recuperandæ obstat per notorius defectus proprietatis. Ad quem addo *Menoch. de recuperanda possessione, remedio 15. num. 480. pagin. 519.* & pro hoc conducunt alia quæ *supra* scripsi ex *Alexandr. in §. nihil commune, n. 12.* & aliis.

Ex quibus aliàs in facto est sustentari, quod cum vassalli cuiusdam loci huius Regni litigarent cum Domino super impositionibus, & libellus fuisset conclusus in diffinitiuam tam in proprietate, quam in possessione, licet Dominus probaret in iudicio possessionis se percepisse illas impositiones per quadraginta annos, secundum formam *dictæ Pragmaticæ*, ex quo iam in proprietate constabat de non iure domini, non erat in possessione tuendus: quod est notabile, & pro hoc facit regula *cap. cum dilectus, de causa possess. & proprie.* Ad hoc propositum est singularis quædam regula, quæ ad varia negotia est maximi momenti, quam tradit *Glof. Parisien. in consuetud. Parisien. part. 1. §. 42. n. 28. fol. 299.* vbi dicit, quod omnes prouisiones cessant, quæ pendente lite fiunt, si in continenti lis finiri possit per *l. si is à quo, in princ. ff. ut in possession. legator. & dict. l. 3. §. ibidem, ff. ad exhiben. l. 1. C. de noui oper. nuntia.* quod est intelligendum, vt scribit eadem *Glof. Paris. 2. part. consuetud. §. 52. num. 159. fol. 46.* eleganter *Rebuffus tom. 1. ad constit. Regias, tit. de literis obligatorijs, art. 6. glo. 3. num. 25. pag. 141.* vbi tradit, quod quando potest iudicari super processu ordinario statim, non soluitur interim, nec fit prouisio; & idem tradit *in tit. de sententijs prouisionalibus, artic. 1. glo. 6. pag. 260.* quod est in praxi consideratione dignum, & raro animaduertitur, pro quibus est bonus textus in *cap. Pastoralis, de caus. possess. & proprietat.* ibi: *Si verò renuntiarum fuerit, vel conclusum ut iam possit causa proprietatis diffinitiuè sententiæ calculo terminari.* Et quod petitorium in continenti probatum excludat possessotium, tradit ex communi, *Bellam. in consilio 18. cap. 3. Nicolaus Boerius decis. 73. in fin.* *Lancellotus in tractat. de attentatis, 2. part. cap. 12. de attentat. appellat. pendente, limitat. 2. num. 42. pag. 224.* Faciunt scripta per *Iacob. Puteum decis. 83. num. 4. lib. 2.* Et quod in possessotio Adipiscendæ per obstat exceptio dominij in continenti probanda, tradit idem *Puteus dec. 316. num. 5. part. 1. ex Baldo, & Decio*, quos citat. Et quod in tertia instantia admittatur per exceptio dominij in continenti probanda, tradit notanter idem *Iacobus Puteus decisio. 57. lib. 2.* quod reputo notabile pro *decisione Matthæi de Afflictis 155.* De quo ultimo, quia punctus est egregius, & in praxi necessarius, legenda sunt quæ scribunt *Abbas in d. cap. Pastoralis, num. 34.* vbi *Rebuffus, ampliat. 10. pag. 337.* *Vantius de nullitate, tit. de defectu iurisdictionis ordinaria, num. 86. pag. 262.* *Lancellotus in tractat. de attentatis, par. 2. cap. 12. limitat. 37. num. 8. pag. 260.* *Iacobus Puteus decis. 184. num. 4. pag. 195.* *Cephalus in consilio 428. num. 5. lib. 3.* *Alvarus Velasco consultatione 91. in fin. cap. 1.* vbi notanter *DD. de sequestrat. possession. Matthæus ab Afflictis decis. 53. & in constitution. Neapolitanis, in pradiuis, quest. 10. num. 9. fol. 7.* *Maranta in speculo aureo, in versiculo expedira secunda parte, num. 151. fol. 267.* *Menochius de retinenda possess. remedio 5. num. 94. pag. 264.* & pro intellectu text. *in d. l. 27.* vide etiam *Menchac. lib. 2. controuers. illustri. cap. 88. nu. 1.* vbi tamen animaduertit ad conclusionem generalem, quam ego ex illa lege elicio, quæ ad plura seruire potest. Et facit egregium

gium consilium *Oldrad. 139. Ad habendum, num. 9.* & doctrina *Bart & Ripæ num. 15. & num. 30. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudica.* vbi *Bart. & Rip.* volunt, quod nullitas exceptio per impedit sententiæ executionem, vbi offertur probatio in continenti; & plura scribit *Aymo. consil. 207. num. 8. & consil. 104. num. 7.* latissime *Menoch. variis in locis*, præcipue *de adipiscen. possessione, remed. 6. num. 48. pag. 155. colum. 2. & remed. 4. num. 530. pag. 97.* In quibus locis varia & singularia legi possunt pro declaratione eorum, quæ hic tractantur: ad quem iungo *Bartol. in l. ult. C. si ex falsis scriptis, & de cisionem Rotæ in nouis. 16. aliàs 393. num. 1. & 2. de restit. spoliato.* quæ vult spoliatum non esse restitutum quando constat de non iure spoliati per instrumentum publicum, quod habet executionem paratam, Idem volunt *Decius in consil. 302. num. 22.* *Bauhhol. Socin. consil. 87. num. 23. lib. 3.* *Capitius decis. 77. num. 4. & 5.* & alij quos citat *Ioseph. Mascard. in tract. de probation. lib. 3. conclus. 327. num. 6. fol. 276.* Quibus addo pro maiori declaratione nostræ materiæ, quod producent scripturam per maioratus simul cum privilegio, & facultate Regia, quæ fuit concessa ad faciendum maioratum dicitur euidentissime probare, vt constat ex resolutione *Felin. in c. licet causam, num. 10. de probation. & decis. Capitij 121. num. 27.* & *Felin. in dict. loco*, alia ad propositum addocit, & quod probationes in ista materia non sint admittendæ; etiam in continenti, vbi cumque est præsumptio, quod malitiose, & per calumniam offerantur, tradunt *Abb. in consil. 8. lib. 1. Menoch. in tract. præsumpt. lib. 2. præsumpt. 47. num. 8.* qui increpat *Couar. in pract. quest. c. 16. num. 2.*

Rursus, pro prædicta sententia (vt ad quæstionem institutam rēdeam) facit quia defectus notorius in iustitia principali per non impedit reuocationem attentatorum, *si consistit, de accusa.* de quo puncto nouiter, & egregie magis quam omnes, agit *Epif. Couar. in pract. quest. 9. 23. n. 4.* cui tamen addo *Abbat. in c. in literis, n. 26. de restit. spolia.* *Ludouic. Gom. in regul. de annal. possessione, quest. 57. & in regul. de non iudicand. iuxta formam supplicat. quest. 5. pag. 288.* quod hodie latissime resoluit *Robert. Lancellot. qui refert Epif. Couar. in loco prædicto*, is inquam in *lib. de attentat. part. 3. c. 23. n. 1. num. 12. cum seq. pag. 428.* & tradit *Ioseph. Mascard. in tractat. de probationibus, lib. 3. conclus. 145. num. 6. cum sequent.* *Parisius* qui alios citat in *consil. 12. num. 5. lib. 4.* Nec est omittenda doctrina *Aufret. in decis. Tolosa. quest. 431.* vbi dicit, quod sufficit præsentatio à laico, si agat possessotio, docere de institutione, omnia præsentatione; notat *Pettus Rebus. in tract. de pacifico possessore, pag. 281. num. 43.* & vide illum *num. 106.* scribit etiam *Matthæus de Afflictis, rubric. 14. nu. 47.* quod licet tenens & possidens feudum non possit habere dominium sine inuestitura, per tamen potest habere possessionem feudi, de qua, si fuerit spoliatus, potest agere possessotio; quæ doctrina est magnificenda in proposito, quia difficilem reddit aliam doctrinam *Menoch. in con. 64. n. 65. cum sequent. lib. 4.* vbi tradit, quod petens possessionem bonorum feudalium, vel in illa manuteneri, non est audiendus, nisi ostendat inuestituram validam, quia causa possessionis feudalialis habet admixtam causam proprietatis, vt dicit *larè dixisse in tr. de retinend. possess. remed. 3. num. 377. cum sequentib.* qui tamen non meminit de dicta doctrina *Afflict.* Et ibi tandem concludit, quod quando exceptio incapacitatis, & inhabilitatis statim probari potest, locus est missioni in possessionem, vt etiam dixit latius *de possessione, adipiscen. remed. 4. n. 752.* quæ notanda tamen sunt ad ea, quæ *supra* & *infra* scribo, & ad propositum istius quæstionis, & materiæ Et in bonis feudalibus legenda sunt quæ scribo *supra* ex resolutione *Cæsar. Genuensis in l. vnica, C. si de momentanea possessione, n. 83. & infra nu. 174. & num. 225.* Nec minus facit quod notanter scribit *Lancellot. in tr. de attentat. par. 2. c. 17. de attentat. nullitate, pendem. n. 153. pag. 339.* vbi ponit regulam, quod dum disputatur de iuribus privilegij, interim non est quis

commodo possessionis priuandus, per *c. i. vt lite pendente.* Adduco etiam *Bald. in d. l. ult. n. 20. C. de edict. dini Adriani*, vbi vult, quod scriptura solemniter priuata sufficit in possessotio, sed in petitorio non, nisi sit publicata.

Tandem pro prædicta sententia non est prætereundum, quod ferè in propriis terminis scribit *Gregor. Lopez in d. c. 20. tit. 14. in glo. in verbo, Propriedad, par. 6.* vbi dicit, quod si aliquis occupauit bona maiorata, & veniat filius, vel filia, quæ ex tenore, seu vocatione scripturæ maioratus, prætendat maioratum, & petat sibi tradi possessionem, & quod pendente impubertate quæstio super filiatione; & bonis differatur, quod per constituto summarie de filiatione, possessio est ei concedenda, & quæstio debet super filiatione differri; quod fundat ex *tex. in l. 3. §. parui, & §. si quis liber, ff. de Carbo. nia. edict. & in d. l. 2. tit. 14.* melius facit *text. in d. l. 1. §. sed est quia, quam supra* retuli; licet postea *Gregor. Lop. in sine glof. sentiat*, quod hoc dictum procedit solum in maioratu, quæ venit iure institutionis, non etiam in maioratu qui venit ab antecessoribus, de quo lege quod scribo *in initio istius tertiæ partis, n. 71. & d. l. 7. tit. 22. par. 3.* vbi *Gregor. Lopez.* Iste est germanum, quod minor potest agere per in iudicio possessotio abf. que curatore, *l. 3. C. qui legit. personam: Glof. in cap. ex parte, de restit. spoliat.* de quo per *Aufret. Capell. Tolosa. decis. 106.* cum concordant. vt per *Menochium de recuperand. possessio. remed. 6. num. 36. pag. 376.* *Sforc. Oddo in tractat. de in integrum restit. part. 2. quæst. 68. artic. 6. num. 41. pag. 779.* Et ex hoc disputat *DD.* an minor restituitur aduersus sententiam latam in iudicio possessotio, vt *Albertic. in l. 3. C. qui legit. personam*, & alij ibi, quod larè disputat *Menoch. de retinend. possessione, remedio 3. num. 851. pagin. 251. col. 2.* vbi *num. 857.* tradit regulam *d. l. 3. C. qui legit. personam.*

Deinde huc spectat doctrina *Angeli in consil. 219. Thema tale est*, vbi dicit, quod licet aliqua res præscribi non possit, si tamen ille qui est in possessione eiusdem turbatur, potest agere contra turbantem, & expellere spoliantem De quo vide *Ægid. Bossi. in practico crimina. tit. de fisco, & privileg. eius, n. 59. pag. 666.*

Ex qua doctrina inferitur, quod quamuis res maioratus præscribi non possit (quod tractabitur in *quarta parte huius operis, q. 21.*) si tamen aliquis illam possederit per aliquot annos, est in possessione tuendus, non obstante quod allegetur per vocatum ad maioratum, quod res est impræscriptibilis: modo concurrant ea quæ scribo *in quæstione 6 supra, eodem.* Ad quod etiam facit, quia bene per potest possideri res, cuius proprietatis haberi non potest, secundum *Glof. in cap. dilectissimi, 12. quæstion. 1.* notat *Andreas de Isernia in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Federic. Sillud quoque, colum. fina.* Ex quo dixit *Gregor. Lopez.* cum citans (quamuis per verbum [fuerit] in *l. 7. tit. 29. part. 3. gl. in verbo* Flata, *versic. tertio limita.* Quod licet platea, sua siue vicij publici, & alia similes res præscribi non possint, secundum dispositionem prædictæ legis, in proprietate in possessione tamen sunt præscriptibiles: vbi plura ad confirmationem istius opinionis adducit, quod ante eum tenuit *Aym. à Gregor. Lopez non relatus in tr. de anti- qui. tempor. 4. p. num. 204. fol. 329.* quem lector legat.

Inferitur etiam ex omnibus superioribus, valde periculosa esse sententiam per *Mauerij in practica, tit. 93 de possessotio, §. item hæres qui succedit, & §. item dato quod ille*, vbi opinatur, quod si hæres institutus in testamento apprehenderit possessionem rerum hereditarium, poterit hæres ab intellecto aduersus eum manuteneri: & idem tradunt *Nicola. Boer. decis. 156. n. 9.* & alij quos citat *Tiraquel. in tract. le mort. p. 2. declarat. 7. n. 3. pag. 91.* quod, vt prædixi, difficillimum mihi videtur. Infero etiam ad doctrinam *Silua, in consil. 105. num. 10.* vbi tradit, quod si prætendatur non deberi solui censum ob aliquam causam, talis exceptio est reuertenda ad iudicium proprietatis, quod ad multa reputo notabile, & *supra* retigi. Nec minus facit ad ista, doctrina *Bar. in l. 1. §. si inter, ff. de litigios. n. 2.* vbi vult, quod res non efficiatur

- 94 litigiosa ꝛ propter litem motam in possessorio, & idem volunt Angl. in *Auben. de litigiosis, col. 2. Innocent. Abb. & Dec. in c. 1. de confirmation. vili. vel inuili. & alij quos citat Olsac. dec. Pedemon. 144. n. 10.*
- Infero etiam ad quæstionem notabilem, quod si sit lis super aliqua re, quæ præceditur esse ex maioratu, sed de hoc, & de identitate illius non constat clare per scripturam, & dubitatur de identitate illius, interim quod super hoc disputatur super possessione, est
- 95 tuendus in possessione ille qui in ea ꝛ repetitur, & habet titulum ad rem super qua litigatur. Pro qua conclusione faciunt quæ scribo in 4. q. 20. à num. 24. vbi tracto qualiter bona præsumantur esse libera Rursus vbi cumque aliquis est adeptus possessionem rei relicte in minus solemnè testamento, competit ei retentio secundum Bartol. in *l. nemo potest. m. 1. ff. de lega. 1.* vbi Iaf. num. 94. & Ripa num. 96. communiter dicunt, quos citat Anton. Gom. decif. 248. num. 2. Et quod minor in iudicio possessorio ꝛ habeat legitimam personam, tradit Iacob. Pute. decif. 162. num. 4. lib. 1. per legem final. C. qui legitimam personam? Lanfranc. m. qui generaliter. §. fin. de procuratorib. in 6.
- 97 Infero etiam, ꝛ quod l. 1. tit. 18. lib. 9. Ordina. quæ disponit, neminem, excusari à solutione gabellarum, quamuis se defendat cum præscriptione immemoriali, procedit respectu proprietatis, non possessionis. Et idem, quod d. l. 1. disponit l. 2. tit. 15. lib. 4. Ordin. sed & idem dici potest in casu l. 1. d. tit. 15. quæ loquitur de tempore requisito ad præscriptionem iurisdictionis, quæ secundum illam legem præscribitur tempore immemoriali: Nam d. l. procedit vbi agitur de præscribenda iurisdictione in proprietate, non autem in possessione, quia in tali casu non requiritur præscriptio immemorialis. Ad hæc facit quod singulariter scribit Rebuf. in *tr. de pacifico possessore. n. 159. pag. 295.* vbi tradit, quod licet beneficium seculare non possit ꝛ possideri per Regularem; nec beneficium regulare per Secularem sine dispensatione, e. cum de beneficio, de præben. in 6. si Regularis ꝛ habens beneficium seculare spoliatur, licet sit inhabilis respectu tituli, potest tamen intentare remedium possessorium Restitutedæ, & facit fructus suos, cum possit præscribere, citat Rebuf. Felin. in *c. in nostris. in si. de rescrip. & idem tradit Staphil. de literis gratie & iustitias. tit. de variis modis vacation. vers. textus vacationis modus. 3. pag. 136. num. 7.* vbi citat decif. Rotæ. 4. Et idem Rebuf. in *praxi beneficia. in 3. p. signum. num. 25. pag. 168.* scribit, quod si Clericus erat in possessione præsentandi ad ius patronatus, quod laico competebat, valet prouisio facta à Papa, non facta mentione, quod laico competebat: per regulam, c. consultationibus, de iure patronat. & doctrinam Cardi. conf. 69. Vacante. col. 2. Et de tituli probatione in rebus beneficalibus, plura notabilia scribit Mascard. in *tr. de probationibus. lib. 3. conclusion. 138. n. 1. cum sequentibus. fol. 335.* Ad ista legendus est prius dicta conclusio. 145. num. 9.

S V M M A R I V M.

- 100 Iudices ordinarij qualiter possint de causa nobilitatis cognoscere, vbi agitur de tuendo spoliatum, & num. 101.
- 102 Fratri heredi in testamento in scriptis instituto an danda bonorum possessio ex beneficio l. vltim. C. de edict. diu. Adriæ. cum foror opponit se habere aliud testamentum in scriptis, quod allegat esse posterius.
- 103 Vassalli si præendant, quod non potuerunt alienari virtute privilegiorum, debet allegatio reservari ad proprietatis iudicium.
- 104 Possessio, & proprietates qualiter differant, & num. 116.
- 105 Transactio si fiat à litigantibus super bonis maioratus, & postea successores allegent de nullitate, est in possessione tuendus, qui transactiones virtute bona possidet.

- 106 Filio legitimo an danda sint alimenta pendente lite super legitimitatis validitate,
- 107 Lis si pendeat super matrimonio apud iudicem Ecclesiasticum, an durante hæc causa possit successe in bonis maioratus petere à Iudice seculari possessionem rerum maioratus, & num. 108.
- 109 Intellectus ad tex. in cap. tuam, de ordine cognit.
- 110 Index secularis cognoscit incidenter super matrimonio, quando est questio facti, & num. 111.
- 112 Questio iuris, & questio facti, qualis dicatur, & num. 113.
- 114 Summaria cognitio potest super matrimonio coram Iudice seculari tractari.
- 115 Index secularis an possit matrimonium compellere, ut uxori alimenta præstet, quæcumque vxor habeat sententiam in fauorem matrimonij, etiamsi ab illa sit appellatum.
- 117 Per instrumenti ostensionem an constet de non iure agentis.
- 118 Quasi possessio filiationis, & confessio patris & matris dicuntur filium esse legitimum, an sufficiat, et in possessione possit tueri, & num. 130, 131. & 133.
- 119 Confessio maris dicentis aliquem non esse filium mariti, an præiudicet filio.
- 120 Quid in proprietate, aut possessione.
- 121 Causa matrimonialis possessoria an habeat admixtam causam proprietatis.
- 122 Filij debent in possessione obtinere donec constet in proprietate de excessu donationis à patre, vel matre factæ.
- 123 Statutum quod ascendens non possit descendentes meliorare, qualiter procedat.
- 124 Intellectus ad pragmat. dotium, hodie l. 1. tit. 2. lib. 5. Recop.
- 125 Intellectus ad l. 47. Taurinam.
- 126 Facultatem si quis habeat nominandi ad maioratum, & ordinem præscriptum non obseruet, qualiter debeat obtinere, qui præendit quod ipse, & non alius debet eligi.
- 127 Præcedens quod possessor bona maioratus ob non implentam conditionem, vel gravamen, amittit illius bona, in quo iudicio debeat agere.
- 128 Spoliatus an possit dici qui conditione non impleta possedit.
- 129 Filius putatiuus est successor legitimus bonorum maioratus, & num. 130.
- 132 Matrimonium præsumitur ex longa cohabitatione viri & vxoris quoad legitimationem prolis.
- 134 Agnatio collateralium an probetur probando frater-nitatem.
- 135 Matrimonium si ob publica honestatis impedimentum non valeat, contrahentes tamen credant illud de facto tenere, filij an succedant in feudo.

Post num. 135. inuenies summaria quæ desiderantur.

EX dictis confirmatur alia notabilis doctrina curiosissimi Doctoris Hispani Petri Nuñez de Auenda. lib. 1. de exequen. manda. Regiis, c. 1. n. 33. fol. 20. versic. ex hoc deducitur, col. 3. vbi tradit, quod licet iudices ordinarij non possint principaliter cognoscere de causis nobilitatis, ꝛ poterunt tamen incidenter cognoscere, an talis sit in possessione nobilitatis, aut fidalguia, per doctrinam Bal. in l. hi qui ad civilia, Cod. de appellat. & Iaf. in l. vlt. in fine. ff. de consti. Princip. & alia, quæ refert, & idem voluit Ortalora in tractat. de nobilitate. par. 2. c. 2. num. 8. Dominus Antonius de Padilla in l. si in adibus, num. 7. C. de fideicommissis, Ioann. Gutierrez de iurament. confirmatorio, part. 1. cap. 16. num. 8. fol. 59. Petrus Augustinus Morla in imperio iuris, par. 1. tit. 2. de iurisdic. omni. iudicem, num. 155. fol. 87. pro quibus est l. 3. tit. 14. De los despojados, lib. 3. Ordina. quæ est hodie in noua Recop. l. 2. tit. 13. li. 4. sicuti eam ponderaui in q. 14. supra, eod. n. 19. & faciunt l. 8. tit. 11. lib. 2. Ord. noui, vbi probata possessione 20. annorum, ꝛ ꝛ quis

- quis in possessione nobilitatis. In foro etiam verum esse quod scribit prædictus Parlad. lib. 2. rerum quotidianar. c. 5. n. 24. p. 94. vbi resoluit, quod si alter ex fratribus petit possessionem pro diuiso, alter verò frater qui est bonorum possessor contradicendo allegat multa à patre accepisse bona, vt illius legitima soluta sit, talis exceptio, quia respicit diuisionem, non impedit missionem in possessionem, nec facit eum legitimum contradicentem.
- Infero etiam, quod si possessores bonorum maioratus per plures annos solutionem alicuius annui census, vt pro aliqua memoria, vel annuuario, non possunt successores contradicere solutionem, allegando bona ex quibus solutio facta fuit, esse maioratus, si lis sit in possessione, in qua actor interim tueri debet: quod ex facto contingit.
- Et per prædicta etiam respondi, & obtinui in magno negotio, scemina nobilis in quodam testamento in scriptis ꝛ instituit fratrem suum heredem, qua defuncta, petiuit possessionem bonorum ex beneficio d. l. vlt. C. de edict. D. Adrian. istius fratris contradixit possessionem allegando quod habebat aliud posterius testamentum in scriptis; quod probare volebat per testes, & quod fuerat illud testamentum vltimum: Diffinitum fuit talem oppositionem referendam esse ad iudicium proprietatis tanquam requirens altiore indaginem.
- Infero etiam confirmatio eius, quod scribit Roland. conf. 6. num. 50. vers. similiter non obstat l. 3. vbi fundat, quod si vassalli alicuius domini prædunt, quod non potuerunt alienari vigore priuilegiorum, quæ habebant; ꝛ non debent cōtinere, si agatur de possessione; sed ista allegatio est referenda ad iudicium proprietatis. Quod est notandum pro vassallis istius Regni litigantibus cum Dominis super simili casu, Admonco etiam lectores circa differentiam inter ꝛ proprietatem, & possessionem, de quadam singulari & extraordinaria doctrina Angel. & Alex. in l. fin. C. de annal. except. vbi volunt, quod si in iudicio possessorio actor deducat vnam causam, & probet aliam, debet obtinere; qui allegat Innocent. in c. querelam, in fine, de electione, & idem Alex. in addit. addit. Bart. in l. 1. §. idem scribit Neratius, in ff. de depositis, quos citat Nicol. Boer. dec. 42. n. 22.
- Infero etiam in nostra materia ad quæstionem quotidie in practica contingentem: litigantes super ꝛ bonis maioratus faciunt super illis transactionem, & confirmant cum Regali facultate; postea successores litigant super illis bonis, & allegant contra transactionem, quod non potuit illis præiudicare ob defectum potestatis, voluntatis, & alios effectus, vel nullitates; & petitur possessio bonorum super quibus facta fuit transactio; quia durante lite, & dubio, vtrum transactio valuit, vel non, præiudicauit successori, est tuendus in possessione ille, qui virtute transactionis, & facultatis Regalis bona possidet, reservato super talibus bonis iure proprietatis, quod est summe notandum: & pro hac conclusione facit regula l. in se possidet, ff. de acquirend. possess. l. fin. C. de his qui veniant a patris impetraver. c. 1. de transaction. cum concordantib.
- Infero etiam in practica, quod filio legitimo ꝛ debent dari alimenta lite pendente super validitate legitimationis. Et pro hac illatione, quam vidi in practica faciunt scripta per Porcium Imolensem in conf. 102. nu. 33. Bursatum in conf. 129. num. 48. cum sequent. præcipue n. 53. li. 2. Infero etiam ex prædictis ad defensionem quæstionis, quæ de facto contingit: fuit concessa res emphyteutica ad certas vitas; ille qui nominare poterat, nominauit certas personas; opponebatur cōtra nominationem, quod non potuit fieri, & lis prosequabatur in possessione, in qua tuitus fuit nominatus, & fuit reservatum ius in proprietate, an nominatio valeret, vel non.
- Ex his omnibus etiam inferri potest, quod licet pendente causa natiuitatis, & illegitimitatis apud iudicem Ecclesiasticum, non debeat causa pendens coram iudice seculari super hereditate terminari, vt probatur in cap. tuam, de ordi. cogni. quod explicant DD. ibi, & Bart. in l.

Titia. n. 2. ff. solut. matrim. Iaf. in l. quoties, n. 6. C. de iudi. si ꝛ tamē lis sit in possessione attentis superioribus, potest per Iudicem secularem terminari. Pro quo etiam facit, quia Index secularis cognoscit de mero possessorio, spirituali, vt probatur in c. vlt. de iudi. de quo plenius egi in q. 11. supra, eodem, quod est notandum ad illum, qui litigat super possessione bonorum maioratus, & illi obicitur, quod causa matrimonialis, vel legitimationis, ad hæc pendet coram iudice Ecclesiastico, sicut visum fuit in hac Regali Cancellaria in quadam famosa lite super quibusdam bonis maioratus. Et hæc conclusio probatur ex ratione cessante tex. in d. c. tuam, vbi causa hereditatis differtur, donec causa natalium apud iudicem Ecclesiasticum terminetur, quia causa natalium est spiritualis, & apud illum est tractanda. Quando autem, licet causa sit spiritualis, potest coram Iudice seculari tractari, ꝛ cessat dispositio tex. in d. c. tuam, & eiusdem ratio: & sic causa possessoria tanquam quid facti potest coram Iudice seculari agitari, & decidi; quod resoluit in terminis Thesaurus decif. Pedemonta. 117. num. 4. Matthæus ab Afflic. decif. 2. num. 4. vbi additiones Angel. & aliorum, quæ sunt in libro ipso Afflic. & in volumine nouo. Ad quod etiam facit doctrina Bartoli in d. l. Titia. n. 2. vbi dicit, quod quando est quæstio facti, & super matrimonio, an interueniat, ꝛ vel non, potest index secularis de hoc incidenter cognoscere. Et hæc Bart. opinio est communis secundum Alex. in d. l. Titia. & in d. l. quoties, n. 6. Ripam in c. 2. n. 24. de iudicis, & notat Felin. in c. cugn. sit, n. 1. de foro competent. Philip. Franc. in Clem. dispendiosam, col. 7. de iudi. Rip. resp. 17. n. 5. Episcop. Couar. qui refert singulare dictum Gerardi in singulis 96. is inquam in epitom. de sponsal. par. 2. c. 8. §. 3. n. 4. fol. 123. & latissime resoluit, & communem opinionem vocat Farinac. in criminal. q. 7. n. 23. fol. 56. Et istam sententiam amplectitur in terminis Matthæ. de Afflic. in dec. Neapolitan. 219. n. 5. quæ in nostro hoc Senatu pluries recepta fuit, Remigius de immunitate Ecclesiastica, quæst. 2. n. 4. p. 268. & ad hoc est singularis expressa doctrina Speculatoris in tit. de competentis iudicis additione, n. 28. fol. 19. lib. 2. Et hoc est tenendum, quicquid teneat Abb. in d. c. tuam, n. 10. & latè ex pluribus confirmat Menoch. ad hæc legendus remed. 3. retinend. possess. num. 332. cum seq. pag. 203. Anton. Capici. decif. 7. num. 2. Olsac. decif. Pedemon. 137. num. 11. Thesaurus decif. 117. & 131. num. 10. Gratian. Falcon. regul. 253. num. 12. Episcop. Bernard. Diaz in regul. 459. vbi additio Salzed. plures refert, Menoch. remed. 15. de recuperan. possess. num. 212. pag. 495. & in conf. 306. nu. 11. lib. 4. & in quæstionibus Canonici; nouissime Ioan. Gutierrez q. 34. n. 17. cum seq. pag. 318. Francisc. Marcus decif. 119. par. 2. num. 7. & ibi lata additio; & hac ratione Iudices laici possunt cognoscere de Decimis, vbi est quæstio ꝛ facti, secundum Federicum in conf. 245. quem citat Felin. in c. causam qua, n. 15. de prescrip. tradit Vantius de nullit. tit. de nullitat. ex defectu iurisdic. ordin. num. 54. pag. 246. eleganter Decius in c. 2. num. 24. de iudic. vbi Gloss. Paris. in addit. latè Episcop. Couarr. in practico quæstion. quæst. 35. num. 2. Barbofa in d. l. Titia, ff. solut. matrimo. tom. 2. n. 45. pag. 787. latè Amedeus Aponte in tractat. an index Ecclesiasticus, in multis locis cum Ruin. in epitome de sponsalibus, par. 2. c. 8. §. 12. n. 5. fol. 152. hoc ampliat, etiam si agatur de mero delicto Ecclesiastico, vt de hæresi; contra quem facit text. in c. inquisitionis, §. prohibemus, de hæresi, in 6. & doctrina Anchar. in c. ea qua, de regul. iur. in 6. Alex. in d. l. Titia, tom. 2. pag. 769. & Dec. in d. c. 2. num. 24. in vers. reuera tamen communi opinione: Quæ autem sit quæstio iuris, ꝛ quæ facti in ista materia, vltra loca ordinaria legendi sunt Matth. de Afflic. & Olsac. in dictis decisionibus. Quam quæstionem latissime interpretatur nouissime Petr. Barbofa. l. Titia, ff. solu. matrim. num. 29. cum tribus seq. & prius num. 25. Et quod dubium facti, & dubium iuris æquiparentur, tradit Curr. lun. in conf. 28. n. 8. li. 1. Quod vbi cumque agitur de possessorio Adipilcedæ, & requiritur habilis personæ, Iudices laici nec principaliter, nec incidenter cognos-

Et quod praesumatur matrimonium ex longa ꝑ habitacione viri & vxoris quoad filiorum legitimacionem, volunt Gl.in c.1. q.4. Inno. in c. ex parte, de resti. spoliis, & alij quos citat Episcop. Couar. in epitom. de sponsa. p.2. c.1. num.5. Cephal. conf. 435. num.64. lib.3. Menoch. conf.199. num.48. lib.2. & in tract. de presump. li.3. praesum.50. n.70. pag.240. vbi legi possunt plura pro intellectu istius materiae: vbi n.99. cum seqq. ex Nauar. & alijs probat, quod hodie ex Concil. Triden. cessant istae praesumptiones, & filij nati ex matrimonio praesumpto sunt insuccessibiles; prout etiam attestatur tenuisse in d. conf.199. num.57. & materiam istam omnium latissime & nouissime tractat Ioseph. Mascard. in tract. de probat. lib.1. conclus.786.787.788.789.790.791.792.793.794.795.796.797.798.799. & 800. Ad quem addo Bursatum conf.98. num.7. cum sequen. lib.1. vbi concludit, quod quasi possessio matrimonij probatur ex tractatu coniugali, & quod quasi possessio operatur, vt actor ꝑ vel reus obtineant tam in petitorio quam in possessorio, secundum magis communem opinionem. Et quod agnatio collateralium ꝑ probetur probando fraternitatem, licet primus stipes non probetur: quod reputo notandum in practica, ad eos qui volunt agnationem probare, & quotidie contingit: & quod quasi possessio agnationis, maxime si quis habeat nomen agnationis, transferat onus probandi in aduersarium, tradunt Rub. conf.16. num.17. Cephal. conf.606. num.10. lib.4. Quorum opinio corroboratur ex pluribus quae in fauorem matrimonij putatiui cumulat post alios Tiraque. de legib. comubia. glof.8. de son marit; num.258. cum sequen. fol.354. Refert autem inter alia plura Decius, Baldi doctrinam in cap.1. §. naturales, col.3. in vers. Pone quod non tenet matrimonium, num.11. si de feud. fuer. contro. inter domi. & agna. fol.47. vbi dicit, quod si non valet matrimonium propter impedimentum publicae honestatis, si contrahentes credebant illum de facto teneri, ꝑ filij succedunt in feudo. Et istam opinionem confirmat idem Decius in conf.154. & 155. quem lector legat, si oportuerit, & legenda sunt quae scribo supra part.2. quast.2. sed non excusatur mulier, quae non fecit diligentiam necessariam veritatem inuestigando, vt per Cinum, Bald. & alios in l. qui contra. C. de incest. nup. cum concord. vt per Cephal. consilio 444. num.9. lib.3. circa quod lege quae scribo in 1. part. quast.51. ad finem.

S V M M A R I V M.

- 136 Legitimatō personarum debet plenē probari, etiamsi causa sit summaria.
- 137 Spoliatus beneficio non debet restitui, si habet notorium defectum tituli. Quid si de titulo non constat, num.145.
- 138 Exceptio illegitimitatis impedit possessionem rerum maioratus, si in continenti offeratur probatio contra petentem, vel notorie constat contra illum.
- 139 Titulus nullus habetur pro non titulo. An sit sufficiens ad praescribendum. n.141.
- 140 Priuilegium ex falsa causa obtentum nullum est.
- 142 Triennalis non est in possessione inuendus, quando possessor est inhabilis.
- 143 Iura quae loquuntur in beneficiis, an procedant in feudis? refertur quadam sententia. Contraria, num.144.
- 146 Antiquior possessor sine titulo an praefertur possessioni iunioris titulatæ.
- 147 Causa beneficiis possessoria an dicatur habere causam proprietatis annexam.
- 148 Collatio per literas falsas an obstat ad impediendam beneficii possessionem remissiuè.
- 149 Ex praescriptione an acquiratur titulus ad beneficium.
- 150 Reservatio an operetur in iudicio possessorio, sicut in iudicio proprietatis.
- 152 In causa beneficiis an sufficiat ostendere titulum primæ

- aspectu validum.
- 153 Titulum sui beneficii quando quis teneatur ostendere.
- 153 Exceptio non iuris in beneficiis qualiter impediatur renouationem attentatorum.
- 154 Possessio iniusta habetur pro nulla.
- 155 Constitutum in rebus personalibus an operetur, quando constitutarius est incapax, & n.156.
- 157 Possessio longi temporis non habilitat incapacem.
- 158 Paria sunt non esse, & inhabilem esse.
- 159 Recredentia quid sit, & an concedenda laico, si eam pro decimis petat.
- 160 In possessione, quam quis contra praesumptionem iuris communis pretendit habere, non est tuendus, nisi praescriptionem, aut titulum sufficientem ostendat.
- 161 Quasi possessio non releuat ab onere probandi, quando primarius status natura quasi possessioni repugnat.
- 162 Rex habet fundatam intentionem in toto Regno in iurisdictione omnium populorum.
- 163 Possessorium non datur, quando quis vult defendi in possessione iuris, quod soli Principi conuenit.
- 164 Resolutio quaestiois principalis.
- 165 Probationis appellatio intelligitur secundum naturam causae.
- 166 Semiplena probatio, non est probatio.
- 167 Iuramentum an dicatur legitima probatio propter subiectam materiam.
- 168 De notorio defectu proprietatis qualiter constat.
- 169 Lex 45. Tauri an procedat, cum constat de notorio defectu proprietatis. Illius remedium non impeditur, quando titulus est nullus, n.172.
- 170 Executio an suspendatur, cum agitur de nullitate ex defectu iurisdictionis.
- 171 De tituli defectu vbi constat, non est quis in possessionem mittendus.
- 173 Possessio vitiosa dicitur quae acquiritur virtute tituli inuvalidi. Quae transfertur virtute contractus inuvalidi, qualiter repeti potest, num.174. & an acquiratur naturalis & vera ex actu nullo simul cum traditione, num.175.
- 176 Possessio vt transeat in successorem in maioratu, non requiritur quod sit in possessione filij, vel successoris tempore praedecefforis.
- 177 Scriptura maioratus habens vitium visibile aut latens, a quibus debeat probari, sub distinctione traditur.
- 178 Successor in maioratu an praesumatur filius legitimus, & num.179.181.184. & 187.
- 180 Simplex coniectura & praesumptio semper est in benigniorem partem interpretanda.
- 187 Filius expositus an praesumatur natus ex legitimo matrimonio. Auctoris sententia, n.183.
- 185 Filius non praesumitur natus ante sacerdotium, sed ante Clericatum, naturalis, & non spurius, n.189.
- 188 Vxor in dubio praesumitur non concubina.
- 189 Sententia lata super matrimonio contra matrem an praeiudicet filio qui pretendit successionem maioratus, & num.190.
- 191 Sententia lata super partu supposito contra matrem, an praeiudicet filiis.
- 192 Exceptio proprietatis obstat femina agenti remedio d.l.45. Tauri.
- 193 Possessorium iurisdictionis quando habeat admixtam causam proprietatis.
- 194 Exceptio an excludat remedium restitutorium, vbi-cumque proceditur sola veritate inspecta.
- 195 Scripturam maioratus si quis exhibeat in aliqua parte cancellatam, aut vitiosam, petatque in possessionem mitti, qualiter sit audiendus.
- 196 Remedium d.145. Tauri habet admixtam causam proprietatis.
- 197 Missio in possessionem probatur tam ex instrumentis quam ex testibus.
- 198 Exceptiones illegitimitatis, & alia similes admittuntur in iudicio tenuta.
- 199 Collatio facta ab eo qui est in possessione alicuius iuris an valeat.

Tempus

Tempus instat, vt ad quaestionem nostram reuertamur; quam tantisper omisi, vt lectores animaduertent ea, quae supra tractata sunt; quia in alio loco non ita opportunè tractari poterant, & in practica sunt necessaria, & notatu digna, nec alibi reperiantur.

Prædicta igitur opinio, quod exceptio legitimitatis vel alterius cuiuslibet incapacitatis, non impediatur successorem in maioratu, quominus gaudeat beneficio possessorio, & priuilegio d.l.45. dubia redditur propter sententiam Glof. quam dicit ibi communem Ias. in d. l.2. C. de edict. diui. Adrian. vbi dicit, quod licet causa sit summaria, legitimatio personarum ꝑ debet plenè probari: notat Alex. in d.l. à Diuo Pio, §. si super rebus, Bar. in extr. ad reprimendam, in verbo summarie, num.12. Iaso in rubr. C. qui admitti: num.4. Alex. conf.59. num.2. lib.2. & conf.77. num.14. lib.6. Felin. in c. cum oportet, num.7. de accus. Cagnol. in l. cum principalis 139. num.10. fol.230. ff. de reg. iur. Ioseph. Mascard. in tract. de probat. lib.2. concl.974. num.4. fol.250. & conclu.786. num.8. fol.110. Marant. in speculo iurico, 20. dist. num.15. fol.118. Mandos. in tract. de inhibitione q.59. num.8. fol.21. Lancel. in tract. de attent. part.3. c.24. de reo & exception. quast.2. num.4. pag.434. Et est communis opinio, secundum Decium in d.l. vlt. C. de edict. diui. Adrian. num.47. & idem Mandos. in tract. de commissio. compulforia. fol.64. col.1. vbi responder ad fundamenta Iasonis in d.l.2. qui contrarium tenet per quosdam rationes, quae ibi videri poterunt: & notat idem Decius, vbi Glof. Paris. in addit. in c. prudentiam, §. sexta, num.3. de offic. Delegat. fol.118. Nicol. Boer. decif.171. num.18. vbi post Iason. in dict. rubric. C. qui admitti, hoc intelligit, vbi per aduersarium fuerit oppositum: Et faciunt scripta per Mascard. in tract. de probat. lib.2. concl.974. per totam, folio 250. Et opinio Glof. in d.l.2. communem vocat Gratus in consilio 140. & vltim. num.39. lib.1. quem citat Mascardus in tract. de probat. lib.2. conclus.799. num.11. fol.122.

Limitat tamen prædicta Felin. in cap. veniens, in 2. num.14. fol.133. in Tertio comparate pro suo interesse, quia non tenetur probare legitimitatem personae. Et pro hoc etiam facit, quia spoliatus Ecclesiastico beneficio, non est ꝑ restituendus, si aduersarius illi obiicit notorium defectum tituli, secundum Innoc. in c. constitutus, de filiis presbiter. Abb. & Aret. in c. si constitutus, de accusat. & alios plures, quos refert Episc. Couar. in d. epitem. de sponsa. 2. p. c.7. §.5. num.10. fol.102. & probatur in c. significasti, de diuor. & volunt. Innoc. Abb. num.6. in c. cum Ecclesia Surina, de resti. spoliat. Aym. conf.302. num.6. & alij plures, quos citat Ioan. Guttier. conf.6. num.3. Vbi num.4. post Bart. Socin. in conf.87. n.23. lib.3. Aym. d. consil. scribit, quod per inspectionem scripturae dicitur constare de non iure agenti in continenti.

Sed hoc non multum vrget, quia (vt supra dixi) vbi-cumque notorie ꝑ constat de incapacitate successoris in maioratu, non est in possessionem mittendus, aut si in continenti de incapacitate constat. Ad quod est etiam doctrina Ioan. Fabr. in §. retinenda, num.4. in f. de interd. vbi dicit, quod laico dicenti se possidere decimam, rem factam, vel religiosam, quae sine titulo possideri non potest, denegatur Interdictum Retinendæ; & idem tenet Rebuff. tom.3. ad consil. Regias tit. de mater. possess. art.8. glof.1. num.5. vbi scribit, quod Interdictum Vti possidetis non datur laico pro quasi possessione decimarum, & idem Capic. decif.209. nu.4. & 5. & Menoch. rem.3. de retin. poss. n.591. pag.225. quod in negotio opulento contingit.

Et inquit eleganter Menoch. de adipisc. poss. rem.4. num.587. pagin.102. quod non dicitur legitimus contraditor ad impediendam possessionem ex beneficio d.l. vltima, C. de edict. diui. Adrian. qui ostendit titulum & possessionem à defuncto, cum titulus est inuvalidus ob defectum insinuationis. Pro quo facit quod scribit Matthæus de Afflict. decif.228. num.2. & dec.271.

num.3. vbi probat, quod titulus ꝑ nullus habetur pro non titulo. Et donatio nulla & insinuatio per iudicem facta, non debet confirmari, vt in donatione facta inter virum & vxorem, etiam traditione interueniente, exemplificat Ofalc. decif. Pedem. 34. num.12. Et titulus habitus à iure habetur pro non titulo, secundum Bald. in l. incivilem, num.3. C. de furtis: & tradit Fuluius Pacian. in tr. de probation. lib.1. c.61. n.16. Et ostendere titulum defectuosum est plus quam si nullum ostendar, & non potest agi de attentatis, vt resoluit Lancell. in tract. de attent. p.3. c.24. de reo & except. quast.21. p.459. & de priuilegijs attentatorum, n.205.

Hinc est, quod priuilegium ex falsa causa ostentum nullum est, secundum ꝑ Innoc. in c. inter dilectos, de fide instrum. Bellameram desif. 723. num.14. Et tradit in bono casu Ripa respos.49. num.9. Faciunt notabiles leges videlicet lex 2. ff. quemadmodum testamento aperiantur: & l. si quis aliquid, §. testamentum, ff. de penis: l. si quis legatum, vbi Glof. ff. ad l. Cornel. de falsis, quae iura docent non esse habendam rationem testame. in non perfecti. Et vbi-cumque constat de initio tituli inuvalidi & illegitimi, non prodest illi qui talem titulum habet, vt tradunt Ancharran, q.24. par.1. Carol. Ruin. in conf.56. num.15. & conf.60. & in conf.70. lib.1. Bursat. in conf.23. num.8. Vincent. Carroc. in tract. de locato, tit. de praescription. num.24. fol.229. Ad quod legenda sunt quae scribo in quarta parte, quaestione 20. num.303.

Sed ꝑ titulus nullus ratione iuris vel facti etiam iniusti malam fidem non producat, & sit ꝑ sufficiens ad praescribendum, tradunt Paul. de Castro in l.1. ff. de usucapion. Felin. in cap. de quarta, num.34. de praescription. Ioan. Francisc. in tit. de Baronibus, pragmat.1. num.185. qui refert Episcop. Couar. in regula possessor. de regul. iur. in 6. part.2. §.7. Et quod paria sunt non habere titulum, vel non habere coloratum, tradunt Guid. Pap. decif.85. Natta in consil.411. num.6. Amodeus de Apont. in quaestio. quis si iudex, folio 68. col.2. & legendus est Menochius in d. remed.4. num.221. & ad hoc facit dist. l.27. tit.2. par.3. & dist. l.3. §. ibidem, in versic. Et si qua tam euident sit: & opinio Glof. in l. si de vi, ff. de iudic. Quae vult, quod agenti Interdicto Retinendæ obstat exceptio dominij in continenti probata. Quam Glossam sequuntur Din. Cin. Angel. Imola & alij, quos citat Ripa in d.l. naturaliter, §. nihil commune, num.99. ff. de acquir. poss. quod late disputat Menoch. remed.2. de retinen. poss. q.79. num.871. fol.133. Et conducunt plura notabilia quae in proposito scribit Bursat. in conf.129. num.48. cum sequen. lib.2. ad quos omnes addo Oldrad. in conf.139. Ad habendum, num.9. vbi ponit regulam, quod in iudicio Adipiscendæ admittuntur omnes exceptiones, quarum exitus est facilis. Et conducunt plura quae in proposito circa palcia & alias res Communitarum scribit Messia sup. leg. Toleri. par.9. fundamen.2. num.19. cum seqq. fol.83. & facit quod scribit Anton. Gomez in l.45. Taur. num.122. final. verbis, & eleganter Faber in d. §. retinenda, num.34. de Interd. ad hoc omnino videndus. Et hæc soluiuntur ex d.l.45. vbi possessio maioratus transfertur in eum tantum, qui est verus & legitimus successor maioratus, quia habet admixtam causam proprietatis, vt supra dictum fuit.

Et conuincuntur ex regul. Cancell. 33. vbi cauetur, quod licet triennalis ꝑ possessor regulariter in possessione sua tueri debeat, fallit, quando is qui possidet non esset habilis ad beneficia obtinenda: tunc enim possessor etiam ultra triennium molestari potest: & idem tenet Chaffan. in consuetudin. Burgun. rubric. de successione. §.3. glof. habile, quos sequitur Rebuff. in tract. de pacifico possessore, num.206. pag.303. totius tr. Paris. in conf.96. lib.4. n.2. & 19. Ad quae addo, quod iura quae loquuntur in beneficiis, ꝑ procedunt in feudis, vt tradunt Decius in conf.66. Gomezius in reg. de Annali possessore, in praesentatione, & in reg. Triennali, quast.4. quos citat Men. de recup. poss. remed.15. n.470. pag.518.

Secd

Sed ad hæc responderi potest, non esse bonum arguendum de rebus ꝑ temporalibus ad beneficia Ecclesiastica, in quibus dari non potest vitiosus ingressus vt constat ex regula, beneficium, de reg. iur. in 6. tradunt prædicti DD. & Abb. in cap. in literis, num. 11. de restit. spoliat. Dominic. in cap. ad decimas, de restit. spoliat. lib. 6. & alij quos citat Anton. Gabriel. lib. 5. commun. opinion. de restit. spoliat. concl. 1. num. 98. pag. 283. concludentes, quod spoliatus de beneficio non restituitur, si non constat de titulo beneficii, ꝑ vt ibi latius per eos: & tradit idem Gabr. eadem conclu. 1. num. 101. & conclus. 5. num. 110. August. Beroi. in cap. in literis, num. 76. de restitutione spoliatorum, fol. 93. Anton. Peregrinus in tract. de fidei commiss. ar. 52. num. 142. fol. 17. Mascardus de probation. lib. 3. conclus. 1323. nu. 1. cum sequent. fol. 270. Robertus Maranta in speculo aureo, par. 4. distinction. 13. num. 3. fol. 106. & Anton. de Butrio in dist. cap. in literis, num. 41. tradit, quod possessor ꝑ sine titulo non antefertur possessioni iuniori titulatae: & Ferrer. con. 7. num. 3. & Barthol. Socin. in l. rem que nobis, num. 17. ff. de acquir. possess. Roland. in cons. 51. num. 25. lib. 2. Mascard. tract. de probat. lib. 3. conclus. 1322. num. 14. fol. 268. Menoch. de recup. poss. remed. 15. q. 31. num. 407. & in tertio remed. retinend. num. 730. pag. 240. vbi subdit, quod causa beneficii spoliatorum dicitur habere causam proprietatis ꝑ annexam, & idem tradit ipse Menoch. vbi refert Guid. Pap. Beroium, & alios, de adipiscen. poss. rem. 6. num. 43. pag. 115. de quo puncto legendus est item Menoch. de recuper. poss. remed. 1. pag. 322. num. 118. & num. 131. pag. 324. & de adipiscen. poss. rem. 6. num. 46. pag. 155. vbi eleganter tractat, an obstat ad impediendam possessionem, quod collatio ꝑ vel electio sit facta per literas falsas & subreptitias, vel quod collator, vel elector, vel confirmator non habuerit potestatem conferendi, vel eligendi, aut confirmandi: & quid si in continenti afferantur probationes? ad quod facit doctrina Imolæ & aliorum in cap. constituitis, de appellacion. & plura scribit nouissimè Ioseph. Mascard. in tract. de probat. lib. 3. conclus. 1374. nu. 12. cum seqq. fol. 322.

Ad quos addo, quod possidens beneficium, potest per Superiorem molestari, secundum Innoc. Abbat. & Dec. num. 11. in c. cum causam, de probat. fol. 248. Et quod ex præscriptione ꝑ non acquiritur titulus ad beneficium, vt tradit Azeued. in l. 1. tit. 2. lib. 1. Recop. num. 6. pag. 44. & doctrina Innocentij in c. nihil, de election. vbi vult, quod habens beneficium ab illo qui dare potuit, quamuis de ipsius intitulati, vel prouisi titulo disputari possit, an valeat, vel non, non dicitur intrusus; ad quod, decisionem Rota & alia refert Selua de benef. part. 3. q. 11. num. 5. fol. 771. Et quod in materia spirituali si constat aliquem non habere ius, non habeat locum remedium attentatorum, probatur in cap. ultimo, iuncta glof. 1. de iure patronatus, quam nullus non citat: & conducunt scripta per Mascardum lib. 1. de probation. conclusio. 180. num. 1. cum sequen.

Et quod referuatio ꝑ sufficiat in iudicio possessorio, sicut in iudicio proprietatis, voluit Abb. in d. cap. in literis, num. 28. vers. Et ideo dicunt, & in c. item cum quis, num. 6. de restit. spoliat. Falcon. in tract. referuatio. 11. effect. num. 13. vers. quia, vt dicit Rota Bisignia, de restitutione spoliat. column. 2. vers. Nam antea quam, & alij, vt per Quintilianum Mandolium regul. 1. referuatio. quæst. 3. num. 4. folio 4. & in cons. 18. num. 13. Casador. decif. 1. de restit. spoliator. Iacob. Puteus decif. 325. par. 1. Faciunt scripta per Fuluium Pacian. in tract. de probation. lib. 1. numer. 36. Franciscum Marcum dec. 136. num. 10. & decifion. 86. num. 9. & decif. 245. num. 3. part. 2.

Et quod etiam in beneficiis non sit necesse collocare possessionem cum titulo, vbi quis fuit lite pendente spoliatus, tradit eleganter Aufser. in decif. Thol. 15. quem citat Rebuff. in lib. Concordatorum, tit. 1. de Annatis pag. 797. vers. Septima regula, vbi etiam ex Fel. decif. Rota, & alijs tradit aliud singulare, quod licet

Interdictum Retinendæ in beneficiis habeat annexam causam proprietatis, sufficit excludere aduersarium per non ius, etiam si non suam canonizet possessionem.

Sed contra illud quod scribunt Aufser. & Rebuff. facit resolutio Paris. in dist. conf. 12. lib. 4. num. 2. vbi post Bellameram, Felin. & Casadorum, quos refert, concludit, quod agens remedio attentatorum, quod valdè priuilegiatum & fauorabile est, ꝑ debet illud iustificare cum titulo saltem colorato: & hæc dicit esse communem opinionem contra Abb. in d. cap. cum literis, quod tradit Ofasch. decif. Pedem. 55. num. 6. vbi addit, quod titulus coloratus dicitur, quando habitus fuit à Papa vel Ordinario, secundum Abbat. & Doctores in cap. 2. de concession. prebend. Guid. Pap. decif. 87. Decium consil. 200. non autem si habeant à Capitulo, vel ab alio habente ius conferendi virtute alicuius priuilegij, vt per Gomezium regula de Trienniali possessore, quæst. 37. & materia, lege omnino quæ scribit Amedeus de Aponte in questionib. laudemialib. q. 51. folio 66. in sequentibus. Mascardus de probationib. lib. 1. conc. 171.

Notandum tamen est, quod etiam in causa beneficii sufficit ostendere titulum primo aspectu ꝑ validum, quoad formam extrinsecam; iustitiam autem intrinsecam non tenetur quis docere, secundum Anton. de Butr. Abbat. & Imolam in d. c. in literis, eundem Imol. in Clem. vnic. de caus. poss. Guid. Pap. decif. 85. & alios quos citat Natta in consil. 411. num. 9. libro 2. Quod confirmo per doctrinam singularem Baldi in l. 2. num. 59. C. de seruitur. & aqua, vbi vult, beneficium esse mittendum in possessionem visis prouisionibus suis, hoc est, cum appareat ex prima facie bullarum collati beneficii, esse sibi prouisum à Superiore; idem Abb. in d. cap. constituitis, in 2. num. 15. de appellacion. vbi Imol. Deci. & Franc. & alij, quos citat Menoch. d. remed. 6. de adipiscen. num. 35. pag. 154. col. 1. Ad quod vide omnino eundem Menoch. de retinend. poss. rem. 3. num. 602. pag. 226. & Lancellotum de artent. p. 3. c. 31. n. 54. pag. 123. in noua editio.

Lege tamen contra hoc notabile consilium Roman. 499. per totum, vbi notanter probat, quod prouisio Papalis nulla, vt puta, quia facta fuit intra tempus ad eligendum, non iuuat etiam illum qui iam possidebat virtute illius prouisionis. Ad hæc facit notabilis Rebuffi. in praxi beneficii, tit. de missione in possessionem, num. 87. pag. 92. vbi ponit regulam, quod si quis perperam possessionem accepit, licet bono sit iure munitus, non manet in possessione vitiosa, & iustus titulus; & è contrario titulus iniustus, & possessio iusta, vt ibi latius per eum. Quinimò idem Rebuff. in practica beneficii, dist. tit. de missione in possessionem, num. 42. pag. 93. notat eleganter, quod in mittendo in possessionem non requiritur causa cognitio, & differenda est executio, donec de veritate tituli constet. Et de materia lege omnino Mascard. in tract. de probation. libro 3. conclus. 1279. num. 15. fol. 222. Et de materia quando quis teneatur ostendere titulum sui beneficii, & quando sit necessarium Interdicto Retinendæ, & similibus, plura scribit Ioseph. Mascard. in tract. de probation. lib. 1. conclus. 180. num. 1. cum sequen. fol. 130. & nouissimè Casar Genuens. in l. vnic. C. si de momen. possess. limit. 2. num. 44. pagin. 342. qui num. 38. tradit vnum singulare, quod quotidie videbis, quod in iurisdictionibus & quibusdam seruitutibus personalibus ostendi debet titulus, ex Bart. in l. 1. num. 15. vbi Iaso ff. de iurisdiction. omnium iudic. Bald. in l. 2. nu. 8. & 41. C. de seruit. & aqua. De quo legenda sunt quæ scribo infra, quæst. 22. & ibi num. 21. cum sequen. tractat, an possessorum iurisdictionis habeat admixtam causam proprietatis. Et qualiter exceptio ꝑ non iuris, in beneficiis, impediatur reuocationem attentatorum, resoluti Robertus Maranta in tract. de attentat. par. 3. cap. 3. cap. 13. de reo, & exceptio. num. 61. & 80. & lege omnino latissimè Aymonem in consilio 322. per totum.

Et quod gratia subreptitia præbeat iustum titulum ad præscribendum, tradit Iacob. Puteus decif. 80. par. 1. ad quem iungo Rebuffum in tract. de pacifico possessore, num. 387. pag. 333. Et in ista materia possessio iniusta habetur ꝑ pro nulla, resoluti Rebuffum in tractatu de pacifico possessore, num. 276. ex Innocentio & alijs in cap. consultationibus de iure patronatus, Bellamera in consil. 10. & alijs fundamentis.

Præterea ista vltima opinio fulcitur, quia licet per Constitutum ꝑ transeat possessio rerum etiam spiritualium, secundum Anto. in cap. cum venisset, column. vltim. de caus. possess. & proprietat. de quo dixi in questione 11. supra eodem, post principium, procedit secundum Antonium, ibi, Quando isin cuius fauorem factum fuit Constitutum, est incapax illius possessionis; vnde si Clericus se constituit possidere decimas, vel beneficium nomine laici, nullam in illum possessionem transfert, notat Tiraq. in tract. de Constitut. p. 7. ampliat. 33. num. 7. fol. 70. & par. 3. limitat. 18. fol. 134. Rebuff. tom. 2. ad consil. tit. de mater. poss. in praxi num. 72. pag. 232. Pro quibus est singularis doctrina Innoc. in c. ad iud. in verbo, confirmatio: de decimis. Sed hoc etiam non conuincit ꝑ quia (vt prædixi) non est iusta argumentatio de rebus spiritualibus ad temporales, de quibus in hac quæst. tractamus, vt patet ex Oldrad. in consil. 1. & alijs quos citat Episc. Couar. in libr. de sponsal. p. c. 7. §. 5. num. 10. fol. 102. Mandos. in reg. Cancell. 16. q. 2. num. 2. fol. 89. Quare inquit Bald. in l. 1. num. 7. C. si de momen. poss. quod appellatio in causa beneficii possessoria est iustificanda cum allegatione tituli: & quod possessorium rei spiritualis dicitur quæstio spiritualis, resoluti Barbat. in c. fin. de iud. quod rectè examinat Curt. in tract. de feud. p. 7. num. 25. pag. 521.

Item pro prædicta sententia facit quod possessio longi temporis ꝑ non habilitat incapacem, cap. ca. sam qua & c. accedentes, vbi Abb. & Felin. de præscript. Ioan. And. in c. 2. per illum text. de praben. in 6. Tandem beneficia legum capacibus & non incapacibus tribuuntur, l. Lucius Titius, §. Titius Damam, ff. de leg. 2. & paria ꝑ sunt non esse; vel inhabile esse, l. quorides, ff. qui satis. cogant. notat Benedic. de Plumb. in l. 2. col. 1. ff. de matu. vindict. & alij plures, quos refert Tiraq. in d. tract. de legi. commul. gl. 3. num. 43. fol. 304. vbi plenissimè tradit, quod in plerisque locis ego tracto, præcipuè p. 1. q. 48. Et hæc & alia similia pro hac sententia adduci possunt, & per prædicta alijs consului & obtinui, laico non esse concedenda Recedentiam ꝑ (quod in Hispania vocamus Interim) si tale interim petat pro decimis, in quarum possessione dicit se tenendum fore: quia ei resistit Ius Canonicum & Regium super possessione talium decimarum, non sic simpliciter, sed vehementissimè, c. prohibemus, c. quoniam, c. ad hac, de decim. c. cum Apostolica de his qua sunt à Prelato sine consens. Cap. l. 22. tit. 20. p. 1. latè Rebuff. in tract. de decim. q. 10. n. 10. cum seqq. vbi num. 45. scribit, quod est presumptio contra laicos qui decimas iniuste detinent.

Certum autem est de iure, quod non est quis tenendus in possessione, quam præterdit ꝑ habere contra presumptionem iuris communis, nisi ostendat præscriptionem sufficientem, vel titulum, qui præbuerit iustam causam ad præscribendum, c. cum persona, de priuileg. in 6. & specialiter in Interdicto Interim, quod non sit concedendum, vbi ius commune vehementer resistit, vt in casu, c. 1. de prescri. in 6. qui loquitur de eo qui vult præscribere decimas constitutas in aliena parochia, voluit Episc. Couar. in practica, quæst. c. 17. nu. 6. vers. Quod non sit respondendum, Menoch. remed. vlt. retin. poss. num. 24. pag. 289. qui citat Couar. in prædicto loco: & Couar. etiam refert Mascard. in tract. de probation. lib. 3. conclus. 1203. num. 4. Et legenda sunt quæ scribo quæst. 22. Pro quibus est etiam Glof. in l. si solemnibus, vbi Bar. & alij, C. de fide instrum. & regulari scripti, §. sed si queratur, ff. si seruit. vendic. & elegans doctrina Florian. in l. seruitutes, cap. magna num. 39. ff. de seruit. & faciunt quæ supra scripti. Et ex text. in d. §. sed si queratur colligitur regu-

la, quod quando primarius status naturæ repugnat quasi ꝑ possessioni, ipsa quasi possessio non releuat ab onere probandi; & probatur in l. 2. tit. 14. p. 3. & in l. 27. in princip. tit. 14. par. 7. & plura refert Gutierrez. lib. 3. practica. quæstion. q. 19. num. 9. pagin. 313. Et quod dato quod matrimonium probetur vetè vel presumptiuè, non possit quis obtinere in interdicto Recuperandæ, nisi excludatur clandestinitas, tradunt Hostien. in cap. ex parte de restitutione spoliatorum, & alij quos citat Thomas Gramma. consil. 26. num. 15.

Et ex his quæ scripta sunt de dist. cap. cum persona; cem concord. inferitur, quod si quis litiget cum Rege super iurisdictione alicuius loci, & petat se in possessione lite pendente tueri, non est defendendus in tali possessione, cum per l. 2. tit. 1. lib. 4. Recopilat. Rex habeat fundatam ꝑ intentionem in toto Regno in iurisdictione omnium populorum, sitque necessarium ostendere titulum, vel priuilegium, vt latius in dista lege cauetur: quam illationem & conclusionem scripsi in isto loco, antequam legerem Rolandum, qui hoc expressè tenet in consil. 89. num. 34. lib. 2. quem vitiosè refert Antonius Peregrinus in tract. de iure fisci, lib. 6. tit. 8. num. 24. pag. 387. vbi refert text. in dist. cap. cum persona de p. iurisdictionis in 6. Felinum in cap. cum nobis, num. 7. de p. script. & tradit Ioann. Gutierrez. d. quæst. 19. num. 11. post Ioannem Lopium quem citat in cap. per vestras, post secundum notabile, in §. incipient. Sed est vitiosè dubitatio: qui tractant de intellectu & praxi, d. §. cum persona; & Mascardus in d. conclus. 1203. ponit regulam: quod ꝑ possessorium non datur quando quis vult defendi in possessione iuris, quod soli principi conuenit: & idem erit in casu l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopilat. qui loquitur de solutione gabellarum: & idem erit in casu l. 2. d. tit. 15. lib. 4. Recopilat. quæ loquitur de præscriptiōe gabellarum, & ad alias similes leges Regni potest deduci intellectus. Et ista confirmantur ex magna & vtili resolutione Rebuff. in cap. cum dilectus, de caus. poss. & propr. pag. 351. vers. duodecimo & vltimo, vbi scribit, quod in omnibus possessorijs à iure reprobatis non est concedenda restitutio possessionis, nisi de titulo constet; vt in causis beneficiis, & decimis, & in possessione quam maritus præterdit in vxorem, & in similibus.

Quibus minimè refragantibus (quæ verè non impediunt) adhuc mihi videtur, vt supra dictum est, quod si in continenti, vel notoriè non constat de incapacitate, ꝑ vel illegitimitate successoris in maioratu, est mittendus in possessionem. Nec obstat Glof. in d. l. 2. C. de edict. D. Adrian. tollend. quæ magis urget: quia sufficit personam legitimari, secundum quod à iure in iudicijs summarijs exigitur, & in causis possessorijs, iuxta notata per Bart. in d. l. 1. C. quorum bonor. & alia, quæ supra retuli, & dicit Bald. in l. peremptorias, col. vlt. in vers. quæro vtrum, C. sententiam rescind. non posse, quod appellacione ꝑ probationis, de semiplena intelligitur, secundum naturam causæ: & idem tenet Bartol. in l. si constante, 1. quæst. ad finem, num. 9. ff. soluto matrimonio, licet semiplena probatio ꝑ non sit probatio, cap. vt circa, de elect. in 6. l. nec thesaurus, ff. ad exhiben. cum concord. vt per Rebuffum in Concordat. §. præfatique Graduati, pag. 377. vers. sic fidem plenam. Et probatio legitima dicitur ꝑ iuramentum propter subiectam materiam, secundum Glof. in cap. statutum, §. cum vero, in verb. proprio iuramento, de rescript. in 6. & doctrinam Baldi refert etiam Decius in consil. 18. num. 1. & facit quod notanter ad propositum scribit Bartol. in d. l. 1. num. 10. C. quorum bonorum: facit text. cum Glof. in l. qui accusare, in verb. non probante, C. de edend. & in l. 1. §. debbit, cum Glof. in verb. filius, ff. de liber. agnoscen. & inquit Bart. in extrin. ad repimendam, in verb. sanmarie, in fine, quod si Iudex dicat adhibuisse plenam causæ cognitionem, ista verba, in causa summaria, intelliguntur secundum causæ cognitionem, secundum causæ qualitatem. Et ad hæc faciunt quæ scribit Ioan. Lopi in c. per vestras, & de donat. inter vir. & vxor. notab. 2. col. 266. hodie pag. 387.

Constat autem de notorio defectu proprietatis ex 168 actis, f vt per Decium in consil. 191. col. 4. in fine, Aymon Crauet. in consil. 199. num. 3. & per instrumentum publicum, vt tradunt Barthol. Socin. consil. 87. col. fin. lib. 3. Aymon ubi supra, & faciunt scripta per Cephalum in consil. 386. num. 17. lib. 3. pro quibus facit quod scribit Menochius remedio 3. de retinend. possessione, quast. 79. num. 702. Vbi resoluit, quod quando constat de non iure intentantis Interdictum Vti possideris, per instrumentum, non est concedenda ei possessio: pro quibus facit quod scribit nouissime Parlador, lib. 2. rerum quodidianarum, cap. 5. num. 8. pag. 87. vbi tradit quod vbi- que de dominij exceptione constat per confessionem spoliati, ac instrumenti naturalis, aut re iudicata, non est spoliatus restituendus: vbi legi possunt alia ad hanc materiam spectantia. Et quod vbi- que constat f de notorio defectu proprietatis, non procedat dict. l. 45. Taurina, tradit latè Celsus in consil. 119. num. 6. in quadam litè inter Ducem de Metina, & Comitum de Vreña, motus per doctrinam Innocent. in d. cap. constitutum, de si iis presyt. Antonini in d. cap. in literis, de restitut. spoliator. & per alia plura quæ tradit. Et quod fideicommissarius possidens bona fideicommissi, possit opponere hæredi petenti bona fideicommissi exceptionem, quod iniuste facit, qui petit quod restituitur est. Et si non satisfacit, tenetur eo casu dare fideiucorum de restituendo bona fideicommissi subiecta, vt volunt Paul. de Castro in consil. 127. Primum testamentum, dubio 1. lib. 1. Corneus in consil. 222. cap. penult. lib. 4. Aymon in consil. 69. num. 2. Et quod vbi- que agitur de nullitate ex defectu iurisdictionis, suspendatur f executio, quamvis requiratur res altiorem indaginem, tradunt Aretinus in §. appellatur, col. 8. de except. Ripa in l. 4. §. condemnatum, num. 23. ff. de re iudic. quos citat Cephalus in consil. 241. num. 118. libro 2.

Et quod vbi constat de defectu tituli beneficii, non sit quis mittendus in possessionem, f etiam si habeat 171 titulum priorem & anteriorem, scribit Decius in consil. 220. n. 2. ad quem addo Rebuffum, tom. 3. in tit. de causa beneficii possessoria, art. 1. gl. vnic. n. 4. vbi dicit quod qui non habet auctoritatem Superioris; dicitur euidenter iniustus possessor, & ei non competit possessorem, ex decis. Rota 14. Fuit dubitatum; & non habere, vel habere titulum non coloratum, paria sunt, vt per Guidon. Papæ decis. 85. Nattam consil. 411. num. 6. Amedeum de Aponte in tractat. quis fit iudex in causa feudali, column. 20.

Istis est germanum quod in hac propria materia scribit Molin. lib. 4. de primogen. cap. 13. num. 54. & 55. fol. 107. vbi probat, quod si successor in maioratu agat remedio l. 43. Tauri, & alius defendat possessionem cum titulo antecessoris, in quo reperitur res maioratus alienata propria autoritate, & causa legitima, 172 & sic f titulus sit euidenter nullus, non impedit remedium dictæ legis: quia talis titulus habetur pro non titulo: per regulam l. nec vllam, §. 1. ff. de pet. hæred. & alia quæ refert. Pro qua sententia facit quod scribit Afflic. decis. 228. & 271. num. 3. & 374. num. 1. & 7. Menochius de retinend. possessione, remedio 3. n. 639. pag. 230. Decif. Pedemont. 160. num. 13. Roland. in consil. 41. n. 3. lib. 3. Aponte in dict. tract. laudemiorum, dict. q. 51. folio 168. col. 1. Iatius Simon de Practis, lib. 5. de interpretat. defunct. voluma. interpreta. 2. dubitat. 2. num. 298. fol. 521. quem lege. Et faciunt quæ scribo infra, q. 25. a. num. 10. Quod confirmo, quia possessio f vitiosa dicitur, quæ acquiritur virtute tituli inualidi: c. vlt. de excessib. Prælat. cap. quia diuersitatem, de concessione præbend. notat Aymon consil. 171. num. 3. quem lege.

Hinc est, quod possessio translata vigore contrahentis f inutilis, reperi potest conditione indebiti, vel rriticaria, etiam per successorem, l. indebiti, §. sed si nummi ff. de condic. indeb. Bart. in l. si alienam, ff. soluto matrimonio, Natta consil. 289. n. 7. lib. 2. ad quem addo Iaso-

nem in d. §. Sed si nummi, num. 2. Zalius num. 3. Decium consil. 187. col. 1. Robert. à Maranta de ordin. iudiciorum distinct. 8. num. 3. fol. 80. Iaso. in §. sic itaque d'feretis, p. 38. de action. Ripain rubrica, de Interdict. n. 3. & alios quos citat Menochius de recuper. possessione, remedio 2. num. 4. pag. 360. col. 2. quæ notabis, quia habui in practica in negotio maximi momenti; & faciunt quæ scribit idem Menoch. remedio 3. de recuperand. pag. 362. col. 1. quibus iungo plura elegantia, quæ scribit Aymon. Crauet. conf. 299. n. 2. cum seqq. Bacq. de non molioran. filiabus, c. 33. num. 6. cum seqq. fol. 157. Et in ista questione est magni facienda singularis distinctio Osaic. decis. Pedemont. 34. num. 25. Vbi tradit quod ex actu nullo simul cum traditione f acquiritur naturalis & vera possessio, iuxta l. 1. §. si vir uxori, ff. de acquir. possess. non autem producit talis possessio ciuiles & naturales effectus iusta possessionis & irrevocabilis, imò reuocanda est ex Barr. in d. §. si vir uxori, Decio in consil. 497. n. 18. & aliis quæ citat; ad quæ addo notabilem resolutionem, quod licet pacta contra naturalia contractuum non vitient contractus, faciunt tamen eos degenerare, l. pacta ff. de contrah. emptio. per quam, & alia decidit hoc Aluarius Valasco in tract. de iure emphyteutico, quast. 39. num. 5.

Vnum etiam est notandum in hac materia, quod ad hoc, vt in sequentem in gradu successorum in maioratu transeat possessio, vitare dist. l. 45. non est necessarium, f quod tempore successione existat in possessione filij legitimus, aut successoris: quod patet ex verbis illius legis, ibi: En el siguiente en grado, iunctis præcedentibus & sequentibus. Ex quo inferatur quod patre defuncto si maneat filius, qui vere & realiter sit filius illius, quamvis non existat in possessione filiationis, adhuc in illum transferatur possessio ex lege prædicta. Et in materia præsentis questionis non omitto, quod si quis producat in lite maioratus scripturam habentem vitium visibile, f ipse tenetur probare veritatem & solemnitatem scripturæ. Si vero vitium sit latens & inuisibile, oneratur probatione pars, contra quam producta fuit, vt notanter resoluit Menochius in tract. presump. lib. 1. quast. 99. num. 21. pag. 107. quod vidi in causa maioratus.

Sed an successor in maioratu præsumatur in dubio f filius legitimus, decidi potest ex his quæ refert & scribit Tellius in l. 11. Tauri, num. 3. cum sequentibus, quem citat Matienço in l. 9. titul. 8. lib. 5. Recopilat. glof. 3. num. 12. fol. 236. cui addo Baldum in authentica, eiusdem, C. de secund. nupt. vbi per illum text. dicit, quod filius in dubio præsumitur legitimus, & in l. filium cum diffinitum, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris, in versiculo 3. nota & in consil. 390. Tam profundè, num. 1. lib. 2. Glol. in cap. accusator. c. 6. q. 5. quæ dicit, quod in dubio creditur sobolem esse legitimam. Et quod in ambiguo incumbit probatio illi, qui negat aliquem esse filium legitimum. Et probatur ista conclusio in cap. lator, qui filij sint legitimi, quem ad hoc ponderat Socin. Iun. in consil. 89. num. 7. cum aliis lib. 2. De qua materia plura scribit nouissime, Menoch. in tract. de presump. lib. 6. presump. 54. num. 1. cum sequentibus fol. 118. & tradit idem lib. 5. presump. 2. num. 36. fol. 5. & legendus est Mascard. in tractat. de probationibus, lib. 2. concl. 799. num. 7. fol. 122. & Fuluius Pacianus in tractat. de probat. lib. 2. cap. 17. num. 8. cum sequentibus, fol. 54. & addo egregiam doctrinam Ioan. Fabri in §. vltim. Instituit. de adoptio. qui dicit, quod si testes deponant simpliciter aliquem esse filium Titij, valet eorum testimonium, licet non dicant esse legitimum, & naturalem: quia de tali intelliguntur deponuisse. Et idem Paul. de Castro in l. vltima, ff. de iur. deliberan. & iunge Alberic. in l. si vicinis, C. de nup. & facit text. in leg. miles, §. defuncto ff. ad leg. Iul. de adulter. vbi f præsumitur, quod filius potius est legitimus, quam spurius, vbi Bald. notat: ad quem text. lector viderat Tellium in l. 13. Taurina num. 1. cum sequentibus, melius & latissime Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 1. casu 89. num. 27. cum sequentibus, pag. 237.

pag. 237. Joseph. Mascardum in tractat. de probati. n. lib. 2. concl. 788. num. 1. cum sequentibus, fol. 112. Antonius Percgrinus in tractat. de fideicommissis, art. 42. num. 70. fol. 402. 180 Et simplex coniectura f & præsumptio semper est interpretanda in benigniorem partem l. Gallus, §. quid iis, ff. de lib. & posth. l. cum apud ff. de communi seruo manum l. vlt. C. qui bon. cedere possunt: ad quod faciunt tradita in l. cum de arate, ff. de probat. & etiam lector ad hæc legat Episcop. Couar. in epitom. de sponfal. part. 2. cap. 8. §. 3. num. 1. folio 122. Natta in consil. 473. num. 3. vbi hoc disputat, & citat DD. contrarium tenentes, & Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 4. casu 196. numer. 15. pag. 657. qui refert Paleotum de nobis & spuriis filiis, 181 cap. 63. & opinionem quod in dubio f debeamus præsumere filium legitimum tenent Anton. in cap. transfmissa, n. 10. qui filij sint legitimi. Paris. consil. 57. num. 54. lib. 4. Ioan. Baptift. Ferrer. consil. 49. num. 2. cum sequentibus, & num. 7. libro 1. Afflic. in cap. 1. §. adoptus, num. 2. si de feud. fuerit controver. Felin. in cap. per tuas, num. 17. de probat. Gregor. Lopez. in proêmio, tit. 7. par. 2. in glof. in verbo hjo.

182 Et quod filius f expositus præsumatur, natus ex legitimo matrimonio, & legitimus, scribit per plura Cardinalis Paleotus in tractatu de nobis & spuriis, cap. 63. num. 7. & fol. 73. octauo volumini tractatum, cui citat Ioan. de Anania in cap. 1. de infantibus expositis, vbi hoc disputat Ancharran. contra Paleotum tenet Quintilianus Mandosius in tractat. de arate minori, quast. 1. num. 24. fol. 4. & legi debet quast. 3. num. 12. fol. 8. Quod 183 mihi difficile videretur, cum à communiter accidentibus contrarium sapissime videatur, de quo legendi sunt Quintilian. Mandos. de arate minorum, cap. 1. num. 24. fol. 4. & cap. 3. num. 12. fol. 8. Menoch. casu 396. num. 14. Barr. in liquidum cum filium, ff. de verbis obligat. Couar. in Clementina, si furiosus de homicidio, num. 9. fol. 10. Barbosa in rubric. ff. soluto matrimonio, part. 1. num. 19. pag. 1314. quod vidi in grandi negotio, & legi debent lex vltim. tit. 20. part. 2. & l. 20. tit. 3. part. 6.

Et opinio in dubio est fundenda quæ fuerit legitimis tati f secundum Colleetarium in cap. ex tenore, qui filij sint legitimi, & non esse subtilizandum propter periculum illegitimitatis, testatur Innocent. in cap. cum inhibito num. 7. de clandest. despons. Hinc est, quod filius non præsumitur natus f in sacerdotio, sed ante Clericatum, cap. inter ceteras, vbi Felin. & Ripa de rescript. Ioan. Andr. in additio. ad Specul. a. titulo, de filij presbyterorum, quos citat Burg. de Paz consil. 26. num. 44. in successione cuiusdam maioratus Comitiss de Melito: Rolandus in consil. 12. num. 43. lib. 4. qui ad hoc allegat Episcop. Couar. lib. 1. fol. 291. in princip. & text. in cap. 2. de filiis presbyterorum, & in cap. veniens de accusat. 186 Et quod filius præsumatur naturalis f non spurius, scribit Bald. in consil. 448. Quastio 3. lib. 1. Agidi Boffi. in titulo de coitu damnato & punibili, num. 77. pag. 38. quod latius tradit Mascard. in tract. de probationibus, conclus. 1089. num. 1. cum sequentibus, fol. 330. Matienço in d. l. 9. titul. 8. lib. 5. Recopilat. glof. 3. numer. 6. cum sequentibus, fol. 236. Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu 194. num. 31. & lib. 6. presump. 54. num. 15. fol. 119. qui latissime tractat materiam quando filius præsumatur legitimus: & legi debet presump. 55. num. 18. Et 187 conclusionem principalem, an quis in dubio f præsumatur filius legitimus, vel non, tractat, licet prædicta non referat, idem Mascardus eodem lib. 2. concl. 882. n. m. 1. cum sequentibus, fol. 188. Et eandem legendam sunt, quæ scribit Menoch. consil. 199. num. 55. lib. 2. Cephalus in consil. 435. num. 81. libro 3. Ludouicus de Sardis in tractat. de legitimis, §. de probatione filiationis, num. 14. fol. 33. 5. volum. tracta. Gattier. lib. 2. practicar. quastio. q. 113. Nec est curandum de opinione Alciati responsio 268. quem citat Menochius in consilio 60. num. 12. lib. 1. quem & alios citat Cephalus in consilio 593. num. 11. lib. 4. Quæ confirmantur, quia in dubio 188 præsumitur f vxor & non concubina: l. in concubinato, vbi Glossa in verbo, habere, & ibi DD. ff. de

concup. Joseph. Mascardus, lib. 3. de probationibus, conclus. 1423. & vltima num. 17.

Hoc etiam in loco non erit superfluum examinare, an sententia lata f contra matrem super matrimonio, præiudicat filio qui præterdit se esse legitimum successorem in bonis maioratus; in qua questione Bald. qui propter faciendam ingenij nihil intractum reliquit, huic etiam questioni quamuis in alio proposito se immiscuit, quia in l. in versiculo, sed que sunt sententia, C. quibus res iudicata non nocet, in ea est opinio, quod si feratur sententia super matrimonio inter virum & uxorem: quæ ibi sunt principium & finis, & tota materia matrimonij in eis est, vt in l. 1. ff. de liber. agnoscenti. præiudicat filiis. Et idem tenet Salicet. ibi num. 2. in versiculo qua autem sint causa, & quamvis Alexand. in l. fapè ff. de re iudicat. num. 6. huic sententiæ etiam faciat Authorem Bartol. in l. ingenium, ff. de statu bonarum, hoc Bart. non dicit. Et pro hac sententia facit text. in lex contracta, ff. de re iudicat. & conduunt alia plura quæ scribo in 4. part. huius operis, quast. 14. & quæ scribit Decius in consilio 342. num. 7. Ipse tamen Alexand. in dicto loco contrarium aperte tenet, affirmando, quod sententia lata, in qua pronuntiat matrimonium esse illegitimum, non nocet filiis etiam sciendis, per l. 2. §. sed & si de conditione, ff. de iureiur. and. & c. c. inuiter, qui filij sint legitimi. Et huius opinionis facit authorem Anton. in cap. casum que qui filij sint legitimi, pro quo facit doctrina Innocent. ibi, vbi tenet, quod sententia legitimatis inter patrem & filium non nocet aliis: & idem Iaso in consil. 106. lib. 1. versiculo 3.

Adhuc ego semper existimaui veram esse sententiam, & ad imponendum finem litibus maxime necessariam: quod si actum est inter patrem & matrem super matrimonio, siue pronuntietur matrimonium fuisse legitimum, siue non fuisse; vtroque casu sententia præiudicat, f vel prodest filiis, & omnibus, qui ius prætendunt à legitimitate, vel illegitimitate, quæ fuit sententia Baldi in d. l. 2. & etiam Cini, & Ioan. de Imol. in d. l. fapè, & Felin. in cap. quamuis, num. 9. de re iudicat. & eam tenet Episcop. Couar. in epitom. de sponfal. part. 2. cap. 8. §. 3. num. 2. fol. 112. & probatur in d. l. 1. §. vlt. & l. 2. §. 3. ff. de liberis agnoscent. & facit l. 20. tit. 22. part. 3. ibi: Otrosi deximos, que si alguno se razona por hijo de otro, è el padre no lo quiere conocer por hijo, si juyzio fuere dado contra el padre en esta razon, dizienço el juez por su sententia, que es hijo de a, uoi que no lo quiere conocer por hijo: tal juyzio como este empecera al padre, è a todos sus parientes en razon de los bienes por el parentesco: masquer no se acceptassen. Y quando fue dado el juyzio sino al padre tan solamente, vbi notat Gregorius Lopez in Glossa in verbo, contra el padre. Et hæc sententia est in iudiciis obseruanda nam aliàs nullus esset litium finis, & maxime in causis matrimonialibus, quæ immortales sunt, vt experientia docet; nisi sententia sit lata interueniente collusione, vel in absentia patris, aut matris; vt colligere licet ex Doctores supra citatis; & Episcop. Couar. in pract. q. cap. 3. n. 5. & hoc latissime, & nouissime tradit Mascard. in tract. de probat. lib. 2. concl. 794. n. 1. cum sequentibus, pag. 118. conclusio tamen quod filij citentur ad iudicium, Et qualiter sententia per iudicem secularem super filiatione & hæreditate præiudicat coram iudice Ecclesiastico, resoluatur per Menochium in consil. 366. num. 7. cum seqq. lib. 4.

Sed an sententia lata super partu supposito contra matrem præiudicat filio, f vide resolutionem quam tradit Agidi Boffi. i practi. crimina. titulo de partu supposito, num. 1. cum aliis, pag. 376. summè est notandum in hac materia, quod licet regulariter confessio patris sufficiat ad obtinendum in possessione, vt per Anton. in cap. lictio, num. 24. de restitut. spolia, facit decisio Rotæ in a. 7. dorocti. spoliato. 17. 19. in nouis, & quæ scribit Felin. in cap. olim. de rescript. Nicola. Boeri decis. 29. num. 3. concludentes, quod ad colorandum possessionem spoliati, sufficit confessio spoliatoris:

& secundum Felinum, & Boërium idem dicendum est in causa nouitatis & falsinae. De quo tamen legenda sunt quae scribit Menochius de retinend. possessione, remedio 3. num. 596. pag. 226. ubi tractat, an confessio aduersarij sufficiat pro titulo in causa beneficij, post dictas decisiones Rotae, Felinum in cap. olim, de rescript. Franciscum Marcum decisione 1148. Rebuffum in tractat. de pacific. posses. num. 164. & quod quis non admittatur ad probandum se legitimum, nisi subit questio bonorum, aut diffamationis, volunt Innocentius in c. lazar, qui filij sunt legitim. Angelus in l. quoriam, C. de iud. di. Cardina. in d. cap. lazar. Capicinus decis. 7. num. 6. In casu tamen d. l. 45. non sufficit talis confessio, quia habet mixtam causam possessionis, vt probat in questione, vltima, in hac parte, quod probatur ex notatis per Ripam res. 16. in principio, & res. 49. in principio, & Rebuff. in praxi benefic. titulo de non tollend. iure quasto, gloss. 6. n. 6. pag. 269.

Ex quibus infero egregiam limitationem ad scripta per Ripam consil. 80. num. 71. cum alijs, vbi probare nititur, quod foeminae agenti remedio nostrae legis 45. Interdicto Adipiscendae, Recuperaendae, vel Retinendae, non obstat exceptio proprietatis, vt ibi latius per eum. Nam cum per nostram legem possessio solum continetur in legitime vocatum, & verum successorem, obstat sine dubio foeminae, aut alteri litiganti, vt exceptio proprietatis; quod etiam suadet ex scriptis per Iasonem in consil. 138. num. 2. lib. 4. Et ad haec facit quod in feudis, quia habent annexam causam proprietatis, restitutio est deneganda, secundum Matthaeum ab Afflicis in consuetudinibus Neapolitanis, in rubric. vt nullus officialis cog. aliquid, num. 3. quem citat Antonius Gabriel titulo de restitutione spoliat. lib. 5. conclus. 1. num. 132. pag. 284. qui refert eundem Afflicum aliud tenentem in titulo de penis for. iudicat. num. 1. Et addit Gabriel quod in isto casu sufficit docere vltra possessionem de titulo vero, vel saltem colorato, & praesumpto ex Berioio, quest. 4. num. 5. quia tunc non debet denegari restitutio. Et ad Gabrielem addo notabilem decisionem eiusdem de Afflicis 324. num. 3. cum sequentibus, qui legi debet & spoliatus de feudo debet restitui ante omnia, etiam si de titulo non doceat secundum Andream de Isernia in cap. Imperialem, §. praeterea de prohibita feudi alienat. quem citat Capicinus decis. 77. num. 12. & qualiter Ecclesia spoliata de feudo, restitui debet? tradit idem Afflicus. decis. 361. num. 4. Et quod possessorium iurisdictionis si habeat admixtam causam proprietatis, vbiunque agitur contra Principem, tradit Iacobus Puteus, decis. 222. num. 4. lib. 3. secus si agatur contra priuatum, qui sic intelligit decisionem Cassadoris 1. num. 10. de restitut. spoliatorum, hodie pag. 330. ad quae addenda sunt quae scribo ex Baldo in duobus locis num. 219. & Menoch. de recuperand. possessione remedio 15. num. 469. pag. 518. Et pro ista sententia facit opinio tenentium quod quasi possessio filiationis non releuat, cum agitur petitorio, vt Bald. consilio 380. lib. 1. & consil. 180. lib. 3. Alberic. & Salicet. in l. non ignorat, C. qui accusa. non possunt, Iaso. in l. neque, C. de testam. Alciat. regul. 3. praesumpt. 18. & res. 529. num. 5. & declarat Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 89. num. 71 pag. 242. & ibi num. 27. post Gloss. in l. in lege, ff. de probat. & in l. vlt. eodem titulo, de quo legenda sunt quae scribo supra, & Bart. in l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. tractat, an confessio matris negantis aliquem esse proprium filium, praedictet filio.

Et in ista materia & questione, silentio non est praeterenda notabilis doctrina Decij in consil. 449. n. 21. Rubei consilio 4. num. 11. vbi volunt quod vbiunque proceditur sola veritate inspecta, dominij exceptio excludit remedium restitutorium, tradit Cephalus in consil. 301. num. 17. lib. 3. qui confirmat per doctrinam Baldi in l. si in iur. & in l. vlt. in d. l. 1. n. 3. §. 1. num. 3. de noua forma fidelita. Romani, consil. 2. n. 3. & aliorum quos citat; quod notandum est apud Hil-

panos, propter legem 10. tit. 17. lib. 4. Recopilat. & idem tradunt Marc. Bruu. de Anquillis consil. 4. num. 11. faciunt tradita per Olasum decis. Pedemont. 1. num. 28. & 29. & idem quod Decius & Cephalus tradit Ioseph. Ludovic. decis. 17. num. 22. qui ad hoc etiam citat Menochium de recuperanda possessione remedio 15. num. 477.

Istis omnibus addere libet conclusionem singularem, scilicet quod si quis exhibeat scripturam maioratus, vel meliorationis, & petat se mitti in bonorum possessionem, si quae scriptura habet aliquam cancellationem, vel aliud simile vitium, quod ille qui scripturam producit, si vult adiuuare, & supplere probationibus, non est audiendus in iudicio possessorio. Probatur ex doctrina Baldi in l. 1. num. 4. C. ut in possess. legator. Aretin. in l. certi conditio, §. quoniam, num. 7. ff. si cert. petat. Felin. in cap. ex literis, num. 16. de fide instrument. & in cap. sic, num. 3. de re iud. & aliorum, quos citat Menoch. de adipiscend. poss. remed. 4. n. 705. pag. 112. Ad quod est animaduertendum, quia saepe contingit. In quo tamen aduertendum est; sicut in alijs pluribus locis animaduerto, quod remedium dicitur l. 45. de quo in praesenti agimus, habet admixtam causam proprietatis. In quo animaduertant Lectores ad Peregrinam & singularem doctrinam Berio. in consil. 111. num. 10. cum sequentibus, lib. 3. vbi tradit quod quando incidit, & non principaliter agitur de possessio habente mixtam causam proprietatis, non dicitur tale possessorium habere admixtam causam proprietatis, & ibi num. 13. post Bald. quem citat, tradit quod quando in possessio quis tenetur ostendere se heredem, dicitur tale possessorium habere admixtam causam proprietatis.

In materia etiam praesentis questionis praecipue ad id quod supra scriptum fuit de probatione possessionis non est omittendum, quod missio in possessionem probatur, si tam ex instrumentis, quam ex testibus, vt tradit Decius in l. 3. num. 18. C. de edict. Diui Adriani tollend. Rebuff. in praxi benefic. titulo de missione in possessionem, num. 41. quod late explicat Ioseph. Mascard. in tractat. de probat. lib. 2. conclus. 1065. num. 1. cum sequentibus, fol. 314.

Ex quibus & practica Regni, quae est notoria, quae admittit probationes in iudicio Tenurae, & alijs omnibus supra scriptis, & ex decisione d. l. legis 45. Taurinae, in illis verbis, Quae sequuntur maiorato, infero notabiliter quod exceptiones illegitimitatis, si 198 & aliae similes, admittantur in iudicio Tenurae; quod est notatu dignum in ista materia, & questione; & pro isto intellectu facit consilium Cephalij supra allegatum 152. num. 27. lib. 2. & quod valeat collatio facta ab eo, qui est in possessione si alicuius iuris, & attendatur 199 potius possessio, quam proprietates; probatur in c. consultationibus, de iure patronatus, cum concordant. vt per Staphilaeum de literis gratia, in parte, de serua. & modo: pagin. 96. num. 7. vbi allegat quosdam decisiones Bartoli.

QVÆSTIO XVI.

Successor maioratus, an recte faciat petendo à iudice possessionem bonorum maioratus.

S V M M A R I V M.

- 1 Deciso questionis.
2 Interdicta inuenta sunt ad conseruandam possessionem.
3 Nobilis qui mouet litem nobilitatis non amittit possessionem. Quid si priuilegium nobilitatis à Rege impetret, num. 33.
4 Comes potest petere vt declaretur Comes.
5 Claustrinum possessorem qui potest expellere, sibi non prauidicat ad eundem iudicem, & n. 11.
6 Dominus existens in possessione rei suae, potest agere actione

ne in rem, & petere pronuntiarum rem sibi competere iure dominij, vel quasi.

- 7 Legitimus potest petere, quod sua legitimitas declaratur valida.
8 Dubitans de collatione impetrata, potest impetrare secundam, quae non dicitur renuntiatio prima.
9 Legatarius possidens, negante herede, potest implorare officium Iudicis, & petere se dominum declarari, & dicitur extraordinaria petitio.
10 Pluribus priuilegijs potest quisque se fundare.
12 Confirmationem potest quis petere pro bonis possessis: & pro non possessis se in possessionem mitti.
14 Possessionem civilem habens, si de nouo accipiat naturalem, non dicitur de nouo attentare, nec acquirere, sed conseruare. Quid si corporalem petat, n. 26.
15 Inhibitionem potest obtinere qui timet sibi vim inferri.
16 Doctrina quaedam Gregor. Lopez reprobat, nisi si successor in maioratu virtute l. 45. Tauri, adeat iudicem, postea apprehendere possessionem propria auctoritate, & n. 17.
18 Abundans cautela nocere non debet.
19 Possessionem absentis, Iudicis auctoritate, ingrediens, possessionem civilem acquirit.
20 Ad augmentum induci, diminutionem operari non debent.
21 Quod fauore reuocandum introductum est, non debet in eorum odium retrogeri.
22 Manteneri dicitur qui ad antiquam possessionem reuertitur, vt ille qui eam habet, & in ea conseruatur.
23 Successor in maioratu petens à Iudice, vt eum in sua possessione tueatur, eam non amittit, sed conseruat.
24 Negantes praestationes annuas non faciunt possessionem amittere, si Iudex eos ad soluendum compellat.
25 Peperit sibi obedientiam Episcopo denegat, & Episcopus excommunicando resistat, quasi possessionem non amittit.
27 Possessio translata virtute statuti, non tollit remedium acquirendi possessionem naturalem.
28 Pluribus titulis potest quis in causa possessoria uti.
29 Timense in possessione turbandum, si extrajudicialium ex verisimilibus causis appellet talis appellatio efficit, quod restituatur in statum, in quo tempore appellationis erat.
30 Successori in maioratu, si minus solemniter possessio concedatur, suam non amittit.
31 Possessio absque alterius citatione an valeat vbi statuto canetur quod possessio in herede continetur.
32 Resolutio quaedam Quintilianij Mandolij, an si instrumentalis possessor vadat ad iudicem, possessionem amittat.
34 Possessor bonorum maioratus agens aduersus turbantem, adhuc est reus, & n. 35.
36 Bona maioratus qui corporaliter possident possessionis commodis gaudent.
37 Actor, vel reus quando quis dicatur, & num. 38. & 44. & 47.
39 Possessor bonorum maioratus si non consentiat possessioni iudicij alteri concessa, sibi non prauidicat.
40 Possessio sine prauidicio alicuius data sub conditione data videtur.
41 Possessio citatio possessore qualiter sit nulla.
42 Rei emphyteuticae dominus, si ex urbanitate petat à Iudice possessionem, quam propria auctoritate capere poterat, an postea postea absque Iudicio mandato capere.
43 Possessor etiam agendo gaudet commodis possessionis.
45 Doctrina Tiraq. Guid. Pap. & Menoch. an statutum volens continuare in herede possessionem, sit restitutum, cum nemo fuerit naturalem possessionem ingressus.
46 Missus in possessionem, ab ea tamen cadens, non est in eam iterum mittendus.
48 Superioris mandatis qui parat, non tamen animo obe-

diendi, sed timore, an constituat aduersarium in quasi possessione.

- 49 Conseruatorium possessionis parte non citata, an sit efficax.
50 Remedium legis 45. Tauri an habeat locum contra titulo possidentem.

Decimosexto quæro, an successor in maioratu; quamuis ex d. l. 45. sit ipso iure factus possessor, nihilominus petere à iudice possit confirmationem possessionis. Et quidem id si iudicium fore videretur text. in l. 3. §. missum, ff. de Carbonia. edit. ibi: Missum autem in possessionem ex Carboniano studem Praetores possessionem conseruare. Facit regula leg. nemo presertendo, ff. de regulis iuris, & quod per illam, & alia similia iura determinat Gloss. Parisiensis, part. 2. consuetudinum Parisiensis, gloss. 1. de restit. num. 106. fol. 38. Et Interdicta, sunt inuenta ad conseruandam possessionem, & non ad concedendam de nouo, vt tradit Rebuff. tom. 3. ad. constit. Regius, titulo de mater. possessor. artic. 2. gloss. 2. n. 8 pag. 260. Et idem Nobilis, si qui mouet litem nobilitatis, non amittit possessionem, imò potius conseruat eam, vt per Otaloram in tract. de Nobilitate, part. 3. cap. 1. num. 6. versic. ecce qualiter, pag. 83. facit l. 1. §. 1. ff. ne vis fiat ei qui in possessione missus est, ibi: Finita enim in possessionem mittitur rei seruanda causa, nisi missus tueretur: & plures citat Peregrinus in tract. de fidei commissis, art. 48. num. 11 fol. 440. Ioan. Garcia in tract. de Nobilitate, gloss. 47. num. 15 fol. 368. & concludunt in hac nostra materia scripta per Tiraquellum in tract. de mort. part. 6. declarat. 1. num. 1. pag. 243. & in tract. de Constitut. part. 1. num. 38. eum sequentibus fol. 16. & institutus qui reperitur in possessione beneficij, petere potest, quod denno instituat, secundum Cardina. & Abba. in cap. post sessionem, notab. 3. de concessione praebend. Abb. in cap. olim, num. 2. de priuileg. Et licet Comes si Comitatum possideat, petere potest quod declaretur Comes, secundum Bart. in l. vii. f. n. §. carum rerum. ff. si usufruct. petat. & qui obtinuit Comitatum, potest petere vt in eo conseruetur, secundum Angel. in l. si finita, §. vlt. ff. de damn. infect. de qua materia plura cumulat Alex. in l. de pupillo. §. qui opus, ff. de noui oper. Felin. & Decius num. 6. fol. 343. in cap. 1. de confirmat. vtil. vel inutil. & idem Felin. in cap. ea qua, de re iudicat. vbi ad hoc est textus expressus & notabilis, Alexander, & Decius num. 44. in l. vlt. C. de edict. Diui Adriani, idem Decius in l. 1. C. de Carbonia. edit. & in consil. 302. num. 11. Bartho. Socin. consil. 122. num. 16. lib. 4. vbi dicit, quod videns ad iudicem, & petens possessionem, non videtur possessionem civilem amittere, Carol. Ruin. consil. 58. num. 6. lib. 4. Molin. lib. 3. de primogen. cap. 1. n. 81 fol. 107. faciunt quae scribit Laurentius Tenuis Rodolph. in tract. cautelarum, caus. 304. num. 9. vbi inter alia scribit, qualiter debeat libellus formari in isto casu, & in maioratus possessore, hoc tradit Aluarus Valasco consil. 183. num. 1. & traditur etiam per Gloss. Patil. in consuetud. Parisien. part. 1. §. 1. gloss. 1. num. 21. Chaulandus in consuetudinib. Burgund. rubric. 7. §. 1. pag. 894. & notat Guido Papae decis. 132. Sed probato, & in decis. 219. Edictum Diui Adriani, in quibus locis tenet Guido Papae, quod beneficium d. l. vlt. competit possessori hereditatis, & petere potest, quod possessio sibi conseruetur, Parisiensis, consil. 60. num. 1. lib. 3. de quo per Menoch. in remed. 4. de adipiscend. n. 348. quest. 83. Decius in cap. bona, num. 5. fol. 317. de appellat. Rebuff. in l. naturaliter, §. nihil commune, versic. 7. resolutio. ff. de acquir. possess. Iaso. in leg. Si super possessione, num. 5. Cod. de transactio. Addit Ferrar. in forma i. belli, de turbata poss. pag. 406. colum. 2. Menochius de adipiscend. possess. remed. 4. num. 348. pag. 84. Carol. Ruin. consil. 58. num. 6. lib. 4. Socin. Junior in consil. 97. nu. 42. lib. 2. faciunt tradita per Baldum in l. 2. quast. 10. C. de seruatur. & aqua, Capicium decis. 119. num. 7. 8. & 9. vbi resolutio ista magis procedere, vbiunque agitur de conseruanda possessione Et qui est in quasi possessione iu-

ris pascendi, debet manuteneri & conservari in illo, ut post Baldum, Paulum de Castro, Aratum, Guidonem Papae, Felinum, Hippolytam, & soluit Cephalus in *conf. 491. num. 1.* & citando praedictos Auctores; & confirmat Challanæus in *consuetud. Burgundia, rubric. 7. §. 1. pag. 893. versic. aduenerit.* Et ille, qui sua autoritate potest expellere clandestinum possessorum, sibi non praedictat adeundo iudicem, ut agat Interdicto *Vti possidetis*, secundum Iasonem in *l. clam possidere, §. qui ad nundinas, num. 254. ff. de acquiren. posses.* quem citat Menoch. *d. remedio 4. de adipiscend. num. 246. pag. 88.* Aluar. Valasc. *conf. 88. num. 9.* Et ideo si ille, qui potest propria autoritate apprehendere possessionem, vadit ad iudicem, cum protestatione, quod non intendit sibi praedictare, potest nihilominus apprehendere possessionem propria autoritate, secundum Alexand. *conf. 130. lib. 4.* & alios plures, quos citat Tiraquell. *de Constitut. dist. part. 1. num. 42.* Matienço in *l. 4. tit. 10. lib. 5. Recopilat. glos. 3. num. 5. fol. 291.* Menoch. *de adipisc. possessione, rem. 5. num. 158. pag. 149.* & in *d. decis. 219.* tradit Guido Papae, quod dominus existens in possessione rei suae, potest agere actione in rem, & petere pronuntiarum rem sibi pertinere iure dominij, vel quasi. Et voluit Innocentius in *cap. 1. de confirmat. uti. vel iurati. & in cap. examinata, in verbo, attentare de iudiciis, Cinus in l. 1. quast. 4. de alienat. iudicij;* Cephalus in *conf. 168. num. 6. lib. 2.* & possidens aliquam rem potest petere & appellare, ut resoluat Guido Papae *decis. 436. num. 7.* & plura notabilia in isto proposito scribit Rebuffus, quem lectur legat. *tom. 2. ad Constit. Regi. tit. de in corp. restit. art. 1. glos. 1. pag. 117. num. 12.* vbi refert *l. 2. C. de praed. Thamaicis, lib. 11.* & alia iura singularia Alciatres *resp. 189. num. 6.* qui dicit istam esse communem opinionem, & citat Paul. Castren. *conf. 122. V. so testament. col. ult. lib. 2. dicentem, quod legitimatus potest petere quod sua legitimatio declaratur valida. Et qualiter legitimatus possit petere quod iterum legitimeretur, tradit latè Curtius Senior in *conf. 16.* & iterum in *conf. 74.* Curt. Jun. in *conf. 221. num. 18. & n. 29.* Decius in *d. l. 1. num. 5. C. de Carboniano edito, Socin. Junior in *conf. 120. num. 5. & 154. num. 9. lib. 2.* Menoch. *de adipisc. poss. rem. 4. num. 351. pag. 84.* qui refert Paulum in *d. conf. 221.***

8 Et dubitans de collatione & impetrata, potest impetrare secundam, & per hoc non inducitur renuntiatio primae, post electionem, de concessione *præben.* vbi Abb. & impetrans privilegium exemptionis etiam ab alio Superiore, non videtur renuntiare primo super eodem obrento; imò potest se utroque tueri, secundum Abb. in *cap. cum olim in 2. in gl. in verbo, de gratia, de privileg.* Confirmat Cæsar Lamber. in *tract. de iure patron. 2. lib. part. 3. art. 18. 2. quast. princip. num. 1. & 2. fol. 218.* Ad quæ addo notabilem doctrinam Bald. in *l. 1. num. 4. cap. communia de legat.* vbi vult, quod si legatarius & possidet, negante hærede, potest implorare officium iudicis & petere se declarari possessorem & dominum; & non est possessorium nec petitorium, sed quædam petitio extraordinaria: quem citat Simon de Præcis. *lib. 5. de interpret. defuncti voluntate, dub. 3. n. 177. fol. 534.*

10 Hinc est quod potest quis se fundare & in pluribus privilegiis secundum Glof. in *cap. cum olim in 2. in verbo, gratia,* vbi Abb. *de privileg. cum concord. ut per Decium in *conf. 152.* In causa exemptionis, num. 1.* & licet rei vindicatio non detur possidenti, *l. 1. §. interdictum aures, ff. de rei possidetis,* cum concordantibus, tamen datur si reus solum detinet, secundum Cinum in *l. 1. quast. 3. C. de alienat. iudicij,* & alios, ut per Socinum Juniorum in *l. naturaliter, §. nihil commune, num. 5. fol. 53. ff. de acquirenda possessione:* venit etiam quod qui potest propria autoritate expellere possessorum clandestinum, non praedictat & sibi adeundo iudicem, secundum Iasonem in *d. l. clam possidere, §. qui ad nundinas, num. 75. ff. de acquirenda possessione.* Menochium *remedio 4. de adipiscend. possessione, num. 425.* Aluarium Valascum *consulta-*

zione 88. num. 9. quod confirmo per doctrinam Barroli in *l. creditoribus, num. 26. C. de pignoris,* vbi vult quod si quis fundum potest ingredi propria autoritate, & impetrat à Iudice licentiam, non acquirit possessionem, sed perinde est ac si propria autoritate intraverit, & debet confirmari, parte citata: quod tradit Osiscas *decis. Pedemont. 34. n. 1.*

Et consilium est, ut pro bonis possessis petatur & confirmatio possessionis, & pro non possessis petat quis se mitti in possessionem, ut tradunt Carol. Ruin. *conf. 28. colum. 1. lib. 5.* Simon de Præcis *lib. 5. de interpretand. defunct. volunt. dubitat. 3. num. 21. fol. 539.* Quod ante istos voluit Guido Papae ab istis non citatus *decis. 219. num. 1.* quem cito in principio istius tertiae partis. Et ibi *num. 2.* tradit aliud notabile ad nostrum propositum, quod dominus existens in possessione rei suae, potest petere & agere, ut pronuntietur & ad rem pertinere iure dominij, vel quasi, Innocent. in *c. 1. de confirmat. uti. vel inutil. & in cap. examinata, in verbo, attentare de iudiciis, Cin. in l. 1. quast. 4. C. de alienat. iudicij, mutand. cas. facti.* Et qui vadit ad iudicem non tanquam mercuriosus, sed quia vult vrbanius agere, non amittit possessionem; *l. 1. §. in operis,* & ibi Glof. *l. de pupillo, §. meminisse, ff. de noui oper. nuntia.* Notant Iaso in *l. 2. num. 115. C. de iure emphyteut. Mandosi. in tract. de inhibitionibus, quast. 16. fol. 48.* Et hanc conclusionem in terminis statuti, cuius virtute transfertur possessio, & continuatur in hæredem absque apprehensione, tenet Paul. Parisius in *conf. 41. num. 8. lib. 1.* & plures citat Menoch. *d. remedio 4. num. 337.* Roderic. Suarez in *l. 8. fori, titulo, de las herencias, num. 17. pag. 448.* Imò pro conseruatione & manutentione possessionis licet alium iudicem adire, ut ex notatis in *cap. cum teneamur, de appellat. & per Parisium *conf. 172.* quod est vltimum *lib. 4.* tradit Lancellotus in *tractat. de attentatis 2. part. cap. 4. de attentat. limitat. 1. num. 38. pag. 106.* Et Parisi. in *d. conf. num. 10.* in confirmationem praedictorum plura scribit, & inter alia tradit, quod si donatarius habens possessionem ciuilem de nouo accipiat naturalem, non dicitur de nouo attentare, nec acquirere, sed continuare, per *c. cum venisset, vbi Abb. notab. vltimo, de restitut. spiritus.**

Pro quorum sententia faciunt tradita per Alexandrum in *conf. 109. num. 29. cum sequentibus lib. 3.* vbi scribit, quod pendente vna lite, possum inchoare aliam etiam dependentem à prima, dato quod sententia absolutoria data in prima, sit paritatis exceptionem rei iudicatae in secunda, maxime ex noua causa. Quod confert ad eos, qui in Regijs Cancellariis intentauerunt litem super fractione aliquorum maioratum, & postea ex noua causa petunt renuntiam in Regali Consilio: allegat *l. sed si ante, ff. de except. rei iudicæ, & lege omnino* Rebuffum in *c. 1. de prima causa possess. & proprietatis, vers. ult. limita, pag. 267.* Quod etiam confirmo, quia ille qui potest propria autoritate capere possessionem, potest etiam post inhibitionem ire ad Consilium Regium, ut voluerunt Mandosi. in *tractat. comm. attentat. commissio. 14. quast. 4. fol. 44. glos. ult. & in tractat. de inhibitionibus, quast. 21. fol. 9.* Lancellotus. *de attentat. 2. part. cap. 20. de attentat. post inhibiti. limitat. 9. num. 2.* & pro Lancellotus. pondero textum notabilem in *l. quid enim prohibet, ff. de iudiciis,* ad quod legi debet Lancellotus in *d. tractatu, part. 2. cap. 6. de attentat. lite pendente, ampliatione 1. num. 24. pag. 101.* & per text. in *d. l. 3. §. missum, ff. de Carbon. ed. et.* vult Ripa in *rubric. de caus. possess. & propr. num. 54.* quod potest dari quartum Interdictum conseruandæ possessionis, & timens sibi vim inferri, seu possessionem inuadi, potest obtinere & inhibitionem ne vis fiat ei, *l. final. in princip. vbi Bar. ff. quod met. caus. Bald. & Alexand. in l. super possessione, Cod. de translation. & alij, quos citat Mandosi. in tractatu de inhibitionibus, quast. 51. num. 7. fol. 19.*

Ex quibus dubitabilis mihi videtur quædam opinio Grego. Lopez in *l. 7. tit. 4. p. 1. in verbo, possessionis,* post

post medium, in verbo nota, vbi dicit quod si successor in maioratu virtute *d. l. 45. adit iudicem,* & non potest postea apprehendere possessionem propria autoritate, citat Bald. in *l. 1. C. de executio. rei iudicæ, & facit pro eo, l. 1. §. post operis, ff. de noui operis nuntia.* pro quo etiam faciunt quæ scribit Decius in *cap. cum sit Romana, num. 26. de appellat. & in d. l. vltim. num. 31. C. de ed. et. Diui Adrian. Andr. ab Exca in cap. cum omnes, de constit. num. 9. pag. 321.* Hippolyt. in *rubric. ff. de fideiussor. n. 71.* vbi post Bald. in *l. 2. C. de seruit. & aqua, num. 29.* tradit quod si vendo tibi domum cum hoc quod si infra annum non solueris mihi pretium, licitum sit mihi propria autoritate ingredi fundum tuum, si labatur annus, & non sit soluta pecunia, quod si vado ad iudicem, & peto licentiam intrandi, non potero postea ingredi autoritate propria absque pena; & idem Bald. in *l. 1. in fine, C. de execut. rei iudicæ.* Iaso in *l. 2. num. 114. C. de iur. emphyteut. Alex. *conf. 105. num. 25. lib. 2.* Decius in *conf. 116. & 148. num. 6.* Glof. Par. in *conf. 57. lib. 4.* Capici. *decis. 119. num. 9.* August. Berol. in *conf. 54. num. 12. lib. 4.* Lancel. in *tract. de attentat. 2. p. c. 4. de attentat. lite pendente, ampliatio. 1. num. 1. cum seqq. pag. 96.* in quo lectior videtur Iason. in *d. l. 2. num. 12.* Car. Ruin. in *conf. 133. num. 6. lib. 1. & conf. 57. numer. 2. lib. 4.* Corneus in *conf. 165. lib. 2.* Alexand. in *conf. 6. num. 22. lib. 3.* Iulius Clarus, §. *emphyteusim, & 9.* Vincentius Caroc. in *tracta. de locato, q. 6. num. 160. fol. 63. & nu. 162. & q. 14. fol. 195.* & faciunt quæ scribo supra *q. 14. & 9.* Anton. de Fimo in *tracta. de pignor. in 4. p. num. 25.* Carol. Ruin. in *conf. 75. num. 3. & conf. 127. num. 4.* Menoch. qui de hac conclusione in te dubitat *de adipiscend. posses. remed. 5. q. 2. num. 157. pag. 148.* Nam attentis superioribus illud dictum Greg. Lopez verum & non videtur, nisi ille qui talem possessionem petiuit, fateatur, aduersarium esse possessorem, vel quid simile, ad quod maxime aduertendum est, ut supra dixi in principio huius tertiae partis.*

Et in terminis quod Marchio petendo possessionem sui Castri non videatur renuntiare ei, quæ à iure sibi competebar, tenet latè Decius in *conf. 460. num. 5. cum alijs,* vbi respondet ad doctrinam Bald. in *d. l. 1. C. de executio. rei iudicæ, & ad alia omnia quæ in contrarium vrgere possunt; & abundans cautela & nocere non debet, l. testamentum, C. de testam. l. qua dubitationis, ff. de reg. iur. latè Pevalta in *l. si quis in principio testamenti nu. 54. cum alijs, ff. de leg. 3. & faciunt quæ scribit respon. 19. fo. 64. num. 5.* & ingrediens possessionem & absentis acquirat ciuilem possessionem, si Iudice auctore id faciat, secundum Angel. & Modernos in *l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquiren. posses. & in l. a Diuo Pio, §. si post additum, ff. de re iudicæ, & facit l. qui vniuersus, §. item cum Praetor, ff. de acquir. poss.**

Præterea inducenda ad & augmentum non debent operari diminutionem. *l. si mancipia, ff. de fund. instruet. l. ea lege, in principio, ff. locat. l. falsa, §. 1. ff. de cond. & demon. stræ,* notatur per Iasonem in *l. legata inutiliter, num. 8. ff. de leg. 1.* Et quod fauore & quorundam introductum est, non debet in illorum odium retorqueri, *l. quod fauore, C. de legib. ut ex Parisio *conf. vlt. lib. 4.* & alijs probat: & Lancel. in *d. tract. de attentat. 2. p. c. 20. de attentat. post inhibition. d. limita. 9. num. 2. pag. 390.* post Mandosium in *tracta. de inhibitionibus, q. 9. num. 3.* & Hieron. Gabriel in *conf. 52. num. 17. lib. 1.* tradit, quod continuans possessionem post inhibitionem non dicitur attentare, nisi quis velit continuare possessionem in vim Constituti possessorij, & nisi possessio esset turbida; ut ibi latius per eum; & idem quod Paris. & Lancel. scribit & tenet Glof. Paris. in *consuetud. Parisien. §. 52. p. 2. num. 106. fol. 38.* per regulam *l. 3. ff. de testam. milit. & l. nemo enim in perfequendo, ff. de reg. iur.* Et non minus manuteneri dicitur ille qui in antiquam possessionem reuertitur, & quam ille qui eam habet, & in ea conseruatur, *l. cum debere colummam, ff. de seruis. vrbanozum pradiorum,* tradit Siluanus in *conf. 105. num. 8.* Et qui in iudicio petit quasi possessionem incorporalium, dicitur*

continuari; & non inferre vim, nec spoliare: *c. cum venissent, de restitut. spoliator.* tradit in petitione decimarum Berolius in *conf. 21. num. 16. lib. 1.* Quibus conuenit, quod si duo contendunt de hæreditate, quod procuraretur præuentio in Iudice ad occupandum bona, secundum Innoc. in *cap. in presentia, de probation.* Amedeus de Aponte in *lib. laudemiorum, intit. quis sit iudex in causa feudali: fol. 69. colum. 2. in versic. & profecto rei-publicæ,* quod notandum est ad ea quæ scribo supra, *quast. 14.*

Ex quibus & alijs, quæ omitto, credo verissimam esse sententiam, quod si quis successor bonorum maioratus vadit ad iudicem, & dicat quod teneatur illum in possessione honorum maioratus tanquam successorem, & ac sequentem in gradu, virtute *l. 45. dummodo non dicat, quod possessione caret: non amittit possessionem, imò illam confirmat: pro quo etiam facit doctrina* Bart. in *l. 2. §. fin. ff. quorum legatorum,* quam citat Simon de Præcis *de interpretand. defunct. volunt. dubit. 3. num. 177. fol. 534.* & facit doctrina Alex. in *conf. 130. lib. 4. num. 13.* vbi dicit, quod si dominus rei emphyteuticæ, qui habet facultatem intrandi possessionem propria autoritate, propter non solum canonem, petat à Iudice possessionem, protestando, & referuando sibi autoritatem intrandi propria autoritate, refert, & confirmat Decius in *conf. 148. num. 9.* Azucedo in *l. 1. tit. 21. lib. 4. Recopilat. num. 146. fol. 314.* animaduertit autem Glof. Par. in *d. conf. Alexand.* quod non est consilium Alexandri.

Et pro istis etiam est doctrina Bald. in *c. querelam, num. 8. de election.* vbi vult, quod ille qui adit iudicem, quia de facto non restituitur ei possessio, non amittit possessionem, sed potius conseruat eam; & idem vult ipse Bald. in *l. 1. num. 44. C. de seruit. & aqua: per §. sed hodie, Institut. de interd. & l. de pupillo, §. meminisse, ff. de nou. oper.* notat in egregio casu Matth. de Atliet. *decis. 395. pro decis.* vbi tradit, quod negantes præstationes annuas, non faciunt & perdere possessionem, si iudex adeatur, vel eos compellat ad soluendum; & tradit Laurent. Siluan. in *conf. 105. num. 10.* ad quos addo Paul. de Cast. in *conf. 116. in questione qua vertitur inter Capitulum Ecclesia Trident. num. 2. lib. 2.* eandem conclusionem probat *l. 1. §. hoc interd. ff. de interd. quæ probat, quod qui vadit ad iudicem, non videtur amittere ciuilem possessionem; cum qua concordat *l. 12. tit. 30. p. 3.* & est bonus tex. in *l. 17. d. tit. 30. ibi: E como quier que pierde le tenencia en alguna destas manerças, en falso, sinca para poderla demandar en juyzio, nec minus facit *l. si quis vis, ff. de acquir. posses. non videtur, ff. de reg. iur.* & quod per *d. l. 1. §. hoc interd. l. scribit Bar. Socin. in *conf. 122. num. 16. lib. 4.* & dictum Innoc. in *c. olim 3. de restitut. spoliato.* vbi resoluat, quod si populus denegat obedientiam Episcopo, & Episcopus & resistit excommunicando, non perdit quasi possessionem, quem sequitur Abb. licet corruptè referat Innoc. in *c. auditis, num. 14. de prescript. & sequitur etiam Balb. in tract. prescript. 4. p. princip. num. 40. pagin. 618.* & faciunt scripta per Menoch. *de adipiscend. posses. remed. 4. num. 425. cum seqq.* cum concordantibus traditis per Aluar. Valasc. *conf. 88. num. 9.* tradunt etiam Ripa in *c. cum Ecclesia, num. 9. de caus. posses. & proprietat.* & in annuis præstationibus Iacob. Put. *decis. 419. num. 2. lib. 2.* Iacob. Vener. in *tract. de annu. præstation. q. 1. & 15.****

Ad hæc facit, quod possidens & ciuilitè tantum, & petens per libellum se manuteneri, & non turbari in possessione, & etiam se mitti in possessionem corporalem, rectè agit, nec est sibi contrarius, secundum Lanfran. Balb. *concl. 90.* quem citat additionator Ferraræ in *forma libelli, pro turbata possessione, in additione, qua incipit, Ad causandum, pag. 406.* cui congruunt scripta per Iaso. in *l. naturaliter, §. nihil commune, num. 92. ff. de acquir. posses. & possessio & tranlata virtute statuti non tollit remedium acquirendi possessionem naturalem, ut resoluunt*

resoluit Ripa in l. final. C. de renouandis donation. n. 135. q. 29. ex Cino. & Saliceto in l. ca. lege. C. de condit. ob causam; quod est expressum pro prædictis.

28 Er quis potest si ut pluribus titulis in causa possessionis, ut probatur in l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. possess. tradunt Abbas in c. post electionem, de concessione. præbend. Ioan. Andr. & Lapus quos citat Marc. dec. 102. l. 1. & 1179. num. 2. & decis. 496. num. 16. Et respondit Calcan. conf. 76. num. 3. libellum sustineri, quo ciuiliiter possidens, possessionem sibi restitui petit, & in eanon turbari: quod ex pluribus confirmat Menoch. de retinen. possess. remed. 3. num. 22. cum seqq. pag. 182. & faciunt scripta per eundem Menoch. in eodem remed. 3. nu. 45. pag. 212. & tradit notanter Guid. Pap. decis. 436. Cum

29 materia, num. 73. quod si possidens rem aliquam, et dubitans in possessione turbati, appellat etiam extra iudicium, si appellet ex verisimilibus causis, talis appellatio operatur, quod restituitur in statum, in quo erat tempore appellationis, etiam si possessor non fuit spoliatus: imò si quis habeat facultatem recuperandi possessionem propria autoritate, non amittit talem facultatem, si vadat ad iudicem, & videtur suspensum, donec per viam iuris recuperationem profecerit maxime si proresteretur, ut per Alex. conf. 33. col. 2. lib. 5. late Decium in conf. 460. n. 7. & 8. Imò fortius dico, quod si hoc casu iudex decernat possessionem esse dandam successori in maioratu, nullo iuris ordine seruato, & minus solemniter, adhuc possessio valet, & in illo tueri debet: quia cum ex prædictis l. 4. §. ipso iure efficiatur possessor, & hæc solemnitas non requiratur, licet interneniatur, & minus solemniter, nihilominus est iustus & legitimus possessor, l. 1. in principio, C. de rei uxoria act. & est text. singularis conuicta Glof. in verbo, in transitu, in §. serui vero, Institut. de libert. De quo concordantes adducunt Iaso in l. nec quicquam, §. vbi decretum, num. 7. ff. de officio Procursul. & l. 2. num. 19. ff. de iurisdict. omni. iudic. & in l. vinum, num. 33. ff. si cert. petat. Felin. in c. cum ordinem, num. 3. de rescript. & in cap. cum dilectus, col. 3. de fide instrum. & in c. qui aliter in prin. num. 5. de accusat. Decius in l. edita, num. 34. C. de edend. Hippolyt. in l. vnus, §. ult. ff. de quest. num. 4. & in singula 85. Tiraquel. lib. 1. de rer. act. §. 7. glof. 3. num. 5. Aymon de antiquitat. tempor. 4. part. num. 134. fol. 287. faciunt scripta per Glof. Parisi. in consuetudin. Parisiensi, part. 1. §. 1. gl. 4. num. 48. fol. 27. col. 2. & ad hoc facit doctrina Baldi in consil. 181. Casus talis est, lib. 1. vbi tradit possessionem absque citatione alterius datam, validam esse; vbi cunctum que statuto cauetur, et quod possessio continuatur in hæredem, nisi statutum aliud requirat: & ista latius declarat Menoch. in remed. 5. adipsam posses. q. 20. num. 167. pag. 148. ad hæc legendus. Et inibi tradit, an isto casu requiratur libellus, citatio, & alia plura ad propositum; & punctum de citatione tangit nihil resoluens Suarez in titulo de las herencias, nu. 37. pag. 452. Quæ dicta sunt magis sibi locum vendicant, vbi cunctum que quis adit iudicem protestando; & referuata sibi facultate; ut docent Alex. in d. conf. 110. num. 12. vbi Glof. Parisi. dicit quod non est consilium Alex. lib. 4. Gratus conf. 37. lib. 1. Decius conf. 460. num. 9. & alij, quos citat Anton. Gabriel. lib. 2. commun. opinio. tit. de action. concl. 4. num. 18. post Tiraq. in tract. de Constitut. par. 1. num. 41.

32 Ex quibus omnibus dubito de generali resolutione Quintil. Mandos. in tract. de monitoriis, q. 53. vbi ex doctrina Baldi & aliorum, quos citat tradit, et quod instrumetalis possessor si vadat ad iudicem, amittit possessionem tanquam metriculosus possessor, quod eo non relaxat tradit Lancel. in tract. de attentat. 2. p. c. 4. de attentatis lite pendente limitat. 1. num. 44. pag. 106. per l. 1. §. in operis, & l. de pupillis, §. meminisse, ff. de nou. oper. & alia quæ citat: & ibi num. 43. tradit conclusionem ad propositum nostrum necessarium pro intellecto prædictorum, quod si quis fuit expulsus a possessione, non potest petere continuationem possessionis,

nis, quæ fuit interrupta, de quo etiam dubito, si expulsi a possessione eam animo retinuit, nec spoliari fateatur.

Inferretur etiam ex superioribus alia singularis conclusio, quod si nobilis ex genere vadat ad Regem, & ab illo impetret facultatem nobilitatis, quæ eadem ex genere competeat, de qua nobilitate constat, vel ex relatione Regis, vel per alias legitimas & veras probationes; dici non potest nobilis ex privilegio, sed nobilis de genere; quod in praxi est vtile & necessarium. Et qualiter vadens ad iudicem pro petitione decimarum conferuet, vel amittat possessionem, legendus est Ripa in conf. 64. n. 5.

34 Attende etiam, quod quumvis quis petat ad iudice confirmationem et possessionis virtute d. 45. aduersus aliquem qui forte eum turbat in ea possessione, nihilo magis rei, & possessoris partes obinet, secundum Bald. in consil. 454. Quidam Ioan. decessit, circa medium, lib. 1. num. 1. per tex. in l. iuberis, §. vlt. ff. de liberat. caus. refert, & sequitur, & notabilem dicit Iaso in conf. 85. Quando habemus determinationem, lib. 3. & confirmat Tiraq. ex aliis in tract. le mort, p. 6. de l. vlt. 7. num. 1. pag. 272. & idem vult Bald. in l. post sententiam, num. 1. C. de sentent. & interloc. omni. iudic. & in hoc puncto placet mihi distinctio Bart. in l. de pupillo, §. vlt. num. 2. ff. de noui oper. nuntia. vbi dicit, quod si quis principaliter comparet coram iudice ad defendendum possessionem Tenentæ, & tunc dicitur et sustinere partes rei, per l. si pupillus, §. 1. de privileg. creditor. aut petit rescindi quod factum est, & petit possessionem sibi restitui, & tunc sustinet partes actoris; quam distinctionem sequuntur aliqui DD. ibi, & Barrh. Socin. in conf. 19. num. 1. lib. 4. quem non retulit Tiraq. & Barr. refert, & sequitur Menoch. de retinen. possess. remed. 1. num. 94. pag. 169. col. 1. ad quem addo eundem Menoch. qui plures citat in tracta. presumpcio. lib. 6. presump. 68. num. 6. fol. 135. Et quod in statuto quod possessio continuatur in hæredem, quod hæres tenentur, qui præsumitur possessor, tenet partes defensoris, & aduersarius tenet partes actoris, resoluit in terminis Iason in conf. 85. in principio. lib. 3. per l. vlt. in l. iuberis, §. vlt. ff. de liberat. causa, & doctrinam Baldi in consil. 454. Quidam Ioannes decessit condito testamento, libro 1. & idem Advocatus animaduertere debet, ne petat possessionem sibi restitui, sed in ea tueri, & euitodiri; in iuxta Iuriconsulti responsum in d. l. 3. §. missum, ff. de Carbon. edit. Et ad hoc etiam facit doctrina Baldi in consilio 177. Ad eundem, num. 2. lib. 3. vbi tradit, quod quando est contentio inter duos, qui prætentunt se possessores, inquirendum est, quis corporaliter possideat, & ille dicitur reus, & aduersarius habetur pro actore, per d. l. iuberis, §. vlt.

36 Ex qua doctrina inferretur quod comoda et possessio, quæ tradidi in principio huius tertiæ partis, n. 2. cum seqq. pertinent ad illum, qui corporaliter vere possidet bona maioratus, quod est notandum pro intellectu istius materię. Ad quod facit doctrina Baldi in conf. 244. lib. 3. quam refero supra, in hac parte, q. 7. n. 10. de quo lector etiam videat Tiraquell. in tract. le mort saist le vif, p. 6. declar. 7. num. 1. & quod scribit Alexan. in addit. ad Bart. in l. si duo in principio, nu. 4. versic. sequestrari, vbi tradit quod in Interdicto Retinendæ, qui pronocauit et non dicitur actor, tradunt Francisc. Marc. quest. 1148. num. 3. p. 1. Neuzan. conf. 81. num. 36. & solummodo quod ordinem iudicij, qui pro-uocat, est actor, secundum Ioan. de Platea in §. retinenda, col. 1. versic. sed dic quod illud, Institut. de interd. et. confirmat Menoch. de retinen. possess. remed. 3. nu. 76. pag. 243. & prius num. 724. pag. 239. Quibus addo, quod agens Interdicto Retinendæ, licet apparetur videatur actor, tamen potius in effectu est defensor ne turbetur, l. 1. §. huius autem, ff. de interd. et. notat Iaso in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 49. ff. de acquir. possess. & ita intelligenda sunt quæ scribit Anton. Thelaurus decis. Pedemont. 106. vbi post Bart. in l. 1. num. 8. C. vbi possidetur,

38 possidetur, resoluit quod in Interdicto Retinendæ, vterque est actor et reus; & ibi latissime scribit, si vterque probet quomodo debeat litem pronuntiare et post Menoch. quem vitiose citat de retinen. possess. remed. 3. num. 739. & legenda sunt quæ scribit Egidius Bossius in pract. criminali, tit. de favoribus defensor. num. 12. pagin. 458. vbi ex Glof. & Doctoribus in c. significauerunt, de exception. Anton. in c. in present. de probation. resoluit, quod si reus per accidens efficiatur actor, ut putat, qui petit silentium perpetuum imponi, nihilominus gaudet beneficiis Rei; & de materia omnino legenda sunt quæ scribit Fuluins Pacianus in tractatu de probationib. lib. 1. capite 56. num. 16. cum pluribus sequentib. fol. 176.

39 Est etiam animaduertendum, quod si quis existat in possessione bonorum maioratus, & alius sit immixtus in possessionem talium bonorum autoritate iudicis, si possessor bonorum maioratus huic possessioni non consentiat, sibi non præiudicat; ut probatur in l. 3. §. vlt. & in l. si quis ante, versic. denique, ff. de acquir. possess. & in l. cum legato, ff. ex quibus caus. in possessionem eat, & in l. misio, ff. pro empior. & in l. 2. in principio, ff. pro hærede, & in l. is cui, in principio, ff. ut in possess. legator. Nec est omitterendum quod possessio data, sine præiudicio alicuius, videtur data et sub conditione, ut per Iacob. Putei. decis. 32. lib. 2. num. 1. pagin. 148. per tex. in l. testamento, de iur. §. 1. ff. de manumis. testamen. & in l. qui absent. §. 1. ff. de acquir. possess. & in c. olim iuncta Glof. in verbo, traditum, & restitui. spolia. Quod est notandum pro mandatis quæ quoad dantur ad possessionem recipiendam sine præiudicio alterius: quia licet sit data possessio virtute talium mandatorum, non censetur data in præiudicio Tertij: quod etiam fundatur ex doctrina Bald. in l. 1. n. 3. C. de exec. rei iudi. vbi resoluit quod tale mandatum dandi possessionem resoluit in vim simplicis citationis: & idem vult Bald. in rubric. commissa, vel episcopo, num. 4. & faciunt quæ scribo supra, q. 14. Alex. Iaso & alij in l. de pupillo, §. meminisse, ff. de noui oper. nuntia. & plures quos cita Quintil. Mandos. in tract. de moritur. §. 17. n. 1. & 2. fol. 7. & prius q. 2. nu. 1. fol. 2. Castor. decis. 6. pag. 243. num. 2. Iason in l. non soluum §. morte, n. 49. ff. de noui operis: Parisi. consil. 45. num. 1. lib. 4. Lancel. in tractatu, de attentat. 2. p. cap. 4. de athen. lite pend. in pra. num. 320. pag. 64. Petr. Gambar. de offic. Legati, lib. 8. num. 42. pag. 248. In quibus locis reperitur etiam, an ille contra quem tale mandatum decernitur, remaneat possessor: & addendum est Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum. c. 6. num. 1. cum seqq. pag. 97. vbi disputat qualiter possessio, et non citato possessore, sit nulla, & an debeat confirmari. Et quod si dominus rei emphyteuticæ vadat ex vrbaniitate petere a iudice possessionem, et quam poterat capere propria autoritate, non possit capere possessionem sine iudicis mandato, tradunt Bald. in l. 2. q. 10. num. 45. de seruitutib. & aqua, & alij quos citat Corbulus in tract. de iure emphyteutico, quæst. 13. de causis priuationis ob non solutum canonem, fol. 236.

40 Sciendum est etiam, quod licet possidens sit actor, et adhuc gaudet commodis possessionis, secundum Aretinum in c. nostra, in fine, de proba. Carol. Ruin. in conf. 137. col. 1. num. 3. lib. 5. Tiraq. in tract. de primogen. 17. q. 1. opinio, num. 26. pag. 195. quod est intelligendum, vt dixi num. 43. ad quod est addendum quod scribit Archidiacono, in c. illud, num. 6. versic. item quis, 23. dist. vbi vult, quod si quis petat se mitti in possessionem secundum l. vlt. C. de edit. D. Adria. & compareat contradicitor, qui se potiore dicat, hic dicitur actor; quod scito dignum est, quia regulariter actor indicatur qui prius sit item mouit, l. in tribus, ff. de iudi. etiam si quis petat quod aduersario silentium imponatur, Bart. in l. libertus, ff. de in ius vocan. de quo Decius in conf. 487. num. 10. & 686. num. 23. consil. 43. num. 1. Marth. de Affli. decis. 168. Aymo. Crauc. conf. 299. in fine, Iacob. Puteus decis. 346. lib. 1. notanter Hugo Celsus conf. 47. num. 8. qui omnino legi debet. Pro quibus pondero nouiter

egregiam l. 1. tit. 2. p. 3. in princip. legis & in fine, & idem voluit Cagnol. in l. diffamari, C. de ingen. manumis. nu. 9. Capici. decis. 18. quos citat Menoch. d. reme. 2. num. 95. pag. 169. Quæ conclusio probatur in c. cum dilectus, de ordine cog. & in c. Pastoralis de caus. pos. & prop. vbi Rubus, pag. 290. col. 1. vers. 59. nota, & faciunt scripta per Quintil. Mandos. in commissione admissiois interesse, fol. 33. col. 1. qui plures citat, & legenda omnino sunt quæ scribit Menoch. de retinen. possess. remed. 3. n. 743. pag. 241. de quo etiam legenda sunt quæ scribit Episcopo. Couar. lib. 1. resolut. c. 18. num. 5. & ex verbis etiam d. l. 45. ibi: Que se passe la possession civil y natural.

45 Lectores animaduertito, et non esse apud nos seruandum quod scribunt Guid. Pape. q. 552. col. 2. versic. nec audiendi sunt, Tiraq. in tract. le mort, p. 6. declar. 1. Episcopo. Couar. in practi. qq. 17. num. 5. versic. ac quis, Menoch. de retinenda possess. remed. 6. num. 16. pag. 28. qui dicunt statutum volens continuare possessionem in hæredem, esse restringendum: cum nemo adhuc ingressus fuerit naturalè possessionem: nam remedium prædictæ legis competit contra naturaliter etiam possidentem.

46 Et in ista questione omnino est addendum, missum in possessionem, ab eadem cadentem et non esse in ea iterum mittendum, quia est possessorium adipsam; non Recuperandæ; ut probant Bald. in l. vult, col. fin. vers. si semel missus, ff. de peti. hæredita. Simon de Prætis qui hoc late tractat lib. 5. de interpretat. defunct. volunt. interpret. 2. dabit. 2. num. 56. fol. 513. colum. 1. quem ad hoc lege in numeris antecedentib. & seqq. de quo dubito, secundum ea quæ scripsi in initio istius tertiæ partis: & semper ille dicitur actor, qui petit reuocari tenentiam bonorum ob contumaciam, & qui pignoris captionem, vel aliam executionem principaliter annullare intendit, & is qui et petit rescindi instrumentum, si non possideat, ut per Alciatum de singulari certamine, c. 5. pag. 103. & quod contradicitor, qui non possidet, dicatur actor, tradunt Bald. in l. vlt. C. de privileg. fisci, & alij ut per Mascard. in tract. de probat. lib. 2. conclus. 708. nu. 4. fol. 74. Quibus iungo conclusionem singularem, quod dum citatur si sua putauerit interesse, comparet, dicitur actor, & non reus: secundum Paul. Castren. in l. testamenta omnia, C. de testament. & in l. libertus, C. de in ius vocand. Matth. de Affli. decis. 2. num. 9. & decis. 14. nu. 7. Aluar. Valaquez conf. 93. num. 7. & text. in c. olim de restitui. spolia, vbi Glof. Innoc. & Abb. tradit notanter Iacob. Puteus, decis. 281. in vna Hispanensi, lib. 2. vbi scribit, quod ille qui parat mandatis Superioris non animo obediendi, sed timore, non constituit et aduersarium in quasi possessione: quia in iuribus incorporealis est necessaria patientia. De qua materia lector videat Alciat. in conf. 97. n. 34 Plotum in l. si quando, Cod. vnde vi, Romanum in conf. 269. latissimè Mascard. in tract. de probation. lib. 3. conclus. 1117. num. 1. cum seqq. fol. 1. Notò etiam quod per mandatum quod alicui tradatur possessio, vel respondeatur de fructibus, non probatur possessio, nisi realiter tradita sit, ut probat decisio Rotæ 12. in nouis, tit. de restitui. spoliat. pag. 169. quæmi confusè citat Natta in conf. 429. num. 6.

49 Et quod conferuatorum et possessionis parte non vocata sit inefficax, tradit Matth. de Affli. decis. 167. num. 7. quod in praxi reputo singulare; & quod etiam filio competat pro melioratione beneficium dictæ l. 2. l. C. de edit. D. Adriani, tradit Roderi. Suar. in l. quoniam in prioribus, C. de inoffici. testam. q. 7. n. 19. contra quem tenet Parlado. lib. 2. rerum quotidianarum, p. 1. c. fin. §. 9. n. 7. pag. 193. & quod remedium legis 45. Tauri et habeat locum contra titulo possidentem, tenet idem Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum, c. 5. num. 8. pag. 87. contra Molinam lib. 3. de primogeniis, c. 13. num. 5. quod verius credo ex dispositione dictæ leg. 45.

QVÆSTIO XVII.

Filij utrum agere possint ad possessionem bonorum, qua pater ante mortem eis concefferat, & illorum tradiderat possessionem.

S Y M M A R I V M.

- 1 Deciso quaestione.
2 Parentes in vita possunt bona inter filios diuidere, & numer. 4.
3 Et an in eis possint facere denuo meliorationem. & numer. 15. Et quo remedio debeant agere filij qui talibus meliorationibus non consenserunt. num. 12.
5 Et an in tali diuisione solemnitas requiratur.
6 Et an possint eam reuocare.
7 Et qualiter sit irreuocabilis, & num. 8.
9 Hæredibus an possit pater prohibere, ne hereditatem usque ad certum tempus diuidant.
10 Diuisione facta inter fratres, quod femina non succedat, an valeat.
13 Dominium & non possessio, in hæredibus parentum continuatur. & n. 16. 17. Nec possessio publicatur, etsi dominium publicetur. num. 18.
14 Pater, mater, & filij, una, eademque persona reputantur.
15 Filij in vita parentum impugnare possunt licentiam datam ad maioratum.
19 Possessio, quam habent filij in bonis parentum, est eiusdem qualitatis cum possessione paterna.
20 Filius an per solam reputationem nobilitatis conseruet nobilitatem parentis.
21 Petitio hereditatis non datur, nisi pro bonis, qua testator tempore mortis possidebat.
22 Et quare non detur contra titulo possidentem.
23 Filia in possessionem feudum mitti non debet, quando agnati reperiuntur in possessione.
24 Ecclesia possessionem accipiens non censetur apprehendere illarum rerum, que ab alio possidebantur.
25 Lex vlt. C. de edict. D. Adriani, non competit nisi pro rebus qua testator tempore mortis possidebat.
26 Succesori non potest attestari de animo prædecessoris circa possessionem.
27 Interdictum Adipiscenda non competit nisi pro rebus, qua testator mortis tempore possidebat.
28 Qui possidet, & negat communionem, an possit conueniri in iudicio possessorio.
29 Possessionem si quis a se abdicet, quamuis alter non accipiat, illam amittit; secus in dominio.
30 Possessio solo animo amittitur.
31 Remedium Recuperanda non competit ei, qui suo facto per contractum cecidit a possessione.
32 Renuntians non potest ad beneficium redire quamuis renuntiatio non habeat effectum.
33 Et non tenetur amplius ad solutionem pensionis super beneficio impostæ.
34 Per renuntiationem generalem an amittatur possessio, quando talis renuntiatio est nulla.
35 Quid si renuntiatio fiat per metum. Quid quando non fuit pura. nu. 37. Quid in minore, num. 38.
36 Renuntiatio in profanis qualiter differat a renuntiatione in beneficiis.
39 Renuntians filio Tertium & Quintum, sibi a patre datum, abdicat se a possessione, quamuis non acquiratur.
40 Pater si constituat se possidere post mortem bona qua donat, Constitutum non habet effectum.
41 Filij cum assignationes & meliorationes insolidum possideant, duo possidere non possunt.
42 Civis possessio sola impedit remedium l. vlt. C. de edict. D. Adriani.
43 Hæres si ante apprehensam possessionem bonorum hære-

- ditariorum constituat se pro aliquo possidere, non valet.
44 Filius si accipiat possessionem bonorum parentis, nihil possidet. & num. 45. 46.
45 Commissarius an possit ingredi propria autoritate possessionem bonorum.
48 Filij, quibus assignata fuit in vita per partem legitima, & data possessio, an possint contradicere possessioni, quam petit hæres patris virtute statuti, quod transfert possessionem in hæredem.
49 Legitima an sit quota bonorum, aut hereditatis, & num. 50.
51 Testator non potest dare licentiam legatario ut possessionem accipiat, nisi de re quam ipse tempore mortis possidebat, & num. 52. 53.
54 Melioratio qualiter efficiatur irreuocabilis.
55 Dominus feudum non potest inuestire de feudo, quando alius in possessione reperitur.
56 Filij quando pater viuus, ius non habent in bonis parentis.
57 Monachus si ante aditam hereditatem decedat, an transmittat in Abbatem aut Monasterium.
58 Agitur de intellectu legis l. i. tit. 14. lib. 3. Ordinamenti, & num. 59. 60.
61 Possessio non continuatur in hæredem; nec ex Gallia consuetudine, quando est ab alio apprehensa.
62 Ratio decidendi ad l. 45. Tauri, & num. 63. & 64.
65 Possessio concessa filiis per testatorem in fraudem filiorum, non impedit quin alij filij petant possessionem.
66 Non tamen est in dubio fraus in hoc casu presumenda.
67 Presumptio est pro eo qui allegat, quod testator possidebat tempore mortis res quas viuus possidebat.
68 Lex vlt. C. de edict. D. Adriani, an competit filio succedenti ab intestato. & num. 69. 70. 71.
71 Filius melioratus in Tertio aut Quinto an possit petere meliorationis possessionem. & num. 72.
74 Tenuta ex iusta causa an renouanda.
75 Remedium l. 45. an habeat locum contra possidentem.

IN hac quaestione decima septima quero de quaestione circa meliorationem Tertij & Quinti, quæ licet apud me nullam vnquam dubitationem habuit, quia tamen aliquando contrarium vidi sententiarum, illam examinare volui, vt perfectius & celerius caueant ab errore contrarium existimantes, & super hoc vltimius non dubitentur.

Expedi igitur inquirere, si forsitan patre defuncto, multis bonis relictis, filij petant pro diuiso possessionem bonorum paternorum, an sit illis concedenda possessio in bonis, quæ pater in vita concefferat filiis, vel iure maioratus, aut meliorationis Tertij & Quinti, vinculo talia bona, aut alio quouis titulo, vel faciendo cum filiis diuisionem bonorum paternorum, an sit illis concedenda possessio in bonis, quæ pater in vita concefferat filiis, vel iure maioratus, aut meliorationis Tertij & Quinti, vinculo talia bona, aut alio quouis titulo, vel faciendo cum filiis diuisionem bonorum, quam aliqui faciunt in vita; vel dando talia bona in dotem, vel donationem propter nuptias. In qua quaestione semper existimaui, quod talis possessio est deneganda: quod omittis multis alijs, probatur medijs frequentibus.

Ad quod supponere oportet, quod parentes in vita possunt diuidere bona propria, & dare filiis, & cuilibet eorum adiudicare partem legitimæ, quæ illis competere potest iuxta illorum facultatem l. si filia, §. si pater ff. fam. ercisc. l. cum quo, §. vlt. ff. ad l. Falcid. notat Bald. in l. illud, col. 3. in versic. tertio quo de sacrosanct. Eccles. & in l. si successione, in versic. quid de legitima, C. de his, qua in fraud. credit. & alij quos refert Ant. Gomez in l. 17. Tauri, v. 21. & Peralta in l. cum pater, §. de filia, ff. de legat. 2. num. 68. pag. 337. notat Glof. Patif. part. 2. consuetud.

consuetud. Parisi. §. 56. num. 37. fol. 129. latè Parisi. cons. 61. num. 33. lib. 2. Roland. consil. 34. num. 69. lib. 4. Ioan. Gurtier. in cap. quamuis pactum, de pactis in 6. versic. à filia, num. 6. pagin. 347. Burg. de Paz consil. 38. nu. 12. idem Parisi. consil. 34. nu. 11. cum alijs lib. 2. Carol. Ruin. consil. 99. num. 8. lib. 5. vbi tractat, an talem diuisionem pater reuocare possit, & an sit necessarium iuramentum. De quo vltimo tractat latè Auenda, responsio 25. per totum, de quo lege quod infra scribo, & ibi Auend. num. 2. versiculo, item quod possit, scribit post Roderic. Suar. quem citat, quod in bonis traditis & assignatis per patrem, potest pater facere denuo meliorationem, & apponere conditionem in dictis bonis; quod, videri meo, indistinctè non procedit. Et plura scribit Simon de Præcis de interpretan. defuncti. volunta. lib. 3. solutio. 2. n. 6. num. seqq. fol. 204. & est ad hoc expressa lex, quam hi non referunt in l. 9. tit. 15. part. 6. in fine, ad quam legem est aduertendum, quia est contra sententiam Baldi in l. 3. col. 1. C. pro donat. vbi dicit, quod si ego diuiderem bona mea filiis, vt diuisione sit perpetua rata, talis diuisione non tenet; ad quod dictum plures concordantes refert Decius in cons. 86. num. 8. & sequitur Bart. Soci. in cons. 5. num. 4. lib. 1. Narrat in cons. 273. num. 1. lib. 2. Andr. Gail. obseruationum, lib. 2. obseruatione 38. num. 2. pag. 150. Et quod diuisione facta per patrem inter filios non sit valida, nisi per testamentum sit confirmata, resoluit idem Andr. Gail. obseruat. 106. dist. lib. 2. nu. 1. pag. 231. per dictam l. si filia, §. si pater, contra quos est apud nos expressa l. 5. in versiculo, en si el padre, tit. 8. part. 6. de qua non meminere Scriptores nostri Regni supra citati, quæ omnes difficultates tollit; & plura citat Valdes in addit. ad Suar. in l. q. noniam in prioribus. limitat. 5. pag. 83. C. de ineffic. testam. & istum punctum laus omnibus resoluit Telli in l. 23. Tauri, num. 11. cum seqq. & an in tali diuisione requiratur solemnitas, quæ est necessaria per leges Regias in testamentis, latè tradit Burg. de Paz in l. 3. Tauri, part. 2. num. 114. A cuius tamen resolutione cauendum iudico: & legenda quæ notanter scribit Parisius in cons. 34. num. 21. cum seqq. lib. 2. vbi plura de isto puncto & materia reperiuntur. Et an diuisiones istæ fortiantur naturam contractuum, vel vltimarum voluntatum, tradunt Oldrad. in cons. 231. v. eius de quo queritur, Bal. in tit. de pace iuramento firmam. in glof. 4. vbi Matthæ. de Afflicis in eadem glof. 4. num. 17. fol. 295. qui ponunt exemplum in Rege Aragonum, qui diuisit inter duos filios iuramento firmato Regnum Aragoniæ, & Maioricarum, & tradit etiam Simon de Præcis in d. loco: Ayora; qui prædicta non refert in tractat. de diuision. p. 3. q. 16. fol. 140. Cephal. in cons. 495. q. 2. lib. 4. Chaffanæus eleganter in consuetudinib. Burgundia, rubric. 4. §. 9. num. 6. & 7. col. 687. qui magis communiter concludunt, quod parentes possunt reuocare res diuisiones, & Bald. in d. l. 3. C. pro dona. & in l. uamuis, C. de fideicom. & alij quos citat Menoch. in tractat. presumpt. lib. 3. presumpt. 29. num. 108. pag. 305. quæ conclusio fallit nisi filius possideat rem diuisam longo tempore, patre sciente & patiente, vt notanter tradit Iacob. Puteus, decis. 84. lib. 2. Et quod talis assignatio legitimæ non impediatur, quod siue res patrimonij parentum crescant, quod legitima crescat secundum valorem tempore mortis parentum, tradunt Iaso, qui communem dicit in l. quod seruus, num. 12. ff. de condit. ob caus. & plura scribit Ioan. Gurtier. in cap. quamuis pactum, de pactis, in 6. in verbo, à filia, num. 5. Anton. Gama decis. 206. num. 5. & qualiter sit faciendæ diuisione, vt sit irreuocabilis, plura scribit Simon de Præcis in d. loco nu. 10. Et an si pater diuidat bona inter filios, teneantur co-hæredes de euictione, tradunt Menchaca in tractat. successio. part. 1. lib. 3. §. 23. num. 37. & 43. Burlarus qui eum citat, & eruditissimum appellat, cons. 6. num. 19. declarantes textum in l. cum pater, §. enistis, ff. de leg. 2. & alia iura notanter Menochius in tractat. presumpt. lib. 3. presumpt. 118. num. 1. cum seqq. pagin. 415. Ferrara

in forma libelli pro hereditate, num. 36. pag. 481. Et quod talis diuisione facta per patrem inter filios sit irretocabilis, si iuramentum interueniat, volunt Scribentes in l. si donatione, C. de collation. Barthol. Socin. in consil. 107. lib. 3. Carol. Ruin. in consil. 96. num. 8. lib. 5. & alij quos citant Osalc. decis. Pedemont. 125. num. 6. Seraphinus in tractat. de priuilegijs iuramentati, priuilegio 112. num. 3. qui ambo communem esse opinionem dicant, licet Seraphinus per contractum teneat, & tradit Cephalus in dist. consil. 495. num. 44. lib. 4. ad quem addo Ioannem Gurtier. de iuramento confirmatorio, par. 1. cap. 41. num. 8. fol. 120. Burgos de Paz consil. 38. num. 12. Et diuisione facta inter filios dicitur testamentum patris, l. quoties, & l. vltim. Cod. familia ercisc. tradunt Iaso in l. 1. de pactum, §. vltim. ff. de pactis, & alij quos citat Menochius in tractat. presumpt. lib. 4. presumpt. 7. num. 9. fol. 9. & qualiter diuisione facta per patrem legitimum administratorem præiudicat filiis, tradit Alexander in consil. 76. num. 15. lib. 3. Et qualiter testator prohibere possit hæredibus ne diuidant hereditatem per vique ad certum tempus, latissimè ostendit Carol. Ruinus in consilio 212. num. 3. cum sequentib. lib. 1. Et in ista materia est magni facienda doctrina Bartoli in consil. 72. num. 6. lib. 1. vbi resoluit an valeat per diuisione facta inter fratres quod femina non succedat. Et quid in bonis fideicommissi, quod autem parentes sicut possunt concedere, & diuidere bona filiis in vita, dando illis legitimam, possint etiam facere per meliorationes & donationes, alias non est opus altius explicare: quia id Ippis (vt aiunt) & non foribus notum est, & probatur in l. 17. hodie l. 1. & l. 28. hodie l. 12. tit. 6. lib. 5. Recopila. & l. 44. Taurinis, hodie l. 4. tit. 7. lib. 5. Recopil. faciunt scripta per Menochium in tractat. de presumptionibus, lib. 4. presumpt. 196. lib. 12. fol. 357. Hoc supposito, prædicta conclusio, quod filij qui forsitan non consenserunt per illis meliorationibus, aut diuisionibus bonorum, quæ facta per patrem, non possint agere remedio possessorio, sed sit illis necesse, ad petitorium conuolare, quando pater non solum filiis dedit aliquas res titulo legitimæ, vel meliorationis, sed illis possessionem tradidit, patet. Primò; quia licet per in suis hæredibus continetur dominium parentum, l. in suis, ff. de liber. & posthu. cum qua concordat. l. 21. tit. 3. part. 6. quam legem abunde post antiquos exornat Tiraquell. in l. si vnquam, in principio, num. 19. cum alijs, Cod. de reuocan. donation. vbi plura singularia ad hanc rem reperies, cui adde Glof. Parisi. in consuetu. Parisien. part. 1. §. 2. glof. 1. num. 1. cum alijs, fol. 53. quia mater, & pater, & filij, per reputantur vna eademque persona. Et ex d. l. in suis, cum materia, obiter infero, quod filij nullum ius de præsentati habeant in bonis parentum, vt dicitur infra, num. 65. possunt tamen in vita parentum contradicere licentiam datam per ad faciendum maioratum, cum de illorum præiudicio tractetur, maxime si licentia sit iam ad executionem deducta, l. nam ita Diuus, ff. de adoption. cum concord. & quæ scribit Pinel. in rubric. Cod. de bon. matern. part. 2. num. 38. Quamuis igitur filij tot priuilegia in bonis parentum habeant, non tamen possessio per continuatur in eisdem, si illam non apprehenderint, secundum Glof. in l. miles, in verbo, quasi continentem, ff. ex quibus caus. maior. cui similis in l. cum hæredes, in verbo, non pertinet, ff. de acquir. possess. vbi Bart. & alij illam sequuntur, & est communis opinio secundum Alexan. ibi: Et idem tenet Bald. in l. vltim. C. de edict. diu. Adria. & in l. 1. in fin. Cod. de appella. & Bart. & alij ibid. Iaso num. 29. in dist. l. in suis, ff. de liber. & posthu. contra Glof. ibi, & in §. sui. Insti. de hered. qualita. & differen. vbi etiam Faber. Angel. Areti. & alij communem sequuntur opinionem. Et est communis opinio per secundum nostrum Roderic. Suar. in l. 8. tit. 17. de las herencias, lib. 3. fori, pagin. mibi 446. colum. 2. num. 11. refertur ad hoc ab omnibus inter alia plurim.

plura tex. in d.l. cum heredes, cum quo concordat l. 1. tit. 14. p. 6. vbi Gregor Lopez in glos. in verbo. el. c. g. n. o. extendit dictam legem etiam ad Ecclesiam, & fiscum, & alias tradit ampliationes, quas (si oportuerit) videre poteris. Et ad opinionem Glos. in d.l. cum miles, refert etiam alios concordantes Tiraq. in tracta. le mort. in præfatione ad tertiam declarationem, num. 6. pag. 15. & egregius Caldas Pereira in tracta. de renouatione employeuf. q. 10. num. 10. fol. 75. Ioan. Grat. Falcon. regu. 22. num. 3. qui plures citat, Seballia. Ma. in l. si is qui pro emptore, ff. de vstucapio, num. 115. fol. 92. Tiraq. in tracta. le mort. fait le vis, in præfatione, declarat. 3. num. 4. Menoch. de adipiscend. posses. remed. 4. num. 81. licet contrarium & non rectè teneat Decius in cons. 321. Pro resolutione casus, num. 1. De quo etiam vide Menoch. remedio 4. adipiscend. n. 78. cum seqq. Et ad hoc facit, quod licet dominium sit ipso iure publicatum, non tamen est publica possessio, vt notat Bald. in l. si quis in tantum, num. 33. col. penul. C. de vi, & in addit. ad Specula. tit. de locato, §. nunc aliqua, q. 46. & in cons. 35. Queritur verum patris, lib. 3. & cons. 359. Præmittenda, lib. 4. quod reputo ad multa singulare, & ad d.l. cum heredes, vide etiam elegantem decisionem Rotæ in nouis q. 4. quæ incipit, Possessor beneficij, & idè dicit ad propositum Montano. in d.l. tit. 1. 6. lib. 3. fori, in glos. in verbo, no le pueda, versic. & nota, quod nouus titulus possessionis non dicitur obvenire filio, tamen noua possessio, & noua apprehensio est necessaria. Cui adde notabilem doctrinam Baldi in rubri. de controuer. inuestit. inter mascul. & femi. n. 1. fol. 61. vbi dicit, quod possessio, quam habent filij in bonis parentum in substantia possessionis, est noua possessio, sed quia est eiusdem qualitatatis cum possessione paterna, non fingitur noua refert tex. in d.l. cum miles, de quo latè agit Tiraq. in tractat. de primog. q. 40. num. 98. tradit idem Tiraq. in tracta. le mort. in præf. declarat. 4. num. 2. eleganter Menoch. vbi declarat, de adipiscend. posses. remed. 4. num. 77. cum seqq. pag. 62. col. 2. notanter Carol. Ruin. in cons. 19. lib. 1. num. 2. vbi etiam tradit quod filius primogenitus Regis, vel Ducis, potest appellari Rex, vel Dux, in vita patris, de quo lege Molin. in tracta. de primog. p. 3. c. 6. num. 18. fol. 48. & quæ ego scribo in initio 2. partis.

Et ista conducunt ad quæstionem tractatam per Molinam lib. 3. de primogenitur. c. 12. num. 22. fol. 88. vbi resoluit, an possessio quæ transfertur per l. 45. Taurinam, sit noua possessio, de quo tractauit infra 4. par. q. 2. à num. 68. Ad quæ addo Otalor. in tract. de nobilitat. par. 3. 1. part. cap. 8. num. 11. folio 131. vbi ex hoc & aliis probat, quod per solam reputationem notabilitatis, & filius conferat nobilitatem patris, quando habitat in loco, vbi non sunt tributa, nec alia differentia inter nobiles & plebeios, quam reputatio; & vidi etiam doctrinam Baldi ponderatam ad probandum, quod licet filius non prober possessionem immunitatis à tributis, præsumitur possessio patris continuata in filium, iuncta doctrina Aretin. in consil. 51. vers. Nam etiam, per text. vbi citat text. in c. proposuit, de Cleric. excommunic. vbi Innoc. & Anton. tradit Iason. in l. non hoc, num. 15. C. de legitim. Alciat. regul. 2. præsumptio. 31. Sed pro hoc est mirabilis doctrina Baldi, paucis notat; in d.l. in suis, in repetitione. in princ. vbi scribit, quod in iuribus incorporalibus transit quasi possessio in successoribus hæredes, absque eo quod ipsi successores exercent actum, per quem iudicatur quasi possessio: quam doctrinam refero supra hac 3. p. q. 6. n. 38. versic. Sed est singularis doctrina Baldi.

Secundò pro hac opinione facit l. item videndum, §. vlt. cum l. sequenti ff. de peti. hæredit. vbi dicitur, quod petitio hæreditatis non competit nisi pro his rebus quas defunctus tempore mortis possidebat: & idè agens de petitione hæreditatis præcisè tenetur probare res illas, quas petiit, fuisse penes defunctum tempore mortis, cum sit causa & fundamentum suæ intentionis; secund. Bar. in dict. l. vlt. prope finem, C. de

edit. Diui Adriani tollend. vbi Decius num. 40. ad quod alios concordantes refert Tiraquel. in dict. tract. le mort. part. 4. declarat. 2. num. 1. Burlarus in consilio 49. num. 15. lib. 1. Et punctum tradit nouissimè Angel. Marthæac. in tract. de fideicommissis, lib. 4. cap. 1. num. 4. vbi agit de statuto continuante possessionem. Et idè quod hoc non potuerit probare, debet intentare rei vindicationem, petendo dominium. Et hæc est certa ratio, quare petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem: quia ille qui agit petitione hæreditatis fundatur solum in suo titulo; & in possessione defuncti; sed ille qui possidet titulum, fundatur in suo titulo, & in possessione, quam ipsemet habet, & idè videt præferendus; l. sine autem, §. si duobus, vers. Quid si aduersus, ff. de publicat. l. si ea res, §. vlt. ff. de action. empri. l. 1. §. si colonus, ff. de Saluina. Interdict. notant Iacob. Butriga, vbi Alber. & Bald. num. 1. in l. penul. C. in quib. caus. cesset longi tempor. præscrip. & alij quos referunt Anton. Gomez in d.l. 45. Tauri num. 158. cui adde Iasonem in §. actiones num. 218. de action. & eleganter Episcop. Couar. in practica. q. 12. vbi latè tractat hanc materiam.

Tertid facit quod dicunt feudistæ omnes in c. 2. quod incipit. Inter filiam, si de feud. fuerit controuer. inter domin. & agnatum, vbi tenent, quod si quamuis per illum textum, cum est contentio inter filiam defuncti seu datarij super feudo, quæ litigat cum agnatis super feudi possessione, filia in possessionem mitti debeat. De quo notanter inter alios sæpe agit Paris. præcipuè in cons. 23. num. 89. cum aliis, lib. 1. id procedit, vbi cumque nullus agnatus reperitur in possessione feudi, & rerum, tempore mortis patris: quia si agnati tunc temporis inueniantur in possessione rerum, in illa possessione tueri debent notat Ludou. Gozad. in cons. 50. Prima facie, n. 26. de quo per eundem Gozadin. in cons. 71. in hac causa possessoria, & in cons. 12. In causa ex ciuitate Florentia, num. 9. Dec. cons. 588. num. 17. pag. 209. Et hoc dictum etiam coadiuuatur ex doctrina Antonini in c. vltim. de caus. posses. & prop. vbi dicit, quod licet ingressus possessionem & Ecclesie, intelligitur acquisisse possessionem omnium rerum ibi existentium; non tamen acquirit possessionem illarum rerum, quæ ab alio tunc temporis occupatæ reperuntur: quod refert & confirmat Thom. Gram. decis. 71. In causa nobilis, num. 14. pag. 344. Et doctrina Dec. & aliorum notanda est ad filiam, quæ præterdit possessionem rerum maioratus, & ex aduerso illi opponitur, quod maioratus non potest ad feminam peruenire, præcipuè si sit filia vltimi possessoris; & adde etiam Iason. in cons. 62. lib. 6. de quo vide quæ scribo in hac 3. p. q. 2. à n. 12. & 2. par. q. 6. à num. 4.

Quartò hæc opinio principalis vigentissimo fundamento ostenditur: nam licet & remedium d.l. vltim. C. de edit. Diui Adria. sit omnibus vberius & pinguius, ac maximè fauorabile, non tamen competit pro bonis, quæ à testatore tempore illius possidebant. De quo articulo Doctores ibi latè tractant, præcipuè Dec. num. 16. & facit d.l. 2. tit. 14. p. 6. quæ concordat cum d.l. vltim. ibi, De uelociter in possessione & tenencia dela heredad, e de todas las otras cosas, que auia y tenia el testador al tiempo y sazón que fue muerto, vbi Greg. Lop. post Alex. in cons. 36. lib. 6. licet ipse non referat librum, limitat illam legem, nisi per testes probaretur, quod testator possedit tales res, sed quod per tres vel quatuor annos ante mortem testatoris alius tenuit res: nam cum testes deponant de antiquiori possessione testatoris, illa superueniens possessio non obstat; ex quo præsumitur, quod animo retinuit possessionem.

Et circa intellectum text. in d.l. vltim. & pro maiori declaratione nostræ materiæ obiter noto, quod quicumque hæredes instituti, mitti debent in possessionem bonorum defuncti; & hoc siue appareat bona esse allodialia, siue de his dubitetur, siue expresse appareat feudalia, secundum Curt. Seniores consil. 75. columna 2. Decium consil. 423. & 467. Curt. in tractat. de feudis, part. 3. versiculo 21. quarto, & alios plures, quos citat Bellonus,

Bellonus, consil. 10. num. 1. Et ex his dicat Aretin. in l. Pomponius, §. vltim. ff. de acquirenda possessione, quod licet olim possessor, si allegetur, iuxta l. siue possidetur, cum materia, C. de probat. id non procedit in successore particulari, vel vniuersali: quia quamuis constitit antecefforem olim possedisse, non tamen creditur successori attestanti de animo prædecessoris, l. idem Pomponius, §. vltim. ff. de reuendicat. vbi idem Aretinus alias adducit rationes ad propriæ opinionis fundamentum, de cuius dicti veritate disputat egregiè Alciat. in tractat. præsumption. d. regula 2. præsumptione 21. num. 5. pagina 191. quod facit ad id, quod ex Otalora scribo supra in versiculo, Ad quem addo. Ad hæc facit quod in terminis scribit Cephal. in consilio 4. num. 35. lib. 1. Vbi ex decisione Marthæi de Afflicis 119 num. 6. & alij probat, quod si primogenitus ostendat titulos ante mortem patris, impedit missionem in possessionem virtute d.l. vltim. C. de edito Diui Adriani, & notabilis est doctrina Pauli Castren. in consilio 452. num. 3. lib. 2. vbi vult, quod si pater fecit donationem in filium, & se constituit pro eo possidere, potest post mortem patris contradicere possessionem petitam ab hærede ex d.l. vlt. C. de edito Diui Adriani.

Quinto interdictum etiam Adipiscendæ non competit nisi pro rebus, quas testator possidebat tempore mortis, non etiam pro illis rebus, in quorum possessione defunctus non erat tempore mortis: quia pro illis datur rei vindicatio, & non remedium possessionarium, d.l. item videndum, §. vltim. ff. de peti. hæredi. cum l. sequenti, & idem tenet Cinus in l. 1. C. quorum bonorum, vbi Iacob. Butrig. columna secunda, & Salicet. in rubrica, C. eodem titulo num. 3. & Bart. in l. 1. Alberic. in l. 2. ff. eodem titulo. Quam conclusionem extendit, & declarat Menoch. de adipiscend. possessione, remedio 4. n. 363. cum sequentibus, pag. 84. vbi inter alia refert consilium singulare Gratia. 149. n. 6. li. 2. probans, quod si maritus ex pecuniis dotabilibus emit prædium, & possidet hæredes vxoris non possunt petere le mitti in possessionem prædij, quod quotidie videbis. Quibus congruit l. precibus, in fine, C. de impuber. & aliis, ibi: Bona que cum moreretur, patris eius fuerint, l. 2. C. de iur. deliberand. l. 3. §. bonorum, ff. de bonorum possessione, ibi: Quæ cuiusque cum moreretur fuit, l. sequens, ff. de legat. 2. ibi: Respondi ea extra bonorum causam defuncti computari debere, & propterea in fideicommissis non contineri. Ad quod alia plura refert Simon de Præis lib. 5. de interpretand. defuncti. voluma. dubit. 4. & vltima, num. 280. fol. 551. Menochius in cons. 625. num. 8. lib. 5. in quo est memorabile & in practica necessarium quod scribit Bartholom. Socin. in cons. 300. num. 4. lib. 2. vbi ponit doctrinam quod ille qui possidet, & negat communionem, non potest conueniri iudicio diuisorio, sed debet agi contra illum rei vindicatione, vel publiciana; allegat l. 1. vbi Glossa & Doctores C. familia eriscunda: & legem 2. vbi Doctores, C. communi diuidend. & est etiam notandum pro litibus terminorum.

Sextò hæc opinio confirmatur inuincibili fundamento, & cui nulla est debilis responsio. Nam aut filij volunt se fundare ad petitionem huius possessionis ex persona propria, aut ex persona parentis. Ex propria persona minimè se fundare possunt: quia nullam vnquam possessionem habuerunt, vt clarè patet: ex persona parentis multo minus, quia iam pater animo & corpore possessionem amisit, & illam à se abdicauit, & idè filij ex patris persona se iuuare non possunt, nec pater iam illam tradere potest, l. licet, C. de acquirenda possessione, l. quemadmodum, ff. eodem titulo, l. 12. tit. 30. part. 3. animus etenim est, qui præcipuè dominatur in causa possessionis, & potiora iura habet. Et idè licet dominium, quod ego alteri trado, remaneat apud me, si ille, cui datum est, ob aliquam fortè causam acquirere non potest, l. nec vilem, ff. ex quibus caus. maior. ibi: Nec enim intelligitur amissum quod oblatum alteri non est: notat Bald. in l. cum quis,

§. si debitorem, ff. de solut. & alij, vt per Iasonem in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 124. ff. de verborum obligatione: in possessione tamen aliud est: quia si quis eam alteri tradat, quamuis illi, cui tradita fuit, non acquiratur, amittit eam tradens: quia possessio non solo animo amittitur, l. 3. §. in amittenda, ff. de acquirenda possessione, vbi eleganter Socin. post alios, illum text. ad hanc conclusionem notat. Ex quo fit, quod remedium Recuperaandæ non competit ei, qui suo facto per contractum cecidit à possessione, licet sit tam fauorabile, vt voluit Alexand. cons. 6. lib. 6. & cons. 9. lib. 5. relatus à Ripa in cap. sepè, num. 15. de restitut. spoliat. Decius cons. 449. num. 31. quos citat Olausus decis. Pedunantian. 7. num. 4.

Et idè renuntians beneficio, licet renuntiatio non habeat effectum, non potest proptia autoritate ad beneficium redire, quia possessionem amisit, quam habebat, & animo solum illam amisit decisio Rotæ in nouis, 1. titulo, de rerum permutat. & decisione 16. de antiquis, tradit Purpurar. in l. postquam liti, num. 110. C. de pact. latissimè Rebuff. in tractat. de pacific. possessor. n. 194. cum sequentibus, pag. 296. & est communis opinio secundum Barth. Socinum in consilio 168. lib. 1. notat egregiè Luduic. Gom. in regula de Triennial. posses. quæst. 24. pag. 784. Lancellor. in tractat. de Aretin. part. 2. cap. 24. de reo & except. contra artemar. quæst. 7. num. 3. pag. 436. Quod notanter tradit & limitat Ant. Gabriel. lib. 5. contram. opin. titulo de restit. spoliat. conclus. 1. num. 53. cum sequentibus, pag. 281. & traditur & declaratur per Azeuedum in l. 11. tit. 3. lib. 7. Recopilat. num. 3. & 4. fol. 129.

Hinc fit, quod renuntians beneficium, non tenetur amplius ad solutionem pensionis super beneficio impostæ: quia abdicauit à se omnem possessionem civilem, & naturalem, cap. in apibus, §. ecce in quibus, 7. quæst. 1. Glossa in Clementina 1. verb. mori, vt lite pend. cum concordat, vt per Quintilian. Mandol. de signat. gratia, in verb. possessionis, fol. 64. col. 2. versiculo quid resignans.

Sed ista procedunt, dummodo renuntiatio fuerit facta in manibus superioris; quia si istam qualitatem non habeat, non amittitur possessio, & erit in pendenti: donec adsit tacitus, vel expressus consensus collatoris; & anteaquam collator consentiat, poterit intentare possessionem, vt ex communi resoluat Rebuff. in cap. Pastoralis, de caus. poss. & proprietat. in versic. capio Giouam, in verbo, agi, pag. 346. & versiculo noteris etiam, & legenda sunt quæ scribit Barbola in l. dinortio, in principio, num. 45. pag. 949. ff. de facto matrimonio, & ex istis, & ex quadam decisione Rotæ in antiquis 67. & aliis, idem tenet Gomez. in regula de annuali posses. quæst. 57. pag. 618. quod annalis possessor renuntians alteri beneficium, qui post renuntiationem in eiusdem possessione remanet, non iuuatur ex illa regula de annuali possessore, tradit latè Quintilian. Mandol. in regula 34. de annuali posses. quæst. 28. num. 3. fol. 179. vbi tradit, quod renuntians beneficio, quoad illud mortuus censetur, per cap. in apibus, §. ecce in quibus 7. quæst. 1. Gl. in Clement. 1. in verb. mori, vt lite pendet. & tradit idem, regul. 30. de verisimili notitia, num. 11. fol. 79. quæst. 7. & per renuntiationem generalem amittitur possessio, & etiam renuntiatio nulla sit, vt tradit Carol. Ruin. in cons. 67. num. 8. lib. 2. per regulam in l. 3. §. in amittenda. & l. si quis vi: §. differentia, ff. de acquir. poss. & l. 1. §. si vir vxori, eod. tit. & l. vlt. ff. de reb. eorum, & confirmat Aymon cons. 299. num. 6. versic. secundo respondeo, Natta in cons. 386. num. 2. lib. 1. vbi tradit, hoc procedere, etiam si renuntiatio sit facta per metum ex Abb. in c. super hoc, de renuntiat. licet contra hoc, scilicet, quando renuntiatio facta fuit per metum, quod possessio non amittatur, aliqua referat Aymon in d. consil. & vbiunque ius non acquiritur per renuntiationem, quam quis facit, remanet apud ipsum, secundum Bart. in l. qui Rome, §. duo fratres, q. 10. ff. de verborum obligat. & alias, vt per Corbulum in tract. de iur. emphyt.

21

22

23

24

25

28

29

30

31

32

33

34

35

in part. 8. causa num. 6. fol. 32. ad hæc facit, quod ele- ganter scribit Lancel. in lib. de attent. p. 2. c. 1. 8. de atten- ra. restit. pender. num. 125 pag. 352. vbi tradit, quod si quis renuntiat liti ante petitam restitutionem, si petat restitutionem contra hanc renuntiationem, si fiat exe- cutio, non renouatur tanquam attentat; ad quod etiam refert per ipsum notata, c. 17. de attent. l. ite penden. limi- ta. 5. num. 128. pag. 331. c. 4. de attent. l. ite penden. limi- ta. 15. & 16. Et quod sit differentia in profanis & à renuntiatione in beneficiis circa amissionem pos- sessionis, voluit Abb. in c. 2. num. 9. vers. ego puto, de res- tit. spoliat. contra quem tenet Menochi. de recuperand. posses. remed. 1. num. 271. pag. 340.

36 Possunt tamen prædicta limitari quando renuntia- tio non fuit pura, sed conditionalis & inualida: quia conditione non impleta non habet effectum, ut resoluit idem Lancel. in d. tract. 2. p. c. 4. de attent. l. ite penden. in præf. num. 39. Limitantur etiam prædicta in minore, qui renuntiauit, & suo facto possessionem & amittit, si intra tempora statuta petat restitutionem, ut probant Barthol. Socin. in l. rem que nobis, num. 9. ff. de acquir. posses. Socin. in l. unior in conf. 52. num. 6. lib. 1. Menoch. de recuperand. posses. remed. 1. num. 15. cum seqq. pag. 542. col. 2.

37 Et ex istis ego aliàs in facto dicebam, quod cum quidam pater fecisset filio & meliorationem Tertij & Quinti, qui filius post acceptationem factam illius meliorationis, proprio suo filio, & nepoti illius qui fecit meliorationem, renuntiauit Tertium & Quintum, quæ renuntiatio non habuit effectum, nec valuit; Res- pondi, quod licet filio, in cuius fauorem facta fuit renuntiatio, minimè acquisita fuit possessio: pater tamen, licet cessante causa renuntiationis, proprietatem non amisit, secundum Bald. in conf. 437. Quidam puella, col. 2. libro 1. argum. l. bis honoribus, §. autis, ff. de vacat. numer. & notat Dec. in bono casu in conf. 86. Viso pun- cto, & alij, ut per Tiraq. in tract. de cessante causa, p. 1. num. 224. possessionem tamen pater per illam renuntia- tionem amisit, & idè in iudicio possessorio obtinere non potuit. Ad quorum confirmationem facit quod notat Tiraq. lib. 1. de retract. §. 26. glof. 2. n. 13. pag. 620. & his finitimum est quod notat Angel. in l. quamuis, §. si conductor, ff. de acquir. poss. vbi dicit, quod Constitutum collatum & post mortem constitutus, est nullius effe- ctus, nulla alia quidem ratione, nisi quia confertur in tempore, in quo defunctus nullam iam possessionem habet, & idem tenet Alex. ibi, & idem Alex. conf. 82. libro 2. Decius latè in conf. 247. Ludovic. Gozad. in conf. 99. In causa possessoria, & alia quæ abundè refert Tiraquel. in tractat. de Constitutio. par. 3. limitat. 2. per totam. Ex quo ego in practica dixi, & obtinui, quòd cum quidam fecisset filio suo meliorationem Tertij & Quinti, Constituto apposito post mortem constituen- tis, quod talè Constitutum non fecit donationem irre- uocabilem; nec in eo habet locum l. 17. Tauri, quam ad possessionem, quæ restituitur per Constitutum, omnes Doctores ibi extendunt.

41 Septimò facit, quia cum filij assignationes & me- liorationes possideant in solidum duo possidere non possunt, l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. posses. tradit inter alios Menoch. de arbitrar. casu 420. n. 50. Quod esset si alterius filiis daretur possessio bonorum, quæ alij possident ante mortem parentis.

42 Octauò, ciuili possessio sola, & quæ apud alium est impedit beneficium Diui Adriani, de quo in l. vltim. & alij, ut per Petrum Rebuffum in tomo 3. ad cons- titut. Regias, in tract. de materia possessor. numer. 18. pag. 227.

43 Nonò, hæc spectat sententia Guidon Papæ in com- mentariis statuti Delphinatis, incip. Si quis per liti- ras, in verbo possessio, col. 2. in vers. quod intelligo & si do- minum, vbi dicit, quòd si hæres adita hæreditate, antea quam realiter apprehendat possessionem rerum hære- ditariarum, se constituerit possidere nomine alterius, cui fortè eas vendidit, vel donauit, non transfert

possessionem in emptorem vel donatarium.

Decimò, ad hanc sententiam facit alia ratio, quia si filius accipiat possessionem bonorum parentis, & nul- lius partis possessionem acquirere, quia sua legitima est incerta ratione loci, quia pro indiuiso possidet l. Me- uius, §. duobus, ff. de legat. 2. & ratione quotæ, quia nescitur quanta debeatur propter incertitudinem æris alieni, cum legitima debeatur deducto ære alieno, l. Papinianus, §. quarta autem, ff. de inoffic. testam. & ita notat Alex. in cons. penult. incip. Narratis, lib. 4. Arctiu. in conf. 156. Bæça de decima tutor. præstan. c. 31. num. 12. fol. 163. Ripa in l. in quartam, num. 113. ff. ad l. falcid. fol. 147. vbi num. 116. tractat, an hoc procedat in filio instituto in sua legitima, & alij, ut per Ludou. Go- zad. in conf. 55. Queritur cum facta, cui iunge Glof. Paris. part. 1. consuet. Parisien. §. 8. glof. 4. num. 12. fol. 118. tradit & declarat notanter Burlat. in conf. 8. num. 12. cum seqq. Paris. in conf. 37. num. 20. lib. 3. quem omnino lege in conf. 61. per totum, lib. 1. Et quòd clausula Con- stituti non operetur, quando certitudo loci non est certa per nomina numeralia, tradit notanter Gama decif. 56. In quadam donatione. Confirmatur, quia & nec filius potest accipere possessionem propriæ legitimæ, secundum Bartol. in l. 2. column. 1. vers. Ex his puto quod filius, C. quando & quib. quarta pars debeatur, libro 10. Ale- xand. conf. 134. libro 4. Guillem. Benedict. in cap. Rainantius, in verbo, mortuo itaque testatore, in 2. nu- mer. 74. de testament. Tiraquel. in tract. de mort in præf. declarat. 3. num. 10. pagina 19. Ex quibus inquit Zuchard, in l. vlt. num. 430. C. de edit. Diui Adriani tollend. quod filius ratione legitimæ, quam præterdit, non est legitimus contradictor in casu prædictæ legis vltimæ: quem sequitur Menochius de adipiscend. possessio. remed. 4. num. 643. pagina 107. & scribit per prædicta Carol. Ruin. in conf. 50 numero 6. libro 4. quòd si filius de facto capiat possessionem bonorum patris, & nul- lam acquirit possessionem, quia est incerta ratione loci, & quotæ.

Ex quibus fit, quòd fideicommissarius propter ean- dem incertitudinem causatam ex detractioe legitimæ, & æris alieni, ratione loci & quotæ, non potest in- gredi & propria autoritate possessionem bonorum, & si ingressus fuerit, nullam acquirit possessionem, ut per textum in l. non dubium, C. de legat. & doctrinam Iaso- nis in l. ait Prætor, §. si index, num. 9. ff. de re iudic. Ne- uiza. conf. 13. num. 13. & ex aliis fundat decisio Pedemont. 34. num. 23. faciunt scripta per Rolandum in consilio 159. num. 2. libro 2. facit quod scribit Paulus de Montepico in l. in quartam, num. 163. & 168. ff. ad legem falcidiam, vbi tradit, quòd si filius pro sua legitima occupet vnam rem, incidat in legem, extat. ff. quòd metus causa, vbi distinguit: quem citat Menochius de recuperanda possessione, remed. 5. num. 37. pag. 68. quòd resoluit latius idem Menoch. in dict. loco, de recuper. poss. rem. 9. n. 216. pag. 413. Et qualiter, si filius occupat rem patris, in qua pater habet vsumfructum, tradit Menoch. in dict. loco, de recuperanda poss. rem. 9. n. 60. pag. 402. post Iacobum de Arenis & Salicetum.

Et ista seruiunt pro decisione quæstionis disputatæ in proposito per Iasonem in conf. 148. num. 2. lib. 1. vbi latissimè tractat, an filij, quibus & assignata fuit per pa- trem in vita legitima, & data possessio, possint contra- dicere possessioni, quam petit hæres patris virtute sta- tuti, quòd transfert possessionem in hæredem & ad ista legendus; quæ confirmantur, quia ex receptissima sen- tentia, Legitima est quota bonorum, non quota heredi- tatis & secundum Bartol. in l. ex facto, Magna 1. num. 1. in fine, ff. ad Trebellianum, Alexand. in l. quia poterat, num. 10. ff. eodem tit. Iason. in l. Gallus, §. 1. num. 14. ff. de liber. & posthum. Segura in l. 3. §. final. num. 118. ff. eodem titulo, vbi Didac. Perez alios citat, Menochius de adipiscend. posses. remedio 4. num. 162. & 163. pag. 69. Episcop. Covar. libro 2. variar. resolutio. cap. 18. num. 9. Costa in capit. si pater, de testam. in 6. part. in verbo, subsequenter & filia, num. 23. Martenco qui plures

plures citat in l. 1. titulo 4. libro 5. Recopil. glossa 10. n. 62. folio 82. Caldas Pereira in l. si curatorem habens, C. de in- integrum restitut. minor. in verbo, lasis, num. 44. folio 307. Menochius de adipiscenda possessione, remed. 4. num. 162. 50 pag. 69. vbi addit, & esse quotam bonorum quoad in- commoda; quotam verò hæreditatis quoad commoda. Et ad hoc facit consilium Burlati 198. num. 31. lib. 2. vbi resoluit, quòd ratione incertitudinis, quia non constat quæ sint bona alodialia, non debet dari possessio, nec tenura bonorum, vbi inter alia allegat Cepha- lum in conf. 159. lib. 1.

Vndecimò, huius classis est celebratissima sententia Guidonis Papæ in decif. 609. quæ incipit, etiam in dis- 51 cussu, vbi dicit, quòd licet testator & possit dare li- centiam legatario apprehendendi rem legatam propria autoritate, l. Titia cum testamento, §. Lucius Titius, in 1. ff. de legat. 2. vbi Glof. & DD. cum concordant. ut per Roman. singul. 87. & DD. in l. non est dubium, C. de lega. Ioan. Fab. in §. vlt. Instit. de legat. num. 4. Iaso in l. inste possidet, num. 21. ff. de acquir. poss. Menoch. conf. 625. n. 8. lib. 3. Hæc conclusio procedit, quando testator pos- 52 sidebat rem legatam tempore mortis, & vel testamenti: nam si tunc temporis non possidet rem legatam, ne- quaquam potest concedere talem facultatè. Et per hanc doctrinam in facto respondi, quòd cum quidam Nobi- lis fecisset in filium suum maioratum quorundam bo- norum, & in ipso maioratu appouisset conditionem, quòd in bonis datis in maioratum posset disponere in quantitate, quam ipse veller, & ipso maioratu facto, tradidit possessionem omnium bonorum in maioratu contentorum abique aliqua conditione: & transactis quinque annis ille Nobilis fecit testamentum, in quo reliquit duobus filiis suis naturalibus Quintum bono- rum suorum, data facultate filiis apprehendendi pos- 53 sessionem illius Quinti propria autoritate: visum vigi- tur fuit mihi, attentata prædicta Guido. doctrina, & quòd pater non potuit concedere illis filiis facultatem ap- prehendendi possessionem Quinti, cum tempore mor- tis nullam haberet possessionem; quia quinque annis ante tempus mortis iam illam filio tradiderat. Et istam sententiam Guido. Papæ valde commendat Peralta in d. §. Lucius Titius, num. 4. pag. 405. vbi ex hoc infert, quòd ita demum melioratio efficitur irreuocabilis per 54 traditionem scripturæ, & per alios modos & qui continetur in l. 17. Taurina, quando tempore factæ me- liorationis, qui illam fecit, possidebat res, in quibus facta fuit melioratio, aliàs per eum posset reuocari, quamuis ex post facto possessio rerum, in quibus me- lioratio facta fuit, & designata, ad eundem meliora- tum superuenisset. Quæ doctrina verissima mihi vide- tur, & per eandem rationem idem potest dici in ma- ioratu, qui efficitur irreuocabilis in casibus qui con- 55 tinentur in l. 44. Taurina.

Duodecimò pro prædicta sententia facit doctrina Andrea de Isernia post Hostiens. ibi, in c. vltim. col. pe- 55 nultim. quo tempor. miles inuesti. vbi dicunt, quòd feuda- datario mortuo sine hærede, & alij alius non apprehen- derit possessionem, & potest dominus illum inuestire; sed illa apprehensa per Tertium, agere debet dominus feudi rei vendicatione. Ad quam conclusionè alios citat Egidius Boslius in practic. criminal. titulo de Princip. num. 296. pag. 638. Præterea l. 8. tit. de las herencias, lib. 3. fori, quæ probat, quòd hæres legitimus potest ingredi possessionem rerum hæreditariarum propria autoritate, non procedit vbi alius existit in possessione, ut ex Ro- deric. Suarez in l. quoniam in prioribus 7. q. legis Regia, num. 13. cum sequen. pag. 214. C. de inoffic. testam. Bernar. Diaz regul. 407. Anton. Gom. tomo 1. c. 12. num. 12. & alij probat, Azcued. in l. 4. tit. 13. de los despojados, lib. 4. Recopil. num. 37. fol. 188.

Prædictis etiam patrocinatur, quia filij, quando ius pa- 56 tris viuunt, nullum ius habent in bonis patris, nec illis debetur legitima, l. 1. §. si impuberi, ff. de collat. bonor. l. post emancipationem, §. 3. vbi Bart. ff. de liber. agnoscend. Alexand. & Ias. in l. is post. ff. de acquir. heredit. Paul.

& omnes in audent, si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccles. & alij, ut per Glossam Parisien. in consuet. Parisien. ti- 57 tulo 1. de mater. feudal. §. 8. glof. 3. num. 4. fol. 112. De quo vide quæ notabiliter scribit Tiraquel. in tract. de pri- mogen. quæst. 40. num. 96. cum sequen. pag. 286. & iterum num. 227. cum duob. sequen. pag. 310. Roland. conf. 97. num. 6. lib. 2. vnde si filij consentiant, quòd pater dis- ponat in vita de Legitima, dispositio distribuitur patri non filiis, ut per Decium in l. vlt. in glof. in verbo, accom- modatum, C. de pact. Iacob. Puteus decif. 237. num. 5. libro 2. sicut inquit notanter Bart. in l. 3. ff. de condit. fur- tina, quòd si Monachus decedat ante aditam hæredita- 58 tatem, & non transmitit ad Abbatem vel Monaste- rium, l. inde Neratius, §. 1. ff. ad l. Aquil. licet filij pos- sint apprehendere propria autoritate possessionem bonorum parentum vacantem, ut per Tiraquel. in tra- 59 le mort. suis le vis, in præf. declarat. 8. Ioseph. Lu- douic. decif. 68. num. 4. de quo supra actum fuit. Si igitur filij in vita parentum non debentur Legitima, nullam faciunt illis iniuriam, si vni vel aliquibus filiis solu- uunt Legitimam ante mortem, vel faciunt aliquas do- nationes.

Ex quibus tandem apparet veritas nostræ sententia. Tota difficultas consistit in responsione ad textum in l. 3. titulo 13. & de la restitucion de los despojados, lib. 4. 60 Ordinamen. noui, quæ communiter vocatur lex Sorie, quæ lex pluribus errandi occasionem dedit, qui eam (prout expedit) non intelligunt: quæ dicta lex, ut ex ea patet, solum disponit, quòd si aliquis obierit relictis filiis legitimis, vel aliis descendentibus, nullus audeat occupare possessionem bonorum, quæ defun- ctus reliquit sub aliquo colore sine autoritate iudi- ciali: quòd si contra factum fuerit, imponitur per il- lam legem pœna occupanti. Hæc igitur lex nequaquam nostræ opinioni obest, quia loquitur in casu diuerso, à quo communiter intelligitur: nam loquitur in casu, in quo res defuncti erat vacans, & in nullius potestate, & aliquis illam occupauit, ut patet ex illo textu, ibi: Por dezir que hallan vaca la possessio: & non lo- 61 quitur in casu, in quo quis habet possessionem per pa- trem concessam, & quæ tempore mortis patris non est vacans, sed in filiorum potestate. Et illa & lex fa- cta fuit in odium inuaforum aliarum possessionum, sicut l. cum quarebatur, C. unde vis; & l. si quis ad se fun- dum, C. ad l. Iuli. de vi public. & alie similes, præci- 62 pue l. 10. titulo 17. par. 7. de qua ibi eleganter agit Gregor. Lopez. Item si dicta lex rectè inspiciatur, nihil sanxit de restitutione possessionis, sed de proprietatis restitutione, ut patet in illis verbis: Que tornen y re- 63 stringan los bienes que assi entraren, con otros tales y tan buenos. Hoc tamen & firmum non est, quia dicta lex est situata in tir. de los despojados: & videtur intelligenda in restitutione possessionis, & non proprietatis. Et hoc statim docet lex, ibi Pagan en la possessio pacifica: mi- 64 nus etiam obstat lex 8. tit. de las herencias, lib. 3. fori, quia præter quam quòd illa lex seruanda non est, nisi probato quòd est in vsu, ut constat ex l. 1. Taurina, est confi- derandum, quòd dicta lex loquitur vbicumque tempore mortis nullus habebat possessionem, ut patet ex illis verbis. Si a la hora que murie el padre o la madre, y 65 qualquier dellos, alguno de los hijos no fuere en la tierra, y el otro hijo que ay fuere, tomare y se apoderare. Pondera ergo illud verbum (tomare) quòd respicit apprehen- sionem bonorum post tempus mortis defuncti. Si igitur ante mortem defuncti filius ex patris licentia acquisierat possessionem, nec illam denuò apprehen- 66 derit post mortem defuncti, nihil disponit dicta lex.

Tandem pro hac sententia facit & textus in l. posses- 67 so, ff. de usucapion. vbi ait Consulutus, Possessio restitutoris ita heredi procedit, si medio tempore à nullo possessa est, l. Pomponius, §. quæstum, ff. de acquir. posses. Hinc dicit Glof. expressa in d. l. cum miles, in verbo, Quasi contum- 68 ctum, quòd licet possessio defuncti continuetur in hæ- redem quoad vscapionem complendam, l. inquam, §. vltimam.

§. *vacuum ff. de usufructo. cum concordant.* id procedit nisi medio tempore ab alio apprehensa sit: quam opinionem sequitur & comprobat latè Iaso in dicto §. *quasitum*, numer. 3. post Alexand. *ibi*, & Cuman. latè Alexand. in *conf. 83. Vsa facti narratione*, libro 1. & in *l. cum heredes, in principio, ff. de acquirend. poss. ff.* & alij, vt per Anton. Rubeum in *consilio 121. Dominus Ioannes num. 3.* & Tiraquel, in *tractat. de Constitutio. par. 3. limitat. 1. num. 7. fol. 47.* latius in *tractat. le mor. saist, par. 1. declarat. 3. num. 1. cum aliis, pagina 228* quem lege *num. 18.* pro intellectu & confirmatione ¶ *l. 45. Taurina*, & resoluit in simili statuto Decius in *conf. 467. num. 18.* qui *num. 15. 16. & 17.* alia scribit ad propositum dicti statuti, & dicta *l. 45. Paris. in consilio 1. libro 1.* & Petrus Rebuffus *tom. 3. ad constitution. Regias, tractat. de mater. possessor. articulo 9. glossa unica, num. 14.* vbi dicit, quòd licet ex dicta generali Gallie consuetudine mortuus faciat possessorem viuum, etiam si possessio post defuncti mortem, ab alio occupata sit, id procedit in bonis quæ defunctus reliquit tempore mortis, non de aliis quæ tempore mortis non reliquit, de cuius successione tractatur, si ab aliis possessa sunt: cui adde Nicolaum Boerium *decision. 172. num. 14.* licet contra communem in terminis illius statuti teneat Ioann. Faber, in §. *1. de hered. qualitat. & differen. & Gloss. Paris. in addition. ad Alexandr. in consilio 153. num. 4. in addition.* quæ incipit, *Alium*, lib. 6. vbi dicit, quòd ita obseuatur, & idem tenet in *consilio 82. lib. 2. & in consuetudin. Parisiens. §. 132.* quam lecturam non habemus nos: & dicta doctrina Rebuffi multum facit pro nostra opinione, & quæ scribit Ioannes Gutierrez in *l. nemo potest ff. de legat. 1. num. 361.* Quòd autem hæres vniuersalis possit apprehendere possessionem bonorum, etiam lite pendente, absque reuocatione attentatorum, probatur in *Auben. de liti giosis, in princip. & in authent. nunc si heres, C. de litigiosis,* quòd ex pluribus confirmat Quintil. Mandos, in *tract. de inhibition. qu. 23. num. 11. cum sequen. fol. 10.* & faciunt scripta per eundem *9. 92. num. 3.*

Vltimò, pro hac sententia induco *l. 45. Tauri*, vbi specialiter statuitur in bonis maioratus, quòd possessio transeat in successorem ¶ maioratus, etiam si ab alio quopiam ante defuncti mortem apprehensa sit. Ex quo patet, quòd in contrarium est ius commune, quæ lex (vt obiter dicam) non patitur limitationem traditam per Ioannem Lopium *ibi, num. 4. cum sequen.* vbi probare conatur, limitandam fore, vbi cumque est dubium quis sit successor bonorum maioratus, quia stante tali dubio, si vnus ex contendentibus præcurrat & apprehendat possessionem, ille dicitur possessor, & est tuendus in possessione, donec causa finita sit per tex. in *l. Pomponius, §. quæstionum ff. de acquir. poss. & alia quæ citat: de qua conclusione semper dubitanti propter generalitatem illius legis, & qui talem apprehenderit possessionem, semper prætenderet, dubium esse super successione, & quotidie fraudaretur illa lex, & de nihilo seruiret, & leges Regni, quæ de tenuta bonorum maioratus tractant, quæ postea conditæ fuerunt, scilicet *l. 9. & 10. tit. 7. lib. 5. Recop.* non ferunt talem intellectum, neque limitationem ¶ & contra Ioannem Lopium ¶ facit etiam sententia Baldi in *l. 1. in fine, C. de appell. eiusdem Ripæ num. 24. in rubr. de caus. poss. & propriet.* & quæ scribit Episco. Couar. *resolution. lib. 3. c. 5. num. 6.* quem & alios plures refert in proposito Menoch. *de recuper. poss. rem. 1. q. 37. num. 397. pag. 354. & sequenti*, qui varia scribit pro confutatione illius doctrinæ Ioan. Lopij. Ad quòd aduertendum est, quia vidi quendam eximium Aduocatum magno conatu in quadam tenuta contrarium contendere: & contra Ioan. Lopium etiam faciunt quæ scribit idem Menoch. *de retinend. poss. rem. 3. num. 59. pag. 184.* & quæ ego scribo *supra hac parte q. 7.* Igitur (vt ad quæstionem redeam) vera videtur prædicta conclusio ex superioribus, quam tam latè examinaui, quia quotidie super hoc in practica litigatur, & com-*

muniter hæc materia est malè intellecta propter *d. l. 1. tit. de la restitucion de los despojados.* Et istam sententiam, licet non ita fundauerit hodie tenet Burg. de Paz in *conf. 39. num. 7. cum sequ.* qui tamen refert Roder. Suar. contrarium tenentem in *l. quoniam in prioribus q. 7. num. 15. pag. 214. C. de inoffic. testam.*

Hæc tamen determinatio limitatur, nisi pater ¶ vel mater fecerint huiusmodi meliorationes & traditiones possessionum in fraudem aliorum filiorum, idque ex aliquibus coniecturis constiterit: nam huic fraudi non est dandus locus, *l. qui sub imagine, vbi Bald. & alij, C. de distract. pignori. l. sicut, §. si super vacuum, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluitur*, notat Bart. in *l. post contractum, col. 2. ff. de dona. & Alex. in conf. 57. lib. 5.* & per alios quos refert Tiraquel, in *tract. de constit. par. 3. limit. 9. num. 21. fol. 114.* Et vide eundem *limitat. 25. fol. 141.* non tamen in dubio fraus est præsumenda, ¶ maxime si omnes sint filij illius, de cuius successione tractatur, ad quos præsumitur habere æqualem affectionem, præcipuè si omnes sint liberi eiusdem matris.

Secundò, prædicta resolutio limitatur singulariter, nisi possessio, quam filij meliorati allegant sit per Constitutum, & virtute tituli nulli, ex aliquo defectu insinuationis exemplificat Menoch. in *4. rem. adipsend. num. 387.* Sed hæc limitatio altioreni requirit indaginem, & pendet ab illa famigerata quæstione, an dispositio *l. 1. §. si vir uxori, ff. de acquirend. poss. ff.* procedat in casibus in quibus possessio transfertur per Constitutum appositum in contractu nullo, quam latissimè examinauit Tiraq. in *tract. de Constitut. par. 1. num. 48. & 3. par. limit. 7.* Anton. Gomez in *l. 45. Taur. num. 30.* Alexan. *conf. 152. numer. 7. lib. 6.* Quibus est addenda quæstio celebris disputata per Menoch. *de recuperand. poss. rem. 1. num. 393. cum sequ. pag. 354.* vbi resoluit, an filio detur remedium restitutorium Recuperaudæ si quispiam occupauerit possessionem, anteaquam filius eam ingrediatur, post Bald. in *authent. defuncto, q. 3. C. ad Tertull. Alex. in l. in suis, num. 9. ff. de liber. & posthum. & alios quos citat.*

Sed in hac materia notandum est, quòd est præsumptio pro allegante quòd defunctus tempore ¶ mortis possidebat vt constat ex notatis per Alciat. *regul. 1. præsump. 21. pagin. 91. nu. 5.* quia olim possessor, hodie præsumitur esse possessor, *l. siue possidetis cum materia C. de probation. Anton. de Butrio & Abbas in c. cum ad sedem de restit. spoliat. Alexand. conf. 33. lib. 3.* & alij quos citat Natta *conf. 400. num. 6. lib. 2.* qui ex hoc concludit, quòd fideicommissarius non tenetur probare, quòd defunctus tempore mortis bona fideicommissi possidebat, & sufficit ei probare, quòd in vita possidebat, quia præsumitur possessio continuata. Et quæ scripta sunt in ista quæstione, seruiunt pro intellectu eorum quæ scribit Tello in *l. 20. Tauri, num. 14.* vbi tractat, an illa lex loquatur in bonis quæ defunctus reliquit tempore mortis, vel in bonis quæ iam filius possidebat titulo meliorationis tempore quo pater obiit. De quo etiam agit Angulo in *l. 3. tit. 5. lib. 5. Recopil. gloss. 2. nu. 4. fol. 83.*

Præterea, anteaquam hinc abeam, notandum est, quòd licet Bald. in *d. l. vltim. C. de edit. Dini Adriani*, quem sequitur Roderic. Suarez in *dict. l. 8. fori, num. 34. vers.* Secundò quæro, *pag. 45.* teneat, quòd filio succedenti ab intestato competat remedium *d. l. vltim.* In hoc communis opinio est in contrarium, ¶ vt concludunt Alex. & alij in *d. l. vlt.* quia *d. l.* loquitur condito testamento, & non aliàs est locus *d. l. vltim.* & idem tenet Calder in *conf. 36. tit. de testam.* & Gregor. Lopez in *d. l. 2. tit. 14. in gloss. 1. in medio*, & est communis opinio secundum Ludouicum Gozadinum in *consilio 50. num. 25.* Iason in *d. l. vltim. num. 30.* Ripa in *rubric. ff. quorum bonor. num. 3. fol. 242.* Menoch. qui alios citat in *4. rem. adipsend. num. 75. cum aliis, fol. 36.* & prius *n. 64. pag. 61.* Anton. Peregrinus in *tractatu de fideicommiss. articulo 48. num. 2. fol. 439.* vbi tamen concludit, quòd officio Iudicis mittitur in possessio successor

ab intestato, Molina libro 3. *de primogen. cap. 13. num. 50. fol. 100.* & idem tenet Bald. quem alij non referunt, in *rubric. de controuer. inter mascul. & femin. num. 1. fol. 61.* vbi ex hoc dicit, quòd ad adipiscendam possessionem rei feudalis non competit remedium *d. l. vltim. Celsus conf. 266. num. 2. pag. 181. Cephal. conf. 152. nu. 31. libro 2.* Et est communis opinio secundum eundem ¶ Cephal. *conf. 4. num. 34. libr. 1.* Et hoc est ¶ tenendum, quamuis aliqui Practici contrarium probare velint ex *dict. l. 1. titulo 14. de los despojados, hodie l. 3. titulo 13. lib. 4. Recopil.* vbi Auendan. *num. 30. & 31.* per eam legem etiam tenet contra communem; iniuste ad contrarium refertur Bald. in *dict. l. vltim.* quia hoc non dicit. Quòd latius resoluit Ioannes Gutierrez §. *sui, Inst. de heredum qualitat. & different. nu. 73. pag. 162. & libro 2. practicar. quæstion. quæst. 79.* Et practica Regni amplectitur hanc opinionem, quòd remedium *dicta legis 3.* habet locum in hærede ex testamento, vel ab intestato; & resoluit Molina *lib. 3. de primogenitura, cap. 3. nu. 50. fol. 100.*

Et circa practicum textus in *d. l. 3. tit. 13. lectores animaduertito quòd iter & nouiter, quòd remedium d. l. ad d. est favorable, quòd si iudex ¶ pronuntiet in casu illius legis, aliquem esse mittendum in possessionem bonorum defuncti, & pars contra quam data fuit sententia, vel decretum appellet, potest Iudex, non obstante appellatione decretum & sententiam ad executionem deducere, nec reuocabitur talis executio per viam attentatorum, quòd docent verba illius legis, *ibi: ¶ que las iusticias do esto acaciere, que luego informados de la verdad: & ibi: Procediendo en todo sumariamente sin figura de yuzgo.* Ad quòd faciunt plura quæ de virtute illius clausulæ (*sine figura iudicij*) scribit Robert. à Maranta post alios, quos citat in *practica, par. 4. n. fiscal. Nona distinctio, num. 11. cum sequen. folio 86.* & pro ista conclusione faciunt scripta per Ripam in *cap. sape, num. final. de restit. spoliat. Menoch. de recuper. possession. remed. 9. num. 316. cum pluribus sequen.* quos citat Azued. in *l. 1. tit. 13. libr. 4. Recop. num. 95. fol. 178.* Et pro hac sententia concludunt alia plura, quæ scribo *hac 3. par. q. 24.* ad hoc legenda.*

Rursus lectores animaduertito in materia præsentis quæstionis, de quadà resolutione practicali & necessaria, scilicet quòd filius melioratus in Tertio, ¶ vel in Quinto, non potest petere meliorationis possessionem, sed eam debet accipere de manu hæredis, vt probat in specie Roderic. Suar. in *d. l. quoniam in prioribus, q. 7. num. 9. cum pluribus sequen. pag. 214. C. de inoffic. testam.* per tex. in *l. 1. §. idemque erit dicendum, ff. quorum legator. & in l. ineam mar garitarum, ff. ad legem falcid. & per alia plura iura & autoritates, & idem tenent (licet non ita exactè & clarè) Paul. & Peralta in *l. si quis seruum, §. fin. num. 1. cum sequen. ff. de legat. 2.* Molina *lib. 1. de primogen. c. 10. num. 8. fol. 75.* pro quibus est melior tex. *de iure in l. 1. §. 1. C. de commu. de 72. legat.* Quòd est ¶ limitandum, nisi pater tradiderit possessionem corporalem, vel Constitutum, aut alium actum similem. Pro quo facit notabile dictum Dec. in *conf. 467. num. 12.* vbi ad propositum concludit, quòd licet ipso iure sit faciendæ restitutio fideicommissatio, debet tamen fideicommissarius petere actuale possessionem ab hærede, secundum Gloss. in *l. 1. §. sed & quoties ff. ad Trebellian. & in cap. 2. in gloss. final. de consuetud. cum concordant.* Ista conclusio procedit quando possessio erat vacans, non etiam quando ex dispositione statuti possessio non est vacans sed continuatur.*

¶ Et in nostra materia, & pro intellectu *d. l. vltim. C. de edit. dini Adriani*, ¶ legatur omnino celebre, consilium Augustini Beroi, *59. num. 1. cum sequentibus, lib. 2.* vbi inter alia tradit, quòd in casu illius legis intenditur quoddam iudicium summarium, & non possessionum. Et quòd tenuta ex iusta causa est ¶ reuocanda, absque eo quòd tractetur de iudicio possessionum, & reuocatio sit per officium Iudicis tenentæ. Et an filio meliorato competat remedium *dict. l.*

vltim. vide Roderic. Suarez in *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testament. quæst. 7. l. Regie, num. 19. pagin. 215.* quem citat Azuedo in *l. 3. tit. 13. lib. 4. Recopilat. num. 16. fol. 86.* nouissime Parlador, qui tenet contra Rodericum Suarez, *lib. 2. verum quotidianum, part. 1. cap. final. §. 9. num. 7. pag. 193.* ¶ Et quòd remedium *dict. legis 45.* habeat locum contra titulo possidentem, tenet idem Parladorus *lib. 2. verum quotidianum, cap. 5. num. 8. pag. 87.* contra Molinam *lib. 3. de primogeniis, cap. 13. num. 54.* quòd verius credo per dispositionem *dict. legis 45.* in illis verbis: *Aunque ayá otro tomado, & in tota lege.* Sed distinctio Gloss. Parisien. mihi placet; & duas columnas Doctorem refert in isto puncto Rolandus in *conf. 33. num. 17. lib. 4.*

QVÆSTIO XVIII.

Renuntiatione facta per primogenitum alteri sequenti vocato, an in illum transeat possessio, ex *l. 45. Tauri.*

S V M M A R I V M.

- 1 Deciso quæstione.
- 2 Conditionem s. sicut adimplere ex equipollentibus.
- 3 Casus omissus non habetur pro omissis, quando est similis expresso.
- 4 Finalis causa forma an attendatur magis quam verba præfisa.
- 5 De modo non curamus, si finem habemus.
- 6 Interdictum Retinenda, & alia similia interdicta cedi possunt, & n. 7.
- 8 Civilis possessio, quam quis habet ex clausula Constituti, cedi potest.
- 9 Fideicommissum potest renunciari, si conditio, sub qua fuerat relictum, euenerit.
- 10 Renuncians primogenituram debet renunciare in fauorem sequentis in gradu, & num. 13. & an renunciet ius patronatus pertinens ad primogenitos, num. 16. & 20.
- 11 Duo maioratus si coniungi possunt, filius maior an possit renunciare vnum in filium proprium.
- 12 Primogenitura ius an renunciari possit, Quid pro vita renunciantis, num. 26.
- 14 Feudum alienari prohibetur, alienari potest in personas conuictas, ad quas peruenturum erat post mortem alienantis.
- 15 Statutum, quòd mulier non possit donare sine consensu propinquorum, limitatur si donat filijs.
- 17 Renunciatio fendi antiqui per vassallum facta non nocet agnatis.
- 18 Quid in feudo ex pacto, & prouidentia.
- 19 Primogenitus habens filios an possit renunciare primogenituram in filiorum præiudicium, Quid in feudo, num. 21.
- 22 Primogenitus si renunciet primogenituram in secundogeniti fauorem, & talis secundogenitus deccedat, an possit ius primogenitura reasumere, & num. 32.
- 23 Pater an possit ex consensu filiorum relinquere Comitatum, vel Marchionatum secundogenito, excusato primogenito, remissiuè.
- 24 Tacita renunciatio primogenitura quid operetur.
- 25 Fideicommissus ius an cedi possit, & n. 35.
- 27 Minor an possit restituere aduersus renunciationem primogenitura.
- 28 Authoris sententia, & n. 29. Et an requiratur Iudicis decretum, nu. 31.
- 30 Intellectus ad pragmat. Matriti statuciem, quòd si dudum inuatus emanaret per matr. monium, & aliorum in ea designati, primogenitus possit eligere quem maluerit.

- 33 *Renunciatio feudum in una causa, an possit habere aliud ex alia.*
- 34 *Filius repudiatus maioratum, in quo fuit institutus, an possit pantere.*
- 36 *Renunciatio est stricti iuris.*
- 37 *Dolum præsumitur in eo qui induxit fideicommissarium ad renunciandum fideicommissum amplum, parum quantitate accepta.*

Decimo octavo quæro, an si possessor bonorum maioratus renuntiat primogenituræ, vel itaturo, in fauorem secundogeniti, an hoc casu transeat etiam possessio virtute prædictæ legis in illum, in quem facta est renunciatio? Et quidem quamvis *dl. 45. cum sit exorbitans* et iure communi, et contra regulas iuris, considerando (vt supra toties dictum est) quod dicta lex fuit facta pro conseruatione & fauore maioratum, quo fundamento attento, militat eadem ratio in hoc casu, quæ adest quando per mortem primogenitus, aut secundogenitus, vel tertio genitus succedit in defectum aliorum, videtur quod stante eadem ratione, idem ius seruari debet, quia ratio legis decidit omnes casus, non per extensionem, sed sicut genus comprehendit species, *l. nominis & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verb. sign. l. 1. vbi Cinus, ff. vti posside. tradit latius Tiraquell. in vberissimo tract. de cessant. caus. p. 1. n. 136. fol. 53.* & vbi est eadem ratio, non est extensio, sed intellectiua interpretatio fieri dicitur, secundum Bald. in *l. quamuis, in princ. C. de fideicom. confirmat Menoch. de recuperand. poss. rem. 14. n. 19. pag. 460.* & in nostra materia Molin. *lib. 1. de primogenitis, c. 5. num. 11. fol. 31. ad quem addo Franc. Mantice. de coniectur. ment. lib. 6. tit. 14. num. 20. pag. 247.* Cald. Perci. in *tract. de nominat. ad emphyt. q. 13. num. 17. fol. 144.* Barbof. in *l. si constante, ff. solu. matrim. num. 103. pag. 563.* & quæ scribo in 2. part. quæst. 6. Additionator Gamma *decis. 92.* qui plures refert, & facit et pro hac sententia text. expressus in *l. si mater, Cod. de instit. & substitut. vbi filius institutus sub conditione, si emancipatus fuerit, si morte, vel alio modo emancipatus sit, est conditio impleta, cum qua concordat *l. 5. tit. 4. p. 5. de quo vide quæ scripsi p. 2. quæst. 4. illar. 8.* & casus omissus non habetur pro omissio, quando est similis expresso, *l. si extraneus, ff. de condiçt. ob caus. l. vlt. §. vltim. ff. mand. l. si quis mihi, §. sed si mandauit, & ibi Bald. & recentiores, ff. de acquir. hered. Gloss. in *l. si cum dotem, in princ. in verb. mulieri, ff. solu. matrimon.* Et facit ad hoc propositum *l. si post mortem, §. liberi, ff. de honor. possess. contra tabul. & pro hac sententia faciunt plura, quæ scribit Tiraquel. in tract. de primoge. q. 3. n. 6. cum seq. Et est bonus text. in *l. 1. §. assignare, ff. de assign. lib. & in c. 1. tit. an filij, vel agna.* Et notat idem Tiraquell. *q. 40. num. 186. pagin. 302.* & istam opinionem in bonis maioratus, latè probat Peralta in *l. 3. §. qui fideicommissam, num. 81. pag. 198. ff. de hered. instit.* Et confirmatur, quia magis attenditur finalis et causa formæ, quam verba præcisa, secundum Bald. in *cap. quoniam, col. 2. de offic. delegat. confirmat Matthæ. de Affict. decis. 39. num. 21.* Et non curamus et de modo, si finem habemus, vt ex pluribus probat Vant. *de nullitate in par. de nullitate sententia ex defectu citationis, num. 18. pag. 532.* Et primogenitus potest cedere in vita in fauorem secundogeniti hoc ius possessionis, quod habet virtute prædictæ legis. Quia interdicitur Retinendæ et cedi potest, secundum Alber. in *l. 1. col. vlt. vers. vlt. quæro, C. vti posside. Ioan. Fab. in §. retinenda, num. 9. Inst. de interdicit. Gloss. in *l. 2. §. item verba, vers. experientis, ff. ne quid in loco publico, Paul. & alij in *l. 1. §. vlt. ff. de noui oper. nuntia, & interdicitum Recuperandæ cedi potest, vt probatur in *l. quod si in diem, §. Iulianus, de fideicommissis, & Angel. ff. de petition. heredi. & alij, vt per Ripam in c. sepe, col. 7. in vers. quæro dubitatur, de restitu. spoliator. & remedium. l. vltim. C. de edit. dini Adrian. tollend. Et quodlibet et possessorium cedi potest, secundum Bald. in *conf. 186. lib. 1. De qua materia plura scribit Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 26. gloss. 3. pag. 624. num. 17. cum aliis,********

vbi num. 1. refert Alois. inter consilia Bald. 436. Quidam creditor, lib. 3. vbi dicit, quod et civilis possessio, quam quis habet ex clausula Constituti, siue ex statuto, continuandi possessionem in heredem, etiam in alium transferri potest. Et tradit nouissime Ioan. Gurtierrez in *quæst. practic. lib. 3. q. 71. pagin. 634.* Et confirmo, quia quis potest renunciare et fideicommissum, si conditio, sub qua fuerat relictum, eueniret, secundum Bartol. in *l. qui Roma, §. duo fratres, num. 21. ff. de verborum oblig. vbi Ripa num. 83. communem dicit, & confirmat Barbofa *l. que dotis, num. 149. pagin. 738. par. 2. ff. solu. matrimon.* De quo omnino legenda sunt quæ scribit Caldas Pereira *de renouat. emphyteu. quæstion. 16. num. 57. fol. 137.**

Procedit tamen hæc conclusio dummodo renunciatio et facta fuerit in illum, in quem ex lege, vel constitutione maioratus ius competit, non aliàs: quod clarissimum est; Et probatur, ex sententia Bald. in *conf. 389. Consuetudo, col. 3. vers. 16. lib. 1. & Cardinal. Alex. in cap. 1. col. vlt. tit. de feud. Marchia: Parisius in *conf. 10. num. 6. lib. 1. & eiusdem Parisij *conf. 69. num. 55. lib. 3.* vbi tradit, quod renunciatio non nocet, existente aliquo ex descendentiis, & cum illo, cui ius succedendi competit excluso, aut renuntiante alio, qui primus erat, proprietate bonorum priuari non potest, per quodcumque factum ab antecessore actum, vt supra toties probatum est, ita neque illum a possessione excludere potest, vt expressè probatur in *dl. 45. in illis verbis: O el muerto, o el dicho tenedor le aya dado la posesion dellas.* Et hoc tradit in propria materia primogenituræ Cephalus in *conf. 337. num. 28. lib. 3.* Ex quibus responsum dedi, quod si ex dispositione testatoris maioratus duo coniungi non possint: et non potest filius maior renuntiare vnus ex maioratibus in filium proprium, sed in fratrem, vel sororem vocatum per fundatorem succedet, tamen filius, vel frater per propria vocatione. Sed an ius primogenituræ renuntiare possit, et constat ex prædictis Doctoribus, & ex his quæ scribit Tiraquellus in *dict. tract. quæst. 26. pag. 220.* & in *quæstione 40. num. 187. pag. 302.* & Glossa Parisiens. in *consuetud. Parisien. part. 1. §. 8. gloss. 3. num. 28. fol. 115.* Anton. Gamma *decisione 338. num. 8.* latissime Berouius in *consilio 70. num. 36. cum sequentibus, lib. 1.* Caldas Pereira *de renouat. ad emphyteusim, quæstion. 16. num. 66. fol. 141.* Burlatus in *conf. 195. num. 11. lib. 2.* latius Molina in propria materia maioratum, *lib. 1. de primogenitis, cap. 6. numer. 45. fol. 50.* & postea *lib. 3. cap. 2. num. 21. fol. 11.* idem Anton. Gama *decisione 264. num. 1.* vbi ex Fulgolio in *consil. 101.* Iaso & Lancelot. in *l. 1. C. de pact. resoluit, quod spes succedendi in fideicommissis, vel maioratu potest donari, vel vendi, etiam viucnte fideicommissario. Quorum dicta eautè intelligenda sunt, quia (vt in aliis locis testatus sum) præcipuè in principio huius operis, primogenita aliarum gentium in multis à nostris differunt.***

Et solida & vera est conclusio, quod primogenitus et potest renunciare iuri primogenituræ, dummodo renuntiationem faciat in filium, vel alium qui vocatus est ex dispositione, siue testamentaria, vel ex contractu, aut beneficio Principis: vt constat ex his, quæ scribit Curt. in *tract. feudorum, 4. p. 1. 146. pag. 459.* & spes succedendi in maiorata cedi potest, vt per Anton. Gamma *d. decisio 338. num. 8.* Nouissime Caldas Pereira, vbi hoc refert *de renouat. ad emphyteusim, quæst. 13. num. 4. & 5. fol. 199.* Et confirmo, quia feudum alienari prohibitum et alienari potest in personas coniunctas, ad quas peruenturum erat post mortem alienantis, *c. 1. §. sed rei, per quos fiat inuestitura, cap. 1. de alienatio. feud. l. pater, §. quindecim, ff. de leg. 3. l. fin. C. ad. de fideicommissis, idè Baldus in *consil. 407. lib. 2.* decidit, quod statutum, quod et mulier non possit donare sine consensu propinquorum, limitatur si donat filiis, notat Aymon in *consil. 39. num. 14.**

Et constat etiam per doctrinam Calderini in *consil. 48. Quidam nobilis, vbi probat quod si ius patronatus*

natus competat illis de parentela fundatoris, vel alterius, non potest renunciari extraneo. Quod sequitur Rochus de Curte in *tractatu iuris patrona. in verb. ipse, vel is à quo: q. 33. in vers. sed circa banc quæstionem, quod late tractat Cæsar. Lamber. de iuro patrona. lib. 1. p. 28. art. 2. q. princ. num. 1. cum seq. fol. 134.* Quod vidi in facto, imò si quis renuntiet ius primogenituræ in successorem sequentem in gradu, videtur in consequentiam renuntiare ius et patronatus pertinens ad primogenitos, secundum ea quæ scribo supra, *quæstion. 11. Et concludunt quæ de renuntiatione iuris patronatus scribit idem Lambertinus lib. 3. 16. articulo. 2. quæstionis principalis, numer. 1. & 2. fol. 12.* Ad quod etiam alia plura facit *l. post. mortem, C. de fideicom. l. cum pater, §. a filia, ff. de lega. 2. l. uxorem, §. facium, ff. de legat. 3.* Et ad horum intellectum vide Tellium in *l. 27. Tauri, num. 9.* & concludit *l. 1. C. de pact.*

Et renunciatio, seu abdicatio feudi antiqui facta per vassallum, et non nocet agnatis, quin mortuo reuertente, & eius descendentiis, debeat admitti, *c. 10. §. hoc quoque, de successio. feud. & ibi Bald. & Alberic. in c. 1. §. fin. conclus. 37. quæ fuit prima caus. benef. anitend. & aliis, vt per Gloss. Parisi. in *consuetud. Parisi. par. 1. §. 30. n. 110. fol. 243.* Et quod non valet renuntiatione feudi, quando non veritate hæreditario, sed ex pacto et providentia primi concedentis, resoluit ex pluribus Parisius in *conf. 5. num. 14. cum sequentibus, lib. 1.* Et istam conclusionem pluribus Authoribus relatis probat Burg. de Paz in *proemio legum Tauri, numer. 69. fol. 16.* ad quem addo Menochi. in *conf. 80. num. 73. lib. 1.* tradit nouissime Auenda, qui ista refert in *l. 45. Tauri, gloss. 2. num. 4. & cum seq. fol. 184.**

Et quod primogenitus, qui filios habet, non possit renuntiare et primogenituram in præiudicium filiorum, voluit Bald. in *conf. 389. Consuetudo est in nonnullis, col. 6. vers. 16. lib. 2.* Præpositus in *cap. 1. de feud. March. Menochius in *conf. 211. num. 15. lib. 3. & num. 40.* vbi refert Tiraquellum in *tractat. de primogenitura, quæst. 21. & quæst. 26.* Et secundum ista dubito de his, quæ scribit Burg. de Paz in *conf. 31. num. 12. & 13.* vbi probare conatur, quod ius patronatus transferri potest transactione, etiam in præiudicium hæredum, & descendentiis; quod nullatenus et verum puto; & secundum ista moderanda, & inrepretanda sunt quæ scribunt Oldrad. *consil. 178. num. 3.* Iacob. Ardiz in *Summa feudor. in tit. de success. feud. colum. 3. vers. si vero expressim, & col. 9. vers. ibi vero vassalus, l. conf. 14. nu. 4. lib. 1. decis. Pedemont. 23. num. 27.* volentes, quod masculus, qui consentit filias vocari ad successionem feudi, sibi præiudicat; quia hoc intelligendum est in præiudicium tantum illius, qui consentit. Ad quos addo notabilem doctrinam Bald. in *cap. 1. §. præerea, in fin. quib. mod. feudum emittitur, vbi decidit, quod si primogenitus passus fuerit inuestiri secundogenitum tanquam de nouo feudo; tunc et totum feudum perdit: sed si tanquam de veteri, inducitur præposteratio, & idèd mortuo secundogenito inuestito, licet non reassumat primogenituram, tamen succedit primogenitus vt agnatus. Et faciunt quæ scribit in *cap. si de terra, nu. 15. de privilegiis.* Et quid si primogenitus renuntiauit primogenituram in fauorem secundogeniti, si talis secundogenitus decedat, an primogenitus possit et reassumere ius primogenituræ, tradit Barbat. in *§. præerea Ducatus, de prohibita feud. aliena. in additio. ad Bald.* quod notanter tradit Caldas Pereira *de renouat. emphyt. d. quæst. 10. numer. 64. fol. 141.* & resoluit Tiraquellus in *tractatu. de vtroque retract. §. 26. glossa 2. num. 4.* qui refert notanter per illum *de primogenitis, quæstion. 27.* de quo per Nicola. Boeri. *decisione 204. n. 40.***

Et an pater possit ex consensu filiorum relinquere Comitatum; vel Marchionatum secundogenito, exclusio filio primogenito, et tradit & disputat Zasius in *consil. 20. num. 14. lib. 2.* ad hoc legendus. Et licet secundum aliquos ius primogenituræ vendi possit, vt inter alios tradunt Tiraquellus in *tract. de primogenituræ*

quæstion. 27. in principio. Anton. Gomez in *l. 40. Taurina, num. 70.* intelligitur dummodo vendatur successori vocato, & non in præiudicium vocatorum, secundum ea quæ supra scripta sunt. Et quid operetur tacita renuntiatione et primogenituræ, & quando præiudicet, tradit Cephalus in *d. consil. 337. num. 5. cum seq. lib. 3.* ad hoc si oportuerit videndus. Et an ius fideicommissi cedi possit et probatur in *l. si mulier, §. ex asse, ff. de iure dotum.* Et tradunt Bartol. in *l. 1. ff. de legat. 1. & in l. qui ita, §. 1. ff. ad Trebellianum, Gloss. in *l. apud Iulianum, §. vtrum, eodem titul. Baldus in *l. 2. C. de pact. Carol. Ruinus in *conf. 105. num. 7. & 18. lib. 2.* latè Tiraquellus in *tract. de vtroque retract. lib. 1. §. 26. gloss. 1. num. 49. pagin. 609.* Et prædictæ resolutiones, quod ius primogenituræ renuntiare possit, maximè sibi et locum vendicant pro vita renuntiantis, argumento *l. peto, §. prædium, ff. de legat. 2. & aliorum quæ scribo in hac parte verita, quæstione 9.****

Et est notandum, quod minor restitui non potest aduersus et renuntiationem fideicommissi, vt probat singularis text. in *l. fideicommissio, C. de transact.* vbi latè DD. ad quam legem videndus est Rodericus Suarez in *l. quoniam in prioribus, C. de officio. testamen. ampliatum. 6. num. 6. pag. 34.* vbi Valdes pag. 38. Quod procedit non solum in renuntiatione reciproca, de qua loquitur text. in *l. de fideicommissio, sed etiam in renuntiatione simplici, secundum Salicetum in *dl. 1. C. de pactis, n. 3. & Alexand. ibi n. 3. Ant. Gomez in *l. 22. Tauri, num. 15.***

Quod habet locum, vbi cumque ius fideicommissi, & bona maioratus non sunt iam delata; si autem bona delata essent, et minor sine dubio restitui posset aduersus talem renuntiationem, argumento *l. 1. C. si aduers. donat.* per quem etiam dicit Putparat. in *l. 1. C. de pact. n. 14. fol. 2. quod furtè minor, pacto gratuito renuntians do fideicommissio pendenti ex futuro euentu, habet restitutionem; & in terminis, quod si minor renuntiauerit iuri primogenituræ, potest petere restitutionem in integrum, tunc Mart. Laudens. in *tract. de primogen. colum. 6. vers. quæro an primogenitus.* Et est verissimum secundum Tiraquellum in *d. quæst. 26. num. 6.* Et sequitur Ioann. Gurtierrez in *anthen. Sacramenta puberum, num. 7. pag. 256.* *C. si aduersus renuntiationem.* Ad quos omnes addo Sfortiam Oddi, in *tractat. de restitutione in integrum, part. 2. quæst. 75. art. 4. num. 26. pag. 889.* post Tiraquellum num. 128. & alios plures quos refert. Et quod minor renuntians et aliquid possit restitui, probatur in *l. & si sine, §. sed quod Papinianus, ff. de minorib. & in *l. queritur, §. si venditor, ff. de adil. edit. tradit Rebuffus in *l. mulieres 13. §. res abesse, pag. 117. ff. de verborum significat.* Et ego indubitatum existimo, pro qua sententia facit doctrina Bartoli in *l. 1. 4. quæst. princip. ff. de vulgar. num. 19.* notat Gregor. Lopez in *l. 2. tit. 5. part. 6.* Dicitur autem ius delatum, vbi cumque antecessor mortuus fuit, vel aliter fuit effectus incapax, inhabilis, aut indignus, cum statim procedat *dict. l. 45.* quæ ipso iure sequentem possidorem facit: Imò etiam minor habebit restitutionem, etiam si renuntiauerit extra hos casus, cum ius primogenituræ competat successoribus ex prima fundatione, vt plene scribo in *principio secunda partis, n. 47. cum aliis, notat Molina lib. 3. c. 2. num. 25. fol. 12.****

Et est aduertendum, quod vbi cumque primogenitus minor renuntiauerit maioratum, et siue in casu legis *7. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* siue in alio quolibet casu, debeat obseruari decretum Iudicis, & aliæ solemnitates, quas requirunt leges Regni, & ius commune in alienandis rebus minorum. Major autem si maioratum renuntiauit, non potest postea poenitere, vt probatur in *regul. l. queritur, §. si venditor, ff. de adil. edit. & scriptis per Nicola. Boeri. in *consuetud. Bituricens. titulo de retract. lignagier, §. 2. pag. 93. colum. 1. in fine, vers. sed ponamus.* Et qualiter si quis possidens maioratum renuntiauit illum in filium maiorem in vita, & tradidit possessionem*

possessionem maioratus, & talis filius maior obit relicta filia, & patruo, & auo; an patruus, vel filia debeant succedere in tali maioratu? disputat & resoluit Gregor. Lop. in l. 3. tit. 13. pag. 6. in gloss. in verb. Mingeres, fol. 88. col. 3. vers. quid autem si testator, iuxta l. Tauri.

Et ex his etiam infertur declaratio ad d. Pragmaticam Madriti statuentem, quod si duo maioratus uniantur per matrimonium valoris in illa lege designati, primogenitus eligat quem voluerit; nam si filius maior eligat, & sit minor, habebit restitutionem aduersus talem electionem. Quod probatur in l. etsi sine, in principio, ff. de minoribus, & in l. 5. post principium, tit. 19. p. 6. facit regula generalis Glossae in l. postquam liti, C. de pactis, quam confirmo par. 2. question. 4. illatione 8. Quod autem minor non possit renuntiare ius primogeniturae

absque decreto & iudicis, cum causae cognitione, & auctoritate tutoris, vel curatoris, tradit in specie Iaso in cons. 107. num. 2. vers. item licet Imperator, lib. 4. Et quod renuntiatio facta per filium de bonis paternis & maternis non comprehendat bona feudalia, quae sunt propria filiorum ex legis providentia; & non patris, neque matris; volunt Bar. Alberi. & Angel. in l. tres fratres, ff. de pact. Iaso in preiudiciis feudor. num. 45. Et alij plures quos citat Mascardus in tract. de probationib. lib. 3. conclus. 1265. num. 43. fol. 208.

Et pro perfectiori intellectu huius quaestionis sciendum est, quod si quis renunciat maioratu in aliquem, qui postea decessit sine liberis, & non excluditur a successione maioratus; quod probatur in l. 1. tit. de eo qui finem facit agna. de quo per DD. ibi, & Bald. in l. 1. q. 50. ff. de rerum diuision. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 9. num. 44. pag. 141. Et quod cessante causa renuntiationis cesset renuntiatio, tradit ex pluribus Parisi. cons. 12. num. 9. lib. 1. & faciunt quae scribo infra, 4. p. 9. 1. illat. 1. ex Sforcia Oddi; vbi legendum. Et facit quod ex Barbatio scribo supra, & plura scribit Aymon in cons. 290. num. 2. Et qualiter renuntians feudum in vna causa &

possit habere aliud ex causa alia, constat ex cap. 1. de eo qui sibi; Baldo in l. 1. ff. de rerum diuisione, num. 50. Deciano consilio. 29. num. 59. lib. 3. Mascardus de probationibus, lib. 3. conclusio. 1264. num. 16. Et pro conclusione hac faciunt alia plura, quae scribo in quarta parte huius operis, quaestio. 19. in versiculis, horum vicina est glossa, num. 34. Et est etiam animaduertendum, quod acceptans hereditatem, non videtur renuntiare ius primogeniturae, nisi hoc expresse renuntietur, vt probat Cephal. cons. 336. num. 26. lib. 3.

Nec est omittenda singularis doctrina Gregorij Lopez in l. fin. tit. 6. part. 6. in gloss. in verbo, Despues, vbi opinatur quod si & filius repudiavit maioratum, in quo fuit institutus, non potest penitere: quod dictum recte explicat & disputat Caldas Pereira in l. si curatorem habens, C. de integritate restitut. minorum, in verbo, lasis, num. 42. pag. 1313. vbi late agit de intellectu tex. in l. ult. C. de repudiand. hare. à cuius legis intellectu dependet ista quaestio; & magis ex superioribus. Quod autem fideicommissum cedi non possit, etiam titulo dotis, & probatur in l. mulier, §. ex asse, vbi Bart. & DD. ff. de iur. dotium, tradit Bertrandus in consil. 110. lib. 2. num. 3. De quo legenda sunt quae latius scribit Antonius Peregrinus in tractat. de fideicommissis articulo. 31. num. 28. cum sequent. fol. 283. Et quod & renuntiationes sint stricti iuris, ostendunt Calderinus in cons. 5. de prebendis, Baldus in l. fin. C. ad l. Falcidiam, Decius in cons. 492. num. 3. & 4. Parisius in consil. 10. num. 20. lib. 4. & consil. 7. num. 75. lib. 2. & in consil. 89. num. 44. lib. 1. & de renuntiatione facta in fauorem masculorum plura notabilia scribit Aymon in consil. 290. per totum, & in consil. 289. faciunt scripta per Curtium Seniore in consil. 50. num. 16. & dolus praesumitur in eo, qui induxit &

fideicommissarium ad renuntiantium fideicommissum amplum accepta parua quantitate, vt tradunt Socin. Junior, in cons. 98. num. 23. lib. 2. Menochius in tract. de praesumptionib. lib. 5. praesumptio. 3. num. 70. Tandem minor an possit restitui aduersus maioratus restitutionem,

tradit Gregorius Lopez in l. final. tit. 6. part. 6. in gloss. antepenult. quem citat Cald. Perei. in l. si curatorem habens, Cod. de integritate restitutio. in verb. lasis, num. 42. pag. 1313. qui ad hoc legi debet.

QVÆSTIO XIX.

Successor in maioratu potest uti remedio l. 45. Taurinae, contra Camera Regalem, quae bona maioratus propter delictum occupauerat.

SVM MARIVM.

- 1 Decisio quaestionis.
2 Dominium propter delictum licet ipso iure transeat in fiscum, non tamen possessio, & num. 3. & 4.
3 Dominium rerum dotialium transeat ipso iure in mulierem, non tamen possessio.
4 Mulier, si soluto matrimonio occupet bona dotalia propria auctoritate, an incidat in penam l. si quis in tantam, C. vnde vi, & l. extat, ff. quod met. caus.
5 Camera fiscalis qualiter defendere possit possessionem bonorum.

Decimonondè quaeri potest, si forsitan alicuius possessionis maioratus bona fuerunt per Regem pro delicto confiscata, & alius successit in bonis maioratus praetendat non potuisse cadere in confiscationem: an talis successor sequens in gradu possit agere contra cameram Regalem beneficio, d. l. 45. & videtur id iure fieri posse ex scriptis per Ripam lib. 1. respon. 1. de legib. sedis responso. 80. & Glo. Paris. p. 1. consuetu. Parisien. §. 1. fol. 26. num. 43. Et pro hoc facit, quia cum in sequentem in gradu transeat possessio ex vi d. l. 45. ipso iure ab ea fiscus spoliare illum non potest, donec constiterit de iure fisci, licet Episcopo, de preben. in 6. e cum nostris, vbi bona Glo. in verb. de facto, de concess. prebend. d. l. ult. C. si per vim, vel alio modo, in quibus iuribus probatur, quod habens possessionem de facto, etiam sine titulo, ea spoliari non debet: de qua re plura ad propositum scribit Nicol. Boër, qui loquitur in confiscatione, per quam licet transeat dominium, & non tamen possessio, in decis. 277. num. 14. & ad hanc sententiam facit text. in l. 1. C. de bonis vacant. ibi: Eadem renouare non dubites. Et rectè conducunt quae scribit Guillel. Benedict. in c. Rainum, in verb. & uxorem nomine Adelastam, num. 941. fol. 136. de testam. Hoc tamen non est sine difficultate quia fiscus dicitur haeres scriptus, vel quasi, seu loco haereditis scripti, & in eum transeunt iura actiua, & passiua, l. cum fisco, ff. ad Silan. l. 2. C. ad leg. iul. de vi publi. tradunt Aretin. & Ias. in l. ex facto, §. ult. ff. de vulga. & remedium l. ult. C. de edict. D. Adriani tollend. secundum Eald. ibi, & Iacob. num. 22. competit fisco, qui hereditatem auferat ab indigno haerede scripto, tradit Iatius Menochi. in 4. remedio adipiscend. possessionis, num. 299. pag. 81.

Et circa hanc quaestionem etiam notandum est, quod licet vbicumque sit bonorum publicatio, dominium ipso iure transeat in fiscum; & possessio tamen non transfertur absque apprehensione, secundum Alex. in l. si mora, col. 2. ff. solut. marri. & Agid. Bossi. in pract. crimi. tit. de bonor. publica. num. 26. pag. 506. cui adde Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, num. 388. pag. 539. Cod. de renouand. donat. Et hoc citat Falcon. regul. 469. nu. 7. & tradit Nicola. Boër. decis. 164. n. 12. & tradunt Aluarus Valasco in tract. de iure emphyteutico quaest. 18. nu. 17. Caldas Pereira de renouatione emphyteusis. q. 10. num. 10. fol. 76. Antonius Peregrin. in tract. de iur. fisci, lib. 4. n. 23. pag. 198. tit. 4. Rolandus in cons. 41. num. 5. lib. 3. Azeued. in l. 7. tit. 11. lib. 6. Recopilation. fol. 84. Faciunt scripta per Nattam in cons. 271. num. 11. lib. 2. Præterea, quamuis dominium in aliquibus casibus ipso iure publicetur, non tamen publicatur possessio ipso facto, secundum Bald. in l. si quis in tantam, num. 33. col. pen. Cod. vnde vi, &

& alios, quos retuli in quaest. 17. supra, eod. post principium, in vers. & ad hoc fecit, num. 17. Ad quos addo Rolandum in cons. 42. num. 5. lib. 3. Azeuedo in l. 7. tit. 11. lib. 4. Recopilation. num. 14. fol. 84. Bald. in c. 1. num. 3. quid sit inuestitura, fol. 31. Et conducunt quae scribo in q. 7. supra, hac 3. par. in vers. sed opportune etiam, num. 23. & quae scribit Rebus. in c. cum super, de caus. posses. & propriet. pag. 327. col. 2. vers. secundo limitatur, de caus. posses. & propriet. vbi tradit, quod in bonis confiscatis, & licet transeat dominium, non tamen possessio. Et prius pag. 325. col. 2. vers. ex dictis Abbatis, resoluunt, quod Clericus, cui est facta prouisio beneficii ante apprehensam possessionem, non potest agere possessorio. Et quod scribit Bald. Nouel. in tract. de dote, p. 8. prius, 6. num. 17. fol. 42. vbi dicit, quod licet soluto matrimonio dominium ipso iure & transferatur in uxorem rerum dotialium, non tamen possessio transfertur, citat Glof. in l. cum duobus, §. idem respondit, ff. pro socio, & alia fundamenta, sed hoc dictum, non est sine difficultate, propter tex. in l. si quis post hac, vbi: Manu iniecta mox venditur: & propter verba sequentia, C. de bon. proscript. quae lex etiam prodest, & determinat aliquam quaestionem, in qua valde laborat Ibi Nouellus nu. 18. & 19. an si mulier soluto matrimonio occupat & bona dotalia propria auctoritate, incidat in penam l. si quis in tantam, Cod. vnde vi, & l. extat, ff. quod metus caus. Et faciunt quae scribo in 4. part. quaest. 19. Et de hac quaestione vide alia quae scribo in quarta parte, infra eodem, quaest. 23. in vers. notandum etiam, num. 66. Et licet in Ecclesiam transeat ipso iure dominium bonorum fideicommissi, vt per Iasonem in l. ult. C. de Sacrosanct. Eccles. Tiraquel. de priuileg. pie cause, priuileg. 39. Menchac. de successione, creatio. part. 2. lib. 2. in princ. num. 54. Non tamen possessionem acquirit sine actuali grauari traditione, vt per Alex. cons. 82. n. 3. lib. 2. Dec. in cons. 438. Bursat. cons. 55. n. 23. lib. 1.

Et ad istam quaestionem lector etiam videat Parisi. cons. 1. num. 172. cum aliis, lib. 1. vbi tractat, quomodo Camera fiscalis, & habentes causam ab ea, possint defendere possessionem bonorum, quae propter rebellionem à fisco capta fuerunt, si eorum petatur restitutio? De quo lege Tiberium Decianum in pract. criminali, lib. 7. cap. 40. num. 3. fol. 17. vbi ex Bald. in cap. ceterum de rescript. & in l. 1. q. 21. ff. de rerum diuisione, resoluunt, quod facta rebellionem, vel ipso iure, vel per sententiam declaratoriam si constat aliquem fuisse rebellem, potest Princeps propria auctoritate ingredi possessionem rebellium. Qui ad ista omnino legi debet. Ad quem addo Matthæum ab Afflictis in cap. si duo, num. 6. fol. 213. de pace tenend. vbi resoluunt, quod quando rebellis est notorius, bona proditoris transeunt quoad proprietatem, & quoad possessionem in Regem; quod reputo notatum dignum.

QVÆSTIO XX.

Beneficium l. 45. Tauri, an procedat in bonis, quae stant in reputatione bonorum maioratus.

SVM MARIVM.

- 1 Decisio quaestionis.
2 Pro eo qui est in quasi possessione priuilegiatorum praesumitur.
3 Alimenta si petat filius, sufficit quasi possessionem probare: vbi resoluunt quaedam Petri Barboza examinatorum.
4 Vnio praesumptiuè probatur, quando Ecclesia fuit diu possessa tanquam vniua.
5 Castra à patre possessa iure maioratus, & in tali reputatione habita, si primogenitus occupet, an danda possessio filio secundo genito petenti.

Vigesimò quaero, an beneficium praedictae legis 45. locum habeat vbicumque non constat realiter, &

vere, quod bona in quibus possessio debet transferri, sunt maioratus, sed tamen apparet, quod stant in quasi possessione & reputatione bonorum maioratus. In quo breuiter veritas mihi & videtur, quod etiam in hoc casu habeat locum d. l. 45. quod fundatur ex doctrina Bald. in l. eam quam, num. 8. fol. 140. C. de fideicom. vbi dicit, quod quando aliqua qualitas requiritur, & agitur de possessione, & paruo praedicio, sufficit probare possessionem illius qualitatis; et non probetur verè, quod adest illa qualitas; ex quo infertur quendam illationem, quae inibi videri poterit, facit l. 3. §. summam, ff. de Carbonian. edict. & l. 3. §. parui, & §. si quis liber, ff. cod. titul. & conducunt alia plura quae scribo in q. 15. supra eodem, quasi per totam, praecipue nu. 8. cum seqq. & quae scribit Bald. in l. non ignorat, C. qui accusari non possunt, & Gloss. in l. solemnibus, in verbo, si alius, C. de fide instrum. vbi dicit, & quod praesumitur pro eo, qui est in quasi possessione priuilegiatorum, Et idè dicentur priuilegium non esse in usu, incombis onus probandi c. accedentibus de priuileg. ibi: Quod si in probatione defecerint, notat Gregor. Lopez in l. 42. tit. 18. p. 3. glo. 1. in fine.

Et hoc tenendum, quamvis regulariter fundans se in aliqua qualitate, illam probare, ac docere specialiter tenetur, l. 1. §. Praetor ait, ff. ne quid in loco publico, l. demum, §. qui tamen, ff. de adulter. Quia hoc intelligi debet, quando agitur de proprietate, non etiam quando tractatur de possessione. Et pro ista sententia etiam conducit bona l. 15. tit. 18. par. 3. ibi: O que en el lugar, o fue fecha estaua por escrivano publico, o otra fama entre los hombres de aquel lugar, que lo era, e usaua de aquel menester. Quae lex facit pro quodam dicto Innocen. in c. 1. de fide instrumentor. & faciunt scripta per Bald. in l. executorem, vers. sed nunquid oportebit, col. 4. C. de execut. rei iudica. Et per Barth. Soci. in cons. 153. num. 4. lib. 2. & text. in l. 3. §. si neget, ff. de liber. agnoscent. vbi si filius petat alimenta: & sufficit probare quasi possessionem filiationis notat Alex. in cons. 5. lib. 1. Alciat. regul. 3. praesumption. 38. pag. 89.

In quo caucendum est à periculosa resolutione doctrinae Petri Barbozae in rubric. 1. ff. sol. matrimo. to. 1. par. 1. rubrica. n. 20. pag. 13. aliàs n. 19. p. 7. vbi ponit hæc verba: Nam si filius sit in quasi possessione filiationis, quamvis pater neget eum filium: tamen nulla praemissa summaria cognitione, interim cogetur cum alere; Nam si non constat summarie de filiatione, quomodo pater cogi potest ad alendum filium? Nec minus facit, cap. si index de sententia ex communi. in 6. & quod scribit idem Alciat. in tract. praesumptio. regul. 2. praesumptio. 4. pag. 54. in d. etiam in petitorio iudicio sufficit filio, probare quasi possessionem filiationis, secundum Bart. in l. si prius, n. 18. ff. de noui oper. vbi Ias. n. 44. notat Carol. Ruin. cons. 143. n. 23. lib. 5. Alciat. regul. 3. praesumptio. 43. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. Centur. 1. casu 89. n. 7. pag. 241. De quo legenda sunt quae scribo supra q. 15. n. 139. Et si Ecclesia & fuit diu possessa tanquam vniua, probatur vniua praesumptiuè, secundum Ioann. Andr. in regul. qui contra iura, in mercu. rialib. de regul. iur. in 6. Cardina. in Clem. 1. in prin. quaestio. 20. de supplement. neglig. prelaor. & alios quos refert Felin. in c. causam qua, col. 2. de praescrip. Petr. Rebus. in pract. beneficia. regul. de vnionibus, gloss. 9. in fin. pag. 288. & plures citat Tiraq. in tract. de praescrip. §. 1. glof. 4. pag. 47. & conducunt etiam quae de hac quasi possessione scribit idem Tiraquellus lib. 1. de retract. §. 1. glof. 16. num. 7. pag. 337. Ad quod etiam facit notabilis doctrina Roderici Suarez in titul. De las herencias, n. 24. pag. 449. vbi resoluunt, quod si pater in vita possidebat aliqua castra iure maioratus, & in tali possessione dicta castra renebantur, & reputabantur: & mortuo patre filius maior ius maioratus praetendens, & bona in soludum occupauit, filius secundus non potest talia bona occupare, nec illi eorum bonorum est danda possessio per rationes, & iura ab eo adductas, quem refert & citat Parladorius lib. 2. rerum quotidianarum, cap. 5. num. 19. pag. 93.

QVÆSTIO XXI.

An possessio legi 45. Tauri, transeat in fisco successorum.

SVM MARI VM.

Decisio questionis remissive, num. 1.

Vigesimo primò hic queri poterat, an sicut transeat possessio in successorum in maioratu, transeat etiam in fisco, quando ipso iure, aut per sententiam est facta confiscatio bonorum maioratus...

QVÆSTIO XXII.

An Interim interdictum petere possit lite pendente successor in maioratu.

SVM MARI VM.

- 1 Decisio questionis, n. 2. 4. 5. 6. 7. 8. & 18.
2 Tributa solvi debent lite pendente inter Regium Fiscum, & priuatum.
3 Mandatum de manutendo, an sit idem quod remedium Interim.
4 Periculum cum est in mora, attentatum an dicatur.
5 Inhibitio in iudicio summario Interim, an faciat attentatum.
6 Supplicatio an admittatur in interdicto Interim.
7 Possessio qualiter sit in Recredentia probanda.
8 Et an dicatur pacifice possidere qui Recredentiam habet.
9 Ex sententia Interdicti qualiter sint fructus adiudicandi, & num. 16. & 17.
10 Ad possessionem iurisdictionis titulus requiritur.
11 Probationes per instrumenta an admittantur in interdicto Interim.
12 Probationes in iudicio possessorio summarissimo qualiter prouident in iudicio possessorio pleno, remissive.

Vigesimo secundò quæro, quis litigat cum successore rerum maioratus super illarum possessione, quas verè detinet, & lite pendente perit se esse in possessione tuendum: an admittatur hæc petitio, & sit in possessione tuendus per viam Interim, & prouisionis lite pendente...

Hæc conclusio probatur. Quia cum ex prædicta l. 45. Taurina, utraque possessio, tam civilis, quam naturalis, transeat in successorum in maioratu, & consequenter ius commune resistat cuilibet, qui eam habere præten dit: cum ex illa lege hoc verum sit, etiam si aliquis in vita possessoris rem occupauerit, vel antecessor alij bona tradiderit: Ex hoc sequitur, cum possessori resistat tam fortiter, & tam magnis privilegiis ius commune, non est in possessione tuendus, cap. cum persona,

in versiculo, si vero privilegium, de printleg. in 6. quod ad han conclusionem, & ad alia plura est notabile. Faciunt quæ contra Capici. in decis. Neapolit. 187. scribit Episc. Couar. in pract. qq. c. 17. num. 6. fol. 84. vbi ponit aliquas distinctiones, quando & in quibus casibus quis lite pendente debeat in possessione tueri, vbi ius commune resistit. Ad quem addo t. Berouium in consilio 45. numer. 5. vbi resoluit, quod quis est in possessione tuendus, etiam si contra illum sit præsumptio iuris. Et tradit notanter Natta in consilio 12. numer. 1. & aliis, Iacobus Puteus decis. 371. part. 1. & decis. 221. part. 2. qui loquitur in possessione Decimarum, & decis. 176. par. 3. Ioan. Garcia in tractat. de nobilitate, glof. 1. §. 1. num. 60. fol. 55. & Couarrua. in dicto loco citato, Mascard. in tract. de probation. lib. 3. concl. 1103. num. 2. & facit Pragmatica Regis Henrici, quæ de solutione tributorum tractat, quæ solui debent lite pendente inter t. Regium fisco & priuatum, quæ est hodie l. 11. tit. l. 11. lib. 3. ordin. noui, de cuius intellectu agit idem Episc. Couarrua. resolution. lib. 1. c. 17. num. 10. & 11. fol. 65. quæ lex vt obiter hoc dicam, est contra textum in cap. querelam, de election. cum traditis per Abbat. in c. peruenit, de censibus, Iacobinum de Homagijs, chart. 3. col. fin. quos citat Egid. Bossius in volumine practica criminalis, tit. de fisco, num. 60. pag. 666. Et conducent t. quæ scribo infra quæst. 24. & faciunt quæ scribo supra hac parte, quæst. 15. à num. 28. & textus in dict. c. cum persona: citat etiam nouissimè Ioann. Garcia in tractatu de nobilitate, §. 1. glof. 8. nu. 7. fol. 202. & addo elegantem doctrinam Anton. Capicij decis. 45. quam cito in 1. p. quæstione 1. & Episcop. Couarrua. in dicto loco, & lib. 1. resoluit. cap. 16. num. 10. & 11. citat Anton. Peregrin. in tract. de iure fisci lib. 6. tit. 8. num. 24. pag. 387. Et conducit text. in d. cap. ad decim. 15. de restitut. spoliar. lib. 6. & faciunt quæ scribit Egid. Bossius in practica criminali, tit. de Principe & priuileg. eius num. 235. pag. 621. & decisio Rotæ 2. restitut. spoliar. Rebuf. tom. 3. ad consiliu. tract. de caus. benefic. poss. art. 1. glof. unica, n. 6. pag. 291. quibus conuenit t. decisio Rotæ in antiquis decis. 11. hodie decis. 1. tit. de restitut. spoliar. quam in proposito citat Rebuf. in cap. pastoralis de caus. possess. & propriet. pag. 331. in vers. sexto notatis, & Episcop. Couarrua. in d. loco refert & sequitur Menochius de retinend. possess. remedio 9. & vlt. nu. 24. pag. 289. Et hanc sententiam tenere videtur Molina lib. 3. de primogen. cap. 13. num. 71. fol. 105. licet contrarium teneat Anton. Gomez in l. 45. Tauri. num. 126. & Molinam sequitur regulariter Ioann. Guttier. lib. 3. quæst. pract. cabil. §. 73. pag. 622. nu. 1. cum sequentib. quæ etiam sequitur Anton. Gom. nisi timeatur scandalum.

Doctrinam autem Molina ego intelligo & limito in casu, in quo ipse loquitur, scilicet, vbi in eum in consilio Regali fuit mora lis super tenura bonorum maioratus: in aliis autem casibus ipse non loquitur, vt ex illius lectura faciliter videri poterit.

Et quod si sit contentio inter duas ciuitates de mero Imperio, non liceat alteri erigere furcas, tradunt Bald. in l. 1. c. vt nemini liceat; Bartol. in l. si post litem ff. de exception. Iacobinus in tract. de feud. in glof. cum mero & mixto imperio glof. 1. & alij quos citat Bossius in dicta tit. de Principe, num. 374. pag. 655. vbi resoluit num. 372. cum sequentibus, quando quis contendit cum alio de iurisdictione, t. Interim possit iurisdictionem exercere. Et de doctrina Baldi tradit Lancellot. in tractat. de attentat. part. 2. c. 6. de attentat. lite pendente, declarat. 4. num. 22. pag. 259.

Lectores etiam animaduerto circa praxim istius Interdicti, quod vbi Index pronunciat circa hoc interdictum motus ea ratione, ne scandalum oriat, nec partes ad arma veniant; id exequi potest non obstante appellatione, vt ex doctrina Baldi in l. 1. c. quando liceat sin iudi. se vind. tradit Par. de Puteo in tr. de syndic. verb. Index, fol. 176. & idem vult Ripa in consil. 57. nu. 3. qui ad hoc refert Paul. cons. 5. (est autem consil. 3. lib. 2.) quem citat & declarat notabiliter Augustinus Berouius in consil. 46. num. 8. lib. 3. & in d. consil. 45. num. 1. & 5. eodem libro,

sumitur, data sit. Nec quæ ad augmentum inducta sunt, debent diminutionem operari, vt plenius in dicta quæstione fundatum fuit. Et hoc videtur dicere Rebuff. ad hoc videndum tom. 3. ad constitut. Regias, tit. de matern. possessor. artic. 2. glos. 2. num. 14. pag. 258. vltra quod mirè quadrat sententia Bald. in consil. 330. Statuto canetur, quod conductor, colum. 1. vers. tertio quaro, lib. 1. vbi concludit num. 8. quod statuto statuto, quod possessio continuetur in hæredem non admittitur appellatio. Ad quod tamen lector legat Tiraquell. in tract. le mort, part. 6. declar. 6. num. 2. cum alijs, pag. 266. vbi tandem resoluit sententiam esse exequendam data cautione. Et quod remedium attentatorum non cadat in interdico retinendæ, tradit nouissimè Hieronymus Manfredus in dialogo de Attentat. part. 7. num. 33. cum sequentibus, quem citat Ioseph. Ludouic. decis. 69. num. 8. vbi dicit, se hoc pluries declarasse: vbi refert Franc. in dict. cap. significante, num. 6. de appellat. Berouium quæstione famosa 120. n. 13. & alios Authores. Et tradit notanter Capicijus, quem isti non referunt, decis. 72. & facit quod tradit. Idem decis. 96. fol. 82. & in practica testatur se vidisse nouissimè Ioann. Gutierrez quæst. 34. canonica, num. 88. pag. 334. & istud videtur diffinire in terminis Parisius consil. 41. num. 38. lib. 1. & faciunt quæ scribit Menochius de retin. poss. remed. ultim. num. 46. vbi probat, & quod in remedio summario (quod inter nos, Interim vocatur,) non admittitur appellatio ad hoc, vt actus suspendatur. Et idem tradit in supplicatione num. 59. Quod vltimum nos non seruamus. De quo legenda sunt quæ scribo supra quæst. 12.

Et hæc nostra sententia confirmatur per l. 9. tit. 7. lib. 5. ordinamen. noui, per quam ordinatur, sententiam datam in Regali Consilio in tenura bonorum maioratus, esse executioni mandandam, non obstante, quod à tali sententia supplicatio interponatur. Et per ordinationem Gallie, quam exponit Rebuff. tom. 1. ad constit. Regias, tractatu de supplication. artic. 3. pagin. 534.

Scimus autem & appellationem, & supplicationem, in pluribus æquariari, iuxta text. in l. vltim. §. penultim. C. de tempor. appellation. de quo lector legat Rebuff. in dicto loco, num. 62. cum sequentibus, Rolandum in consil. 38. num. 11. cum sequentibus, lib. 2. & in consil. 94. num. 11. lib. 1. Marant. in speculo aureo, part. 6. iudiciorum, vbi sit. secundus actus, num. 12. fol. 233. Lancellotus in tract. de Attentatis, 2. parte, cap. 12. de attentat. appellatione pendente. limitat. 50. num. 37. & 2. part. cap. 19. de attentatis pendente recurs. num. 1. pag. 352. & 3. part. cap. 24. quæst. 11. num. 30. & 31. pag. 448. Ad quos addo notabilem remissionem Aluar. Valasco consultation. 51. num. 40. cum sequentibus, vbi late tractat qualiter pariterentur appellatio, & supplicatio: Et Azemedum in l. 1. tit. 19. de las supplicaciones, lib. 4. Recopilat. Et quod reuisio sit ad instar appellationis, tradit Lancellotus in dicto tractatu, part. 2. cap. 12. limit. 50. num. 171. pag. 296. ex Olasco decis. 142. num. 36. Et quod in possessorio non admittatur supplicatio, resoluit Rebuff. tom. 1. ad constitutiones Regias artic. 2. num. 122. pag. 453. tit. de euocationibus; licet in nostro casu diuersissima sit ratio inter appellationem, & supplicationem: & regulariter pars non debet sua possessione appellatione pendente priuari, sed in ea tueri, & conseruari, cap. cum teneamur, de appellat. Glos. in cap. non solum, de appellat. in 6. notatur per Rebuff. tomo 3. ad constitutiones Regias, tractatu de appellation. artic. 16. num. 3. pag. 524. Mandol. in tract. de inhibition. quæst. 38. num. 3. fol. 20. Et est etiam pro ista sententia egregium consil. Berou. 111. num. 6. lib. 3. & tradit idem Rebuff. eodem titulo, de appellat. artic. 7. glos. 1. num. 17. pag. 503. quod in Gallia appellatur à Recredentia sententia, sed appellatione non obstante sententia mandatur executioni: & vide eundem tom. 1. ad constit. tit. de sentent. executoria, art. 5. §. 3. n. 1. cum alijs, pag. 348. & art. 9. glos. 5. n. 7. pag. 401.

Ioseph. Ludouicus decis. 20. num. 11. Paris. consil. 103. num. 20. lib. 1. Menoch. in l. vltim. C. de edict. d. n. Adrian. num. 859. remed. 4. pag. 124. vbi refert Nicellum in tract. de concordan. glossarum, concordia. 1. num. 25. vers. moderatur, & num. 70. Decisio. Pedemont. 25. num. 22. Sarmient. in tract. de reddit. Ecclesiast. part. 3. cap. 2. nu. 27. fol. 37. qui duo sequuntur Bald. in consil. 141. pramissis, num. 6. lib. 1. dicentem, quod in casu statuti continuantis possessionem in hæredem; quia possessio in isto casu habet mixtam causam proprietatis, admittitur appellatio, & idem voluit Ripa in cap. sapè num. 102. de restit. spoliar. fol. 197. vbi resoluit & quod in possessorio habente mixtam causam proprietatis, admittitur appellatio, Ferrara in praxi, in forma sententia diffinitiva, versic. in his scriptis, num. 12. pag. 190. Quibus conuenit, quod sententia lata in possessorio natura mixto totum resoluit, & obstat rei indicatæ exceptio, l. 1. §. final. ff. de aqua quodidian. & afflu. volunt Alberic. in l. 1. C. quando. ciuil. act. criminali Socin. Iunior in consil. 182. num. 7. lib. 2. Gratus in consil. 139. n. 12. lib. 1. Fab. & Anton. Rub. & alij quos citat Cæsar Contardus in l. vnic. C. si de moment. possess. limit. 2. num. 10. pag. 247. In quo loco multa scribit in ista materia.

Et quod sententia lata in possessorio habente annexam causam proprietatis obstat in proprietate, est communis opinio secundum Ioan. Francisc. de Ponte conf. 62. num. 26. ex Bald. in l. incipit, num. 14. C. de interd. distis. De quo legi debent Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 103. & ibi Socin. Iunior, num. 158. ff. de acquirit. poss. Menoch. de retinend. posses. remed. 3. num. 808. pag. 247. & remed. 5. num. 123. pag. 266. Molina in tract. de primogenitura cap. 3. num. 22. fol. 92. & tradit Quintilianus Mandolus in tract. de inhibitionibus, q. 59. n. 8. & idem quod Bald. & alij resoluunt alij Scribentes, quos citat Anton. Peregrinus in tract. de fideicommissis, art. 46. num. 47. fol. 428. Fuluius Pacianus in tract. de probationibus, lib. 1. c. 26. num. 98. fol. 71. vbi ponit doctrinam, quod quando connexum est possessorium & cum petitorio, appellatio suspendit executionem, qui ponit exemplum in condemnato ad rem amissam propter caducitatem, pro quibus est lex 45. Taurina. Et est multum notandum pro tenentis datis in Consilio Regali, & in alijs similibus iudicijs. Et est magni faciendi in proposito aurea doctrina Rebuff. tom. 3. ad constitut. Regias, tit. de causa beneficali, art. 10. §. vnic. n. 29. pag. 305. vbi tradit, quod ille qui obtinuit Recredentiam, vel plenum possessorium, non tenetur probare alium titulum, & habet vim tituli. Et quod pro iurisdictione, quæ habet mixtam causam proprietatis, quia non potest haberi sine concessione Principis, non habeat locum iudicium possessorium, tradit Iacob. Puteus decis. 284. part. 2. De quo lege quod scribo supra, hac parte, q. 4. & tradit Peregrinus d. n. 47. Et vbiunque possessorium habet mixtam causam proprietatis, admittitur appellatio, & si fiat executio, reuocatur per viam attentatis, secundum Paulum Castrenf. consil. 33. Videndum 3. lib. 1. & Modern. in annotat. ad Aegidium, n. 129. Robert. Lancell. in tract. de Attent. 2. part. cap. 12. de attentat. pendente appell. limitat. 25. num. 14. pag. 256.

Quod confirmo, quia licet partis confessio sufficiat & ad obtinendum in possessorio, secundum Anton. in cap. in literis, num. 24. de restit. spoliar. Ripam consil. 16. in quo hoc non inuenio, sed eum citat Rebuff. Menoch. de recuper. poss. remed. 9. num. 320. pag. 421. & de adipiscend. posses. remed. 6. n. 566. Tamen quando iudicium & habet mixtam causam proprietatis, non sufficit confessio, vt probant Nicol. Boeri. decis. 89. Rebuff. in praxi benefic. in regnl. de non tollendo ius quæsitum, glos. 6. pagin. 269. & pro sententia Paul. Castrenf. & aliorum plura scribit Menochius de adipiscend. posses. d. remed. 4. num. 860. pagin. 124. & faciunt etiam scripta per Iacobum Puteum decis. 278. part. 2. Et quod de benignitate in facto notorio appelletur à missione in possessionem, tradit eleganter Baldus in consil. 203. n. 1. cum alijs, pag. 348. & art. 9. glos. 5. n. 7. pag. 401.

60 *Pronuntiatum, lib.4.* Et quod in hoc iudicio possessio appellatio non solum habeat effectum deuolutiuum, sed etiam suspensiuum, voluit Molina *lib.3. de primogen. cap.13. num.19. fol.92.* motus prædictæ ratione, quod remedium *dist.1.45.* habet mixtam causam proprietatis: cui conuenit notabile consilium Calcanei *83. num.4. & 5.* qui tractat de sententia lata in possessorio habente admixtam proprietatis causam. Pro quo etiam facit quod scribitur in *decisione Pedemontan. 47. num.1.* vbi probatur, quod est licita supplicatio à sententia lata in possessorio habente annexam causam proprietatis, resoluit tamen sententiam esse exequendam, non obstantem appellatione. Ad quem addo *Celsum in consil.1. num.54. resolutem, quod licet sententia data in possessorio debet executioni mandari, appellatione non obstante; non tamen debet executari si supplicatio interponatur: & Casarem Genuensem in dist.1.onica, C. si de momenta. possession. limitat. 2. ratione mixtura, num.39. pag.153. de cidentem in terminis, & resolutem quod in successione primogenituræ habente mixtam causam proprietatis, si pronuncietur sententia, non est locus appellationi: allegat inter alia, *decisionem Iacobi Putei 293. lib.2.**

62 In ista questione quadam iuridica potest haberi distinctio, scilicet, quod si sententia super remedio *dist.1.45.* feratur pro possessione, & idem Iudex possessionem concedat non obstante appellatione, id iure fieri possit iuxta text. in *d.c.1. ut lite pendens. cum concordam.* si verò lata sit sententia contra possidentem, à qua ipse appellat, non potest fieri exequutio, nec debet spoliari post interpositam appellationem: argum. *Aubert. Ut nulli iudicum: §. super hoc, & script. per Lancellot. 2. cap.12. limit. 32. num.5. pag.261.* & eius quod tradit Iacob. Puteus *decis. 311. lib.3. num.8.* vbi resoluit, quod articulo executorio pendente; si quis possessionem beneficij ingrediatur, dicitur attentare: ad quæ addo Antonium de Butrio in *cap. cum dilectus, de caus. posses. & propriet. tenentem,* quod sententia lata in possessorio, est executioni mandanda, causa petitorij pendente, nisi quando est liquida. Nec obstat, quod non debet aliquid attentari circa possessionem, quia illud est verum respectu attentati, quod sit de facto, & non per viam iuris; notat Casar Contardus in *l.onic. si de momen. quæst. 12. num.6. pag.549.* qui refert Menoch. *remedio 3. de retinend. num.849.* Et prima pars

63 distinctio maximè libi locum vendicabit, quando ex testamento, vel codicillo, constat de vocatione illius, qui sententiam obtinuit in sui fauorem. Quod probatur ex his quæ scribit Episcopus Couar. in *præct. quæstion. cap.23. num.8.* quem citat Osalcus *dist.1. decisione Pedemontana 25. num.9.* Et idem tradit Lancellot. post alios, quos citat *dist.1. limita. 25. num.28. pag.278.* idem Osalcus *decisione Pedemont. 20. num.16.* Menoch. *de adipiscend. possessio. remed. 4. quæst. 100. num. 828. pag.131.* Simon de Præcis *de interpretand. defunct. volun. lib.5. dubitatio 3. num.37. fol.539.* Ioann. Gurtierrez in *quæstion. canonicis, dist.1. quæst. 34. num.101. pagina. 337.* & faciunt scripta per Tiraquell. in *tractat. le mort. dist. par. 6. & declarat. 6. num.2.* Et confirmatur ex doctrina Gregor. Lopez in *l.2. tit.14. part.6. in glos. in verb. luego:* & in verb. *propriedad:* vbi in ea est sententia, quod in maioratibus habet locum remedium *dist.1. vltim. Cod. de edit. dini Adriani:* de quo legenda quæ scribo in *initio istius partis.*

64 Ad ista facit, quod licet à notorio non appelletur, à declaratione tamen notorij admittitur appellatio, secundum Speculat. in *tit. de recusation. §. final. versic.* Hoc etiam notat Abb. *consil. 100. num.6. lib.1.* Felin. in *cap. Rodulphus, num.43. de rescrip. & alios quos citat Lancellot. in tractat. de attentat. part.2. cap.12. de attent. lite pend. limit. 9. n.13. pag.238.* Iacob. Puteus *decis. 371. num.5. part.3.* Francus in *cap.1. de officio Delegat. in 6. num.5. fol.44.* maxime, quia cautela, est, vt declaretur factum esse notorium, secundum Abbatem in *cap. ad nostram, in cap. de iureiurand. & alios, vt per Quin-*

tilianum Mandosium in *tractatu de inhibitionibus, quæstion. 45. num.4. fol.18.* faciunt scripta per Falconem *regul. 35. num.3. & decisio. 172. & 173.* Et licet à declaratione pœnæ legis non possit appellari, à declaratione tamen pœnæ lætæ ÷ ab homine admittitur appellatio, secundum Glossam singularem in *cap. capientes, §. quod si per viginti, in verb. priuatos, de election. in 6. Gloss. & DD. in cap. quia nos, de appellation. Roman. singul. 213. cum concordam. vt per Rebuff. in *l. si qua pena 244. pag.1079. ff. de verbor. signification. Antonium Capicium decis. 1. num.18.* Ioann. Gutierrez *consil. 10. num.16.* Felinum in *cap. cum non ab homine, num.12. fol.17. de iudiciis,* Anton. Gabrielem *lib.6. commun. opinion. tit. de regul. iuris, conclus. 3. num.58. & 59. pag. 325.* Francum in *cap. peruenit, num.14. fol.21. de appellation. Ferrar. in præct. public. num.13. pagin. 238. 10. m. Rebuff. in cap. extirpanda, §. qui vero, de præteritis, pag.400. colum.1. & tradit Lancellotus in *tractatu de attentat. part.3. cap.18. num.83. pag.80.* idem Rebuff. in *l. si qua pena 244. pag.1079. ff. de verbor. signification. Quod confirmatur per famosum text. in l. eus qui delatorem, ff. de iure fisci, & in cap. cum secundum, de hæret. in 6. quæ iura docent, quod licet pœna ipso iure imponatur; requiritur tamen ÷ sententia declaratoria: quod latissime scribit Tiraquell. in *l. si vnquam, C. de reuocam. donation. in verb. reuertatur, num.400. pagin. 543.* vbi nu. 403. tradit, an appellatio admittatur à tali declaratione, ex Ancharan. in *consil. 140. & Felino in cap. 2. de sponsal. Ex his sit ad propositum, quod in casibus, in quibus tractatur de principali, non admittitur appellatio ad effectum suspensiuum; admittitur tamen super ÷ incidenti, aut emergenti liquidatio, vel aliud simile, secundum Baldum in *l. si ex cause, §. nunc videndum, ff. de minorib. Fracum in cap. personalis, in princip. de appellation. Decium in l. permitt. num.25. C. de pact. Bossum in præct. criminal. tit. de appellation. nu.1. Contardum in *l.onica, C. de momentan. possession. limitat. 1. num.40.* Petrum Surdum *decisio. 27. num.10.* & plures refert Antonius Peregrinus in *tract. de fideicommissis, articul. 46. num.50. fol.428.* Et qualiter sententia lata ÷ in successione fideicommissi, possit executari appellatione non obstante, tradit Cephalus in *consilio 551. num.11. lib.4.* Et facit etiam *l. s. titul. 30. lib.4. Recopilatio.* quæ ponit pro casu speciali, quod duæ sententiæ conformes datæ executionentur. Et faciunt quæ scribit Ioannes Gutierrez *dist.1. quæ 6.34. num.112. & 113. fol.338.* Pro hac sententia etiam facit *dist.1.9. titul.7. lib.5. Recopilatio.* vbi ponitur pro casu speciali, quod sententia lata in tenura in Consilio Regali mandetur executioni, secundum ordinem, & formam illius legis, non obstante supplicatione: ergo in contrarium est ius commune; & sic retorquetur argumentum *d. l. ordinam. l. ius singulare, ff. de legibus.******

69 Et iudex ÷ secularis etiam in causa possessoria, in qua tractatur de remedio *dist.1.45. Taurina,* non potest cognoscere de tali possessorio, si incidat articulus an matrimonium valuerit, vt in terminis & in successione Comitissæ de Puñenostro tradit Iacob. Puteus *decisio. 361. part.1. pag.115.* De quo legenda sunt quæ scribo *supra, quæst. 15. num.115. cum sequent. & nu.112.* & pro opinione Iacob. Put. facit resolutio vtilis, & necessaria in ista materia quæ multum proderit in litibus maioratum, quæ circa hoc quotidie contingunt, quod iudex secularis, nec principaliter, ÷ nec incidenter potest cognoscere de causa matrimoniali, vbi conuenit difficultas est an matrimonium fuerit validum, vel non fuerit, vt probatur in *causam, de ordine cognitionum,* vbi hoc concludunt communiter Doctores, Bart. Alex. & alij in *l. Titia, ff. solut. matrim.* eleganter Matthæus ab Afflicto *decis. 219. num.5.* Thomas Grammaticus *decis. 78. num.5.* Roman. in *consil. 299.* Episcopus Couaruias in *epitome de sponsalib. part.2. cap.8. §. 3. num.4. fol.122. & §.12. num.3. fol.151.* Rolandus in *consil. 12. num.15. & num.24. lib.2.* Additio Ferrar. in forma *declinatoria iurisdictionis, pag.77.* qui vitiose Authores refert:

fert: & est communis opinio Canonistarum secundum Insouem in *l. quæties, num.6. C. de iudiciis;* & tradunt Natta in *consil. 410. num.10. lib.2.* Vantius in *tractatu de nulitate, titul. ex defectu iurisdictionis ordinaria, num. 54. pag.244. & num.57. pag.248.* & plures citat Ripa post Decium in *l. decernimus, num.17. de iudiciis,* Menochius in *consil. 268. num.21. lib.3.* Ad quos omnes addo Andreap. de Iernia in *cap.1.8. contrabentium, num. 12. fol.112. qua sint Regalia,* & plures citat Ioann. Grat. Falcon. *regul. 253. num.12.*

Hinc etiam est, quod in possessorio, quod habet admixtam causam proprietatis, non potest iudex secularis cognoscere, secundum Guidonem *decis. 1. Menoc. remed. 15. recuperand. possession. num.25.* Amedæum de Aponte in *lib. laudemiorum, tit. quis sit iudex competens in causa feudali, fol.67. colum.2. in fine:* faciunt scripta in *Decisione Pedemontan. 55. num.4.* Episcopus Couarui. in *præct. quæst. cap.35. num.1.*

Sed adhuc opinio mea magis mihi placet, cum agitur de remedio *l.45. Taur.* Et pro hoc facit quod scribunt Anton. de Butrio & Abb. in *d. cap. cum venisset, vltim. cum notab. de restit. spoliat. dicentes:* Quod si habens cuiusdam ingrediatur possessionem vacantem, ÷ non dicitur de nouo acquirere, sed continuare potius antiquam & ciuilem: quos citat Gloss. Parisien. in *consuetud. Parisien. §. 30. num.176. fol.252.* sic in proposito cum ex *d. l. Taurina,* possessio non ciuilibus, sed naturalis bonorum maioratus transeat in proximum successorem vocatum, ÷ nihil noui Iudex videtur facere, nec attentare, tradendo possessionem prædicto successorij; & est quadam declaratio, magis quam noua dispositio, quæ nihil de nouo inducit; iuxta regulam *legis, hæc edes palam, §.1. ff. de testamen. cum concordam.* quæ scripti in *1. part. quæst. 44. à num.2.* Et ista sententia confirmatur ex egregia doctrina Innocen. in *c. bona, num.4. de appella. Paul. Castren. consil. 399. colum.3. lib.1. Decis. consil. 123. colum.1. & consil. 460. num.20.* & aliorum, quos citat *Matthæus super l. Tolet. 2. p. fundament. 22. num.1. & 2. fol.148.* qui etiam refert Bertrand. *consil. 253. num.1. lib.2.* dicentem, quod nihil attentat, ÷ vel in nouat, qui veterem possessionem continuat: & idem Bertrand. *consil. 31. num.2. lib.1. & consil. 51. num.3. eod. lib. latè Anton. Gabriel. lib.5. commun. opinion. tit. de acquirend. posses. conclus. 6. in princip. pag.276.* & tradit eleganter Paul. Castren. qui communem dicit in *consil. 346. incipient. Forma ampliori, lib.1.* quem refert & sequuntur Robertus Lancellot in *tractat. de attentatis lite pendens. limitat. 1.* & pro hac opinione etiam facit sententia Barr. & Angel. in *l.2. ff. de appellat. recipien. volentes,* quod in possessorio admittitur appellatio deuolutiua, sed non suspensiuæ, & interim debet fieri exequutio. Quod confirmat Matthæ. de Afflicto *decis. 269. Iudices inferiores num.3.* & confirmatur ex his quæ scribit Rebuff. in *titul. de sentent. executoria, artic. 1. glos. 3. nu.3.* Episcopus Couar. in *præct. quæst. cap.23. num.8. versic. hinc constat: & versic. pari saneratione,* vbi tradit quod ex lege Regia *Matthæi* supra allegata, sit executio non obstante supplicatione propter momentaneam possessionem, & detentionem, quæ per ÷ *dist.1. l. 45. Taurinam* transferatur.

73 Et ista opinio confirmatur, quia cum aliquid sit ipso iure, res dicitur iudicata, non spectatis illis decem diebus intra quos potest appellari, vt volunt Gloss. & Barr. in *l. forti, §.1. ff. de his, qui notantur infam. & in l. qui vltimo, ff. de pen. & ipse Barr. in l.1. ff. de re iudicat. Arcen. in l. qui à latronibus, §. si quis in capitali, col.3. vers. sed iste intellectus, ff. de testam. Tiraquell. in *l. si vnquam, Cod. de reuocand. donation. in verb. reuertatur, num.416. pag.548.* Faciunt scripta per Petrum Surdum *decis. 25. num.29.* Ex quo fit, quod cum per *d. l.45.* transeat ipso iure possessio in vocatum ad maioratum, licet admittatur appellatio, non debet operari effectum suspensiuum. Pro quo faciunt scripta per Rolandum in casu grauissimo, successione Marchionatus Montiferrati, in *consil. 77. num.9. cum sequentibus, lib.2.* Et ad*

74

ista etiam facit singularis sententia Floriani de Sancto Petro in *l. quicquid, ff. commun. prædior. vbi probat, quod ille qui facit actum animo continuandi, non dicitur turbare: quod in iure pascendi probat eleganter Barthol. Socin. in consil. 95. num.20. lib.3.* Et non debet quis sua possessione turbari, etiam si appellatio sit prima facie expressio iuri contraria, secundum Baldum in *c.1. §.2. quo tempor. miles, qui refert Ioann. Andre. in cap. pastoralis, de officio delegat. Notat Carol. Ruin. in consil. 75. num.2. lib.5.* ad hæc faciunt scripta per Celsum in *consil. 119. num.3. cum sequentibus.* vbi scribit, quod in casu *d. l.45.* limitatur *l. vltima, C. si per vim, vel alio modo:* & *l. meminere, Cod. unde vi:* cum ex *dicta lege* statim transeat possessio in vocatum ad maioratum: & quod aduersarius non potest dicere, quod de facto; & sine causæ cognitione fuit spoliatus.

Et ex prædictis omnibus, fundamentis supra adductis, scilicet, quod iuxta *dictam leg. 45. Taurinam* iudicia possessoria circa bona maioratus habeant admixtam causam proprietatis: Infero nouam & singularem doctrinam, & conclusionem, digito, vt aiunt, alligandam, quod si quis obtineat sententiam in iudicio possessorio, in sui fauorem, in qua illi detur possessio sine in tenura in Consilio Regali, sine per iudices inferiores, transactam in rem iudicatam, vel in Regalibus Audiendiis; prædictæ sententiæ ÷ non faciunt rem iudicatam in proprietate.

Et huic illationi non obstat sententia existimantium, quod sententia lata in iudicio possessorio super legitimitate filij, constituit filium in quasi possessione in proprietate, vt tradunt Natta in *consil. 473. num.1.11. & 12. lib.2.* Menoch. in *tractat. de presumptionibus, lib.4. presumptione 54. num.43. fol.120.* licet regulariter sententia lata in possessione, non præiudicet in proprietate, *l. si duo, ff. vi possideatis, l. cum fundum, §. vltim. ff. de vi, & vi armata: l. & an eadem, §. final. ff. de exception. rei iudicata,* tradit Menochius in *consil. 311. n.48. lib.4.* Et in isto proposito est aliud memorabile, quod secundum opinionem aliquorum, sententia lata in causa tenuræ, transfert aliquo modo probationem aduersus illum, contra quem fuit prolata sententia; argumento Glossæ in *l. si duo patroni, ff. de iureiurand. cum adductis per Couaruiam in *præct. cap.13. num.4.* Francum *decis. 158.* Decianum *consil. 11. num.108.* Ad hæc facit, quod magis communiter de maioratibus constat per scripturas testamentarias: & licet sint ÷ factæ in contractibus, sortiuntur naturam vltimarum voluntatum, prout tradit Molina *lib.1. de primogeniis, cap.12. num.2. fol.89. & cap.8. num.21. fol.284.* ob quam rationem potest habere locum opinio dicentium, vt supra scripti, quod appellatio interposita in casu *dist. l. vltim. C. de edit. dini Adriani* appellatio ÷ non habet effectum suspensiuum, sed deuolutiuum: Quæ procedunt in casu singulari scripta per Matthæ. de Afflicto *decisio. 131. Quidam concessit;* vbi refertur *decisio. Bellamer. 1.* volentis quod si quidam concessit feudum in emphyteusim Titio, & se constituit possidere precario nomine Titij, & concedens petit contractam nullam declarari, & citatus fuit Titius qui reuocauit precarium, & cepit possessionem fundi, lite pendente reuocari debet per viam attentati talis possessio, Notat Parisius *consil. 12. num.108. & num.111. lib.2.* Et si Iudex interdicit ingressum possessionis, appellando suspenditur, secundum Abb. in *c. ad hæc, n.1. fol.107. de appellat.**

Et animaduertant lectores ad *decisionem Rotæ antiquis, 11. tit. de appellat.* quam citat Felin. in *cap. dilecti, num.4. de maioritate & obedientia,* per quam vult, quod si ille, contra quem petuntur attentata, præsumitur possidere de iure communi ex causa verisimili, non reuocantur attentata, nisi ille contra quem est attentatum, probaret se verè possedisse tempore attentationis. Quod est singulariter notandum ad illos, quibus fuit data possessio bonorum maioratus, ÷ non obstante, appellatione, quia sunt filij maiores, & primogeniti, vel habent in sui fauorem aliam similem præsumptionem

sumptionem, & vero similem. Nec omitto singularem doctrinam Abbatis, ac paucis notam in c. consideramus, n. 2. de elect. vbi per textum illum vult, quod attentatum contra priuilegium, non est ipso iure nullum, sicut est attentatum contra ius commune.

Vnum etiam est in prædictis notatu dignum, quod vbi est dubium si quis possideat, quicquid attentatum est reuocari debet, vt post Innocentium tradit Alex. in conf. 99. n. 6. lib. 6. Decius in conf. 103. ad fi. Quint. Mandos. in tr. de Inhibitionibus, q. 29. n. 8. fol. 12. De quo legenda sunt quæ scribit Lancell. in tr. de Attent. in præfat. n. 101. cum sequent. Et est etiam mirabile quod scribit idè Mandos. in eod. tract. q. 100. n. 10. fol. 42. vbi probat, quod continuans possessionem, si post causæ auocationem, dicitur attentare. Nec est omitrendum, quod scribit idè Mandos. eod. tr. q. 102. fol. 45. vbi latè tractat an Iudex à quo, possit prohibere ne quis appellatione pendente, in sua possessione turbetur, quæ est materia d. c. cum teneamur, de appell. Et dictum Alex. in prælegato conf. 99. post Innocentium in c. bona, n. 3. de appell. refert Tiber. Decian in conf. 6. n. 26. lib. 2. Qui ex dictis Authoribus ponit regulam, quod quando res est certa & clara, quod aliquis solus si possidet, non est reuocanda possessio per viam attentatorum; secus si est dubium, quia tunc appellatio proculdubio suspendit. Pro quibus est sententia Niceni in practica singularis, & quæ, vt aiunt, dabit commodum, & honorem in tr. de concordantiis glossarum, concord. 3. n. 28. vbi vult, quod si possessor conuentus asserat se scriptum hæredem in testamento solemniter, & parum ostendat titulum, appellare potest à sententia contra se data, ex doctrina Bald. in conf. 1. 41. lib. 1. Præmissis verbis, & idem vult Bal. in l. unica, n. 7. C. si de momenta. possess. quos citat Menoch. d. remed. 4. de adipisc. poss. n. 856. pag. 124. qui rationem ponit ad propositum eorum, quæ supra tractata fuerunt, quia in tali casu possessionis iudicium habet admixtam causam proprietatis. Quod est notandum pro illis, qui ex vnâ, & eadè scriptura, vel ex diuersis petunt possessionem bonorum maioratus. Et quod possessio, si quæ data fuit non citato possessore, debeat confirmari, vbi cuncte constat possessorem non habere ius, volunt Angel. & Alex. in l. si finita, in princ. ff. de damna. infect. Bald. & Salic. in d. l. final. C. de edict. D. Adrian. Iaso in l. si pacto, quo pœnam, in 5. notabil. C. de pact. & alij quos citat Gozadinus in conf. 21. n. 31. vbi hanc vocat Communem opinionem, quicquid dicant nouissimi in d. l. final.

Rursus est notandum, quod si in aliquo casu successori in maioratu est danda possessio, fortius debet in ea manentem, & conseruari, secundum Anchar. in conf. 404. Tria dubia, Alexandrum in l. si vnus, & pactus ne peteret, ff. de pact. Decium in conf. 475. n. 4. Et circa ea quæ scripti supra, n. 38. cum seqq. quod non dicitur quis attentare, quando continuat suam possessionem. Animaduerto de doctrina singulari Augustini Beroi. in conf. 118. n. 8. lib. 3. vbi tradit, quod dicitur aliquis lire pendente attentare, si qui sua possessione alio modo quam antea vtendo facit aliquid illicitum vel dolum in præiudicium partis. per Gloss. in c. non solum, in glossa magna, circa med. in versic. dictamen secundum, de appell. in 6. & per alia quæ adducit. Et an sententia secunda sit mandanda executioni, si alter obtinuit sententiam primam in sui fauorem, disputat Iacob. Puteus decis. 480. part. 2. & lege ad id eundem Iacob. Puteum dec. 347. lib. 3. Et an possessor iuris patronatus debeat lite pendente in possessione tueri? Disputat latè Rochus in tract. de iure patr. in verb. competens alieni: q. 23. n. 52. fol. 43. Ad quem addo scripta per Lancell. in tract. de Attentatis, par. 2. c. 12. de attentat. appellat. pendente, limitat. 15. n. 4. pag. 260. Et ad ista addo notabilem in proposito Lancell. in tr. de Attentatis, part. 2. c. 12. de attentat. appellat. pendente, lim. 2. n. 13. pag. 234. vbi tradit, quod si eadè sententia Iudex pronunciat aliquos esse fideicommissarios & manutendos in possessione, & appellatum fuit, dicuntur duæ appellationes, vna in possessorio, altera in petitorio.

QVÆSTIO XXV.

Possessor maioratus virtute sententia visionis an teneatur ad fructuum restitutionem victus in reuisionis sententia?

S V M M A R I V M.

- 1 Quæstionis definitio, num. 1. 2. 3. 5. 9. 10. 11. 13. 16. 18. 19. 22. 24. 31. 33. 36. 39. 41. 43. 45. & num. 32. examinatur resolutio quædam Molinæ. Et n. 34. respondetur ad l. vlt. tit. 20. lib. 4. ordin. nou. & num. 35. ad l. 3. tit. 21. lib. 4. ordinam. Et num. 37. ad l. 9. tit. 7. lib. 5. Recop.
2 Fructus augent hereditatem & possessionem, & pertinent ad eum qui declaratus est verus successor.
3 Titulus cum ad non titulum reduciatur, an reuocetur res cum fructibus, & num. 27.
4 Quid quando titulus est reuocabilis.
5 Titulus extinctus habetur pro non titulo.
6 Cum quis recipit aliquid ex causa quæ cessat, reddere tenetur omne quod recepit.
7 Donatio cum reuocatur prout ex tunc, fructus sunt restituendi.
8 Fructus percepti ob contractum nullum, restituendi sunt.
9 Donatio tanquam inefficax à filio reuocata, an reuocetur fructus.
10 Possessionem non videtur adeptus qui eam retinere non potest.
11 Nemo videtur capere quod necesse est alii restituere.
12 Donatio inter vivos si ex aliqua causa reuocetur, fructus sunt restituendi.
13 Auctoritas Iudicis iniuste præcedentis non excusat à fructuum restitutione.
14 Iudicatum non dicitur quod per errorem fuit iudicatum.
15 Rescripto principali, rescinditur accessorium.
16 Supplicatio & appellatio inter alios effectus operantur, vt omnia in suo statu esse debeant.
17 Creditor tenetur restituere fructus perceptos, cum per iudicem appellationis fuit appetitum reuocatum.
18 Fructus qualiter debeant restituere, cum donatio reuocatur.
19 Possessor bona fidei fructus restituere tenetur, quos durante lite percepit.
20 Sententiam visionis qui obtinuit, non debet cum aliena iactura locupletari.
21 Fructus veniunt in iudicio possessorio.
22 Dos data filia ultra summam taxatam per legem Regni cum fructibus est restituenda.
23 Fructus perceptos an teneatur in proprietate restituere, qui obtinebit in possessorio.
24 Fructus an restituendi quando minor agit de nullitate aduersus contractum.
25 Fructus percepti per eum, cui fuit tradita possessio per viam vltima voluntatis, si postea maioratus reuocatur, an sint restituendi.
26 Fideiussores de iudicio soluendo an teneatur ad fructus perceptos post rem iudicatam.
27 Possessor maioratus non seruans conditiones in eo appositas, an teneatur maioratum cum fructibus restituere.

Vigesimoquintò, in secunda huius Operis editione, vtilissimum iudicium diffinire quæstionem sæpissimè de facto contingentem, quam, in prima edit. ex iustis causis motus non publicani, licet eandem resolutam haberem. Scimus, quod ex dispositione, l. 9. tit. 7. lib. 5. Ordinam. noui, sententia visionis data in Regali Consilio super tenuta bonorum maioratus, est executioni mandanda, non obstantè supplicatione; & ille, pro quo sententia lata fuit, est illicò mittendus in possessionem bonorum maioratus; Est res diffinitione digna, si an reuocata tali sententia per sententiam reuisionis, victus in ea teneatur ad restitutionem fructuum, quos percepit virtute sententiæ visionis? qua in re per plures rationes, & fundamenta probabitur, victum in tenuta per sententiam

sententiam reuisionis teneri ad restitutionem fructuum, quæ magno cum labore iunxi.

Primò, ad hoc est casus si memorie dignus in l. eum qui, §. vltimo, ff. de inofficio testam. ibi: Idem respondit, enitè a hereditate per inofficiosi querelam ab eo, qui heres institutus esset, perinde omnia seruari oportere, ac si hereditas adita non fuisset. Igitur non est curandum de sententia visionis, licet executioni semel tradita fuerit, cum postea reuocata est. Et vbi apparet aliquem non fuisse creditorem, debet restituere rem cum fructibus, secundum Felinum in cap. consultationibus, num. 10. de officio delegat. fol. 186. per l. 1. §. hac verba, vbi Bart. ff. ne vis fiat ei: quod est notandum ad executiones malè factas.

Secundò, text. in l. si maritus, C. de inoffic. testam. ibi: Quod si iam obtinuit, vel postea vendicat quodcumque maritus mortis sua tempore debuisset tibi perhibetur, id ad ea reddi oportet. textus in l. dominus, ff. de usufructu. qui ad hoc est singularis, & notabilis. Et quod per hæc iura tradit ad propositum Glossa Parisien. part. 1. consuetud. Parien. §. 14. gloss. 5. num. 32. cum sequentibus, folio 154.

Tertiò, ex l. 45. Tauri, quæ est hodie l. 8. tit. 7. lib. 5. Ordinam. noui, in successorem in maioratu transit possessio ciuillis, & naturalis, mortuo prædecessore: cum igitur per sententiam reuisionis in tenuta datam apparet quis debeat in possessione tueri, & declaratur quis habeat ciuilem, & naturalem possessionem, victus debet restituere possessionem cum fructibus, quos lucratur tantum ciuillis possessor; Gloss. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poss. ff. quam totus mundus sequitur cuius autoritate, inquit Antonius Gomez in d. l. 45. num. 106. quod si possessor maioratus vendat rem alteri, qui eam habebat titulo, & bona fide, mortuo possessore fructus pertinent ad successorem. Quod ego verissimum credo iuxta mentem, & verba dict. l. 45. Et ad hoc facit doctrina Bald. in cap. 1. in princ. num. 2. de his, qui feud. dar. possunt, vbi inquit hæc verba formalia: Scias, quod Prætor ciuilitè possidentem ratione possessionis, seu ratione iuris, quod habet in re, id est, ratione vtilis rei vendicationis, vel vtilis publiciana, quia ciuillis possessio est fieri dominum fructuum, notat Matthæ. de Afflictis decision. 403. num. 22. Igitur ex sola tenura postea reuocata, tenentarius non potest facere fructus suos, sed eos vero possessori restituere tenetur.

Quartò, fructus augent hereditatem, & successionem, & pertinent ad eum qui declaratus est verus successor, l. non est dubium, C. famil. ercisc. l. item veniunt, §. fructus, ff. de peti. hered. cum concordantibus, per Lopum, de fructibus, lib. 2. cap. 1. pag. 59. facit l. 5. tit. 14. part. 6. ibi: Si contra aliquo que fuisse tenedor de la herencia que pertenecia a otro, fuese dada sententia que la tornasse, de uela entregar aquel que le vencia con todas las otras cosas que buuo por razon de ella.

Quintò, ad hoc est casus si singularis in l. filio, §. contra tabulas, ff. de inoffic. testam. ibi: Contra tabulas filij iure manumissionis pater accepit, postea filia defuncti, quam ipse exheredauerat, quæstionem inofficiosi testamenti rectè pertulit, possessio, quam pater accepit, ad irritum recidit: nam priori iudicio de iure patris, non de iure testamenti quæstio est. Et idè vniuersam hereditatem cum fructibus restituere filia necesse est. Quam legem citat in proposito Anton. Gausa decision. 232. in fine. Per quem text. voluit Roman. consil. 454. num. 24. quod vbi cumque titulus quo quis se tueri, reduciatur ad non titulum, vel sententia, cuius contemplatione rem aliquis possidebat, est ad irritum redacta, tenetur restituere rem cum fructibus, vnde etiam vult, quod mulier missa in possessionem virtute secundi decreti non lucratur fructus, si postea ad irritum reducat. Et ibidem Roman. respondet ad omnia, quæ in contrarium facere possunt. Quem referunt, & sequuntur Felin. in cap. cum causam, num. 27. de re indi. Curtius Senior. in consil. 71. ad fin. Petr. Sardus in consil. 14. num. 16. qui plu-

res refert decis. 171. num. 5. & decis. 26. num. 22. qui bene loquitur, & decis. 45. num. 11. Segura in l. 1. §. si vir uxoris, ff. de acquir. possess. Menoch. de recuperand. possess. remed. 15. num. 6. 8. pag. 532. Qui ramen refert Curtium Senior. in dict. consil. contrarium tenere; & verè etiam manifeste apparet; & idem quod Roma. tenent Natta consil. 535. num. 12. Angulo in l. 1. tit. 5. libr. 5. Recopilation. gloss. 12. numero primo, cum sequentibus, fol. 61.

Et est communis opinio, quod cum titulus si reduciatur ad non titulum, vel habet ortum à causa irrita, & à principio contractus non tenebat, quod fructus debentur prout ex tunc, secundum Amedeum de Aponte in tractat. laudemiorum, quæst. 39. fol. 49. column. 2. in fin. qui ad hoc refert Romanum in dict. consil. 454. Episcopum Couarruu. resolution. lib. 1. cap. 3. Ad quod facit doctrina Parladorij tom. 2. §. 5. quarta partis, num. 4. pag. 289. vbi resoluit, quod potest fieri executio contra Tertium habentem titulum nullum, ex Bartol. in l. 3. num. 23. Cod. de pignori. Et materiam tractat nouissime Ioann. Francisc. in tractat. de Baronibus, pragmatica 1. num. 183. cum sequentibus, pagin. 57. Thesaur. decis. Piedemontan. 160. num. 12. quos refert ad hoc Angel. in l. sed & partus, in princ. ff. quod meus caus. dicentem, quod quando titulus pro non titulo habetur, quia est nullus, ipso iure tenetur de fructibus etiam percipiendis: Romanum tamen periculosè loquutum fuisse existimat Pinellus in l. 2. C. de rescinden. vendit. cap. 4. num. 10. fol. 105. pro quo facit, quod bonæ fidei possessor lucratur fructus, etiam si titulus sit nullus, secundum Fanum in tractat. de pignori. 4. membro 45. num. 11. fol. 124. Bart. in l. sed si lege, §. si sine, ff. de petit. hered. pro quibus pondero text. notabilem in l. si fructus, C. de donat. inter virum, & uxorem, quem Bald. summar. quod fructus percepti ex causa donationis, & consumpti, non restituunt; secus si extant.

Sextò regula est in iure, quod vbi cumque titulus si est reuocabilis, cuiusmodi est donatio causa mortis, legatum, venditio cum pacto adiectionis in diem, & legis commissoria, & similes, reuocatur res cum fructibus, l. eum qui emit, in principio; litem quod dictum est. Imperator. ff. de in diem adiection. l. is qui, §. si fundus, ff. quod vi aut clam, l. vlt. ff. de iur. fisci, l. 1. §. 1. l. quod si nolit, in fine, iuncta l. cum autem, §. cum redhiberetur, ff. de adilitio edict. l. lege, ff. de lege commissio, notat Gloss. Parisien. in consuetud. Parisien. §. 30. num. 32. fol. 234. Ioann. Lopi. in rubric. de donat. inter virum, & uxorem, §. 69. num. 12. & §. 72. cum concordant. quæ omittit, & quæ scribit Tiraquell. in l. si vnquam, Cod. de reuocand. donation. verb. reuertatur, num. 228. quem citat Matienço in l. 7. tit. 10. gloss. 3. num. 13. fol. 306. lib. 5. Recopilat.

Septimò, titulus si extinctus habetur pro non titulo, l. nec vllam, §. 1. ff. de petitione hered. De quo in aliis locis tracto, præcipuè supra, hac parte, qu. 15. n. 188. Et voluit in terminis Matthæus de Afflict. decis. 40. num. 4. in fine.

Octauò, si tenura in eo casu, & executio illius, videtur data sub conditione, si non reuocata fuerit, quo eueniente casu, habetur, ac si data non fuisset l. si quis fundum, ff. de contrahend. empr. l. si necessario in princ. ff. de pericul. & commod. rei vendit. l. pecuniam, vbi Paul. & Alexand. in vltimo notabil. ff. cert. per. cum concordant. adductis à Baldo in consil. 498. Quidam Franciscolus colum. 1. num. 1. lib. 1. Faciunt scripta per Ripau in l. vltima. Cod. de reuocand. donationibus, num. 221. quæst. 66. quæ sunt notabilia; & citat Quintilianus Mandosius in tractat. de ingratiudine, cap. 12. fol. 55. Antonium Peregrinum in tractat. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 174. pag. 293. & num. 158. Nec ius aliquod translatum fuit in tenentariam, nisi obtenta sententia si reuisionis confirmatoria; l. ei qui ita hereditatem, l. qui heredi, §. vltim. ff. de condition. & demonstration. l. qui absentis

Ex quibus omnibus confirmatur illud quod resolu-
it Baeg. in tract. de non melioran. filio. c. 33. num. 6. cum
seq. ubi late probat, quod dos data filie ultra summam
taxatam per legem Regni, est reuocanda cum fructibus,
quo in loco alias rationes adducit ad nostrum
propositum.

Et in ista materia non est omitendum, quod quo-
tidie videbis, quod ille qui obtinuit in possessio, in
proprietate non tenetur restituere fructus quos per-
cepit dum possedit, secundum Auffer. in Capella Tolo-
sa. quæst. 494. per Glo. in c. cum super in verbo, restitu-
endum, ubi Abb. de causa possess. & proprietat. & in c.
significauerunt, ubi Abbas in verbo recursus, de testib.
quæ citat Nicola. Boërius in decis. 340. num. 7. & post
Abb. in d. c. cum super. num. 7. fol. 157. hoc tradit ibi Re-
buf. pag. 305. col. 1. vers. tertio ex dielis, Abbat. decis.
Rota 7. in titul. de causa possessio. & proprietatis. pag. 406.
in noua excusatione. Et idem tradit nouissimè Andre. Gail.
observationum practicarum. lib. 1. observatione 63. num. 11.
pag. 51. qui ad hoc addit Felinum in d. c. significauerunt,
num. 7. Alex. conf. 45. num. 1. lib. 3. & conf. 159. nu. 2. lib. 5.
Iason in §. nihil commune. l. naturaliter. num. 180. ff. de ac-
quirend. possess. Et materiam & præsentem quæstionem
nouissimè disputat dō Christoual de Paz in legibus styli,
pag. 663. licet non perfectè tractauerit. Et quod ille qui
habet titulum sententiæ, non restituat fructus consum-
ptos, tradunt Angelus in d. l. filio, §. contra tabulas, ff. de
inofficio. testam. Curt. Senior in d. conf. 71. num. 15. quod
vidi practitari in grandi negotio, & circa hanc quæ-
stionem lector videat Abb. & Felin. num. 7. in c. signi-
ficauerunt, de testib. Rotam decis. 405. in nou. Abb. in c.
cum dilectus, num. 10. & in c. cum Ecclesia, num. 37. de
caus. posses. Nattam in consi. 35. num. 14. & in l. unica, C. si
de moment. posses. n. 164. pag. 134.

Istis autem addere libet doctrinam Alex. in cons. 154.
num. 6. lib. 2. ubi scribit, quod quando minor agit de
nullitate aduersus contractum, non restituntur fru-
ctus, si stante bona fide, quem citat Cald. Perei. in l. si
curatorem habens, C. de in integr. restit. minor. in verbo,
implorare in integrum restitutionem, num. 13. fol. 165. Et
istis est iungendum quod eleganter scribit Socin. Iun.
in cons. 182. num. 30. lib. 2. ubi late probat, quod posses-
sor qui obtinuit sententiam in fauorem in causa tenen-
tæ, si non excusatur postea victus in proprietate à fru-
ctuum restitutione, qui hoc eleganter tradit: & ista
etiam conducunt pro decisione quæstionis decisa per
Greg. Lop. in l. 3. tit. 15. p. 2. in glo. 1. magna, col. fin. vers.
& nota: ubi vult, quod fructus percepti per eum, cui
fuit tradita possessio maioratus per viam vltimæ vo-
luntatis, sunt percipientis, si postea maioratus reuoce-
tur. Cuius contrarium tenet Ioan. Gutierrez. de iura-
mento confirmatorio. p. 1. c. 1. num. 14. fol. 52. per regulam
dictæ legis cum quis, ff. de condiç. causa data, quod retigi
supra. p. 1. q. 3. ad finem. Et pro Gregor. Lop. facit sen-
tentia plurium tenentium, quod reuocata donatione
ex dispositione l. si unquam, C. de reuocand. donation.
fructus non restituntur: quos citant Nicol. Boet. dec. 98.
n. 6. Anton. Gom. 2. tom. c. 4. n. 21. Ioan. Grat. Falco re-
gul. 150. n. 32.

Nec omitto egregium dictum Rebuf. tom. 1. ad con-
stitut. Regius. titul. de literis obligatoriis. art. 5. glo. 9. nu. 9.
pag. 132. ubi vult quod fideiusor de iudicatio soluendo
ut alicui res detur, non tenetur ad fructus perceptos
post rem iudicatam; quod dictum trahit pro intellectu
legis 1. tit. 2. lib. 4. Recopilatio. Azueved. ibi n. 144. fol. 359.
pro fideiusore dato iuxta legem Tolosi, quod non te-
netur fideiusor ad restitutionem fructuum; quod mihi
difficillimum videtur. Et aliud notabile dictum Men-
cha. in aubent. vnde si parens. num. 20. C. de inofficio. te-
stamento, ubi vult, quod si possessor maioratus si non
obseruat conditiones appositæ in maioratu contra-
hendi matrimonium, vel alias similes, teneatur resti-
tuere maioratum cum fructibus; quod refert Angulo
in l. 11. tit. 6. num. 5. Recopilat. glo. 4. fol. 214. Quod est no-
randum ad ea quæ scribo p. 1. q. 24. à num. 10. & p. 2. q. 4.

illar. 8. in principio. Ex his autem, quæ in ista quæstione
tractata sunt, vtiliter agi potest, an commoda posses-
sionis, de quibus tractatum fuit in principio istius ter-
tiæ partis, pertineant ad eos, qui habent decreta visio-
nis super tenuta bonorum maioratus, vel ad eos qui
possident alia bona tempore motæ litis.

QVÆSTIO XXVI.

Possessore bonorum maioratus decedente, ob cuius obi-
tum duo, vel tres litigantes intra sex menses
tenutam petierunt, si lite iam mota alter eorum
decedat, lapsus sex mensium an excludat tertium
oppositorem, qui in locum defuncti successit.

SVM MARIVM.

- 1 Decisio quæstionis, num. 1. 2. 5. & 7.
- 2 Quid si possessor bonorum maioratus renuntiet in maiora-
tum in filium.
- 3 Cum plures sunt gradus heredum, singulis per se presi-
niendum est tempus deliberandi.
- 4 Remotior non admittitur stante proximior.
- 6 Nouem dies quæ dantur ad retrahendam rem venditam,
an currant durante lite.
- 8 Actus per sequentem in gradu factus non valet ante de-
volutionem ad primum.
- 9 Negligens non dicitur ille, quem alius precedit.
- 10 Nominati si plures sint, an omnes ad acquirendum be-
neficium habeant simul sex menses, & n. 11.
- 12 Patronus si eligat presentando intra tempus à iure con-
stitutum, & presentatus renuntiet, an remaneat
iterum patrono tempus integrum ad presentandum.

Vigesimosexto, non ineleganter queritur, sci-
mus, quod ex l. 9. titul. 7. lib. 5. Recopilat. qui
præterit petere in Consilio Regali tenutam bono-
rum maioratus, tenetur eam petere intra sex menses
computatos à die mortis vltimi possessoris, quibus
elapsis, si alter qui præterit successionem est in pos-
sessione per dictos sex menses, non potest peti tenuta
bonorum maioratus in Consilio Regali, sed debet cog-
nosci in Regalibus Audientiis, vt latius in d. l. cau-
tum reperitur.

Pone, quod si defunctus fuit possessor bonorum ma-
ioratus, ob cuius mortem duo, vel tres litigantes pe-
tierunt in Consilio Regali tenutam bonorum intra
dictos sex menses, & lite iam mota, & transactis
sex mensibus, vnus ex illis qui litigabat, vita fun-
ctus fuit, qui præcedebat in gradu, & in succef-
sione maioratus fratrem, vel alium consanguineum
vocauit in eius defectum, ob cuius mortem ille fra-
ter, vel consanguineus præterit successionem bo-
norum maioratus, & tenutam illam, quam alij præ-
tendebant, an eidem obster. ad talis tenuræ petitio-
nem lapsus dictorum sex mensium, in quibus posses-
sio fuit apud alium, quæ quæstio istis temporibus ob-
uenit in praxi in dicto Consilio Regali, & licet plura
in vtramque partem adduci poterant, magis ex iure
videtur, quod lapsus dictorum si sex mensium non
excludat hunc tertium oppositorem à petitione tenuræ,
per text. in l. quandiu prior, quæ est 3. & l. quandiu insti-
tutus, ff. de acquir. heredit. quarum prima est: *Quandiu
prior heres institutus hereditatem adire potest, substitutus
non potest.* Secunda dicit: *Quandiu institutus admitti potest
substituto locus non est.* Et idem probatur in l. quandiu,
potest, ff. eod. tit. & in l. cum in testamento in princ. ff. de
hered. insti. & in l. si mater §. 1. ff. de vulgar. & d. l. 2. §.
defertur, ff. de bonor. poss. 2. tab. & in l. anteaquam, C. com-
mun. de success. quæ omnia iura docent, quod quandiu
substitutus admitti non potest, quia alius eum præ-
cedit, non currit tempus, quia iuste impeditus est. Nec
minus facit tex. singularis in l. pater filium, ff. de inoffi-
cios. testam. & in l. vltim. ubi Gl. ff. de success. edicto & in
l. si

l. si filius, versiculo quia vero, ibi, interim, ff. de bonis
liberiorum cum concordant. vt per Tiraquellum in tract.
de primogenitura quæst. 98. & vltim. num. 1. cum seqq. & l.
heres quandoquæque, ff. de acquirend. hereditat. omnia iu-
ra, ff. de regul. iur. tradit Cæsar Lambertinus in tractat.
de iur. patrona. lib. 1. part. 2. 33. articulo 2. quæst. principal.
Ad idem est egregius casus in l. statu liberos, §. si quis
heredi, ff. de statuliberis. Ad idem facit text. in l. si plu-
res, ff. de iure deliberan. ubi cum plures sunt gradus hæ-
redum, singulis per se præficiendum est tempus de-
liberandi. Quem textum recte explicat ad propositum
Caualeanus de iuro. & curato. 8. volum. tractatum, n. 115.
fol. 341. Ad hæc fit, quod cum aliqui non sunt eius-
dem ordinis, & vocantur ad aliquid, cum
temporis limitatione, intelliguntur successiue vocari,
ita vt omnibus simul non currant tempora, sed quis-
que gradus habeat suum tempus, siue id tempus sit à
lege præfixum, l. si plures gradus, ff. de bonorum possessio-
ne, §. vltim. Instit. eod. titul. l. vlt. C. qui admitti. c. ne pro
defectu de election. c. 2. de concessione præben. c. si pluribus
de præben. lib. 6. siue id tempus sit præfixum ab homi-
ne, d. l. si plures sint gradus, d. l. quandiu, ff. de acquiren-
t. hereditat. Et facit regula iuris, quod si remotior non
admittitur stante proximior d. l. cum in testamento, cum
concordantib. vt per Petr. Surdum decis. 48. n. 9.

His congruunt alia plera iura, & rationes, quas
eleganter scribit Tiraquel. quem tacere possum, lib.
2. de retract. §. 2. glo. 1. & vnica, num. 26. cum pluribus se-
quentib. pag. 874. Ad hæc facit alia regula iuris, quod
impedito agere non currit præscriptio, l. fin. §. donec, C.
de iure deliberand. l. 1. C. de bon. mater. l. 1. C. de annal. ex-
ception. l. in rebus, C. de iur. dot. nec minus facit regula l.
contra maiores, C. de inofficio. testam. & pondero textum
notabilem in l. quinquennium, ff. de adulteriis. Et condu-
cant per Matienç. in l. 7. titul. 11. lib. 5. Recopilation.
glo. 7. num. 17. fol. 364. & Castillum in l. 70. Tauri, in glo.
in verb. Del remate, fol. 103. col. 3. tractantes qualiter
nouem dies dati ad retrahendam currant. Et quod tradi-
dit Montaluis in l. 13. tit. 10. lib. 3. fori, quem citat Cif-
uentes in d. l. 70. quæstion. resoluentes, si quod nouem
dies quæ dantur ad retrahendam rem venditam; non
currunt durante lite super re vendita. Ad idem est bo-
nus textus in l. ob commissi. C. de adulteriis. Ex quibus
videtur, quod in nostro casu tempus sex mensium si non
currit illi qui ius non habebat in vita alterius, qui

eum in gradu & successionem maioratus præcedebat, &
ita iudicarem si mihi contingeret. Et pro ista senten-
tia conducunt plura quæ scribit nouissimè Caldas Pe-
rei. in tract. de reuocand. testam. quæst. 7. nu. 11. cum sequen-
tibus, fol. 49. & faciunt quæ scribit Pinellus in aubent.
nisi, C. de bon. mater. n. num. 46. fol. 152. Quinimo actus
per sequentem si in gradu factus non valet ante deu-
olutionem ad primum, vt per regulam d. l. quandiu, ff. de
acqui. hereditat. tradit Ancharra. in consi. 198. subtiliter,
num. 5. & non dicitur negligens, si quem alius præce-
dit l. 2. §. final. ff. ad Tertulian. Glo. in l. nepotilus, ff. qui
petant iur. tradit Petrus Sordus distinctione 48. num. 6.
nec minus conducunt scripta per Tiraquellum lib. 1. de
retract. §. 1. glo. 10. num. 36. cum seq. pag. 233. ubi inter alia
refert l. quandiu, C. qui admitti. quæ ad hoc est nota-
bilis, licet ex Tiraquel. in dicto loco, multa dispa-
rationis gratia sumi possunt; quæ hic transcribere turpe
iudicauit, & ex Rebuf. in tract. de nomination. quæst. 17.
num. 41. pag. 238. ubi disputat si plures sunt si nominati
an omnes ad acquirendum beneficium habeant simul
sex menses, an vero primus nominatus sex, secundus
alios sex menses; & sic deinceps.

Et ista addenda sunt ad quæstionem, quam tractat
Melina in annotat. num. 17. ubi disputat, qualiter sit ad-
mittendus tertius oppositor, qui se opponit ad tenu-
tam in Regali Consilio, & ad id, quod scribit demi.
Auto. de Pedilla in l. post mortem, num. 21. fol. 62. C. de
fideicommiss. ubi resoluit, si quod si possessor bonorum
maioratus renuntiauit in vita maioratum in filium, &
facta renuntiatione lapsi fuerint sex menses, intra
quos debet intentare iudicium tenuræ in Regali Con-
silio, & postea contendatur super tenuta, non obsta-
bunt litiganti illi sex menses lapsi, quin possit tenu-
tam intentare; quod mihi verum videtur. Pro quo
facit sententia Cardinalis in cap. sine. col. 2. versic. 2. quæ
circa: de iure patronatus, ubi vult, quod si patronus eli-
gat presentando intra tempus si à iure constitutum, &
presentatus renuntiet, remanet iterum patrono inte-
grum tempus ad presentandum, quam doctrinam re-
perio allegatam per Hugonem Celsum cons. 52. num. 1.
Ad hæc faciunt scripta per Tiraquellum lib. 1. de retract.
§. 1. gl. 10. nu. 40. cum seq. pag. 234. & §. 1. gl. 4. n. 5. pag. 410.
Et hoc in loco addenda sunt quæ in singulari quæ-
stione scribit Gl. Patif. in 7. parte consuetud. arifensium,
§. 42. num. 32. fol. 300.

Finis hujus tertiæ partis Tractatus.



TRACTATUS
MAIORATVVM
ET
MELIORATIONVM
HISPANIÆ,
PARS QVARTA.



N QVARTA parte huius Operis, promiscuè agendum erit de pluribus quæstionibus ad honorem maioratum pertinentibus, vt ista materia aliquam habeat perfectionem, vt ego aliqua ex parte promissa præstem : nam ex integro, fragilitas humana facit, vt satisfacere non possim ; Lector accipiat hoc pusillum munus : Erit igitur in hac parte agendum de alienatione bonorum maioratus, de præscriptione, & de aliis consimilibus quæstionibus, prout Lector ordinatè videbit.

QVÆSTIO PRIMA.

Bona maioratus, & Regni, sunt inalienabilia ; & an Regia auctoritate alienari possint.

S V M M A R I V M.

- 1 Bona maioratus suapte natura sunt inalienabilia, & n. 57. & 65.
- 2 Prohibitio alienationis si in aliquo maioratu deficiat, habetur pro expressa, & num. 31. & 32.
- 3 Clausula que sunt de natura actus, censentur apposite, licet non exprimantur.
- 4 Contractus secundum illius naturam factus presumitur, & num. 24. Et que sunt de illius natura expressa videntur, num. 7. 11. 22. 27. & 29. Et quid in illius verbis, n. 9.
- 5 Sententia secundum naturam actus, super quo interponitur, interpretatur.
- 6 Vbi est certa poena à consuetudine introducta, non licet ab ea recedere.
- 8 In concessione emphytheusis illius natura attenditur.
- 10 Licentia ad alienandum feudum qualiter impetrata intelligatur.
- 11 Tacita prohibitio de non alienando bona maioratus reddit alienationem nullam, ac si expressa esset.
- 13 Prohibitio expressa alienandi, qua habeat specialis.
- 14 Expressum dicitur quod tacite inest ex natura verbi.
- 15 Maioratus qui instituit, videtur apponere omnes clausulas maioratus, que ex legibus, constitutionibus, & consuetudine competunt, & num. 36.
- 16 Distinctio quadam Matientij in præscriptione bonorum maioratus inter prohibitionem tacitam & expressam improbat. ibid.

- 16 Voluntas disponentis intelligitur secundum naturam rei.
- 17 Concessio feudi facta in patria, in qua solent feuda alienari, presumitur facta secundum talem consuetudinem.
- 18 In maioratibus, & feudis eorum natura est consideranda.
- 19 Dispositio qualibet est secundum illius naturam interpretanda.
- 20 Conditio, si sine liberis decesserit, an habeat locum in maioratibus.
- 21 Certum dicitur quod consuetum.
- 23 Naturalia contractus sunt qualitates innate, ex quibus virtus contractus proficitur.
- 25 Feudum non presumitur pro heredibus acquisitum.
- 26 Enitio cum venit ex natura rei, an cesset obligatio illius.
- 28 Conditio qua inest ex natura rei, an faciat legatum conditionale.
- 30 Pretium dicitur substantiale in emptione.
- 34 Fideicommissum expressè factum in casu alienationis videtur, cum testator dicit, quod bona in agnatione, seu familia conserventur.
- 35 Prohibitio expressa, vel tacita, qualis dicatur, & n. 38.
- 37 Prohibitio alienationis, siue causa expressa, siue ex rei aut personarum qualitate subintellecta, reddit prohibitionem efficacem.
- 39 Prohibitio facta per hominem, & per legem equiparantur.
- 40 Res si à testatore seuuari mandetur, videtur alienari prohibita.
- 41 Bona stabilia si testator ex pecunia & mercantiis emi iubeat, videtur alienatio prohibita.
- 42 Maioratus qui instituit, censentur expressè disponere ea omnia, siue quibus maioratus non esset perpetuus.
- 43 Expressum

- 43 Expressum dicitur quod natura verborum importat.
- 44 Causa prohibendi alienationem in bonis maioratus non est necessaria.
- 45 Conditio tacita à lege subintellecta non differt ab expressa.
- 46 Glossa in l. pero. §. fratre, verb. Vel exteros, ff. de legat. 2. non procedit in bonis maioratus, nec licet eligere successorem ab intestato, & n. 49.
- 47 Successores ad maioratum censentur vocati limitatè quilibet de per se.
- 48 Bona maioratus, & bona familia, qualiter differant.
- 50 Mutanda non sunt qua semper interpretationem certam habuerunt.
- 51 Verus intellectus à practica sumitur.
- 52 Theorica absque practica inanis est.
- 53 Fideicommissa & maioratus qualiter differant.
- 54 Causa testati regulatur à causa intestati.
- 55 Intellectus ad text. in l. vlt. §. vlt. ff. de legat. 2.
- 56 Successionem ab intestato an includat alienationis prohibitio.
- 58 Fideicommissum potest in contractibus apponi.
- 59 Prohibitio posita in contractu an differat à prohibitione in ultima voluntate adiecta.
- 60 Commissarius, cui à testatore committitur, vt filium ad maioratum eligat, potest grauamen alienationis iniungere, Quid in melioratione Tertij & Quinti, num. 65.
- 61 Enitio an debeatur, cum res ad primogenitum pertinet.
- 62 Posthumus an intelligatur substitutus, cum viuo testatore filius decedit.
- 64 Doctrina quadam Ioann. Lop. reijcitur, cum testator instituit maioratum per hæc verba, Relinquo bona mea per viam maioratus.
- 66 Intellectus ad text. in auth. de rest. fideicom. §. nos igitur.
- 67 Bona maioratus qui præterit esse alienabilia, manifestè docere debet, & num. 69.
- 68 Probatio contra regulas iuris debet esse magis certa quam probatio regularis.
- 70 Alienatio bonorum maioratus, siue ab sciente, siue ab ignorante facta, non valet.
- 71 Intellectus ad text. in l. quidam, §. fin. ff. ad Trebell. & in l. si hæres, & in l. final. §. final. ff. de leg. 2. & num. 72.
- 73 Alienationis appellatione quid comprehendatur.
- 74 Possessor bonorum maioratus an possit usufructum constituere.
- 75 An illius bona ad longum tempus locare.
- 76 Alienatione prohibita, hypotheca prohibita censetur, & num. 77. 78. & 80.
- 79 Non incidit quis in penam contra alienantem bona maioratus statutam, simpliciter hypothecando, nisi realiter tradat bona hypothecata.
- 81 Censuræ redimibilis impositio an dicatur alienatio.
- 82 Auctoris sententia, & num. 83.

ET antequam ad alia deueniamus, pro intellectu huius primæ quæstionis, in qua examinabitur, an Princeps possit concedere licentias ad alienandum bona maioratus, præmittere oportet, quod bona maioratus, tam suapte natura (quia sunt bona maioratus, & vinculo restitutionis subiecta) quam ex dispositionibus testatorum sunt perpetuo inalienabilia : quod inuolubiliter in Hispania feruatur, & de hoc nullus dubitat ; & iure probatur in l. si quis ira, §. ea lege. C. de condition. ob causam : authentica, res que, C. commun. de legat. 3. & in bonis familie in l. pero. §. prædium, & §. fratre ; ff. de legat. 2. notat Decius in consilio 86. Socin. Junior. in consilio 168. num. 10. lib. 2. Rebuff. tom. 2. ad constitutiones Regis tractatu de restititione, in præfatione, n. 42.

pag. 163. vbi tractat quando bona fideicommissi alienantur per contractum, vel ultimam voluntatem ; & faciunt scripta per Ias. in l. filius familias, §. dicitur lectura, 2. num. 139. vbi Crotus, & Loazes quæst. 7. ff. de legat. 1. quorum dicta latius refert Episc. Couar. in cap. Rainaldus, in principio, num. 5. & 6. testamen. & per Ioann. Guttier. in l. nemo potest, num. 23. & 24. ff. de leg. 1. Caldas Pereira, vbi hos citat, de renouatio. emphytheusis, qu. 16. num. 31. fol. 132. Carol. Ruin. in consil. 92. num. 27. di. 3. Surdus decis. 26. num. 20.

Ex quibus primò inferitur, quod si in aliquo maioratu clausula prohibitionis alienationis deficiat, haberi debet pro expressa, tam quia clausula est vtilissima, quam quia hæc est natura bonorum maioratus, & quod si nolit, §. qui assua, ff. de adilitio edito, l. circa ; l. exceptio, C. locati, l. vltim. Cod. de fideiussoribus, cap. cum M. de constitut. cum concord. qua refero in 1. p. buis operis, quæst. 48. & num. 17. cum aliis, & quæst. 67. & quæ tradit Caldas Pereira tractatu, quæst. 18. num. 37. fol. 162. Et infinita singularia ad propositum scribit Anton. Gabriel. lib. 6. communium opinionum, tit. de consuetud. conclus. 1. num. 1. cum pluribus sequentibus, pag. 154. ad qua conuenit resolutio Cornet in consil. 131. col. m. 2. lib. 2. vbi vult, quod si statuto feminae excludantur statibus masculis, in emphytheusi data, censentur, excludi ; & masculi succedunt ; quia stipulans videtur idem quod statutum vult, & idem Cornet in consil. 202. col. 2. ad finem eodem lib. & in consil. 42. col. 5. lib. 4. Seraphin. de privilegiis iuramenti, privilegio 73. num. 24. pag. 375. & clausula quæ sunt de natura actus, censentur appositæ, licet non exprimantur, vt per Decium in l. vt liberis, num. 18. Cod. de collat. Simon de Præcis lib. 2. de interpretatione defuncti voluntate, interpretat. 1. dubitation. 1. solution. 10. num. 67. fol. 101. & contractus presumitur factus secundum illius naturam, & legem ; tradit late Menochius in tractatu presumptionum, lib. 3. presumption. 38. num. 1. cum seq. pag. 322. notant Bald. in rubrica, C. de contrahend. emp. Alex. in consil. 21. num. 7. lib. 5. Decius in l. quous idem sermo 67. num. 2. pag. 252. ff. de regul. iuris, vbi addit, quod verba potius interpretantur secundum naturam actus, quam secundum qualitatem personæ facientis ; & Gloss. Parisien. in dict. consil. Alex. plures refert.

Et sententiæ licet sint stricti iuris, interpretantur secundum naturam actus super quo interponuntur, secundum Glossam in l. & puto, ff. familia eriscunde, & alios quos citat Aymon. in consil. 231. num. 7. & in consil. 188. num. 2. & tradit notanter Parlad. lib. 2. verum quous, cap. fin. par. 4. §. 1. num. 8. pag. 278. qui refert quoddam leges partit. quibus addo text. in l. si quis rem, ff. de custodia reorum, vbi si est certa poena à consuetudine introducta, non licet ab ea recedere ; nec est locus arbitrio iudicis ; per quem ita voluerunt Anton. Imol. Abb. Felin. & Decius in cap. de causis, de offic. Delegat. ad quod plura refert Tiraquellus vtilissimus scriptor, in tractatu, de poenis temperandis ; in præf. num. 4. cum sequentibus, qui nostram conclusionem multum confirmant, Felin. in c. inter ceteras, num. 11. fol. 78. de referri. ptis. Et quod in poenis consuetudo attendenda sit, tradunt idem Felin. in c. inquisitionis, de accusa. Ant. Gabriel. tit. de consuetudine, conclus. 1. num. 44. & alij plures, quos citant Roland. in consil. 4. num. 20. & in consil. 67. num. 34. lib. 3. & pro Anton. & aliis est bona lex. §. in fin. tit. 18. p. 1. ibi : *Es la pena de tales sacrilegios, como dize en esta ley, es en aluedrio del Inez, acatando toda via qual es el hombre, y el otro a quien fue hecho, y el lugar donde lo fizo : e segun esto dizele mandar pechar mas, o menos ; pero si costumbre fue en aquella tierra, o en aquel lugar, donde acaeciesse tal fecho, quanto dene pechar, aquello dene el juez guardar, e mandar que lo peche.* Et facit l. 10. tit. 29. p. 7. quam cito p. 1. 9. 43. num. 79.

Et semper videntur expressa illa quæ sunt ex natura contractus. l. cum quid, vbi DD. præcipuè Dec. nu. 6. ff. si certum petatur, cum concordantibus, vt per Perr. Surd. decis. 220. num. 27. quod in concessione emphytheusis

8 testis semper t attendatur natura illius, tradit Cald. *Perci. in tract. de nomin. ad emphytheus. quæst. 23. num. 34. fol. 370.* Ripa in *tractat. de peste, in parte de privilegiis communitatum, num. 57. fol. 4.* Roman. *consil. 290. num. 6.* Felician. *de censib. lib. 1. cap. 4. num. 10. fol. 51.* & pro prædicta illatione facit *l. pacta conuenta, ff. de contrahend. empt. l. non dubitatur, C. de quaestionibus, l. ex empto, in principio, ff. de action. empti. l. 1. post principium, ff. de rerum permu. l. in vendendo, ff. de contrahend. emp. l. si duo, §. si quis irauerit, ff. de iureiurand. l. 1. & 2. ff. de edict. l. ultim. ff. de condit. cau. data, l. 32. tit. 5. p. 5.* Et confirmo, quia concessio emphytheusis censetur concessa secundum consuetudinem Ecclesiæ, vt volunt Angel. in *Aubent. de non alienandis, §. emphytheusim, & in l. 2. C. de iure emphytheusico, & alios quos citat Alexand. in consil. 124. num. 24. lib. 5.* & t semper verba secundum naturam contractus accipi debent, *l. si stipularis, ff. de iur. l. damni infecti, §. cum autem, ff. de damno infecto, notant Barr. in l. stipulatio ista, in principio, ff. de verborum obligat. Iacob. Mynsinger. singul. obseruat. Centuria 1. obseruatione 54. num. 4. pag. 407.* facit *l. circa, & l. exceptio, C. locati: cum concordantib. vt per Cald. Perci. in tract. de renouatione ad emphytheusim, q. 18. num. 37. fol. 162.*

9 Ex quibus fit, quod licentia ad alienandum feudum, intelligitur t impetrato assensu Domini, & quod non possit alienari, quia sic est de natura actus, vt ex Alexandro in *consil. 106. colum. 2. lib. 4.* tradit Matthæus ab Afflictis *decisione 308. num. 21* Et naturalia contractus dicuntur illi, quæ tacite veniunt t ex natura actus, secundum Glossam in *l. pacta conuenta, ff. de contrahend. empt.* & alia plura quæ refert Anton. Fanus in *tractat. de pignoriibus, part. 3. membr. 1. num. 26.* & de materia quæ sunt naturalia contractus, multa refert Aluarus Valasc. *de iure emphytheut. q. 4. num. 10.* ad quem addo in *tractatu de pignoriibus, 4. p. principali, num. 31. fol. 76.* & plura quæ scribo p. 1. q. 48.

10 Ex quibus infertur, quod tacita prohibitio t de non alienando bona maioratus, reddit alienationem ipso iure nullam, perinde ac si expressa fuisset, quia hoc est ex propria natura bonorum maioratus; licet alias sola prohibitio alienandi expressa reddat alienationem ipso iure nullam, non tacita; secundum Gloss. in *l. cum pater, §. liberis, in gloss. 1. vbi Bart. & alij, ff. de legatis 2. notant Doctores in dicta l. filiusfamilias, §. diuini, præcipue Bart. colum. 2. Loazes colum. 56. versicul. item aduertendum est, Ripa num. 47. fol. 27. Et alij quos refert Tiraquell. *de legibus connubial. in gloss. 7. in verbo, exprez, num. 57. folio 307.* notat Pinellus in *l. 4. part. 3. nu. 65. Cod. de bonis maternis, Ioan. Lopius in rubric. de donationibus inter virum, & uxorem, §. 13. num. 7. pag. 45. Roland. in consil. 7. num. 76. lib. 3.* vbi distinguit inter ignorantem, & scientem, Petra de fideicommissis, *artic. 2. num. 2. pag. 30.* Et prohibitio expressa alienandi nonnulla habet specialia, t quæ eleganter scribit Zanchus in *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian. part. 5. num. 110. cum sequentibus, pag. 238.* ad quem addo Carolum Ruinum in *consil. 214. num. 13. lib. 1.* & doctrinam necessariam in ista materia, quod dominium rei, legatæ tacite non transit recta via in legatarium, secundum Bart. & alios in *l. seruum filij §. primo, ff. de lega. 1. cum concordantibus, vt per Tiraquell. in legibus connubialibus, gl. 5. num. 33.* Menoch. in *tractatu de præsumptionibus, lib. 4. præsumpti. 144. nu. 15. fol. 261.* & aliquas differentias inter uocationes expressas & tacitas tradit Portius in *consil. 122. num. 6. cum sequentibus.* t Et pro hac subillatione facit, quod expressum dicitur, quod tacite inest ex natura verbi illud importantis, secundum Angelum in *l. Prætor, per text. & Glossam ibi, ff. de noui operis num. vbi Alexand. & Iaf. eundem Angel. in consil. 17. Comes Brandusius, column. penultim. & in consil. 131. pro consultatione, column. vltima, in quibus locis dicit Angelus in substitutione breuilogua omnes substitutiones in ea contentas esse expressas: ad quod concordantes refert Tiraquell. *vbi supra, num. 1. cum 2. sequentibus, & num. 84. & 85.* & faciunt quæ scribo in principio 2. part. a nu. 1. post**

Episcop. Couarr. *resolutionum lib. 3. cap. 5. ad quem concordantes citat Matienç. in l. 1. gloss. 7. num. 1. fol. 167. lib. 5. Recopila. vbi ex Ioan. Lop. Anton. Gomez & alijs ponit regulam, t quod eo ipso, quod quis facit maioratum, videtur apponere omnes clausulas maioratus, quæ ex legibus, constitutionibus, moribus, & ex consuetudine competunt maioratibus.*

15 Ex quibus & superioribus, dubito de eo quod tradit idem Matienç. in *l. 8. tit. 7. lib. 4. Recopil. num. 24. fol. 191.* vbi in materia præscriptionis bonorum maioratus distinguit inter prohibitionem tacitam & expressam: quod cautè legendum erit, & rectè quadrat regula legis, non rectè, *C. de fideius. l. 3. ff. de lega. 1. cum similibus, & ibi per DD. & doctrina Oldrad. in consil. 243. Factum tale est, col. 2. vbi vult, t quod voluntas disponens intelligitur secundum naturam rei: notat & confirmat Aymon in *tract. de antiquitate tempo. 4. num. 222. fol. 319.* & inquit idem Oldrad. in *consil. 259. In 2. dubio, quod concessio feudi facta in patria, t in qua solent feuda, alienari, præsumitur facta secundum talem consuetudinem: esto quod de ea nihil dictum sit, confirmat Parisi. *consil. 13. num. 30. lib. 1. Cephal. in consil. 665. num. 50. & 51. lib. 5.* post Alexand. in *l. sed si hac, §. liberos, num. 5. ff. de iniur. vocand. vbi volunt, quod et si concessio feudi ex verbis concipere possit feminas, tamen propter naturam feudi videntur soli masculi vocari.***

16 Ex quibus infertur, quod in omnibus casibus in quibus tractatur de t maioratibus, tam quoad successione, quam quoad alia, in primis est consideranda natura bonorum maioratus, quod est consideranda dignissimum: & idem quod Cephal. voluit Abb. ab illo non relatus in *c. dilecti, num. 22. de arbitris, quem citat Anton. Gomez in ista materia maioratum, in l. 40. Taur. n. 62.* facit *l. 1. §. 1. ff. de offic. Procura. Casaris, & l. si stipularis, §. virum, ff. de damno infecto, quæ iura citat Aym. in cas. 185. n. 5.* ad probandum, quod quælibet t dispositio est interpretanda secundum illius naturam.

17 Ex quibus confirmo singularem in ista materia doctrinam Episc. Couarr. in *præf. 38. q. n. 1. vers. quod si dixeris, vbi vult, quod licet inter transuersales non habeat locum conditio, t si sine liberis decesserit, de qua in l. cum auus, ff. de conditione & demonstratione, fallit in maioratibus propter eorum naturam: faciunt tradita per Molinam libro 1. de Primogeniis, cap. 6. & illud dicitur certum, t quod est consuetum, Gloss. in *l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his qui notantur infamia, Auendañus 1. parte de exequendis mandatis Regiis, cap. 1. num. 14. fol. 7.* Et hoc tenendum videtur per rationes prædictas; licet contrarium teneat, Molina lib. 4. de primogeniis, cap. 1. num. 3. fol. 113.*

18 Ita mea opinio confirmatur, quia ea, quæ sunt de natura contractus, & subintelliguntur ex solo contractu, t ac si expressa fuissent, *l. 2. l. si in venditione, ff. de q. l. non dubitatur, C. eodem tit. l. si maior, C. de conu. rerum alien. facit, quia naturalia contractus sunt t qualitates innatæ, ex quibus virtus contractus proficiscitur; & semper inesse videntur, nisi pacto tollantur, secundum Baldum in *proemio feudorum, num. 46. Corrafi. lib. 3. miscellanearum, cap. 10. num. 4. Zal. lib. 1. singularium responsorum, cap. 12. num. 5.* quos citat Menoch. *consil. 37. n. 21.* vbi alia hæc pertinentia scribit: & contractus præsumitur factus secundum t eius naturam, *l. quero, §. inter locatorem, ff. locati; notat & confirmat Menoch. in tractatu præsumptionum, lib. 3. præsumptio 36. num. 1. pag. 321. & lib. 3. præsumptio 109. num. 11. pag. 402.* idem Menochius lib. 6. præsumptio 10. num. 1. cum sequentibus, fol. 66. hinc est, quod cum feudum ex sua natura non transeat t in hæredes, non præsumitur acquisitum pro hæredibus, vt post alios tradunt Olascus *decis. Pedemont. 161. num. 12.* Menochium eodem tractatu præsumptionum, lib. 3. præsumpt. 47. d. num. 14. pag. 333. qui idem scribit in emphytheusi Ecclesiastica.*

19 His est simile, quod quando euictio venit ex natura rei, cessat t obligatio euictionis, secundum Gloss. & Baldum in *l. si familia, ff. familia erciscun. & alios, vt per Menoch.*

20 Menoch. in *consil. 87. num. 78. lib. 1. & in d. tractatu præsumptionum, lib. 3. præsumpti. 118. num. 11. pag. 416.* & id dicitur expressum, quod tacite ex natura dispositionis t colligitur secundum Ancharranum in *consil. 393. Visa diligenter Gratia, num. 3.* quod includitur sub natura verbi expressi, & iuris communis interpretatione declaratiua, vel extensiuæ, & conditio quæ inest ex natura rei, non facit legatum t conditionale, secundum Bart. in *l. conditiones extrinsecus, ff. de condit. & demonstrat. num. 1.* Mantican. de coniecturata mente defuncti, lib. 10. tit. 6. num. 6. pagin. 440. Et id quod inest ne dicitur substantiale t pretium; & semper continetur: quod est de natura contractus secundum Oldrad. in *consil. 139. num. 12.* & legenda sunt quæ scribo in principio 2. part. Et facit quod vult Franciscus Mantican. lib. 11. de coniecturata mente defuncti, tit. 10. num. 30. pagin. 518. vbi ponit regulam generalem, quod in bonis prohibitis alienari, tantum operatur t tacita prohibitio, quantum expressa, per regul. 3. ff. de leg. 2. & l. 3. C. de fideius.

21 Ex quibus lector omnino norabit, quod omnia quæ Zanchus scribit in *dict. §. cum ita, dict. 5. part. esse specialia in prohibitione expressa t alienandi, vendicant sibi locum in bonis maioratus, licet tantum quis simpliciter dicat, quod facit maioratum, & nihil ultra dicat, nec caueat. Istis conuenit doctrina Iul. Clar. in *præf. crim. quæst. 78. numer. 10. pagin. 344.* vbi resoluit, quod licet testator non prohibeat in fideicommissis ab eo facto bonorum alienationem, sed tantum dicat, quod bona t in agnatione, siue intra familiam, conferuntur, est idem ac si ex preste factum fuisset fideicommissum in casu alienationis. Quæ autem sit prohibitio expressa, & t quæ tacita, traditur per Paul. in *d. l. filiusfam. §. diuini, ff. de leg. 1.* Carol. Ruinus *consil. 131. num. 8. lib. 2.* quos lector videat.*

22 Vnam autem notabilem differentiam inter bona prohibita alienari, t expresse, vel tacite, tradit Episc. Sarmient. in *l. vnum ex familia, §. sed etsi fundum, n. 5. fol. 179.* quod ex eo solo, quod quis dicit se facere maioratum, videntur prohibere alienationem bonorum, t & apponere clausulas ordinarias, resoluit in specie dominus Ant. de Padill. in *rubric. C. de fideicommissis, nu. 11. fol. 5.* pro quibus facit etiam sententia Bart. in *l. filiusfamilias, §. diuini, ff. de leg. 1.* vbi vult, quod prohibitio alienationis, siue causa expressa, siue ex rei, seu personæ t qualitate subintellecæ, reddit prohibitionem efficacem, vbi Iaf. nu. 8. & num. 26. lectura 1. cum concordantibus, vt per Tiraquell. lib. 1. de retrat. in præfatione, Petralt. in *l. 3. §. qui fideicommissam, n. 30. ff. de hered. instit. Molina lib. 1. de primogenitura, c. 6. num. 32. fol. 46.* & prohibitio expressa t dicitur, quando illa est in dispositione, vt prohibeo alienationem: tacita quando ponitur in conditione, & inducitur ex grauamine inuento: quod voluerunt Paulus de Castro in *dict. §. diuini, Carolus Ruynus in consilio 131. num. 9. libro 2.* Et quod prohibitio facta per hominem, & per legem æquiparentur, t probatur in *l. fin. Cod. de rebus alienis, quam adhuc expendi in dict. §. diuini, quem citat Petra de fideicommissis, q. 8. n. 414.* & hic est addendum, quod quando testator mandat rem aliquam seruari, vel conseruari, videtur prohibere eam rem aliquo titulo alienari, & eius venditionem, *l. pater filium, §. 7. ibi, nulla ex causa alienent, t sed conseruent successioni suæ, ff. de legat. 3.* Gloss. iuncto text. & ibi Capola nu-

23 mer. 22. in *l. si contra, ff. de vsucap. pro empt.* Et ibi alia ad propositum istius materiæ addocit, & si testator iussit, quod bona stabilia emerentur t ex pecunia, & mercantiis, censetur prohibita alienatio talium bonorum, *l. Titio centum, in principio, ff. de condit. & demonstrat. notant Barthol. Socin. consil. 249. Materiam, n. 27. lib. 2.* & pro singulari Careli. Cocta in *suis memorabilibus, versicul. testator legendo, Simon de Prætiis lib. 4. de interpretanda defunctorum voluntate, dubitatione 4. n. 75. fol. 455.* quod reputo in præctica singulare, & cum ad Conseruationem bonorum maioratus conueniat, vt non solum censetur prohibita alienatio bonorum tacite, sed expressè ob differentias quas (vt prædixi) Doctores faciunt inter prohibitiones expressas, & tacitas de non alienando, illi qui faciunt maioratus censentur t expressè disponere ista omnia, siue quibus maioratus non esset perpetuus, vt possit intercedi, & perdisiuxta regulam singularem textus in *l. 3. ff. de iurisdict. omnium iud. cum materia, & hæc est mea veritas, & specialiter sub hoc verbo maioratus veniant omnia, quæ sunt de natura bonorum maioratus. Ex pluribus probat Molina in libro de primogeniis, cap. 5. num. 2. cum sequentibus, fol. 13. & cap. 4. num. 14. & 15. folio 20. & cap. 6. per totum, in quibus locis tradit longè distare bona familiæ à bonis maioratus, & pro istis etiam pondero Regiam *l. 6. tit. 3. part. 6.* in vericulo, *Esto es, ibi: Esto es, porque sospecharon los sabios antiguos, que el fazedor del testamento auia dicho todas las palabras que deuen dexir, è estabecer el heredero, como quier que no se fassessen alli escritas.* Ex expressum t dicitur, quod natura verborum importat, secundum Bart. in *l. fideiusor. §. meminisse, ff. de legatis 1. & in l. uxorem, §. agri plagam, ff. de legatis 3.* Iason in *l. 1. numer. 72. ff. de legat. 1.* Carolus Ruynus *consil. 64. num. 10. lib. 1.* & in *consil. 76. num. 14. & 13. num. 4.* quos Tiraquell. citat *glos. 6. num. 84.**

24 Secundo infertur t quod in bonis maioratus, ad hoc vt prohibitio alienationis sit efficax, non est necessarium, quod testator causam in prohibitione alienationis adijciat, quia eo ipso quod bona relinquit titulo maioratus, videtur motus pluribus causis, quæ in successione maioratum concurrunt, quarum quælibet sufficit ad iustam causam prohibendi alienationem, vt constat ex his quæ abundantissimè tradunt Doctores in *d. §. diuini, vnde inquit Petalta in d. l. 3. §. qui fideicommissam, nu. 38. pag. 170. ff. de hered. instit. quod causa alienandi dicitur expressa, quando prohibitio sit contemplatione maioratus, vbi addit, quod per prohibitionem alienationis factam in constitutione maioratum; censetur prohibita detractio Trebellianicæ; & hæc illatio multum refert pro intellectu singularis *l. 44. tit. 5. par. 5. ca. ius nostri Hispani non sunt memores, et pro sententia Petalta, & nostra illatione, est notabilis lex, cuius ipse non meminit 6. tit. 11. p. 6.* vbi Gregor. Lop. in verb. *E a sus herederos, & hoc, istis non relatis, tradit Molina lib. 1. de primogeniis, c. 6. n. 30. fol. 46.* & pro ista illatione, & omnibus superioribus facit conclusio singularis, quod conditio t tacita à lege subintellecæ non differt ab expressa, secundum Alexand. in *l. ex facto, §. si quis rogatus, in 1. num. 11. ff. ad Trebellian. Corneum in l. generaliter, §. cum autem, C. de institut. & substitut. Socinum, Decium, Acoltam, & alios quos citat Menochius in *tr. de præsumpt. lib. 4. præsum. 89. n. 19. fol. 160.* ad quem addo, quod in notabili casu tradit Ant. Peregrinus in *tr. de fideicommissis, artic. 15. n. 42. fol. 141.* Et confirmo etiam, quia tacita conditio tantum operatur quantum expressa, vt tradunt Decius in *l. in omnibus, n. 5. ff. de regulis iuris, Soc. Iun. in consil. 121. num. 17. & in consil. 172. n. 14. & 15. lib. 4.* quos citat idem Peregrinus. *art. 43. n. 19. fol. 94.***

25 Tertio t infertur, quod in bonis maioratus non procedit Gloss. in *d. s. fratre, in verb. Vel extero, quæ tenuit, quod prohibitus alienare bona extra familiam, potest in eisdem bonis hæredem instituire, qui futurus erat legitimus successor ab intestato: cui similis in *l. pater, §. Iulius Agrippa, ff. legat. 3.* quam dicunt singularem, & sequuntur plures, quos refert Episcop. Couarr. *vbi sup.**

26 124 122. num. 6. cum sequentibus. t Et pro hac subillatione facit, quod expressum dicitur, quod tacite inest ex natura verbi illud importantis, secundum Angelum in *l. Prætor, per text. & Glossam ibi, ff. de noui operis num. vbi Alexand. & Iaf. eundem Angel. in consil. 17. Comes Brandusius, column. penultim. & in consil. 131. pro consultatione, column. vltima, in quibus locis dicit Angelus in substitutione breuilogua omnes substitutiones in ea contentas esse expressas: ad quod concordantes refert Tiraquell. *vbi supra, num. 1. cum 2. sequentibus, & num. 84. & 85.* & faciunt quæ scribo in principio 2. part. a nu. 1. post*

cui adde *Iaf. in voluntas, num. 8. C. de fideicommissis*. & in *conf. 4. & 120. lib. 1.* & *conf. 96. lib. 4.* Tiraquel. *lib. 1. de ver. §. 26. glo. 1. n. 3.* latè *Alex. in conf. 59. lib. 3.* vbi Gl. Par. n. 1. alios concordantes refert Bart. Soc. in *conf. 22. lib. 2.* Anton. Gama. *dec. 193. & 206. Io. Grat. Falcon. reg. 391.* quia in bonis maioratus non licet possessori maioratus, nec successorem ab intestato, nec alium quamlibet non vocatum secundum dispositionem testantis eligere ad successionem maioratus; quod indubitissimum est, & constat ex his, quæ scribit dominus Antonius de Padilla in *d. l. voluntas, n. 13.* cum aliis. Et probatur, quia omnes successores censentur vocati limitate quilibet de se per, vnus post alium; & vnus non potest alteri præiudicare, vt latius docet Parisius *conf. 23. num. 129. lib. 1.* & hoc etiam voluit Molina *lib. 1. cap. 6. n. 34. fol. 43.* Ad quod etiam facit quod scribit Peralta in *l. vnus ex familia, §. si de Falcidia, num. 6. pag. 572. colum. 1. ff. de lega. 2.* vbi dicit, quod apud nos maioratus non deferuntur hæredibus, qui succedunt in hæreditate defuncti, sed successoribus sanguinis: quod vltimum nec mihi placet, cum nec etiam successores sanguinis succedant in maioratibus, nisi sint vocati in prima institutione maioratus, vt latius tracto infra, & ad hoc facit in terminis *conf. Socini Junior. 86. n. 22. li. 1.* Et confirmo per scripta per Carolum Ruynum *con. 143. num. 14. cum aliis, lib. 3.* & per eundem in *conf. 150. n. 15. cum aliis, lib. 2.* quæ lector videat.

48 Ex quo etiam subinfertur, quod longe distare bona maioratus, & bona familie; vt in alio proposito aduertit (& rectè iudicio meo) Arius Pinellus in *l. 1. C. de bonis maternis, par. 3. num. 100. fol. 158.* Et in aliis pluribus distant bona familie, & bona maioratus, vt ex multis, quæ in hoc opere videri poterunt, facile est videre. Quare non est licita argumentatio de bonis maioratus, ad bona relicta familie, nisi eadem subsistente ratione:

49 & quod in bonis maioratus non procedat Glo. in *d. §. fratre*, apparet etiam ex scriptis per Barth. Socinum in *conf. 251. lib. 2.* Alciat. *conf. 527. Roland. in conf. 98. num. 15. lib. 2.* & Iaf. in *conf. 164. lib. 4.* vbi tradit, quod prohibitio alienationis extra masculos in perpetuum exclusi foeminas, eo quia vult testator bona esse perpetuo in agnatis masculis, impedit institutum, seu alium ascendentem, instituire propriam familiam; & hoc etiam docet communis vsus, & Hispaniæ interpretatio; & idè mutanda non sunt, quæ semper interpretationem præ certam habuerunt, *l. minime, l. si de interpretatione, ff. de legibus, l. more maiorum, ff. de iurisdictione omnium iudi. l. moribus, ff. de vulgari: l. si non speciale, C. de testament. l. 6. versic.* Otto si dezimos, *ritul. 1. part. 1.* Et scimus, quod verus intellectus præ à practica assumitur, secundum Bald. in *rubric. num. 2. fol. 26. de fundo sine culpa non amittend. & in l. illud, per illum text. ff. de excusat. tuto.* & alios, vt per Decium in *cap. 1. lect. 1. numer. 22. de constit. & notat, & extollit omnibus perfectius Pinel. in l. 2. part. 2. numer. 2. folio 106. Cod. de rescind. vendit. vbi tradit,*

50 theoreticam præ abque practica rem inermem esse; & alia familia, Et quod fideicommissa, & maioratus distent, tradit Peralta in *l. 3. §. qui fideicommissam, num. 39. pag. 159. ff. de hæredib. instituend. & legenda sunt quæ istis non relatis, tradit Molina *lib. 1. de primogen. cap. 5. nu. 31. fol. 35. & lib. 4. cap. 6. numer. 17. 18. 20. & 25. fol. 166. 167. & 168.* & decem & sex differentias inter bona fideicommissorum, & maioratum, ponit nouissime Simancas in *lib. de septationum, cap. 9. pag. 7. & 8.**

51 Et in hac materia est vtilissimum, & notatu dignum, quod causa præ testati regularatur à causa intestati, vt in specie successionis fideicommissi, volunt Gloss. in *l. cum ita, §. fideicommissio, ff. de legat. 2.* Corneus in *conf. 131. in fine, lib. 2. & conf. 232. colum. penult. lib. 4.* Socinus Senior in *conf. 249. num. 21. lib. 2.* & alij quos citat Menochius in *conf. 235. num. 160. lib. 3.* Ex quibus sumi potest declaratio, & intellectus ad materiam præ text. in *l. vltim. §. vltim. ff. de legat. 2.* vbi probatur, quod qui vult rem alienatam subiectam fideicommissio ven-

dicare, debet probare, & alienantem, & acquirentem habere scientiam fideicommissi, de quo per Alexand. in *conf. 3. numer. 13. lib. 3.* Socinus Junior. in *conf. 129. num. 19. lib. 1.* Cephal. *conf. 393. num. 78. & 79. lib. 3.* Decilio Pedemontana 73. Et per alios plures quos citat Mascardus in *tractatu de probat. lib. 2. conclusio 779.* Nam ista cessant in bonis maioratus, in quibus vocatus ad maioratum potest vendicare rem alienatam, siue sciuerit, siue ignorauerit venditorem, vel emptorem; & etiam cessant, quæ de euentibus bona fideicommissio subiecta scribit Quintilia. Mand. in *tractat. de inhibitione, quæst. 78. num. 4.* & quod habens facultatem alienandi possit in testamento relinquere, probatur in *l. ex hoc edito, §. alienari, ff. de alienat. iudic. mutand. & in l. sicut venditioni, ff. quibus mod. pign. vel hypothe. fol. & tradunt Bart. in *l. si ita quis, §. ea lege, ff. de cond. ob. cau. & alij, vt per Menochium conf. 210. num. 6. lib. 3.* quod procedit secundum ea quæ supra scripta sunt, modo fiat alienatio in vocatos: & quod quando prohibita est alienatio, includat præ successionem ab intestato, tradunt Cardinal. in *conf. 115.* Arctius in *l. Pannonius, §. 1. de acquir. hæred. Decius in conf. 23.* Ripa in *l. filiusfamil. §. diuis, num. 139.* vbi Loazes *num. 29. ff. de legat. 1.* & alij quos citat Hieronymus Gabriel. *conf. 140. num. 14.* Bursar. *conf. 37. num. 8.* Petrus Anton. in *tract. de fideicom. q. 8. num. 307. pag. 136.**

56 Quarto præ infertur, quod bona maioratus sunt inalienabilia, non solum si maioratus sit factus in vltima voluntate, sed etiam in contractu, & sic non procedit dispositio text. in *l. si dotis, C. de iure dotum*, vbi Bartol. & Bald. traditur latè in *l. si ea lege, C. de cond. ob. cau. sam, Andreas Gaill. obseruationum, lib. 2. obseruatione 137. numer. 16. pagin. 252.* Laurentius Felin. Rodolph. in *tractatu cautelarum, cautela 214. numer. 1. cum sequentibus;* & cessant in ista materia quæ scribit Ioann. Grati. Falcon. *regula 334. numer. 6. cum sequentibus*, prout ipse tradit *num. 9.* & tener Molina *dicto loco, numer. 36.* Quod confirmo, quia etiam in contractibus fideicommissum præ apponi potest, vt tradit Hugo Cellus in *consilio 55. numer. 2. per doctrinam Bart. in l. Titius, ff. de hæredib. instituend. Bald. in l. vnica, §. si ad deficiens, C. de caducis tollend. & in l. sequidem, ad finem, C. de action. & obligat. & legendus est Pinellus in *l. 1. C. de bonis maternis, part. 3. num. 82. versiculo*, Infertur quarto, *folio 123.* quod autem prohibitio apposita præ in contractu de non alienando non sit tam fortior, quam ea quæ apponitur in vltima voluntate, volunt Gloss. & Doctores in *dict. l. ea lege*, Parisius in *consilio 46. num. 16. lib. 4.* de quo legenda sunt quæ scribit notanter Antonius Peregrinus in *tractatu. de fideicommissis, artic. 51. num. 69. cum seqq. fol. 491.**

57 Quinto præ infertur posse commissarium, cui testator commisit, vt possit nominare vnum ex filiis ad maioratum, grauare filium, quem nominauit, onere restitutionis, & prohibere alienationem bonorum maioratus, & alia similia vincula adijcere consuetæ in bonis maioratus: nec dicitur commissionem excedere, quia eo ipso quod testator prædictam commissionem fecit, tacite commisit ea omnia, sine quibus non esset maioratus perfectus, nec propria voluntas ad executionem deduceretur, & videtur committere ea, quæ sunt ex natura bonorum maioratus, & consuetæ, sicuti quando quis facit aliquem procuratorem ad vendendam aliquam rem, quia censetur dare potestatem apponendi omnia pacta, quæ sunt ex natura venditionis, & apponi consueuerunt; quod ex prædictis satis constat, & facit *l. vel vniuersorum, ff. de pignorat. actione, dict. l. cui iurisdictione*, vbi latè Iaf. post alios, *ff. de iurisdictione omnium iudic. l. ad rem mobilem; l. ad rem legatam, ff. de procurat. quod est notandum pro intellectu l. 35. Tauri, & l. vnus ex familia, §. sed & si fundum, ff. de legat. 2.* vbi Doctores præcipue Petal. *numer. 9. pagin. 585.* quibus conuenit, quod vbi cumque aliqua res pertinebat ad primogenitum ex eius natura, & proprietate, licet promittatur præ cuius, non debetur,

vt notabiliter tradit Carolus Ruynus in *conf. 42. num. 15. & 19. lib. 1.* per notata per Glossam, & Doctores in *l. si familie, ff. familie erciscund. ad quæ omnia addit textum in *l. Gallus, §. quidam recte, ff. de libe. & posthum.* vbi pro forma potestatis, & per verbum potest, induxit Gallus, vt nepos posthumus possit institui sub conditione si filius in potestate moreretur, & fuit facta institutio, seu substitutio posthumi, & non fuit dicta conditio expressa, tamen Iurisconsultus eam subintelligendam, & quod intelligitur substitutus posthumus, seu præ institutus, si viuo testatore mortuus esset filius, & quod ita valeat ac si esset expressa, quia requiritur ad actus validitatem, quod animaduertunt ibi Gloss. Bart. Bald. Alberti. Angel. Alexand. Iaf. Paulus, & omnes & licet Fortunius Garcia contra sentiat; & vbi cumque quis facit maioratum, est perpetuum, & non est necessarium expressa vocatio descendentium, nec collateralium, vt in casu *l. 27. Tauri*, animaduertit Gregor. Orig. in *l. 2. tit. 15. part. 2. gloss. 18. versicul. vnde bene videtur.* Dubitari autem posset, an idem sit, quando quis facit commissarium, vt eligat præ ad meliorationem Tertij & Quinti filium, quem voluerit, in quo casu non idem videtur ex dispositione *dict. §. sed & si fundum*, & aliis quæ scribo in *1. part. quæstion. 71. numer. 1. & l. ab eo, Cod. de fideicommissis, cum concordantibus*, & quia non omnes parentes qui faciunt meliorationes, eas vinculari solent, licet plerumque id faciant, quamuis Peralta in *d. §. sed & si fundum, num. 17. pag. 592.* tradat quod is, qui ex dispositione legis, vel testatoris, tenetur aliquem eligere, vel nominare, potest eum nominando grauare, nisi talis nominatus grauaretur de dando rem, ad quam fuit nominatus aliquis de familia.*

64 Sexto infertur, difficilimum esse quod tangit præ Ioan. Lup. in *c. per vestras, de donat. inter virum, & uxorem, notabili 3. §. 26. n. 20. pag. 497.* vbi dicit, quod si aliquis virtute Regij rescripti, vel aliis facit maioratum dicendo, *Relinquo bona mea, vel Tertium bonorum meorum filio meo maiori per etiam maioratus*, nisi aliter personæ, quæ post filium succederent, nominarentur, mortuo filio maiori, cui ea bona reliquit, non deuenient bona ad filium maiorem ipsius filij testatoris, vel disponentis nepotem; & ideo rectè cogitandum relinquit: & contrarium est sine dubio tenendum, ex his quæ scribo in *prima parte, quæst. 18. à num. 98. cum seqq. fol. 491.* & per ea quæ scribit Barahona in *additionibus ad Ioann. Lop.*

65 Septimo præ infertur, verum esse sententiam Couarr. contra Ioan. Lop. *resolut. lib. 3. c. 5. num. 3. in fine*, vbi vult, quod bona titulo maioratus relicta, non possunt alienari à primo, nec quarto, nec cæteris successoribus, nec est seruanda præ dispositio text. in *Authen. de restit. fideicommissi, §. nos igitur*: non tamen probo sententiam dicti Episcopi in *præfatio cap. 4. vers. verum, vbi vult, quod dispositio d. §. nos igitur, est correctæ per l. 27. Tauri*, quia hæc lex est exorbitans, & vltra casum in quo loquitur, non debemus eam extendere; maxime quia dicta lex reliquit in voluntate patris meliorantis vinculi proprietatem, ibi; *Que valen para sempre, o por el tiempo que el testador declarare, sin hazer diferencia de quarta ni de quinta generacion.*

67 Octauo infertur, quod ex quo bona maioratus regulariter alienari non possunt, & hæc sit regula iuris, quod præsumptionem habet pro se qui allegat bona maioratus non posse alienari; & præ contrarium prætendit, hoc manifestè docere debet, ex regula text. in *l. si extraneus, ff. de condit. ob. cau. & l. si, ff. quod metus causa, & resolutioe Glossæ in l. omnis definitio, ff. de reg. iur. & in rubric. eodem titulo in *6. quæ probant*, quod ille, qui habet regulam pro se, fundatam habet intentionem, de quo plura notabilia scribit Decius in *l. 1. num. 6. ff. de regul. iur. & ego latè trado part. 1. q. 30.* Et facit doctrinam Cephalii in *conf. 119. num. 7. lib. 1.* vbi tradit quod fundatam habet intentionem ille, qui allegat feudum non posse alienari sine Superioris consensu; pro quo facit singularis doctrina Arctius in *cap. qualiter & quan-**

do in *2. de accusatione*, vbi per text. in *c. tua nos, de consanguinitate & affinitate*, tradit, quod probatio contra regulas iuris, debet præ esse magis certa, quam probatio regularis, quem citat Ripa in *l. vlt. C. de reuocand. donat. q. 57. n. 191.* Et ista illatio est mente tenenda ad plura, quæ in hac parte tractantur circa alienationes bonorum maioratus, hypothecas, transactiones, & alia similia; & est maximum fundamentum in ista materia. Et hæc omnia procedunt præ non solum in bonis maioratus, qui perfectus fuit Regali autoritate, sed etiam in alio quolibet particulariter facto, vel de Tertio, aut Quinto bonorum, vel de totis bonis ab eo, qui caret liberis facto; quod probatur ex pluribus quæ scribo in *principio prime partis huius tractatus.*

70 Nonò infertur, quod non valet alienatio facta de bonis maioratus, siue ab sciente siue ab ignorante bona esse maioratus & vocatus sequens successor potest non solum petere pretium rei alienatæ, sed ipsam rem alienatam, quidquid sit de iure communi, per text. in *l. final. ff. de leg. 2.* Cynum, Dinum Bart. & alios in *Authen. res quæ, C. commun. de leg. cum concordantibus*, per Hippolytum *singul. 31.*

71 Decimò præ infertur, in materia maioratum non esse seruandam dispositionem text. in *l. quidam, §. si, ff. ad Trebell. & in l. si hæres, & in l. si, ff. de leg. 2.* de quibus iuribus DD. deducunt, quod si hæres ignorans fideicommissum, vendidit rem fideicommissi, & emptor etiam ignorans fideicommissum, valet alienatio, reseruato iure emptori, vt possit petere pretium hæredi, de quo, & de intellectu text. in *dicta l. si, §. si, ff. de legat. 2.* legenda sunt scripta per Alex. in *l. Marcell, §. res quæ, num. 4. & 5. ff. ad Trebell. fol. 99.* Decium in *conf. 236. num. 7. & 8. Iaf. in l. si, §. sed quia, num. 3. C. commun. de leg. Alexan. in conf. 3. num. 2. & 4. lib. 3.* vbi Gloss. Paris. plures refert, Bald. in *l. filium, num. 35. Cod. famil. ercisc.* Iaf. in *l. eius qui in provincia, vers. quod si stipulatus, num. 3. ff. si cert. pet. Barthol. Socin. regul. 35.* Paulum de Montepico in *l. in quartam, num. 44. ff. ad legem Falcid. Cornetum in conf. 334. num. 2. lib. 3.* & in *conf. 133. num. 2. lib. 4.* vbi dicit, quod *dict. l. si, §. si, ff. de legat. 2.* est correctæ per *l. si, §. si, ff. de legat. 2.* & in dictis locis magis communiter concluditur, quod text. in *d. §. si, non procedit*, quando prohibitio alienationis fuit expressa, quod confert ad ea quæ supra, scripti: & addo etiam Gloss. Paris. in *consuetud. Paris. §. 1. gloss. 5. numer. 7. fol. 35.* & Menoch. *conf. 63. numer. 23. libr. 1.* concludentem post Paulum & alios quos citat, quod quando grauatus qui vendidit rem fideicommissi, non est soluendo, potest agi contra possessorem: ad quod etiam legi debet consilium Bursati *160. nu. 3.* & quod scribit Felicianus in *tract. de censibus, lib. 2. c. 3. n. 15. fol. 161.*

72 Quid autem præ comprehendatur sub specie alienationis, resoluit *l. si, C. de rebus alienis non alienandis. l. alienatum, ff. de verb. significat. l. 10. tit. 33. part. 7.* Et multa tradit & declarat Pinellus in *l. 1. p. 3. C. de bonis matern. num. 18. fol. 87.* Et plura scribit Chassan. in *consuetud. Burgun. rubr. 9. §. 10. num. 29. cum aliis, fol. 313.* Ioseph. Mascard in *tract. de probat. lib. 3. conclus. 1237. num. 101. cum sequentibus.* Rebuf. in *tractatu de alienat. rerum Eccles. num. 1.* latius per Tiraquel. *lib. 1. de retractu, §. 1. gloss. 14. num. 1. cum infinitis sequentibus*, vbi tradit, quid de permutatione, datione in solutum, æstimatione, transactione, & aliis pluribus rebus; & est bona *l. 1. tit. 14. part. 1.* facit *l. alienationis verbum, 28.* vbi Rebuf. *pag. 212. & l. alienatum. 67.* vbi idem Rebuf. *p. 456. ff. de verb. significat.* Et quod non dicatur res alienata, nisi sit tradita possessio, probatur in *cap. Imperialis, §. callidis; & prohibita feudi alienatione*, per Federic. & Chassan. in *consuetud. Burgun. rubr. 3. §. 8. pag. 472.* Et qui non potest alienare, non potest dare occasionem, quod res alienetur, vt est notabilis doctrina Baldi in *l. quoties, l. 1. per*

illam

illum textum, C. de fideicommissis, Barthol. Socin. in consil. 26. num. 1. lib. 3. Et an possit usufructum...

Et an ista materia lector omnia animadvertat, quod licet regulariter prohibita alienatione, censetur...

Non tamen (vt ad superiora redeam) quis incidit in poenam adiectam contra alienantem bona maioratus...

quibus modis feudum amittatur, quam sententiam pluribus iuribus & rationibus confirmat Anton. de Fano...

S V M M A R I V M.

- 84 Principes an possint concedere facultates ad alienandum bona maioratus, ubi multa de potestate Principis traduntur, & num. 86. Questionis definitio, num. 95. 85 De potestate Principis sacrilegum est disputare. 87 Est apud eum pro ratione voluntas. 88 Quod vult pro facto habetur, & mutat rerum naturas. 89 Eius maiestatem temerarium est terminis coartare. 90 Illius tamen potestas secundum rationem & iustitiam est limitanda. 91 Princeps qui non est sub lege fori, est sub lege poli. 92 Nec est prohibitum de eius potestate, scientia, & voluntate disputare. 93 Nec est solutus à dictamine rationis naturalis, nec à lege naturali. 94 Quid in suis dispositionibus teneatur respicere. 96 Ius succedendi in maioribus non competit à legibus vel consuetudinibus.

- 97 Pater non potest ius primogenituræ diminueret, nec de eo testari. 98 Differunt maioratus Hispania, & primogenia Gallia, & qualiter, num. 128. 100 Quod nostrum est, sine facto nostro à nouis auelli non potest. 101 Principes sine causa non possunt auferre dominia rerum, & num. 115. & 123. Quid in dominio nondum quæsto, num. 124. 102 Acquisitio rerum hereditariarum an sit de iure gentium. 103 Vitima voluntas seruari debet. 104 Testamenti confessio an sit de iure gentium, & num. 107. 105 Rex an possit testamentum derogare, & concedere quod alienetur res per testamentum alienari prohibita. 106 Et quid in feudo & fideicommissis, & n. 113. 108 Et an possit auferre ius quæsitum ex partium consensu. 109 Forma investitura non potest mutari in præiudicium successorum, & n. 114. 110 Princeps non potest admittere feminam ad successionem bonorum feudaliū in præiudicium masculi vocati, ubi resolutio quadam Iacob. Mynsing. improbat, & alia sententia Gregor. Lop. resellitur, num. 133. 111 Episcopus non potest eligere digniorem non nominatum per patronum, qui non sit de illis quos testator & fundator nominauit. 112 Legatum ob publicam utilitatem factum an possit per Principem alterari. 116 Princeps, vel Respublica, quo casu capere possunt bona priuatorum. 118 Princeps remittere non potest interesse partis. 119 Et an restituat condemnatum in præiudicium illius, cui bona concessit. 120 Facit contra ius naturæ donando bona aliena. An possit diuidere primogenituram inter filios, num. 125. Et derogare iuri substitutorum, num. 143. Et alterare vincula, num. 144. 121 Amortizatio non præiudicat domino inferiori. 122 Religiosi aut patroni non possunt antiquum statum Ecclesia mutare. 125 Ius primogenituræ habetur ac si iam esset declaratum. 127 Qui habet ius in se, dicitur habere ius acquisitum. 129 Origo in omnibus rebus est inspicienda. 130 Alienatio facta ex consensu omnium de familia retractari potest per eos qui nascuntur de illis qui alienationem fecerunt. 131 Citatio viuentium ubi alienantur bona maioratus non præiudicat posteris. 132 Quod omni tærgi debet ab omnibus approbati. 134 Filius & successor non potest priuari maioratu, nec exheredari, & quare. 135 Habentes ius fideicommissi an teneantur contradicere proclamationibus, licet dies nondum venerit. 136 Intellectus ad text. in l. 1. §. denunciari, ff. de ventre inspiciendo. 137 Vocatus ad maioratum potest contradicere alienationi, offerendo pretium. 138 Pacta à dominis cum vassallis super impositionibus facta, successoribus non præiudicant. 139 Ad alienationem bonorum maioratus sunt citandi omnes qui habent ius succedendi. 140 Ansufficiat proximiores vocare. 141 In legitimacione expresso facti an faciendi in specie. 142 Et an pater filij illegitimi teneatur agnatos citare, & num. 150. 151. 152. & 153. 143 Ad petitionem legitimitatis debet citari substitutus patri, si sine liberis decesserit. Et quid in fideicommissis, n. 147. 146 Stripulatio & conuenio an deroget privilegio Apostolico legitimitatis.

- 148 Papa non potest legitimacionem facere derogando iuri fideicommissi. 149 Legitimatio facta de primogenito, etiam viuente patre, an præiudicat secundogenito. 154 Ius succedendi in bonis maioratus principaliter competit omnibus vocatis. 155 Pater non potest præiudicare in emphyteusi accepta pro se & liberis, & n. 157. 156 Filius succedens in emphyteusi an habeat causam à patre. 158 Intellectus ad Glos. in c. quamuis pactum, gloss. vlt. de pact. in 6. & an damnus illius, cui secundario sit detrimentum, sit expectandum. 159 Vocati ad maioratum omnes sunt donatarij. 160 Ad alienandum bona maioratus sunt citandi vocati post vitam illius qui licentiam impetrare vult. 161 Ius quæstum dicitur per solam oppositionem in beneficiis patrimonialibus. 162 Sententia Calderini improbat, an possessor iuris patronatus possit præiudicare successoribus vocatis. 163 Auctoris sententia. 164 Licentia ad alienandum bona maioratus etiamsi detur cum derogatione legum, cum clausula non obstantibus, & aliis similibus potest vocatus ad maioratum, qui non fuit citatus, postea tali facultate contradicere. 166 Citatio vocatorum an debeat esse specialis, vel generalis. Post num. 166. inuenies alia summaria.

His pro introductione huius quartæ partis præmissis, pro eiusdem primogenituræ clariori intellectu examinare decreui quæstionem maximè difficilem, & in practica vtilissimam, an bona maioratus...

vt recta ratione, & cum tranquillitate, & subditorum obedientia, Regnum administrare possit: quod nos passim docent sacrae paginæ, & historiae, & scripturae Maiorum: & ad hoc inter alia plura facit quod habetur Psalm. 2. ibi. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iustia. Et vix illis qui Principibus persuadent omnia illis licita esse, & concessa, melius esset illis si nati non fuissent. Et circumscripta auctoritate Principis, de Principis potestate disputare licet, l. 1. Emilius, vbi notat Baldus, ff. de minoribus, facit quod tradit Bald. in l. Princeps, ff. de legib. & in l. 2. n. 40. vers. est autem plenitudo, C. de servit. & aqua: Rebus. in l. unica, C. de sentent. que pro eo quod interest, notab. 3. nu. 16. pag. 363, & notabil. 11. nu. 13. pag. 375. & legi debet quod idem scribit rom. 2. ad consil. Regias, tit. de rescriptis, in prefat. num. 172. pag. 35. & Princeps qui non est sub lege fori, est sub lege poli, secundum Bald. in l. Princeps, ff. de legib. Roland. in cons. 68. num. 19. lib. 4. & scribit idem Bald. in l. 1. num. 6. ff. de consil. Principum, quod Princeps vult omnes suos actus regulari a iustitia fori & poli, O felices Principes, o fortunatos populos, o seculum aureum, si has observentur! quem citat Quintil. Mandos. regul. Cancellariae 11. q. 14. fol. 56. Et Princeps id potest quod licite potest: l. 14. tit. 5. p. 2. ibi, E con esto acuerda la palabra del noble Emperador Justiniano, que dixo en razon de si, & de los otros Emperadores, e Reyes, que aquello era su poder, que podria fazer con derecho. Et disputare de potestate, & scientia, & voluntate Principis non est prohibitum, vt tradit Andreas Gail. lib. 1. observationum, observation. 14. n. 6. & lib. 2. obser. 56. n. 8. cum sequent. & obser. 58. n. 1. cum seq. pag. 172. & pag. 175. Menoc. in tr. de praesumptio. li. 2. praesumpt. 10. n. 56. p. 123. & licet in beneficiis Papa habeat plenissimam potestatem, cap. 2. de praebendis in 6. non tamen potest indifferere, & sine causa disponere, cap. qua in Ecclesiarum, de consil. notat inter alios Rebus. in tractat. de nominat. quast. 21. nu. 66. pag. 258. Et licet Princeps sit solutus a legibus, non tamen a dictamine rationis, & naturalis, nec lege naturali, secundum Baldum in l. 2. num. 40. C. de servitutibus & aqua. Et plura singularia ad propositum scribit idem Bald. in consil. 333. lib. 1. & licet sit Caput iuris civilis, tamen est sub pedibus iuris gentium, vt tradunt Barba. in cap. 1. no. 78. de consil. Rebus. in Concordantiis, tit. de collationibus, pagin. 257. qui plura scribit: & si Caesar aliquid mandat contra conscientiam, non est obtemperandum, l. quid culpatur, 13. q. 1. cap. qui resistit, 11. q. 3. tradunt DD. in cap. sicut de iureiurand. Euerardus loc. 1. pag. 33. & quæ Principes respicere tenentur, & in dispositionibus quas faciunt, tradit Aymon. in tractatu de antiquitate temporum, part. 1. nu. 29. cum aliis, elegantur Bursatus in consil. 262. num. 12. cum sequentibus, lib. 2.

Vnde non temere istam quaestionem disputare volui, vt posteri cum maiori facilitate se instruere possint, quando & in quibus casibus Principibus licitum sit dare facultates ad alienandum bona maioratus, ita vt aliquis ex summo iuris rigore non omittatur, & vltimæ defunctorum voluntates irritæ non fiant. Quod autem Principes non possint concedere facultates licite ad alienandum bona maioratus, magno animo & conatu affirmant Antob. Gomez in l. 40. Tauri, n. 89. Episcop. Couarruu. qui hoc latius discutit, & tenet lib. 3. resolut. cap. 6. nu. 1. cum sequentibus, & Pinellus in rubr. C. de rescind. vendit. p. 1. num. 18. fol. 11. Domin. Anton. de Padilla in authent. res qua. num. 116. pag. 336. C. com. num. de leg. qui dicit se plenè dixisse, in l. auctoritatem, C. unde vs, quam lectionem non habemus, vbi ponit regulam, hoc tantum licitum esse ex causa publicæ utilitatis: Sarm. in select. lib. 1. cap. 8. num. 9. fol. 33. & cap. 8. num. 13. fol. 24. Ferdinand. de Mendoga lib. 1. disputationem civilium, c. 5. num. 37. pag. 222. vbi Carpit Episcopum Couarr. in dicto loco, distinguentem in ista materia bonorum maioratus facti cum Regali facultate,

re, ad factum auctoritate priuata: quia in vtroque casu audacter tenet, Principem disponere non posse, qui insignes viri plures adducunt rationes ad huius conclusionis probationem, quas apud illos curiosus lector legere potest, & paucis verbis tradit Gurtierrez in l. nemo potest, n. 83. ff. de legat. 1.

Quibus rationibus omissis, quia in prædictis Doctoribus facile est videre, & iniquissimum est ex alienis laboribus lucri facere libros, qui de nouo emergunt, & in lucem prodeunt; aliqua fundamentum adducam, ex quibus (vt reor) prædictorum opinio maiorem firmitatem habebit. Pro hac ergo sententia, quod facultas Principis ad alienandum bona maioratus sit iniqua, & contra rationem, ac Principis puram & synceram maiestatem, probatur rationibus sequentibus.

Primo, quia ius succedendi in bonis maioratus non competit primogenitis, aut vocatis ex legibus, aut consuetudinibus Hispaniæ, sed ab ipsa primæua, & originali institutione eorum, qui maioratus institunt, qui in bonis, quæ titulo maioratus relinquunt, possunt vocare successores in infinitum, vel pro tempore eisdem placito, & legem quam rebus titulo maioratus relicti dederint, seruandam esse, nec ab ea recedendum: l. in traditionibus, ff. de pactis, l. legem, C. eodem titulo, l. quoribus, C. de donation. qua sub modo: & in specie hoc probatur in dista l. 27. Tauri, hodie l. 1. tit. 6. lib. 5. compilat. l. 40. Tauri, in fine, hodie l. 5. titu. 7. lib. 5. recopilat. & voluit Gregor. Lopez in l. 20. in gloss. in verb. pero cosas, tit. 2. part. 3. & in licentiis, quæ dantur ad consecrationem maioratum hoc passim reperitur: & ista conclusio est probatissima, & Hispani, qui notitiam habent de natura & conditionibus bonorum maioratus, hoc certo certius sciunt.

Ex quo & obiter inferitur, quod in bonis maioratus Hispaniæ procedere non potest quoddam dictum Gl. Parisien. in consuetudinibus Parisiens. part. 1. §. 8. gloss. 3. num. 7. fol. 112. vbi tradit parum non posse vilo modo transferre, diminuerre, vel alterare ius primogenituræ in præiudicium primogenituræ, nec disponere de eo in testamento, vel inter viuos; quia tale beneficium secundum eum, non est beneficium patris, sed legis, vel consuetudinis; quia ad hoc refert Baldum in consil. 360. Quantum ad punctum, num. 2. lib. 2. & Baldus mouetur per text. in l. si arrogator, §. si impuberi, ff. de adopt. vbi habetur, quod in Quarta filio arrogato debita, non potest pater arrogator substituere per fideicommissum, nec aliud onus apponere, quia non iudicio patris ad filium peruenit, sed Principali providentia; & ad hoc alia refert Gloss. Parisien. & de hoc vltimo quod Gloss. Parisien. scribit, scilicet antecessorem in primogenitura, & maioratu, non posse præiudicare vilo modo successoribus, late agit Peralta in rubr. ff. de hered. instit. num. 113. & in l. 3. §. qui fideicommissum, nu. 52. cum seqq. eodem tit. ad quem addo Decium in consil. 395. num. 8. qui plures refert; præcipue text. in c. 1. in principio, de successione feudorum, Bald. in c. Imperialem, de prohibito feud. alienatio. Paul. de Castre. in quibusdam consiliis, & alios: illud autem, & quod in legitimatione est facienda expressa mentio fideicommissi, cum speciali eius derogatione, tradunt Carolus Ruinus in consil. 80. num. 7. & cons. 95. num. 7. & 8. lib. 3. Cephal. in consil. 110. num. 44. & 45. lib. 1. Et quod Princeps non possit derogare fideicommissis, tradit Restaurus in tract. de Imperatore, q. 98. num. 5. fol. 169. & faciunt scripta per eundem q. 111. vers. 28. fol. 234. circa intellectum legis, ff. testamentum, C. de testam.

Quod Gloss. Parisien. & tradit, non procedit in maioratibus Hispaniæ; quia in illis non succeditur beneficio legis, aut consuetudinis, sed ex providentia & prouisione illorum, qui maioratus institunt; quod est plusquam notissimum, & probatur ex regul. leg. cobra redi, §. cum filia, ff. de vulgari; & ista est alia differentia, præter eas, quas in aliis locis adduco inter primogenia Galliæ, & maioratus Hispaniæ. Ad quod etiam facit dictum Angeli in consil. 110. vbi tradit quod feudum, si

per mille manus ambulet, semper vltimus successor primi acquiritoris, à quo causam habuit, succedit; notat Iulius Parisius cons. 23. n. 131. lib. 1.

Inferitur etiam à vero & iusto deuiaffe Carol. Ruin. in consilio 27. num. 7. lib. 1. vt in quodam maioratu Hispaniæ domus de Tarifa existimauit, plures filios in pari gradu existentes, omnes ad bona maioratus esse admittendos: id etenim in Hispania (vt ita dicam) hereticum est, cum bona maioratus ad vnum tantum peruenire debeant. Et plura concordantia scribit Burgos de Paz cons. 9. n. 32. cum sequentibus.

Cum igitur (vt ad superiora redeam) successores, & possessores maioratus sui succedendi non habeant per leges, vel consuetudinem, sed neque per Principem, quem vocamus legem animarum, in terris, sequitur quod sicut Princeps recto tramite, & iustitia seruata, non possunt subditos priuare aliis bonis liberis, & restitutioni minime subiectis; ita non possunt concedere licentias ad alienandum bona maioratus, quia ex talibus facultatibus priuantur successores bonis maioratus, quibus pro tempore ius succedendi in talibus bonis competere poterat; ad quod facit l. si testamentum, C. de testam. quam vberitatis allegationibus ornat Anton. Peregr. in tractat. de fideicom. art. 14. num. 44. fol. 227. Imò cum maiori difficultate Principes disponere possunt circa res maioratus, quam circa alias res, cum inter sit corundem, & reipublicæ, cuius ipsi sunt capita, & patentes, quod Regnum sit illustratum & honoratum maioratibus, vt plenius doceo in 1. part. quast. 1. post principium, & instruit Pragmatica data Madriti anno 1534. hodie l. 7. titu. 7. lib. 5. ordinamenti recopilat. quæ prohibet coniunctionem maioratum per matrimonia; & maxima etiam sit illusio voluntatibus testantium, qui talia bona vinculauerunt. Et id quod non est factum, sine facto nostro à nobis auelli non potest: l. id quod nostrum, ff. de regulis iuris, l. 13. titu. 33. part. 7. cum concordantibus, præcipue in his quæ iure sanguinis, & ab antecessoribus proueniunt: l. iure sanguinis, ff. de regulis iuris: l. ius agnationis, ff. de pactis, l. 34. tit. 33. part. 7. l. 3. ff. de interd. & relog. per quæ iura scribit Rebus. in tractatu de Nomina, quast. 12. num. 44. pag. 180. quod ius sanguinis est immutabile, & Princeps non potest mutare animos, nec voluntates, cap. sicut, in fine, 47. distinctione: & confirmat Restaurus in tractatu de Imperatore, quastion. 111. versicul. 79. folio 240.

Et regula est Christiana generalis, iustissima & æquissima, & Principes de potestate ordinaria non posse tollere dominia rerum suis subditis acquisita, sine iustissimis causis, quæ traduntur in l. 2. C. de quadrienn. præscript. notant omnes in cap. qua in Ecclesiarum, de consil. & in l. vltima, C. si contra ius vel utilitatem publicam: & in l. vltima, C. de fide instrument. & iur. hasta fiscal. lib. 10. Notat Angel. in l. Antiochenus, ff. de privilegiis creditorum, late Humada in l. 2. tit. 1. part. 2. gloss. 23. in verbo, Buen cambio, fol. 121. Angelus Matthæa. in tractatu de fideicommissis, lib. 3. cap. 22. num. 22. fol. 154. Episcopus Sarnient. lib. 1. selectarum, ap. 8. n. 13. cum sequentibus, fol. 24. Ioannes Cirier in tractatu de primogenitura, lib. 3. quastion. 7. fol. 99. Rebus. in l. quod iussit, num. 37. pagin. 95. ff. de re indicata, vbi fauor Religionis, tradit quod est iusta causa. Et hac ratione iuncta cum aliis sustentat esse in terminis nostris Alexan. l. in consilio 3. num. 16. cum aliis, lib. 5. quod sicut per rescriptum Principis sine causa non potest auferre dominium directum, ita nec vile dominium acquisitum alicui ex concessione feudali facta suis prædecessoribus: & ista est Maxima in iure, quæ nunquam fere fallere potest in Regno Principis Christiani & iusti. In Principe enim debet esse potentia, sapientia, ac Diuinus cultus, vt tradunt Aymon in tractatu de antiquitate tempor. part. 1. in principio, num. 45. Menochius de arbitrariis iudicium, quastion. 71. num. 71. pagin. 14. Et pro ista sententia faciunt quæ referunt Alexan. & ibi Gloss. Parisien. in additionibus, in consilio 101. num. 8. lib. 2.

Et princeps potest tollere quæ sunt de iure civili, quando continent in se naturalem æquitatem, vt ex pluribus Doctoribus Aymon in cons. 241. num. 10. quem citat Lancellotus in tractatu de Attentatis, in prefatione, n. 85. pagin. 7.

Et hæc regula maximè procedit in dominio acquisito per ius gentium, sicut regulariter sunt omnia; vt clarè probatur in l. ex hoc iure, ff. de iustitia & iure, & apertius in l. 2. titu. 1. part. 1. ibi: Otrosi ius gentium in Latinis iunctis illis verbis, Ca per tal derecho como es lo home conoce lo suyo apartadamente, e son departidos los campos y los terminos de las villas, quæ lex est summè commendanda pro declaratione eorum quæ scribunt Bart. & alij in l. 1. §. ius naturale ff. de iustitia & iure, vbi tractant, & an acquisitio rerum, quas homines acquirunt, sit de iure gentium? quod rectius omnibus explicat Pinellus in dicta rubrica de rescind. vendition. & notat Aymon Crauera in cons. 135. num. 20. Et quod successio hereditatum sit de iure gentium, tradit notabiliter Peralta in dicta rubr. ff. de hered. inst. num. 141. cum tribus sequentibus, pro quo est text. notabilis in l. 2. ff. vnde cognati, ibi, Hac parte Proconsul naturali æquitate motus omnibus cognatis permittit bonorum possessionem, quos sanguinis ratio vocat ad hereditatem, licet iure civili deficiant: & consanguineos & agnatos lex ipsa naturæ, & prudentium omnium responsa successores facit: l. fin. C. quorum bonorum. Imò testamentum est de iure diuino, quia Deus & sancti Patres voluerunt & vltimam voluntatem esse seruandam, cap. vltima voluntas, 13. qu. 2. & dicit Bartol. in l. interdum, ff. de condit. indeb. num. 7. quod ita legit de antiquis Patribus: Alexand. in consil. 1. num. 7. versic. quia Deus, lib. 2. quos citat Quintilian. Mandos. ad ista legendus, in tractatu de signatur. gratia, cap. commutatio vltimæ voluntatis, 90. col. 1. qui alia scribit quæ ad hanc rem faciunt.

Et quod testamenti factio sit de iure gentium, post Bartol. in dict. l. interdum, volunt ibi Alexand. & Iaf. idem Iaf. in l. si testamentum, num. 4. C. de testament. post Cornetum ibi, num. 2. & 3. idem Iaf. in l. ex hoc iure, num. 47. ff. de iustitia & iure: & in l. cunctos populos, num. 44. C. de summa Trinitate, lectura 1. Decius qui eleganter tractat in consilio 557. num. 5. lib. 4. Vigilius in §. sed prædicta, num. 4. de testamentis, Marcus Anton. Baverius in rubrica eiusdem tituli, col. 6. & alij quos citat Pinellus in dicta l. 2. C. de rescind. vendit. in rubr. num. 24. nouissimè Anton. Peregrin. qui hæc disputat in tractat. de fideicommiss. artic. 52. num. 108. fol. 511. ad quos addo Decium idem tenentem in consil. 557. nu. 5. & in consil. 608. n. 5. vbi ex hoc tradit, quod per Imperatorem tolli non potest: & in consil. 413. num. 14. Carolus Ruin. in consil. 80. num. 10. lib. 3. vbi ex hoc decidit, Principem non posse derogare testamento in præiudicium Tertij, vbi notanter loquitur Rebus. in l. obuenire, 130. pag. 682. ff. de verborum significatione, vbi ex hoc inferit, quod Imperator vel Rex non potest derogare testamento, nec concedere quod alienetur res prohibita alienari per testamentum, & nisi ex causa magna, de qua debet constare: & quod rescriptum datum contra testamentum, inuile iudicatur; ad quod Authores refert Bartol. & alios, volunt Fortunius Garcia l. Gallus, §. & quid strantum, n. 143. ff. de liberis & posth. Ant. Gom. int. 3. Tauri, in principio: & in l. 7. in princ. & in l. 40. Tauri, n. 2. Burgos de Paz in proemio legum Tauri, part. 1. n. 328. & est communis opinio secundum Iasonem in l. vltima, limita. 7. C. si contra ius vel utilitatem publicæ. Cornet in d. l. si testamentum, Ioan. Hannibal. in l. nemo potest, num. 189. ff. de leg. 1. & in l. adimonendi, num. 184. ff. de iureiuran. ad quos addo Caldum Pegreiram in l. si curatorem habens, in verb. impiorare in integrum restitutionem, num. 30. cum sequentibus, pag. 1180. C. de in integr. restitut. Simon de Præcis de interpret. defunct. volunt. lib. 5. dubit. 2. num. 20. fol. 286. Ludouicum R. o. sellinum in tractatu, de absoluta Principis potestate, cap. 6. num. 149. fol. 33. qui refert Episcop. Couarru. lib. 3. resolution. cap. 5. num. 7. dicentem Principem non posse sine causa legitima mutare, nec derogare

106 clausulas fideicommissi, & Menoch. in consil. 959. numer. 9. lib. 10. & alios Authores, & legi debet num. 190. dum scribit. Principem non posse sine causa reuocare feudum? & conducunt plura quæ scribit Falcon. regul. 403. Mantica de coniecturata mente defuncti, lib. 11. tit. 12. num. 32. fol. 279. Suarez in l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni, num. 1. pag. 236. vbi Bald. plura refert pag. 82. & me citat. Et non dicitur venire ex iure ciuili, f qui venit ex testamento, vt tradit Aegid. Bossius in pract. crimin. volum. tit. de Principe, num. 95 pag. 626. faciunt scripta per Molinam lib. 1. de primogen. cap. 2. num. 6. lib. 4. cap. 3. num. 25. fol. 143. Ex quibus constat, periculosè loquutum fuisse Nattam conf. 325. num. 9. lib. 2. vbi probare nititur, quod facultas testandi non mero iure competit, sed gratis conceditur: qui ad hoc citat Abbatem in rubr. de testamentis, & in cap. super eo, de condit. appetit.

108 Et Princeps etiam de plenitudine potestatis auferte non posse f ius quæsitum ex consensu partium, conueniunt omnes DD. nemine discrepante, secundum Aym. in consil. 103. num. 15. & ex dicta regula, dum traditum fuit, Principes non posse sine causa auferte dominia rerum, aliqua veniunt ad nostrum propositum conducibilia.

109 Primò, f doctrina Baldi in l. 1. column. penultim. numer. 32. C. quando non peten. part. vbi inquit, non potest mutari forma inuestituræ in præiudicium successorum, quia prima radix attenditur; & idem vult Bald. in cap. 1. per illum textum, de eo qui sibi aut heredibus suis masculis, num. 2. fol. 39. & in aliis locis, vbi per Decium, qui plura consilia adducit in consil. 468. Superiori anno, num. 26. Cephal. consil. 155. num. 10. lib. 2. eleganter Iaf. consil. 7. col. 4. versic. sed præmissis omnibus non obstantibus, lib. 3. Paris. in consil. 10. num. 5. lib. 1. Menoch. in consil. 103. num. 57. lib. 1. & in consil. 307. num. 44. lib. 4. & plures citat Socin. Iunior. in consil. 77. num. 120. lib. 1. & faciunt alia quæ scribo pro confirmatione doctrinæ Baldi, p. 19. 26. a. num. 35. & facit quod in nostra materia primogenituræ scribit Menoch. in consil. 442. num. 27. lib. 5. Aegidius Bossius in pract. crimin. tit. de Principe, num. 30. 11. pag. 641. Socinus Iunior. in consil. 112. num. 2. lib. 2. omnium latissimè Iaf. in consil. 233. num. 2. libro 2. quod consilium refero in princip. secunda partis; vbi probat, Principem f non posse admittere foemina ad successionem honorum feudalium in præiudicium masculi vocati; & eo loco lector videre poterit multa, quæ seruiunt pro confirmatione eorum quæ hic aguntur: & est magis communis opinio secundum Socin. Iunior. in consil. 86. num. 18. lib. 1. quem lector legat.

110 Ex quibus candendum iudico à periculosa resolutione Iacobi Mynfinger. de singularibus obseruationibus, Centuria 1. obseruat. 59. pag. 407. vbi nimis generaliter tradit, quod si agnatus primogenitus consentiat feudi alienationi, talis consensus præiudicat filiis, vt feudum reuocare non possint. Contra quem faciunt quæ idem scribit lib. 2. obseruationum, obseruat. 49. nu. 2. cum sequentibus, pag. 166.

Prædicta confirmantur ex opinione tenentium patrem non posse reuocare emphyteusum acceptam pro se, & filiis, in præiudicium filiorum, secundum Bartol. in l. si cum dotem, §. si pater, ff. soluto matrimonio: Fedeticum de Senis in consil. 228. & alios plures, quos citat Alexand. consilio 22. num. 14. lib. 5. de quibus etiam legi debet Petrus Surdus decisio. 11. num. 1. cum sequentibus & tradit Corbulus in tractatu de iure emphyteu. in parte de priuatione ob non solutum canonem, quæstion. 5. ad finem, fol. 271. qui refert Bartol. & Alciatum.

111 Ex quibus etiam confirmo, quod scribit de Confusionibus Soto de iustitia, & iure quæst. 6. artic. 1. conclusio vltima, vbi probat, quod si ex fundatione iuris patronatus, debet nominari ille, qui sit de certo genere personarum, aut familiæ, non potest Episcopus f eligere dignorem non nominatum per patronum, qui non sit

de illis quos testator & fundator nominauit; quem refert & sequitur Episcopus Couarru. in regula peccatum, de regul. iur. in 6. part. 2. §. 7. n. 5. vers. quinto hic aperitur, fol. 50. & ista doctrina est necessaria ad id quod infra scribo ex Calderin. consil. 19.

Et pro istis etiam faciunt quæ notanter scribit Simon de Prætis lib. 4. de interpretanda defunctorum voluntate, interpretat. vltim. dubitation. 3. num. 18. folio 417. column. 1. ad ista legendus; & prius lib. 1. interpretat. 1. dubitation. 2. solut. 13. num. 5. cum sequentibus, folio 25. vbi generaliter probat, f quod si legatum fuit factum ob publicam vtilitatem, non potest per Principem alterari; & ad hoc facit, quod noua inuestitura per dominum facta non tollit rigorem, vel efficaciam procedentem ex prima & antiqua inuestitura, secundum Iacob. Aluarot. in cap. 1. de vassall. decrep. at. notant Barthol. Socin. inter consilia Alberti Brun. consil. 3. vers. 8. & alij quos refert Peralta, qui aliqua similia adducit in d. §. qui fideicommissam, num. 61. pag. 197. Et principem f non posse reuocare concessionem feudi, nisi ex iustis causis, tradunt Curtius Iunior. in consil. 1. num. 29. & in consil. 142. num. 27. Socinus Iunior. in consil. 66. num. 13. lib. 1. & alij quos citat Menoch. in tract. de præsumpt. libro 2. præsumpt. 10. num. 50. pag. 122. & lib. 5. præsumpt. 34. num. 14. fol. 44. vbi post Aymonem in consil. 318. num. 4. tradit, Principem non debere innouare diuisiones feudorum, quæ semper indiuisa permanserunt: & est text. notabilis, quid in ista materia non allegetur, in authent. Sed permutare, C. de sacrosanct. Eccles. ibi: Sed & permutare Principi licet pro re maiori, meliori vel equali, si respublica hoc exposcit, res igitur Ecclesiæ alienari non possunt, etiam cum autoritate Principis, nisi pro maiori, vel equali, & favore Reipublicæ: quem textum ad aliud refero p. 2. quæst. 4. illat. 8. versus finem: & inuestitura alterari non potest, f habitando, & vocando foeminas in præiudicium masculorum, quibus est ius quæsitum, vt probat Signorol. consil. 10. column. 2. Decius. consil. 139. num. 3. Et feudum etiam tantum in spe quæsitum non potest Principem à vassallo, vt probat Carol. Ruin. consil. 108. num. 28. libro 2. Veniunt etenim in istis casibus filij, aut alij successores ex sua persona; non autem per simplicem successionem, vt probat per plura August. Berol. in consil. 67. num. 38. & 39. lib. 1. & in consil. 70. num. 38. & 39. eodem libro. Et istud etiam confirmatur ex aliquibus quæ scribo in princip. 2. partis tractatus. Istam tamen conclusionem limitat Aymon Crau. in consil. 135. num. 22. cum aliis, nisi existente causa, quia tunc potest Princeps alterare & mutare naturam feudi; à cuius resolutione fugiendum est. Et quod Princeps non possit f tollere dominium sine causa, etiam si ipsum dominium à solo iure ciuili sit introductum, tradit Molin. lib. 2. de primogen. cap. 7. num. 18. fol. 271. eleganter Andr. de Isem. in cap. 1. num. 6. fol. 108. quæ sit Regalia, nec potest reuocare donationem à se factam alicui iure primogenituræ in præiudicium vocatorum, tradit Molin. lib. 4. c. 3. n. 15. fol. 139.

112 Et pro istis etiam faciunt quæ notanter scribit Simon de Prætis lib. 4. de interpretanda defunctorum voluntate, interpretat. vltim. dubitation. 3. num. 18. folio 417. column. 1. ad ista legendus; & prius lib. 1. interpretat. 1. dubitation. 2. solut. 13. num. 5. cum sequentibus, folio 25. vbi generaliter probat, f quod si legatum fuit factum ob publicam vtilitatem, non potest per Principem alterari; & ad hoc facit, quod noua inuestitura per dominum facta non tollit rigorem, vel efficaciam procedentem ex prima & antiqua inuestitura, secundum Iacob. Aluarot. in cap. 1. de vassall. decrep. at. notant Barthol. Socin. inter consilia Alberti Brun. consil. 3. vers. 8. & alij quos refert Peralta, qui aliqua similia adducit in d. §. qui fideicommissam, num. 61. pag. 197. Et principem f non posse reuocare concessionem feudi, nisi ex iustis causis, tradunt Curtius Iunior. in consil. 1. num. 29. & in consil. 142. num. 27. Socinus Iunior. in consil. 66. num. 13. lib. 1. & alij quos citat Menoch. in tract. de præsumpt. libro 2. præsumpt. 10. num. 50. pag. 122. & lib. 5. præsumpt. 34. num. 14. fol. 44. vbi post Aymonem in consil. 318. num. 4. tradit, Principem non debere innouare diuisiones feudorum, quæ semper indiuisa permanserunt: & est text. notabilis, quid in ista materia non allegetur, in authent. Sed permutare, C. de sacrosanct. Eccles. ibi: Sed & permutare Principi licet pro re maiori, meliori vel equali, si respublica hoc exposcit, res igitur Ecclesiæ alienari non possunt, etiam cum autoritate Principis, nisi pro maiori, vel equali, & favore Reipublicæ: quem textum ad aliud refero p. 2. quæst. 4. illat. 8. versus finem: & inuestitura alterari non potest, f habitando, & vocando foeminas in præiudicium masculorum, quibus est ius quæsitum, vt probat Signorol. consil. 10. column. 2. Decius. consil. 139. num. 3. Et feudum etiam tantum in spe quæsitum non potest Principem à vassallo, vt probat Carol. Ruin. consil. 108. num. 28. libro 2. Veniunt etenim in istis casibus filij, aut alij successores ex sua persona; non autem per simplicem successionem, vt probat per plura August. Berol. in consil. 67. num. 38. & 39. lib. 1. & in consil. 70. num. 38. & 39. eodem libro. Et istud etiam confirmatur ex aliquibus quæ scribo in princip. 2. partis tractatus. Istam tamen conclusionem limitat Aymon Crau. in consil. 135. num. 22. cum aliis, nisi existente causa, quia tunc potest Princeps alterare & mutare naturam feudi; à cuius resolutione fugiendum est. Et quod Princeps non possit f tollere dominium sine causa, etiam si ipsum dominium à solo iure ciuili sit introductum, tradit Molin. lib. 2. de primogen. cap. 7. num. 18. fol. 271. eleganter Andr. de Isem. in cap. 1. num. 6. fol. 108. quæ sit Regalia, nec potest reuocare donationem à se factam alicui iure primogenituræ in præiudicium vocatorum, tradit Molin. lib. 4. c. 3. n. 15. fol. 139.

113 Secundò, hinc descendit regula text. in l. venditor, §. si constat ff. communia pradiorum, per quem Doctores vbiq; volunt, f Principem, vel Rempublicam posse capere res priuatorum, necessitate cogente, & soluta parti æstimatione rei, quæ aufertur, cum qua concordat l. 3. tit. 18. part. 3. l. 2. tit. 1. par. 2. l. 2. tit. 2. lib. 1. fori, quod tradit nouissimè & latè Humada in l. 2. tit. 1. par. 2. glos. 23. num. 2. cum sequentibus, fol. 121. Lara in l. si quis à liberis, §. item rescriptis, num. 158. folio 69. ff. de liberis agnoscend. melius Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 5. num. 5. pag. 113. vbi scribit, f quod Princeps non potest disponere in præiudicium filiorum, vel successorum in Principatu, quod secundogeniti non succedant in aliquo feudo, refert notata per ipsum in consil. 51. lib. 3. & hoc vbiq; tractatur.

114 Tertio, ex prædicta regula venit, f quod Princeps interesse partis remittere non potest, l. venia, in fin. C. de in ius vocand. Glos. vlt. & ibi DD. in cap. autoritate, de

de privileg. in 6. notatur in l. quoties, & in l. rescripta, C. de precib. Impera. offer. & per Ioan. Gallum in quæst. penult. Arrestorum, quæst. 124. Arresto 4. vbi dicit, per Arrestum ita pronunciatum fuisse, quem & alia similia ad propositum refert Rebuff. in l. vnica, C. de sent. qua pro eo quod interest, in prin. q. 30. pag. 349. totius voluminis, cui adde Iaf. in l. Gallus, §. & quod si tantum, n. 68. ff. de liber. & posthum. Deci in cap. dilecta, numer. 14. folio 270. de except. Nicol. Boer. decis. 161. vbi tractat f quæstionem necessariam ad Pragmaticas; quæ de condemnatione absentium loquuntur, An Princeps qui donauerat bona iam confiscata, seu pro Emenda capti; restituendo postea condemnatum ad ipsa bona, & se defendendum, & iustificandum intra annum de iure cõcessum, videatur reuocasse donationem de dictis bonis prius factam; Et de hoc etiam tracto in quæst. 23. infra, hac 4. par. à num. 18. cum sequen.

119 Quarto hinc oritur dispositio text. in d. l. 3. tit. 18. par. 7. f vbi dicitur, Contra derecho natural no dene dar privilegio Rey, ni otro señor; e si le diere, no dene valer: e contra derecho natural seria, si diessen por privilegio las cosas de un bona a otra, Ex quibus verbis constat esse contra ius naturale, auferte Principem res subditorum, & donare alteri; quibus conuenit l. si donationem, C. de dona. quam ornat Restaurus in tract. de Impera. quæst. 111. num. 227.

120 Quinto inquit f Chassan. in consuetudin. Burgum. tit. de censib. §. 10. glos. 1. vnum. 54. quod nulla amortizatio Principis præiudicat inferiori domino habenti interesse. Vnde si Ecclesia impetrauit amortizationem à Rege in forma plenissima, siue ante acquisitionem, siue post; tamen si res acquisita moueatur feudaliter, vel censuariè ab alio quam à Rege, poterit ab illo præcisè cogi euacuare manum suam, vt tenet Glos. Paris. in prima part. consuet. Paris. §. 41. n. 97. fol. 296. in quo n. 68. inuenitur, quid sit Amortizatio.

121 Sextò adduco bonum textum in l. inciuile, C. de rei vend. ibi: Dominium eius transfulisti, inuito eo, ex nostro rescripto tibi assignetur: quam legem ad aliud refero in princip. secunda partis, num. 464. facit l. cum te, C. de donat. ante nuptias, ibi: Cum te sponsa filij tui quedam donasse constet, perfectam donationem rescindi, nec nostro oportet rescripto, quam tua voluntas, iurisque auctoritas fecit ratam: & plura in confirmationem istorum scribit latissimè Ant. Peregrin. in tractatu de fideicommiss. artic. 52. num. 107. cum sequentibus, fol. 511. & legenda sunt quæ citat Valdes in additionibus ad Suarez allegat. 7. pagin. 82. Et quod testator non possit disporre circa iurisdictionalia; tradit Anton. Peregrin. in tract. de fideicommissis, artic. 11. num. 111. fol. 100. Et ex istis venit quod scribit Rebuffus in tract. congrua portionis, num. 35. pag. 97. vbi tradit, quod si Episcopus, vel Abbas, Ecclesiæ vnitam mensa conferat alicui in titulum, licet videatur separare à mensa, nec præiudicat successoribus. Et idem num. 56. resoluit, quod Religio-si, vel Patroui non possunt antiquum statum f Ecclesiæ mutare, per cap. ad Apostolicam, de simonia, & alia iura, & facit doctrina Baldi in cap. 1. de natur. feudi, vbi tradit, quod postquam Imperator & Rex non potest illum nisi ex causa remouere, donec superest persona quæ illi præest, quem citat Casar Lambertinus in tractatu de iure patronatus, libro 1. articulo 2. noua quæstionis principalis, num. 9. fol. 87. vbi refert Felinum in cap. cum accessisset, de constit. & donatio perfecta de castris separando illa, potest rescindi, vt latè per Decium consil. 468. num. 18. per l. perfecta, Cod. de donat. & alia, quibus congruit, quod Imperator non potest dissoluere placita & conuenta, nec auferte ius quæsitum ex f alterius voluntate, vt probant Gozadinus consil. 9. numer. 43. Socin. Iunior. in consil. 77. num. 111. & 112. lib. 1. Alciat. respons. 162. nu. 6. Aymon in tractatu de antiqui. tempor. par. 1. in princip. nu. 451. Menoch. in consil. 1. num. 394. lib. 1. Ex quibus & aliis quæ omitto, constat, Principibus prohibitum esse priuare dominij res subditos suos, nisi ex causa vrgenti.

122 Illud autem f quod Tiraquel. & Lucas de Penna volunt, fragile est quantum ad nostram materiam, cum ipsi loquantur in primogenituris Galliæ, quæ deferuntur per leges & consuetudines Galliæ: nos agimus de successione quæ defertur à constitutione facientium maioratus, qui à primordio in constitutione vocant successores in infinitum: nam origo in f omnibus rebis est inspicienda, l. nam origo ff. quod vi aut clam, primordio tituli posteriori indicatur euentus, l. 1. §. quæd. & quib. quarta pars debeat, l. 10. & talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant, l. si defensor §. qui interrogatus, ff. de interrog. act. notat Bald. consil. 121. in prin. lib. 3. Peral. in l. legatorum petitio, §. qui plures num. 4. pag. 389. ff. de leg. 2. & in feudis, in quibus viuunt iure Francorum, pater etiam cum consensu Regali non potest

124 Quod f si quis dixerit ista procedere in dominio iam quæsto illi, quem Princeps priuare vult aliqua re, non etiam in dominio nondum quæsto, quia in hoc plerique conueniunt in prædictis locis Principem præiudicare posse: ad quod facit l. vltim. Cod. de acquiren. poss. l. non fraudantur, ff. de regul. iur. & conducunt alia plura, quæ scribo in hac quarta parte tractatus, quæstion. 23. num. 128. tradunt Doctores in d. §. & quid si tantum, vnde dicit Ancharr. in consilio 292. Dominus Papa, Principem posse præiudicare in quærenda spe non approbata: ad quod conducunt alia plura quæ scribo in princip. 2. partis, à num. 391. cum aliis, vbi lector legat: & expressa est doctrina Lucæ de Penna in l. penultim. column. 2. C. de Decurion. lib. 10. vbi vult, quod Princeps potest concedere patri habenti plures filios, vt ipse possit inter omnes filios bona diuidere, quæ vel ex statuto, vel consuetudine ad primogenitum pertinent, non consentiente primogenito; cum id non sit statuere super iure iam delato primogenito, sed deferendo, quia nullum ius videtur habere primogenitum in bonis patris, nisi sola spe, cuius sententiam sequitur & confirmat Tiraquellus in tractatu de primog. quæstion. 22. numer. 1. cum aliis, pagina 208. & tradit idem Tiraquell. in eodem tractatu, quæstion. 79. Aymon Crauer. consil. 136. num. 7. Cephal. consil. 3. numer. 34. & num. 41. & consil. 12. num. 9. 17. & 19. idem Aymon in consuetud. Aluern. tit. 12. artic. 51. n. 9. & 20. & confirmat Bursat. consil. 2. num. 32.

125 Ex quibus quis argumentari f possit, Principem posse priuare successores in maioratibus à potestate succedendi in aliquibus bonis, concedendo licentias ad ea alienandum, veluti quod tale ius solummodo sit in spe, & quærendum, & non quæsitum, Huic argumento faciliter responderi potest, quod ius primogenituræ, f & fideicommissi ita est in consideratione, ac si iam delatum & acquisitum omnibus successoribus esset, secundum Ioannem Andream in additionibus ad Speculato-rem in rubric. de feudis, in 4. par. folio 118. column. 1. versic. Non obstat. Oldrad. consil. 94. num. 12. & 13. & Greg. Lopez qui aliqua scribit in nostre sententiæ confirmationem in l. 3. tit. 13. par. 6. in glos. in verbo, Mage-res, fol. 89. column. 1. in princip. & plures citat Burg. de Paz in consil. 18. num. 3. & tradit eleganter Menoc. consil. 211. num. 97. cum seq. lib. 3. Roland. c. 85. nu. 24. lib. 1. facit text. in l. pronunciatio, §. familia, ff. de verb. sign. ibi: Nepotes & neptes: & ibi, Et omnes qui ex eadem domo & gente proditi sunt: & ibi §. 4. Quasi à fonte quodam memoria, quam l. ad aliud refero in prin. 2. par. n. 44. & d. l. cum pater, §. libertis, & l. cum ita, §. in fideicom. ff. de leg. 2. imò qui habet f ius in spe, dicitur habere ius acquisitionis, l. spem, C. de donat. & sicut noua constitutio non trahitur ad ius quæsitum de præterito re ipsa, ita non trahitur ad ius conditionale, quod dicitur quæsitum spe, secundum Ancharr. in c. 1. q. 14. de constit. & plura scribit Gomezus in reg. de non tollendo iure quæst. q. 4. par. 83. Et quod Papa non censetur velle derogare ius alterius consistenti in sola spe, voluit Glos. iuncto text. in cap. ad aures, de rescript. vbi Ripa num. 45. qui tamen in contrarium adducit notata per Felinum in cap. in nostra, corollar. 21. & 27. de rescript.

126 Illud autem f quod Tiraquel. & Lucas de Penna volunt, fragile est quantum ad nostram materiam, cum ipsi loquantur in primogenituris Galliæ, quæ deferuntur per leges & consuetudines Galliæ: nos agimus de successione quæ defertur à constitutione facientium maioratus, qui à primordio in constitutione vocant successores in infinitum: nam origo in f omnibus rebis est inspicienda, l. nam origo ff. quod vi aut clam, primordio tituli posteriori indicatur euentus, l. 1. §. quæd. & quib. quarta pars debeat, l. 10. & talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant, l. si defensor §. qui interrogatus, ff. de interrog. act. notat Bald. consil. 121. in prin. lib. 3. Peral. in l. legatorum petitio, §. qui plures num. 4. pag. 389. ff. de leg. 2. & in feudis, in quibus viuunt iure Francorum, pater etiam cum consensu Regali non potest

rest donare secundo genito in praedictum primogeniti, Affi. Et. in consuetu. lib. 3. rubr. 4. num. 25. Et istam differentiam inter primogenia Gallia, & maioratus Hispaniae in aliis locis animaduertit, praecipue in prioribus tractat. n. 49. ex qua resolutione oritur doctrina Fulgof. in l. quoribus ab omnibus, nu. 1. C. de fideicommissis, ubi vult, quod si de consensu omnium de familia, vendita fuit res, quae prohibita erat alienari, potest retractari per eos, qui nascuntur de illis, qui alienationem fecerunt per text. in l. peto, §. vltim. ff. de leg. 2. & idem tenent Corneus & Iaf. & ibi Ioan. de Annani, in cons. 47. Illud praesupponitur, num. 5. cum aliis, ubi dicit notandum, & digito alligandum; & id voluit Decius, Ripa, Crotus, Loazes, Guillelmus Benedictus, & alij, quos in specie refert Tiraquel. lib. 1. de retractu, §. 1. glos. 9. num. 86. pag. 58. ubi plura cumulat in confirmationem istorum, praecipue Martin. Lauden. Iacob. Aluarot. Andreas de Ifernii in cap. 1. §. notandum, tit. de success. feud. qui dicunt ad propositum, agnatos natos post alienationem feudi admitti ad reuocationem illius, non minus quam si nati fuissent tempore alienationis, & idem tenet Zafius in epitome feudorum, part. 9. c. 3. versicul. Verumtamen si postea, Decius in consilio 395. In causa magnifici, & alij, quos ipse refert; quibus iungit Gregorium Lop. in l. 5. tit. 15. part. 2. in gloss. in verbo, Que nunca, Dominum Antonium de Padill. in dist. l. quoribus, num. 4. fol. 48. Boetium decis. 12. num. 4. part. 1. Et ista confirmantur, quia cum facta alienatione bonorum maioratus, statim transeat dominium in proximum successorem vocatum, secundum Glossam communiter approbatam in l. quoribus ab omnibus, C. de fideicommissis, quam late confirmauit in 3. part. quest. 9. num. 1. sequitur euidenter, quod facta alienatione, est ius quaesitum sequenti in gradu & vocato.

131 Ex qua conclusione subinfertur, quod nihil obesse illis quibus competit successio in maioratibus, cautelam & praeventionem, qua hodie vtuntur possessores bonorum maioratus qui cum petunt licentias ad alienandum bona maioratus, citant omnes qui nati sunt, & possunt praetendere successionem in bonis maioratus tempore in quo facultas a Rege impetratur, vt rectius alienationis facultas concedatur; quia ista praeventio, & cautela nulum praedictum afferre potest illis, qui post factam alienationem editi sunt, qui si alienatio non iusta fuerit, possunt eam reuocare. nam quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari, iuxta regulam iuris, & l. per fundum, ff. de seruicibus rust. & l. 10. tit. 3. part. 3. & alteri per alterum non debet iniqua conditio afferri, l. non debet, ff. de regul. iur. cum concordantibus. Ad quod etiam facit doctrina Socini in l. si cognatis, num. 30. ff. de rebus dub. Carol. Ruin. cons. 77. n. 9. lib. 3. & quod scribit Paris. in cons. 31. num. 36. lib. 4. de solutione facta per Canonicos praesentes, quod non praedictant successoribus, per regulam cap. veniens, & capit. de cetero de transfectionibus.

132 Infertur etiam, periculosam esse sententiam Gregor. Lopez in l. 6. tit. 11. in gloss. in verbo, Que la non pudiese vender, in vltimis verbis, fol. 84. column. 4. ubi praesupponit, Principem posse dispensare, vt contra tenorem maioratus succedat foemina; & decidit, quod talis dispensatio praedictat illi, qui erat viuus tempore quo deferebatur, secus si esset mortuus, faciunt scripta per Alexandrum in cons. 12. num. 14. libro 1. quid operetur legitimatio Principis post acceptam possessionem: vnde etiam constat, nihil ad praedictandum eis qui non consenserunt, pertinere consensum proximorum, quibus proxima causa successiois contingit, vt alij remotiores excludantur a reuocando alienationem factam, cum omnes vocati aequale ius habeant succedendi, & proximioribus negligentibus, vel alienantibus, remotiores debeant admitti iuxta dist. §. in fideicommissis, de quo vltimo plenius tracto in tertia parte huius tractatus, questio. 9. Pro qua conclusione etiam est textus in cap. 1. in prin-

cipio, de success. feud. ibi: Nulla ordinatione defuncti in feudo mouente, seu valente, per quem dicit Peralta in l. vnum ex familia, §. si de falcidia, num. 6. pagin. 570. ff. de legat. 2. quod si filius & successor in maioratu non potest priuari maioratu, neque exheredari, quia talia bona non caput ab ipso immediato possessore, sed ab instituyente, quod tenet contra Tiraquellum & Guillelmum Benedictum, de qua quaestione latius ago in secunda parte huius tractatus, g. 4. illation. 1. & pro istis est elegans textus, qui a nullo refertur in l. locatio, §. eorum, ff. de public. & vectigal. ibi: Quod si praesertim confectum ex indulgentia publicanus omiserit, alius exerceat non prohibetur, Et pro hac resolutione adduco, quod ferè in terminis nostris tradit Aggidius Bossius in practica crimin. tit. de proclama. quod sit bon. public. num. 11. pag. 540. ubi vult, quod habentes ius in fideicommissis, tenentur contradicere proclamationibus, licet nondum venerit: & licet fiat praedictum proximioribus natis, tamen si postea nascuntur alij a testatore vocati, illi potere possunt; quia nondum nati non comprehenduntur, nec culpa viuientium praedictat sequentibus, nec spectatur mors naturalis non contradicentis; refert Bart. in l. 3. ff. de interd. & releg. & alia plura.

Nec his obest l. ex contractu, ff. de re iudic. l. 1. §. de nunciariis, ff. de ventre inspicend. cum qua concordat l. 17. tit. 6. part. 6. quae leges docent, quod primus scriptus heres citari debet, non etiam substitutus: nam id procedit, quoad substantiandum iudicium, & ne iudicia procedant in infinitum, de quo tracto in quaestione 14. infra, hac 4. parte, & ad illum textum in dist. §. de nunciariis, respondit Andr. de Ifernii in c. si vassallum, tit. de feudo fuerit controversia inter dominum & vassallum, quod procedit, quia ibi non erat praedictum irreparabile, cum esset saluum ius substituto, probando partum fuisse suppositum, per l. 1. §. vltimo, ff. de Carbonian. licet Felinus in cap. vltimo, column. 2. de maioritate & obedientia, Iaso in l. rescriptum, notabil. 2. de pactis, Decius in consilio 367. Vltimo puncto, in fin. velint illam legem procedere, etiam si praedictum esset irreparabile: de textu autem in d. l. ex contractu, latius tracto infra hac p. quest. 14.

Ex his etiam fundari potest quoddam dictum Gregorij Lopez in l. 6. tit. 21. part. 6. in gloss. in verbo, No valdra fol. 84. columna prima, ubi dicit, quod si Princeps concedat facultatem ad vendendum aliquam rem maioratus, potest vocatus contradicere possessionem, offerendo pretium ad subleuandam necessitatem rei, pro qua venditur: refert textum in l. qui Roma, §. coheredes, ff. de verb. oblig.

Ex his etiam quod obiter deducitur, nihil obesse pacta & transactiones factas per Dominos huius Regni cum suis vassallis super impositionibus illis, qui pro tempore succedunt in statibus & maioratibus, etiam si talia pacta approbata sint a filiis primogenitis Dominorum, cum ius eorum non dependeat a transigentibus, vel a paciscentibus, nec consensus eorum aliquid successoribus, praedictari poterit: ad quod praeter praedicta, facit l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pactis, l. pacto successorum, C. eodem titulo, l. 10. titulo 14. part. 1. & spectant tradita per Andream ab Exca in capit. cum omnes, numero 158. pagina 366. de constitut. & numero 281. Ripam in l. quo minus, column. 27. num. 136. ff. de fluminibus, & egregium consilium Ancharr. 174. num. 5. vnde consilium est pro vassallis, qui transactionem facere velint cum Dominis, vt citent omnes, qui nati sunt tempore transactionis, & qui ius praetendere possunt ad maioratum: nam hac citatione praemissa si transactio fuerit iuste facta, & seruatis quae scribo in quaestio. 22. infra hac quarta parte, praedictabit successoribus, & qui nati fuerint post transactionem factam.

Fore autem necessariam citationem illorum qui praetendunt ius ad maioratum, ubi a Rege petitur licentia ad alienationem talium bonorum, nec sufficere consensum

consensum illius qui licentiam petit, praesupponit Gregor. Lopez in l. 3. tit. 13. par. 6. in gloss. in verbo, Mugeris, column. 4. versus finem, notat Molina lib. 4. de primogeniis, cap. 3. num. 5. & num. 25. Anton. de Padill. in authent. res qua, num. 331. C. commun. de leg. pro quibus facit consilium Pauli de Castr. 78. n. 2. lib. 1. & Curtius tractat. de feudis, p. 4. n. 146. pag. 459. ubi post alios etiam scribit, ad alienationem feudi omnes agnatos esse vocandos, nec sufficit proximiores vocare; quae sententia confirmatur ex sententia illorum, qui tenent, quod in impetratione & legitimatio, quae expressio facti est faciendi in specie, & cum expressione personarum, & numero ipsarum, quas negotium tangit; alia concessio dicitur nulla, etiam si appareat facta de plenitudine potestatis; quia non est verisimile, quod Princeps concessisset, vel concessisset cum maiori difficultate, & legitimatio redditur subreptitia, vt ex Bart. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotidian. & affiu. Felin. in cap. cum olim, column. antepenult. versic. exemplum, Alexan. consilio 23. & consil. 3. lib. 5. & alij probat Parisius in consil. 12. num. 20. & 22. lib. 2. & dictum Gregor. Lopez verissimum credo propter praedicta, & resolutionem Bartol. in dist. §. quid si tantum, num. 14. quem alij Doctores ibi sequuntur, ubi inquit, quod viuente patre filij legitimari, non habet poterit necesse citare agnatos, quod late probat Nicol. Boetius decis. 122. num. 1. cum aliis; tamen mortuo patre est necessaria citatio agnatorum, ad hoc vt legitimatio valeat, non ob aliam rationem, nisi quia mortuo patre iam agitur de praedictio consanguineorum patris; & idem vult Abbas in cap. per venerabilem, num. 29. qui filij sint legitimi. Quamuis Bartol. in dist. loco, dicat, quod hoc locum non habet; quando constat de Principis voluntate, quod voluit praedictare successoribus; cuius opinio communis est secundum Iasonem & Crotum ibi, quos refert Episcop. Couarr. in epitome de sponsalib. par. 2. cap. 8. §. 9. fol. 147. & Barr. sequitur Costa in dist. §. par. 2. num. 75. pagin. 76. & alij, quos refertur Tiraquel. in tractatu, Res inter alios acta, pagin. 16. in vers. Hinc quoque, Socin. Iunior. in consil. 14. num. 4. libro 2. sed vltima verba Bart. quae retuli, non placent Episcopo Couarr. nec Fortun. in dist. §. & quid si tantum, columna 132. pro quorum sententia facit l. cum ratio, ff. de bonis damnat. dist. l. 2. ff. vnde cognati, & condecunt alia plura, quae ego supra trado: & de doctrina Barr. agit Molina lib. 2. de primogeniis, cap. 7. numer. 19. fol. 270. Et an Princeps possit derogare iuri substitutorum, & alia circa haec, vide eundem Molinam libro 3. de primogen. capit. 3.

144 numer. 11. 14. & 19. folio 15. & 16. & an possit vincula alterare lib. 4. cap. 3. num. 10. fol. 144. Et quod sit necessaria praedicta citatio, probatur ex doctrina Ancharr. in cons. 47. num. 1. & 2. ubi dicit, quod ad petitionem legitimatiois debet citari substitutus patri legitimantis; si sine liberis decesserit, quia in talibus bonis pater non habet liberam dispositionem, sed sicut restitutioni subiecta, & idem vult Alexander in consil. 67. libro 1. num. 6. & 7. & est communis opinio secundum Decium in consil. 85. column. penult. numer. 8. & Crotum in dist. §. & quid si tantum, folio 12. column. 2. pro quibus est textus in l. nec filio, ff. de natalib. rest. & quod illius argumento tradit Pinel. in dist. rubr. Cod. de rescinden. vend. num. 17. folio 11. & inquit ad propositum Ancharr. in dist. consil. 146. num. 5. & 6. quia stipulatio & conventio derogat privilegio Apostolico legitimatiois, & etiam iuri ordinationis: vnde si quis stipulatus sit pro se & filiis, si filiam legitimam habeat, non valet legitimatio filij spurij facta per Papam, & facit quod scribit Barthol. Socinus in consil. 246. libro 2. Decius in consilio. 284. Et quod si pater legitimer filium, sit necessaria citatio substitutorum, & vocatorum ad fideicommissum respectu bonorum, in quibus pater non potest ad libitum disponere, prout sunt bona maioratus, licet citatio sit viuente patre, probat Paris. in d. consil. 12. numer. 156.

lib. 2. & concinit doctrina Alex. in cons. 94. Consideratis, num. 9. lib. 1. quod Papa non potest etiam de plenitudine potestatis legitimatioem facere; derogando quod ius fideicommissi, nec ex hoc est excludendus fideicommissarius: ad quod inter alia refert Io. de Imol. vbi Gemina. num. 10. in dist. cap. grandi, ubi dicunt, quod licet Papa possit legitimare filium Regis Aragonum; hoc procedit, ubi legitimatio fieret sine praedictio Tertij: sed ubi consuetudo defert alteri consanguineo Regnum, decedente Rege sine filio legitimo, non potest Papa facere talem legitimatioem, etiam si legitimatio fiat de voluntate Regis: & licet ad validitatem legitimatiois citatio non sit necessaria ad praedictandum, tamen in iure fideicommissi illa requiritur, vt probat Cephalus post alios quos citat consil. 186. num. 40. lib. 2. Et quod in bonis, de quibus pater disponere non potest, legitimatio facta de primogenito etiam viuente patre, non praedictat secundo genito, & concludit Dominic. post Ioannem de Imola in cap. grandi, n. 10. de supplend. neglig. pralator. li. 6. & confirmat Decius in cons. 85. num. 8. & ad hoc etiam attinet quod scribit Iacob. de Bellovisu in Authent. quib. mod. natur. efficiant. legit. §. quoniam, ubi dicit, quod in legitimatioe, quae impetratur mortuo patre filij illegitimi, non solum facienda est mentio liberorum, sed etiam agnatorum, & successorum, alia legitimatio est subreptitia; & idem tenent Anton. in dist. cap. venerabilem, num. 17. & Ioann. Andr. in addition. ad Specular. tit. de success. ab intestato, §. 1. in addit. quae incipit, Rosedus. Pro quibus etiam facit, quia ratio viva, quare ille qui vult legitimare filium illegitimum, non tenetur citare agnatos, quando legitimatio fit viuente & consentiente patre; est; quia pater disponendo de rebus suis, potest praedictare agnatis; & ideo non est opus illos citare, secundum Imol. & Dominic. n. 10. in d. cap. grandi, de supplend. neglig. pralato, lib. 6. & Ancharr. d. consil. 427. & alios, quos referunt Episcop. Couarru. in d. loco, num. 7. Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, suscepit liberos, num. 65. pag. 343. C. de reuoc. donat. Et miror, quod Martinus Laudenis in tractatu de legitimatioe, 8. volum. tractatum, num. 127. fol. 95. column. 4. tractauit istam quaestionem breuiter & succincte, quasi non esset difficilis: & punctum quod late tractat Nicol. Boetius decis. 121. per totam, & decisione 240. num. 19. Anton. Gabr. lib. 6. communium tit. de legitimatioe, conclusio. 7. pagin. 380. Tiraquel. in l. si vnquam, Cod. de reuocan. donat. in verbo, suscepit liberos, numer. 65. pagin. 343. plene Antonius Petegginus in tractatu de fideicommissis, artic. 23. num. 50. & 51. fol. 116. Cum igitur in impetrandis licentiis ad alienandum bona maioratus, agatur de praedictio certo & indubitabili omnium successorum, qui causas possent Regi exhibere, vt minimè permittat alienationem bonorum maioratus; in quorum praedictio nihil, qui alienare vult, disponere potest; oportet eos citare, vt praedictum reparari & fulciri possit: ad quod etiam facit regula illa aequissima l. de vnquoque, ff. de re iudicat. quam late ibi ornauit Hippolyt. & Socin. in rubrica, de dilat. & alij, quos omitto, contentus lata & vtili restitutione Tiraquel. in dicto tractatu, Res inter alios, in principio: & pro hac nostra sententia faciunt quae scribunt Barthol. Socinus in consilio 266. num. 45. libro 2. & in aliis pluribus consiliis, quae citat Aymon in tractatu de antiquitate tempor. part. 1. numer. 8. & consilio 5. & Molin. libro 3. de primogen. capit. 3. numer. 13. folio 15. Benedictus de Barziis in tractatu. de legit. 8. volum. tractatum, numer. 46. folio 28. column. 4. Ludou. de Sardis in eodem tractatu, & volumine, folio 40. columna 3. numero 7. versicul. Septimo requiruntur.

148

149

150

151

152

Et quod in similibus dispensationibus requiratur citatio, & causae cognitio, constat ex doctrina Barthol. Socini in l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 31. ff. de liber. & posthum. post Ancharr. & alios, & eundem Socini inter consilia Curtij Senioris consilio 18. ad quod

alios citant Curtius Iunior. In *conf.* 75. *num.* 2. Anton. Gabr. *lib.* 2. *commun. opin. tit. de citatione, concl.* 1. n. 140. Mantica de *coniectura ment. defunct. lib.* 11. *tit.* 11. *nu.* 13. *pag.* 345.

153 Et hæc confirmantur, ¶ quia cum ex *reg. tex. in l. cum pater, §. lib. tit. ff. de leg. 2. & aliis* quæ scripti in 3. *p. 9. §. n. 1.* alienatione bonorum maioratus facta, transeat statim dominium in proximum vocatum, sequitur quod cum de eius præiudicio tractetur, omnino citari debet, iuxta *regul. l. nam ita Diuus, ff. de adopt. & d. l. de uno quoque, cum concordant.*

Nec his refragatur Gloss. in *di. l. de unoquoque* in *verbo*, quos *causa*, quæ vult, citandum esse solum in iudicium illum, quem *causa*, de qua agitur, principaliter tangit; non eum, quem *causa* secundariò contingit, ¶ quam Glossam vocat insignem, & ab omnibus approbatam, Episcop. Couar. in *pract. quæst. c. 13. nu. 6. col. 3. in fin.* Nam si bene considerantur quæ supra scripta sunt, ius succedendi in bonis maioratus principaliter pertinet ad omnes vocatos per primum institutorem; ad quod etiam facit quod in simili voluit Alex. in *con. 91. Ponderatis, n. 10. & 11. l. 1. vbi inquit*, quod emphyteusis accepta pro aliquo & liberis, non est ¶ in bonis, nec in hereditate recipientis, in quantum agitur de præiudicio vocatorum ad emphyteusim, citat *reg. in d. l. 3. ff. de interd. & relega.* & conducat quæ ad illud propositum de emphyteusi scribunt Alex. in *conf. 8. n. 15. lib. 3. & conf. 101. lib. 4. & in conf. 45. præscriptis, lib. 5. & quæ scribit Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 21. glof. 6. nu. 21. cum 2. sequen. & lib. de primogenitu. quæst. 6. nu. 19. pag. 101. Episc. Couar. in 2. p. rubr. de *resam, nu. 16. fol. 28. & Ripa resp. 129. nu. 5. de qua materia legenda omnino sunt quæ elegantissimè scribit Ant. Gabr. lib. 2. commun. opin. tit. de iur. emphyt. conc. 2. num. 1. cum aliis, pag. 149.* In quo loco etiam tractat, quid in feudo dicendum sit & tradit benè Alciat. *resp. 696. num. 4. & eleganter Aret. conf. 52. num. 1. vbi resoluit*, ad hoc verum esse, quod filius succedens ¶ in emphyteusi, non videtur habere causam à patre; & tradit etiam eleganter Carol. Ruin. *conf. 48. num. 2. cum aliis, lib. 1. & l. l. in conf. 213. num. 4. lib. 2. Anto. Gam. decis. 6. nu. 8. & decis. 8. num. 1. cum sequen. vbi dicit*, istam esse communem opinionem, Petrus Sured. *dec. 324. n. 4. & idem tradit Curtius in tract. de feudis, 4. par. num. 232. pag. 44. & plura singularia ad propositum scribit Andr. ab Ifern. ad ista legendus, in lib. pactor, num. 212. cum plurib. seqq. pag. 96. & tradit etiam Zachus in l. heredes mei, §. cum ita, par. 4. num. 43. pagin. 117. ff. ad Trebell. & Jul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 16. Aluar. Valaf. de iur. emphyt. quæ. 49. Cals. Pereira de *nominat. ad emphyt. quæst. 24. num. 25.* Anton. Gamma *decis. 2. num. 8.* vbi additionator Mena folio 2. tradit; an pater possit donare extraneo emphyteusim, dummodo non excedat Quintum bonorum.**

Et quod non possit pater facere primogenituram de feudo antiquo, ad quod omnes filij erant vocati in præiudicium aliorum filiorum, voluit Andreas de Ifernia, Aluaror, Præpositus, & Afflicti in *capit. 1. de alienat. feudorum*, Bald. in *authent. si quis ruinas, numer. 6. Cod. de sacrosanct. Eccles.* idem Afflicti. *decision. 119.* & alij plures, quos citat Menochius *consil. 158. numer. 62. libro 2. & tradit etiam Augustinus Beroius in consil. 64. numer. 19. libro 1. & plura notabilia scribit Curtius Senior in consil. 66. numer. 13. & 14. & faciunt tradita per Simonem de Pretis *lib. 2. interpretat. defunctor. volum. interpretat. 2. dubit. 2. solutione 2. numer. 25. cum sequen. folio 135.* vbi tractat de feudo & emphyteusi nouissimè Marcabrun. ab Anguillis in *consilio 54. numer. 68.* vbi ex pluribus Authoribus tradit seculum esse in feudo nouo, Et ad prædicta facit, quod emphyteusis & feudum licet conferantur, non imputantur, secundum Iaso. in *l. illud, num. 4. & Decius num. 5. & 8. de collat.* confirmat latè Parisius in *cons. 56. num. 17.* libro 3. & quod tradit Barr. in *l. si tibi decem, §. si pactus, numer. 9. versio. quod autem, ff. de pactis*,*

vbi vult, quod si pater instituit filios in paribus partibus; tamen quando accepit ¶ emphyteusim pro se & liberis, 157 est emphyteusis æqualiter diuidenda inter filios; quod tradit Iosephus Mascardus in *tractatu de probat. libro 3. conclus. 1152. num. 14. folio 47.* in qua conclusione latè tractat, an & quando ¶ pater videatur accipere emphyteusim sibi & filio vt filio, vel vt heredi.

Ex quibus etiam infero intellectum ad questionem, quam disputat Tiraquel. *libro 1. de retract. in fine, num. 125. pagina 789.* vbi ponit casum. Testator legitis duobus liberis, prohibuit ab eis alienari fundum quempiam, & si contra fecerit, eum in Claudium transferendum iussit: eo fundo à liberis alienato, an admittatur Claudius ob vocationem testatoris, vel ex retractu consanguinei filiorum qui alienauerunt. Quia in questione sunt contrarij Ferronus & Tiraquel. vt apud eos videre licet. Pro quibus etiam non omitto text. in *l. quæstus, ff. de vulg.* vbi si sunt plures vulgariter substituti, vnus post alium, mortuo primo ante aditam hereditatem, ius ad eundem, siue spes illius extinguitur, & venit substitutus ex iure suo, nõ ex iure primi ad se transmissi: & eodem modo satisferri potest ad Glossam ¶ notabilem in *c. quæstus pactum in gloss. vlt. de pact. in 6. quæ vult esse spectandum damnus & detrimentum illius, quem res tangit principaliter, & non secundariò; de qua per Georg. Nat. ibi n. 54. & Episc. Couar. fol. 123. & in c. Rainuntius, §. 10. nu. 9. de *restitam.* & Tiraquel. qui latius confirmat in *tract. pag. 3.* cui adde Ioan. Lop. in *rep. cap. de donat. inter vir. & vxor. col. 111.* & ista etiam saluari possunt ex doctrina Ioan. Fabr. in *§. licet autem. Inst. de adop.* vbi vult quod Gloss. in *d. l. de unoquoque*, procedit ad hoc, vt iudicium & actus valeat, quia hoc non est necessitate, nisi eos, quos negotium tangit principaliter: seculum verò quoad præiudicium illorum, ad quos negotium secundariò spectat, qui ad hoc citari debent: & idem voluit Alex. in *d. l. de unoquoque in fin. & alij*, quos citat Tiraq. in *tract. pag. 13. versio. Et id quidem*, de quo lege eundem Alex. & Gloss. Parisius in *consil. 85. nu. 4. lib. 2.* Nec etiam obstant scripta per Bar. Soccin. *conf. 63. num. 5. cum duob. seqq. lib. 3.* quia loquitur contra communes & receptas sententias. Præterea pro ista sententia adduco ¶ quod notabiliter scribit And. de Ifern. in *c. 1. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Federic.* vbi vult, quod in donatione, in qua continentur plures gadas substitutionum, tot dicuntur donationes, quot personæ in substitutionibus continentur; ad quos addo Molin. & alios, quos citat lib. 1. de *primogen. c. 1. n. 17. Carol. Ruin. conf. 155. colum. 2. lib. 2.* vbi tradit, quod tot sunt substitutiones, quot personæ, quibus fit substitutio; & idem Zachus in *l. heredes mei, §. cum ita, p. 1. ff. ad Trebell.* quod in alijs locis tango; præcipue in *prima parte, §. 24.* & resoluit Ioan. Garc. in bono casu in *tract. de nobil. gloss. 6. exemptio, n. 38. fol. 135. versio. Tertio confirmatur, & versio quinto.**

Ex quo ad nostrum propositum deducitur, quod quilibet vocatus ad maioratum ex dispositione testatoris, dicitur de per se donatarius, & consequenter præiudicantur ex alienatione bonorum maioratus; quod iure fieri non potest, iuxta illud famosum *consilium Paul. 164. lib. 2.* quod in alijs locis huius lectionis refero.

Et quæ dicta sunt maximè locum sibi vendicant in maioratibus factis sine Regia facultate, quia tunc difficilius concedi possunt, vt tradunt Gregor. Lopez in *l. 3. tit. 13. par. 6. colum. 4. in fin. Molin. lib. 4. de primogen. capit. 3. numer. 10.* Ioannes Gutierrez. *conf. 28. nu. 79.* His etiam patrocinatur quod tradit Agidius à Bellamera *decis. 713.* etiam *colum. 2. versio. ratio 2. numer. 4.* vbi vult; quod in declaratione primogenituræ debet vocari successor, de cuius præiudicio tractatur, quem refert Felin. in *cap. cum olim, num. 12. de re iudicata.* Et confirmatur ex traditis per Gomezium in *regul. de non tollend. iure quæst. 13. pag. 114.* Ex quorum resolutione obiter infero, quod volens à Rege petere interpretationem aliquarum clausularum

clausularum maioratus, teneatur pro iustificatione declarationis certiorare proximum vocatum: & hæc conserunt ad ea quæ scribo in *1. prælatatus, q. 44.*

Fit igitur ex iam dictis, ¶ quod vt iustior & magis iuridica sit licentia ad alienandum bona maioratus, oportet citare vocatos ad maioratum post vitam illius qui licentiam impetrare vult: nam sic rectius Domini de Consilio examinabunt, an iusta sit licentia, quæ petitur ad alienandum bona maioratus: quæ resolutio confirmatur ex scriptis per Curium de feudo, *4. p. pag. 457.* & regulariter citandi sunt substituti, & vocati ad maioratum, quando tractatur de derogatione clausularum maioratus, vt resoluit latè Molin. libro 1. de *primogeniis, cap. 8. num. 32. fol. 59.* Et quod non sufficit generalis citatio omnium volentium esse heredes, sed quod debent specialiter citari omnes, quibus proxima causa successionalis contingit, tradit in specie Alex. *consil. 137. num. 11. libro 2. per d. l. 1. §. denunciari, & alia iura & in conf. 107. num. 1. cum seqq. lib. 5.* ad quem addo *regul. Glof. & DD. in l. si eo tempore, C. de distract. pagin.* Hæc adiuvat quod scribit Gomezius in *regul. Cancel. de non tollend. iure quæst. pag. 59.* vbi dicit, quod quando beneficicia ¶ patrimonialia debent prouideri filiis patrimonialibus in Palentina, Calagurritana, & alijs diocesibus Hispaniæ, stante de hoc aliqua consuetudine, vel constitutione per solam oppositionem tribuitur ius in re ac si acceptaret opponens, prout latius dictus Doctor fundat; cuius opinio notanda est ad Bullas quæ Roma veniunt, & ad ius opponendi beneficia quæ habent naturales huius regni Granatenis, & naturales Giensens diocesis; & ad Gomez iunge Petrum Rebuff. in *praxi beneficior. in declar. noua prouisionis, num. 3. pag. 216.* & eleganter Barth. Socin. in *conf. 164. Vsa bulla num. 20. lib. 3.* quibus adde *decis. Castador. 18. tit. de præbendis, Iacob. Put. dec. 235. p. 2. num. 3.*

162 Et ex superioribus etiam inferatur, ¶ falsam esse quandam sententiam Calder. in *conf. 19. Ferro. de iur. patro.* incipit, *Concessum est ius patronatus*: quam sententiam cum primum legi, maximè admiratus sum, vbi inquit, quod si concessum est alicui ius patronatus ponendi conuersos, & rectorem in hospitalio perpetuo, suisque filiis masculis, & descendantibus ex eis masculini sexus tantummodo, tantquam veris & legitimis patronis quod vnus ex descendantibus potest in præiudicium successorum donare Hospitali illud ius patronatus; refert ad hoc *l. cum pater, §. penul. ff. de leg. 2.* & alia iura, cuius sententia etiam fuit Roch. de Cur. in *tract. iur. patro. in verb. ipse, vel is, à quo, §. 33. n. 72. fol. 84. & Cæf. Lamber. in eodem tract. de iur. patro. lib. 1. p. 2. ar. 8. q. 2. princ. num. 7. fol. 123. col. 4.* pro quibus est sententia Archid. in *c. 1. de iur. patro. lib. 6.* vbi tenet, quod quis potest in præiudicium legitimum haredum renunciare iuri patronatus quem sequitur ibi Gemin. & Alex. *conf. 13. num. 10. & consil. 18. num. 6. & conf. 26. num. 9. lib. 5.* & alij, quos refert Roch. de Cur. vbi *supr.* in quo tamen loco refert alios, qui contrarium tenent.

Et ex relatis per illum in hac *2. opinione*, & scriptis per me. vbi *supr.* facillimè euertitur sententia Calderi. & nunquam ¶ mihi vera visa fuit, licet Burg. de Paz (de quo miror) in *conf. 31. num. 15.* refert etiam Archid. in *d. c. 1.* maximè quia Cardinal. Floren. *conf. 48. Quidam nobilis*, affimat, quod vbi ius patronatus competit ex fundatione aliquibus de parentela, vnus ex vocatis non potest renunciare vni extraneo in præiudicium parentelæ, quem sequitur Roch. vbi *supr. n. 73.* de quo lege quæ scribo *supr. 3. p. 9. 18.* & hanc secundam sententiam sequitur, subdubius tamen, Episcop. Couar. *resol. lib. 2. cap. 18. num. 10. versio. Sed quaritur*, cui adde Parisium in *conf. 48. num. 7. lib. 4.* qui hoc confirmat & clarè Carol. Ruin. in *conf. 108. num. 4. lib. 5.* per doctrinam Abbatis in *cap. cum secundum, de iur. patro. & l. fin. §. si autem sub conditione, C. commun. de lega. ad quem addo notabilem doctrinam Anton. Gam. de-*

159. vbi resoluit, quod Patronus non potest officium datum negotiatori tollere in præiudicium Monasterij, maximè si sit datum titulo maioratus, & de hoc puncto tractat idem Lambertini. *lib. 1. part. 2. 6. art. 2. quæst. princ. num. 1. cum aliis, fol. 133. col. 1. & 2.* quibus congruit, quod ad ius patronatus presentari debet ille, qui est de sanguine fundatoris, potius quam extraneus, vt probat Curtius in *conf. 323. nu. 20. & 21.* per Glossam in *cap. neminem 70. distinet.* & alia quæ refert: & ad hæc faciunt quæ *supra* scripti ex Dominico à Soto Episcopo Couar.

Et hanc sententiam, quod patronus non possit alterare defuncti voluntatem, sed quod teneatur nominare eum, qui tenet qualitates, probat, prædictis non relatis, Ioannes Gutierrez. *conf. 2. num. 14.* qui pro hoc dicit facere decretum 5. *Concil. Trid. sess. 25. reformation. sess. 25.* & iterum *sessio. 22. cap. 4.* & faciunt plura quæ ad propositum scribit idem Ioannes Gutierrez *conf. 1. nu. 19. cum sequen.* & per Burgos de Paz de Hospitali factò per Comitem Petra, in *conf. 47. num. 1. quod consilium ad alium finem refero p. 1. prælatatus, q. 51. num. 12.* & istam esse credo meram veritatem: & qualiter valeat patronus cum consensu Episcopi alienare ius patronatus ¶ eleganter resoluit Burfatus in *conf. 185. n. 18. cum seqq. lib. 2.*

Inferetur etiam ex iam dictis, quod si in licentia, ¶ quæ data fuit ad alienandum bona maioratus, sit facta derogatio legum, & sit apposita clausula, non obstante, & de plenitudine potestatis, & motus proprii, & alia similes; nihilominus successor & vocatus ad maioratum, qui non fuit citatus, contradicere potest tali facultati, vt ex pluribus probant Aretin. *conf. 165. col. 2. versio. circa secundum, num. 13.* Barb. *conf. 14. col. antepenult. lib. 2.* Thom. Grammat. *conf. 86. num. 14. & conf. 81. numer. 19.* quod est memoria tenendum, quia quotidie contingit.

Inferetur etiam, quod persona Principis in ista materia non est consideranda tanquam pater & Princeps, sed tanquam vna persona, vt tradunt Sebastian. Sapia in *l. 1. in princip. ff. quod quisque iuris: num. 6.* & ibi Riminal. Iunior *num. 163.* Menoch. in *conf. 351. num. 21. 22. lib. 4.*

Omnia igitur quæ iam dicta sunt (vt ad institutum reuertamur) docent, ¶ non esse licitum concedere licentias ad alienandum bona maioratus; nec à nostra materia digressio fuit facta, quia quæ scripsimus, sunt connexa & dependentia à nostra questione, hoc in loco tractata, & propria ad materiam maioratum, quam tractamus idè lector laborem meum non reprehendat. Et an citatio vocatorum ¶ debeat esse specialis, vel generalis, resoluitur ex *consil. Alexand. 107. n. 1. cum aliis; lib. 5.* Inferetur etiam ad id quod tractat Perez de Lara in *tractatu de Anniversarijs tit. 14. pag. 159.* vbi resoluit, quando relictum ob vnã causam piam possit, in aliam conuerri.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 167 Principes studeant obseruare vltimas hominum voluntates.
- 168 Episcopi aut Capitula Regni Granata non possunt aliquid disponere in præiudicium Regis.
- 169 Reges an possint habere ius patronatus in Ecclesiis.
- 170 Quod pro testatoris anima est deputatum, non debet in alios vfus auctoritate Principis conuerri. Quid in relictis pro virginibus maritandis. *num. 172.* Quid pro captiuorum redemptione. *num. 174.*
- 171 Exequi an debeat in indiuiduo quod testator iussit, Si in loco ab eo deputato exequi non possit, an in alio exequendum. *n. 175.*
- 173 Feudum si detur pro masculis & feminis, & in renouatione pro masculis tantum dicatur, feminis an præiudicet.
- 176 Legatus de latere an possit vltimam voluntatem commutare.

- 177 Pontifex an possit dispensare, ut filij ex quodam matrimonio conepri succedant in fideicommissis, si testator prohibuit, ne tales filij succederent.
- 178 Resolutio questionis, de qua in num. 84. supra. Vbi Suarez reprobat, & num. 180.
- 179 Reges sunt ministri Dei in terris.
- 181 Contractus sunt de iure gentium.
- 182 Reges nec in totum, nec in parte possunt alienare bona regni. num. 182.
- 183 Regnum an electione an sanguine deferatur. à n. 183. ad 191. & deinceps per plures seqq. vsq; ad 211. & num. 214.
- 192 Primogenitus Regis an succedat iure hereditario, & num. 193.
- 194 Auctoritas sententia, & nu. 195. 196. 197. 199. vbi sententia quorundam refelluntur; & ibi quid in maioribus vsque ad num. 203. & num. 207.
- 198 Desiciente Regia potestate, aut prosapia, ad quem pertinet electio.
- 200 In maioribus an succedatur ultimo possessori, & ibi quid in Marchionatu.
- 201 Gravamina apposita per ultimum successorem, quantumcumque minima successoribus non praiudicant.
- 204 Intellectus ad text. in l. 8. tit. 1. part. 2.
- Et ad text. in l. 12. tit. 1. part. 2. num. 205.
- 206 Feudum si concedatur alicui & heredibus suis, de heredibus sanguinis, non honorum intelligitur.
- 208 Successoria appellatio veniunt heredes sanguinis iuxta materiam subiectam. num. 212.
- 209 Ius patronatus quando ad heredes sanguinis pertineat.
- 210 Heredes legitimi proprie dicuntur, qui sunt heredes ab intestato
- 211 Intellectus ad l. 4. tit. 15. part. 2.
- 212 Successores in maioribus heredes dicuntur.
- 213 Verbum hæres quotupliciter accipitur.
- 215 In Regno & aliis Dignitatibus etiam in millesimo gradu succeditur.
- 216 Imperator an in posteros imperium transmittat. Post num. 216. inuenies alia summatia.

167 **S**ecundò principaliter ¶ Regibus prohibitum esse concedere licentias ad alienandum bona maioratus, sine iustis causis, docet text. in l. ratas, C. de rescind. vendit. vbi Imperator tradit hominum voluntates semper ratas debere manere, quæ lex secundum Bald. in conf. 326. lib. 1. docet mortalitatem, quæ est summa summatarum in regimine mundi, cum qua concordat. l. 61. tit. 5. part. 2. ad idem sunt iura in l. testandi, & l. si testamentum, C. de testamentis, cuius legis dispositio ad eò est insignis, & fauorabilis testamentorum confirmationibus, quod licet in scripto Principis, in quo derogantur leges, sit posita clausula, non obstantibus legibus, in contrarium facientibus etiam si talia essent, quod de verbo ad verbum deberet fieri specialis mentio, ex istis verbis non censetur derogata dispositio illius legis, si testamentum: quia habet clausulam derogatoriam, nisi de illa lege esset facta mentio in specie, de lege habente clausulam derogatoriam, vel per verba æquipollentia, quæ necessario referrentur ad legem habentem clausulam derogatoriam, & non ad aliam; vt notanter fundat Carol. Ruin. in consil. 80. n. 8. & 9. lib. 3. ex notatis per Paul. Castren. in authentica, hoc inter liberos, C. de testamentis, & in duobus consiliis; & facit l. si donationem C. in l. cum te, C. de donatione ante nupt. ibi: Cum te sponsa filij tui quadam donasse confitearis, perfectam donationem rescindi nec nostro oportet rescripto, & est bonus textus in Authentica, vt fact. non. consilium. collatio. 5. cap. 1. ibi: Non enim volumus deficientium infringi voluntatem, omnibus siquidem studemus modis, ratas eas constituere. Et iterum §. 4. Sed ratas eas esse per omnia declaramus. Et obseruancia testamenti non debet tolli pertemeritatem rescripti, secundum Bald. in l. si testamentum, faciunt notata per Felinum in cap. nonnulli, num. 20. folio 89. de rescriptis: Hinc venit dispositio, text. in Clement. quia contingit, de reli-

gios. domi. ad quem adde, quod commutationes legatorum ad piam causam solent fieri, & concedi per Breue, secundum Auffer. in Capella Tholo. decis. 26. Rebuff. in praxi benefic. titulo de Breui Apostolico, num. 56. pag. 601. & tradunt Staphil. de lit. gratia, & iustitie, in parte in forma Breuis, num. 15. pagina 362. Quintilianus Mandosius de signatura gratia, folio 90. pagina 2. & quod dicunt Calderinus Abb. & Felin. num. 14. in cap. cum accessisset, de constitut. vbi tradunt, quod si quis contulisset in aliqua Ecclesia quasdam præbendas, non potest Capitulum illas minuere sine consensu fundatoris vel hæredis eiusdem; non ob aliam rationem, nisi quia non licet supremas defunctorum voluntates irritas facere: quorum doctrina noranda est ad Ecclesias huius regni Granatensis, ¶ quarum Reges Hispaniæ sunt veri & legitimi Patroni, ex concessione summi Pontificis facta Dominis Regibus Catholicis, qui dotauerunt, & fundauerunt omnes huius Regni Ecclesias; nam non possunt Episcopi, nec Capitula minuere, nec alterare præbendas, vel vniones, vel alia facere, ex quibus prima institutio alteretur, absque consensu Regum Hispaniæ, quod his diebus contigit, & hoc modo fuit sententiarum,

Reges ¶ autem posse habere ius patronatus in Ecclesiis, latè docet Lambertinus de iure patronatus, lib. 1. folio 96. num. 1. & idem quod Abbas tenet Decius in dicto cap. cum accessisset, num. 21. & in consilio 121. num. 3. Quibus addo Roch. de Curte in tractatu, de iure patronatus, folio 56. in versiculo, eo quod de diocesani consensu, num. 311. nec licitum est a fundatore discedere, vt in Capellaniis exemplificat Rotæ decisio in antiquis 108. Rebuff. in praxi benefic. titulo de non promot. in vna annu. pagina 445. num. 17. & vide eundem ibi num. 62. & in titulo, Requisita ad collationem bonam, num. 34. pag. 35. quibus congruit notabilis doctrina Baldi in consilio 82. Factum proponetur quod quidam, columna 2. ante medium, libro 1. quem citat Aymon in consil. 296. num. 2. volentes quod illud ¶ quod deputatum est pro anima testatoris contrahentis, vel alterius Tertij, non debet in alios vsus conuerti auctoritate Principis, quia loquendo de rationabili potentia, non potest Apostolicus, vel Imperator rescindere testamentum, vel contractum vel aliam piam voluntatem, & quod talis alteratio voluntatis est contraria naturali rationi, & æquitati.

Et est alia consimilis doctrina Calderini in dict. Clementina, quia contingit, questione 4. num. 11. vbi dicit, quod si testator ¶ mandauit constitui Hospitale, non potest constitui Monasterium: quia quod testator præcipit, omnino seruandum est: quia pro lege est, Authentica, seu Nouel. 22. de Nuptiis §. disponat, cum similibus: & relictum, pro virginibus maritandis non potest conuerti in alios vsus; secundum Baldum in l. 1. num. 58. C. de his qua pona nomine relinquuntur, & Cardinalem in dict. Clementina, citat Cæsar Lambertinus in tractatu de iure patronatus, libro 1. 4. questione principali, articulo 14. num. 1. folio 32. faciunt tradita per Decium in consilio 308. num. 3. & nullus inferior. Papâ potest mutare relicta a testatore ad vnum vsum, vt conuertantur ad alium, secundum Glossam in dict. Clementina, quia contingit, latè Præpositus in cap. verum, num. 6. fol. 41. de conditionibus appositis, vbi refert Bald. in authentica, nisi rogari, C. ad Trebellian. dicentem extraordinariam conclusionem, quod relictam rem pro puellis maritandis, non potest dari per Episcopum ad vsum monialium, licet nubant melius, quia nubant Domino.

Nec est omittenda in materia notabilis doctrina Baldi in consilio 82. Primò proponitur inuestitura, vbi tradit quod si feudum detur pro masculis & fœminis, si in renouatione dicatur ¶ pro masculis tantum, non præiudicantur fœminæ; quod refert & confirmat Curtius in tractatu, de feudis parte 2. num. 42. pag. 178. & qualiter relictum ad vnam causam piam, possit conuerti in aliam causam, tradit Calderin. in consilio 22. titulo.

titulo de testamentis, & inquit Bald. in l. si quis ad declinandam, col. 5. versiculo, vltimus nota, n. 9. C. de Episcop. & Cleric. quod vbiunque est certa dispositio testatoris respectu certæ causæ, non potest per Episcopum alterari: vnde infert, quod si testator inffit, quod aliqua pecunia consumeretur in redemptionem ¶ captiuorum, non potest conuerti in aliam causam, nec debet retrocedi a voluntate testatoris: ad quam conclusionem concordantes refert Rochus de Curte in dict. tractatu, in verbo, construxit fol. 63. num. 21. & 22. ad quod vide Ioan. de Imol. in l. 1. column. 3. versic. & si vis tenere, ff. de condit. institut. Ioan. Lup. in rubrica, de donat. inter virum & vxor. column. 209. in versic. Ex istis infero ad aliud mirabile hodie, §. 47. num. 10. pag. 136. Ius Tiraquell. in tract. de pia Causa, priuileg. 135. pag. 164. cui iunge Bart. in l. vlt. ff. de oper. publi. Roman. sing. 475. Legatum factum: Socin. Iun. in consil. 162. num. 7. lib. 2. vbi ex cap. nos quidem, de testamentis, & aliis vult probare quod si in certo loco non potest exequi quod testator inffit, in alio est exequendum: & ¶ refert distinctiõnem Bart. quam dicit esse communiter approbatam in l. pater filium, §. Testulamus ff. de leg. 3. & in l. filia, §. Titia, ff. de condit. & demonstrat. de quibus est etiam legenda doctrina Baldi in l. 1. n. penult. C. de his quæ pona nomine: Ioan. Gurtier. in consil. 1. num. 21. Rebuff. in l. hac leg. 8. C. de expensis ludorum, lib. 11. num. 2. fol. 123.

176 Et quod Legatus ¶ de latere non possit commutare vltimam voluntatem, si possit impleri eo modo, quo testator præcepit, tradit Andreas Petrus Gambarà de officio & potestate iudicis delegati, lib. 9. nu. 229. pag. 291. de quibus legenda sunt quæ scribo infra, limitat. 1.

Et ex istis omnibus infero; nimis audacter, & periculosè respondisse Carol. Ruin. in consil. 189. num. 13. lib. 2. vbi scripsit Romanum Pontificem potuisse dispensare, quod filij concepti ex quodam matrimonio, quos testator prohibuit ne succederent, possent succedere in fideicommissio. ordinatione, & dispositione 177 testatoris non obstante, quod ¶ quam alienum a vero sit, non est qui non videt; nec rationes ab eo adductæ quidquam vrgent, vt ibi videre poteris.

Inferitur etiam multum generaliter loquutum fuisse Narram in consil. 425. num. 3. & sequentibus lib. 2. vbi ex text. in l. in confirmando, l. vlt. ff. de confirmat. in l. si plures, §. quamuis, ff. de administrat. tut. & doctrina Baldi in d. l. si testamentum, & aliis probare nititur, Iudicem posse ex causa mutare voluntatem testatoris; pro quo faciunt scripta per Thom. Grammar. decis. 55. num. 2. Abb. in cap. cum accessisset, num. 5. Felin. nu. 18. Decium num. 11. de constitut. Ex istis venit quod latè disputat Aegidius Bossius in prædic. criminali, titulo de principe, num. 22. pag. 604. vbi tractat, an possit princeps de potest. re ordinaria, viuentis patre, vel agnato, auferre ius quæsitum ex inuestitura; quæ confirmantur per ea quæ scribit Menoch. in tract. præsumptionum, lib. 2. præsumptio. 9. num. 20. vbi tractat qualiter princeps possit disponere in iure quæsitio, spe non approbata.

178 Hæc igitur omnia ¶ peregrina, & ex variis locis huc simul collecta faciunt pro prædicta sententia, quæ dictat, principibus non esse licitum concedere licentias & facultates ad alienandum bona maioratus; quam tenent Anton. Gomez, Episcop. Couarru. & Pincel. in locis supra citatis. Vnde iusta mihi videtur quædam petitio data Madritij anno 1552. ordine 107. vbi fuit supplicatum inuictissimo Carolo Imperatori Regi nostro, ne concederet licentias ad alienandum bona maioratus, nec ob causam dotis, nec ob aliam causam, vt latius in d. petitione continetur; cui responsum fuit, quod deinceps haberetur consideratio ad contentum in d. petitione, secundum casus occurrentes. Et iniuste & contra rationem, & nimis generaliter loquutus fuit Suarez allegat. 3. fol. 130. column. 2. in princip. vbi dicit, quod bona maioratus venduntur

per priuilegium Principis, maxime interueniente iusta causa cum nisi causæ iustissima interueniant, priuilegia sunt iniusta.

Ex quibus omnibus fit, quod hæc conclusio vera est, quidquid alij animose teneant, qui principalibus blandiuntur omnia eisdem licita esse, & possit quod si in Principe tyranno absurdissimum est, quid erit in Principe iusto, & Christiano? ad quod præter alia plura quæ in sacra Pagina, & in aliis locis reperuntur, facit, l. 1. tit. 1. part. 6. ibi: Ca el Rey es pufiso en la tierra en lugar de Dios, para cumplir la justicia, y dar a cada vno lo suyo, & l. 7. eodem titulo, & est anima, & cor populi, l. 26. tit. 17. part. 2. & l. 15. tit. 7. part. 3. ibi: Vna de las cosas del mundo de que mas deuen trabajar los Reyes, que tienen lugar de nuestro Señor en la tierra, & est l. 1. & alia 2. tit. 10. part. 2. & l. 2. tit. 13. part. 1. & Reges sunt a Deo educati, vt ex Homero probat Corsetus in tract. de potestate Regia, p. 3. quæst. 17. num. 11. & Reges ¶ sunt ministri Dei in terris, vt idem Corsetus part. 2. num. 2. ad hoc legendus: & Rex, & Regnum sunt anima & corpus, l. 13. tit. 19. part. 2. & Rex est anima & cor populi, l. vlt. tit. 19. eadem part. 2. & quis dicatur Rex iustus, & quis Tyrannus, tradunt Archid. in cap. regum, 23. quæst. 5. Alberic. in c. de ceteris, num. 1. & 2. fol. 18. de sacrosanct. Eccles. & quæ sunt propria Regum, & quæ subditorum, tradit Rebuff. in tractatu congrua, part. num. 128. & Principem non posse disponere ¶ in rebus maioratus, nisi cum iusta causa, quæ debet esse publica, & non mixta cum priuata, tenet Episcop. Gienensis Sarmiento lib. selectarum interpretat. cap. 8. n. 13. cum sequent. fol. 24. & libro de redditibus Eccles. cap. 3. 4. part. num. 1. fol. 55. pro qua faciunt quæ per text. in d. l. si testamentum, C. de testamentis, & alia quæ scribunt in proposito Decius in consil. 357. num. 5. & in fine consilij, & in consil. 357. num. 4. & 5. Socinus Iunior in l. Gadius, §. & quid si tantum, num. 146. ff. de liber. & posthum. & in consil. 65. num. 13. lib. 2. & alij quos citat Franciscus Mantica de coniectur. mente defuncti, lib. 1. tit. 12. nu. 32. pag. 534. latè Andr. Gail. obseruat. lib. 2. obseruat. 56. num. 1. cum sequent. pag. 174. Cephalus in consil. 111. num. 38. lib. 1. qui refert Decium, Carol. Ruin. Parisium, & text. in d. l. si testamentum.

Et ista maxime procedunt, vbiunque maioratus facti sunt in contractu, prout plerumque sunt; nam in isto casu Princeps difficiliter dispensare potest: quia efficacior est consensus partium, quam testamentum, & firmior est, iuxta Gloss. in l. 1. §. si aduersus vend. cum cumulatis per Decium in l. more, notabil. 6. ff. de iurisdict. omni. iudic. Tiraquel. in tractatu de primogeniis, quæst. 4. num. 172. quibus addo Bart. in l. insulam opposuione 9. ff. de verborum obligat. Socin. Iun. consil. 1. column. vltim. num. 37. lib. 2. Aymon consil. 135. num. 28. Zanchus in l. heredes mei, §. cum ita, part. 4. num. 15. ff. ad Trebellian. facit regul. l. si quis Titius, ff. de verborum obligatione, §. ex conditionali, Instiunt. eodem titulo, vbi contractus licet conditionalis transmittitur, secus in testamento, iuxta regulam l. vnica, §. si autem sub conditione, C. de caduc. toll. cum concordantibus. Item contractus ¶ sunt de iure gentium, lex hoc iure, ff. de iustitia & iure, notat eleganter Barth. Socin. in consil. 266. num. 34. lib. 2. hinc quod Princeps non potest tollere ius quæsitum de iure gentium, mediante consensu partium, vt volunt omnes Doctores in l. vlt. C. si contra ius, vbi vult. publicam, & in cap. que in Ecclesiarum, de censit. & in hoc omnes conueniunt, nemine discrepante, secundum Aymonem in consil. 103. num. 15. & plures citat Molin. lib. 3. de primogeniis, cap. 3. num. 19. fol. 15. & consensus partium operatur rescissionem transactionis, quod facere non potest rescriptum Principis, vt probatur in l. si diuersa, iuncta l. causas, & ei iutes, C. de trans. ditionibus, quæ notanda sunt in præctice.

Ex omnibus etiam deducitur, Reges ¶ non posse alienare bona Regnorum suorum, nec in totum, nec in parte, quia bona Regni verè bona maioratus sunt, & inalienabilia, & impræscriptibilia, & triumphans Corona

Corona Regni, nec in minimò est lædenda, & Reges in bonis Regni sunt Domini pro vita sua tantum, & non vltra; sicut illi, qui possident bona maioratus; & tradit notanter Baldus in proemio feudorum, num. 31. Et quia ista conclusio est verissima, & ex ea sequuntur plures effectus, oportet eandem fundamentaliter, & à radicibus ipsis deducere, vt verior esse constet.

Ad cuius quæstionis resolutionem pono pro primo fundamento, quòd licet antiquitus in origine mundi Reges per electionem crearentur, vt patet ex cap. 183 Moyses, 8. quæst. 1. & capit. legimus, 93. distinct. & constat ex Iustino auctore grauissimo 1. lib. sue historie, ibi Non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio, & quod Rex Pelagius fuit electus & quod esset consuetudo, & fortè lex Regni, Reges eligere, tradit Ioan. Lop. de Regno Nauarræ §. 9. part. 6. & Nauarri & Lationenses suos Reges constituerunt, vt tradit Nanarrus in cap. nouit. de iudiciis, notatab. 3. num. 116. pag. 121. & legendus est num. 132. qualiter Hebraei Reges suos vnguebant. Et hanc conclusionem, quod antiquitus in Hispania Reges electione Regum crearentur, docet expressè singularis sancta lex 2. titulo de la elecion de los Reyes in foro iuzgo, & idem docet lex. 1. eodem titulo, & quod Provincia Hispania possit sibi eligere Regem, quia non est subdita Imperatori, tradit Bald. in l. ex hoc iure, quæst. 3. ff. de iustitia & iure, quem citat Parlador. lib. 2. practica. quæstionum, cap. 1. num. 9. fol. 6. qui refert etiam Menchacam lib. 1. conuenerunt, cap. 22. num. 3. quod non inuenio. Et in Boemia vacante Rege Regnicolæ eligebant Regem, vt ex Authoribus scribit: Castaldus in tractatu de Imperatore, quæst. 68. num. 9. fol. 123. & Reges fuerunt inuenti iure gentium, & ipsi gentes populus, ad hoc vt commodius viueret, & regi posset, eligebat sibi Regem, cui dabat obedientiam, & per illum regebatur, secundum Bald. in tractatu Schif. col. 10. versiculo, & est notandum quod duplex est concordia: & idem voluit Oldrad. in conf. 69. colum. 2. Robertus à Maranta de ordine iudiciorum, §. 3. n. 15. fol. 18. Rodericus Suatez in l. quoniam in prioribus, limitat. 11. num. 1. & 2. pag. 174. vbi de istis tractat, C. de inofficiso testamento, & omne Regnum à Meo processit, vt habetur Dent. c. 17. Frater Gil. de Roma Augustinus in suo lib. 3. part. 2. cap. 5. fol. 176. & tradit latè Ioan. Lop. in d. tractatu de Regno Nauarræ, part. 5. §. 1. in principio. Nec est prætereunda silentio l. 2. tit. 1. part. 2. in finali- bus verbis, ibi: E este poder ha el señor, luego que es escogido de todos aquellos que han poder de lo escoger, & de la mayor parte seyendo hecho Rey, en aquel lugar onde se acostumbrauan a hazer antiguamente los que fueron escogido por Emperadores; & faciunt quæ scribit A Humada in l. 12. tit. 23. gloss. 6. num. 1. fol. 121. Michaël de Palacios Granatenis in practica Theologica, cap. 5. pag. 12. col. 2.

Postea temporibus superuenientibus, cupido Regnandi, qua re nihil dulcius, atque præstantius, vt ex Iulio Cæsare tradit Menochius in tractatu presumptionum, lib. 6. præsumpt. 53. num. 10. fol. 118. & in conf. 99. num. 86. & maiorum potestas, & discordia populorum in electione Regum, & tacitus eorum consensus fecerunt, vt Reges in regni successione, non etiam electione crearentur, quod patet ex eodem Iustino ibi; Primus Nimus Rex Assyriorum veterem, & quasi habitum gentium morem, noua imperij cupiditate mutauit. Et in variis Regnis succeditur per successionem, & non per electionem, vt exemplificat Anton. Corset. in tract. de potestate Regia, p. 2. q. 14. num. 16. & 4. p. 9. §. num. 79. & prius num. 7. notat Alberic. in l. 1. num. 20. C. de summa Trinit. & fide Cath. vbi inquit quod Imperium Romanum initium habuit à violentia, & non à iustitia; & idem in omnibus aliis Regibus, & Potentibus. Et quod qui plus potuit, plus rapuit, nisi reperiantur, vel à Deo electi, vel aliquo iusto titulo muniti: cum hoc concinit textus in cap. 1. §. item 186 in feudo, de alienatione feudorum, vbi probatur quod dignitates Regales, & similes secundum propriam na-

turam, & originalem, non acquiruntur per successorem de iure communi, sed per consuetudinem usurpatæ fuerunt, & tradit Oldradus in dict. consil. 69. & alij, vt per Fuluium Pacianum in tractatu de probationibus, lib. 2. cap. 35. num. 53. folio 137. & tradit latius Restaurus Castaldus in tractatu de Imperatore, quæst. 4. num. 3. fol. 7. & fol. 10. col. 1. & fol. 11. & quæst. 5. num. 3. fol. 16.

Credit tamen Albericus Imperium Romanum, & alia Regna processisse permissione & voluntate diuina propter bonum commune, quia commodius est regi per vnum, quam per plures: & multa bonain proposito adducit & de Alberico meminit Tiraquel, qui concordantes refert, lib. de primogen. quæst. 17. num. 25. pagina 176. ex quibus confirmatur doctrina Luca de Penna in l. 1. col. 6. de privilegijs conum, qui in sacro palat. libro 12. & in l. 1. C. de tyrionibus, lib. 12. vbi resoluit quod in successione dignitatum Regalium, magis debet attendi commoditas subditorum, quam gradus vel ordo ætatis. Et ex his dixit etiam Bal. in cap. 1. de feudo Marchia, dignitates Regales solius esse Reipublicæ, & sicut radij solares à Sole, ita & huiusmodi dignitates à Republica separari non possunt; quod notanter tradit Zafius in conf. 8. num. 8. lib. 1. qui addit text. in cap. hi qui, 1. quæst. 1. l. honoris, ff. de Decurion. qui ex hoc resoluit, quod t secundogenitus præferatur primogenito, vbi secundogenitus est idoneior Reipublicæ: qui ad hoc legi debet, qui multa scribit; quod consilium ad aliud cito in principio prima partis, num. 6. Hinc est quod Rex ex causa potest filium minorem præferre maiori in primogenitura, vt ex text. 3. Regum cap. 1. & alijs resoluit Guillel. Benedict. in cap. Rainuntius, de testamentis, in verbo, in eodem testamento velinquens, numer. 204. fol. 222. & Reges succedere in Regnis, iure sanguinis t ex inueteratissima totius orbis consuetudine notissimum est, & vltatissimum, & ex historijs fere omnibus constat; & auditu Maiorum certo certius scimus, & hoc in successione Regni Hispaniæ exactè obseruatur, & nullus hoc inficiari potest, & de iure id certum est, vt probatur in cap. grandi, de splend. negli. Prælatorum lib. 6. in medio, & in fine: notat Archidiaco. in d. cap. Moyses, eleganter Ancharran. in consil. 339. Pro maiori, num. 2. & plures refert Lancelot. Conrad. in templo iudicum, l. 1. cap. 2. de Rege, §. 1. & de origine Regum, numer. 15. fol. 98. & ista conclusio probatur expresse in l. 9. tit. 1. part. 2. ibi: La primera es quando por heredamiento, & facit l. 2. tit. 15. part. 2. ibi: Por escusar muchos males, vbi Gregor. Lopez & doctrina Andr. de Ifern. in cap. 1. que sint Regalia, vbi dicit, quod Reges fuerunt primi Domini, quem citat Marant. part. 3. nu. 15. fol. 18. qui ad hoc allegat l. 2. §. quod magistratus ff. de origine iuris, ad quem iunge Chassanæum in consuetudinibus Burg. in proemio, vers. du saint Empire & in versiculo sequenti, pag. 15. & 16.

Et istam conclusionem, quamuis prædicta non refert, hodie in Regno Hispaniæ per alia diuersa fundamenta probare videtur Episcop. Couar. in practica. quæst. cap. 1. vbi tradit, quod post Aratum & Maurorum inuasionem, Rege Pelagio mortuo, t eius posterij iure primogenij annos plusquam octingentos continenti successione Regnum Castellæ obtinuerunt, & Regnum ipsis Regum primogenitis delatum est: refert inter alia, l. 2. tit. 15. part. 2. Albericum in l. donationes quas, C. de donation. inter virum & uxorem, Oldrad. in consil. 94. Abbas in consil. 85. lib. 1. & alios plures, de quo latius agunt Tiraquel. in tractatu de primogenitis, quæst. 13. qui & præcipuè Tiraquel, docent, hoc ex consuetudine, & legibus omnibus gentium receptum esse: nouissimè Aluar. Valasc. de iure emphyteut. quæst. 50. num. 22. Conrad. Laud. in lib. Templum Iudicum, §. 1. de origine Regum cap. 2. num. 15. folio 98. & quod Regna non veniant iure naturæ, sed iure civili, & singularibus decretis, & constitutionibus, docet Andreas Philopatrus in lib. Anglia, sect. 3. num. 197. pag. 134. & prius & melius, pagin. 104. num. 153. & 154. & quod Reges veniant de iure gentium, voluit Bald. in l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure, Guillel.

Guillel. Benedictus in cap. Raynuntius, de testamentis, in verbo, condidit, 1. num. 29. 30. fol. 155. & quod Nauarri & regio Astis, sibi elegerunt Reges tradit Nauar. in cap. nouit. de iudiciis, notabil. 7. num. 117. pag. 121. ad quem addo Angel. in d. l. ex hoc iure vbi tradit, quod ciuitas potest sibi eligere Regem, si non sit subdita Papæ; & vbi Regnum successione transferatur, tunc prior subiectorum obedientiam sequitur, subditi enim facillè diriguntur ad obedientiam præstandam filio, vel nepoti

191 Regis. quam rationem, & alias plures, t ad probandum expedire Reipublicæ, quod Regna per successionem, & non per electionem deferantur, tradit notanter Quintilianus Mandosius in regula 32. de impetrantibus benef. q. 8. n. 3. fol. 107. & quod Reges nascantur, Imperatores creentur, tradit Zafius prin. ff. de iust. & iure, n. 3. pag. 243. & plura ad propositum singularia scribit Nauarrus in loco citato, n. 147. cum seq. & quod Reges Mexicani electione creantur, & in Regno Peruano tradit Acofta in sua historia, lib. 6. cap. 11. pag. 415. & qui Regnum affectat perditionem committit, vt ex historijs docet Tibertius Decianus in pract. crim. tom. 2. c. 6. n. 23. fol. 111.

Ex quibus inferitur nimis generaliter existimasse Bal. in conf. 159. Super eo quod queritur, lib. 3. dicendo, quod quædam sunt Regna, quæ linea sanguinis deferuntur, & transeunt in posteros successiuè: & quædam esse Imperia, & Regna, quæ non transeunt ad hæredes, nisi facta electione: nam hodie apud omnes fere Nationes, de quibus notitiam habemus, t Regna iure sanguinis obæniunt, licet Imperium Romanorum adhuc electione deferatur; & idem voluit Oldradus in d. conf. 69. n. 12. quod Baldi consilium ad alium finem cito infra hac parte, q. 22.

Er quod donationes Regiæ obtineant ꝑ vim legis, vt probatur in *l. penult. C. de donationib. inter virum, & uxorem*, docent Bald. in *l. cum antiquioribus, C. de iure deliberandi, consil. 187. num. 17. lib. 2.* Ias. in *l. ciuitas, ff. si certum petatur, Acoita in l. qui duos, §. cum in bello, n. 13. pag. 525. ff. de rebus dubiis*, qui ex hoc infert ad notabilem consilium Decij 443. In casu ad me transmissio ex Regno Portugallie; Sed Alexand. non dicit illud, ad quod cum citat Acoita, sed quod ex donatione Principis transfertur dominium absque traditione, de quo ego egi *part. 1. quæst. 26.* Et quod subditi possint donare necessitate cogente resoluunt Thefaurus *decis. 257. num. 9. vbi ex Alexan. in l. 4. §. actor, numer. 13. ff. de re iudicat.* tradit, quod villa potest imponere collectam ciuibus donando Principi & quod si testator legauit Ordini Prædicatorum ad pias causas ad sensum Prioris Prædicatorum, possit distribuere in suo conuentu si hoc fecit in diuersis dispositionibus, resoluunt Florianus in *l. si seruo, §. inquit, num. 5. ff. ad l. Aquiliam, fol. 35.* Et quod prohibitus alienare bona non incidat in pœnam, si momento res alienatur, volunt Angel. in *l. voluntas, C. de fideicommissis*, & alij quos citat Menochius de recuperand. possessione, *remedio 14. num. 89. pag. 457.* Tiraquel. in *l. si vnquam, C. de reuocand. donat. in verbo, susceperit liberos, n. 171. pag. 381.*

Est igitur regula quod ꝑ Principibus non licet concedere licentias ad alienandum bona maioratum: & hoc est firmissimè tenendum, quidquid scripserit Anton. Gomez in *l. 43. Tauri num. 2.* vbi absque præuia, & necessaria consideratione in tanto viro, nimis effuso sermone dixit, Principes posse dare facultates ad alienandum bona maioratus, & non nisi ex magnis & iustissimis causis, concedendæ sunt, vt animaduertit Molina *lib. 1. de primogeniis, cap. 18. num. 10. fol. 144.* Limitatur tamen regula in casibus seqq.

LIMITATIO I.

An possint alienari bona maioratum in euidentem eorum utilitatem.

SVMMARIVM.

- 1 Bona maioratus alienari possunt propter utilitatem notoriam, Quid in feudo, nu. 18. 24. & 27. Quid in fideicommissio. num. 29. 38. & 141.
- 2 Mulier non potest contrahere absque licentia mariti, quando contractus est illi utilis.
- 3 Bona alienari prohibita propter euidentem utilitatem possunt permutari.
- 4 Pupillus potest facere maioratum per contractum inter viuos.
- 5 Feudatarius potest feudum alienare propter utilitatem bonorum feudaliu.
- 6 Prohibita alienatione, censetur prohibita alienatio hominis, non legis. & num. 19.
- 7 Clericus non liberatur a patria potestate quoad incommoda.
- 8 Intellectus ad l. 48. Taurinam.
- 9 Tutor remittere potest debitum pupilli quando in erigendo illud multum expendi debet. An possit facere contractum cum minore ob eius utilitatem. numero 16.
- 10 Procurator Cesaris contrahit in utilibus, absque eius mandato.
- 11 Hæredes possunt ex communi consensu contrahere precepto testatoris ad illorum utilitatem facto.
- 12 Bona Ecclesiarum possunt alienari, & dari in em-

- 13 phytesim ob illius utilitatem. & num. 13.
- 14 Solemnitas an requiratur.
- 15 Bona Regni possunt alienari propter eius utilitatem & num. 17.
- 16 Mandari sines diligenter sunt custodiendi.
- 17 Nec dicitur quis eos excedere, si utilius quam ei mandatum est, adimplet.
- 18 In eis magis est attendenda causa mandati, quam ipsa forma. & num. 116.
- 19 Index an possit maritum compellere, vt det licentiam mulieri ad contrahendum ob aliquam causam ei utilem.
- 20 Verisimile est, testatorem permisisse alienationem utilem in rebus maioratus.
- 21 Princeps an possit tollere privilegium datum in vni contractus ex iusta causa, quam si verisimiliter sciuisset, non concessisset. & num. 44. & contractum à se factum reuocare, num. 91. & iustis de causis, defunctorum voluntatibus derogare. n. 114.
- 22 Voluntas testatoris colligitur ex eo, quod ipse faceret se viueret. & num. 31. & 95.
- 23 Ex varietate temporis potest variari.
- 24 Bona alienari prohibita alienari possunt ex verisimili prohibentis voluntate.
- 25 Iusta est licentia ad alienandum bona maioratus quando plus expenditur in illis quam valeant redditus num. 34. & 40. & quando sunt à domicilio possessoris remota numer. 41.
- 26 Dispositio testatoris semper debet interpretari ad casum magis necessarium, & rebus sic stantibus intelligitur, num. 94.
- 27 Bona immobilia possidere non dicitur qui ea in loco periculoso possidet.
- 28 Resolutio quadam Iasonis examinatur, an possit minor sine decreto alienare feudum sterile ratione maioris utilitatis.
- 29 Improbatur alia Anton. Petegrin. circa alienationem fideicommissi.
- 30 Res quando dicatur plus incommodi, quam commodi afferre.
- 31 Mandatum à domino iniunctum, licet ex iusta causa procuratori non exequi.
- 32 Contra dispositiones qualiter liceat ex iusta causa venire.
- 33 Factum de tritico certo pretio, & tempore vendendo si quis faciat, & post mirum in modum pretium augetur, an teneatur adimplere & n. 49.
- 34 In contractibus successus tempus futurum an debeat inspicere.
- 35 Ex causa de nouo superueniente recedere an liceat à qualibet dispositione num. 42.
- 36 Quid in privilegio.
- 37 Gabellam si quis conduxit tempore quo Princeps aliquò in loco aderat, & tunc erat lucrosa, si postea Princeps à loco recedat, an possit reuocare petitionem petere.
- 38 Exceptio dilatoria, qua post litem contestatam superuenit, an possit post litem contestatam opponi.
- 39 Noua causa quando dicitur, vt probatio admittatur.
- 40 Probationes in causa appellationis quando cessantur noue.
- 41 Index an possit ex causa superueniente mutare testatoris voluntatem.
- 42 Sententia quando ex nouiter deductis reuocatur, an fiat expensarum condemnatio.
- 43 Promissioni de non offendendo non contrahitur, si offensio ex noua causa fiat.
- 44 Diminui, vel augeri an possint ex noua causa qualitates, & conditiones per testatorem appositæ, & num. 60. & 62.
- 45 Noua causa superueniens qualis dicatur.
- 46 Paria sunt causam à principio non fuisse; & ad non causam redire.
- 47 Filia hereditatem renuncians non videtur renunciare hereditatem.

- 65 *Feudum qui renunciant an possit ex noua causa petere.*
- 66 *Constituenti simpliciter alienationi rei, qua in futurum ad eum posset peruenire, sibi an praiudicet, quin eueniente casu non possit vendicare.*
- 67 *Renunciatio an extendatur ad id, quod quis sua culpa amittit.*
- 68 *Renunciaciones generales an restringantur ex mente, & intentione partium.*
- 69 *Constitutio infundandi an possit ex noua causa alterari.*
- 70 *Causa à principio verisimiliter incogitata in quacumque dispositione videtur excepta.*
- 71 *Casus omisus legis auctoritate suppletur.*
- 72 *Testamentum irrevocabile an possit noua causa interueniente renouari.*
- 73 *Meres executor an possit ex noua causa ab executione supersedere.*
- 74 *Cessante causa sententia cessat sententia.*
- 75 *Res iudicata non facit ius in his, qua tempore mutantur.*
- 76 *Pontifex an possit sententiam, priuilegium, aut dispensationem ex processu temporis reformare, An possit ex iusta causa foundationibus beneficiorum derogare, num. 80.*
- 77 *Locator domus, qui promisit non expellere inquilinum pro tempore conductionis, an ex noua causa possit eum expellere.*
- 78 *Voluntatis mutatio ex noua causa prasumitur.*
- 79 *Iudicem si quis non seruata statuti forma recuset, non prohibetur postea seruata statuti forma recusare.*
- 81 *Legatum an debeatur, si cesset causa propter quam verisimiliter legatum fecit.*
- 82 *Secundum temporum varietatem variatur verborum interpretatio.*
- 84 *Testator si monasterium construere iubet in loco, in quo construere non potest, licet illud in alio loco arbitrio Episcopi & executoris construere.*
- 85 *Legatum si fiat cuidam mulieri, vt Titio nubat, & illa antequam nubat, decedat, an sit alia mulier de tali legato dotanda.*
- 86 *Murus ex accidenti feudum an retinet.*
- 87 *Conditiones an debeant ex noua causa renouari.*
- 88 *Contractus an ob enormem lesionem superuenientem debeat rescindi.*
- 89 *Et quando talis lesio debeat considerari.*
- 90 *Et an possit contractus moderari.*
- 92 *Qualibet consentio habet in se tacitam conditionem, Rebus sic stantibus.*
- 93 *Crescentibus Ecclesie facultatibus numerus Clericorum debet augeri.*
- 96 *Propter publicam utilitatem superuenientem, an possit prescribi seruitus, quod quis solus possit molendinum habere.*
- 97 *Mutatis rebus an possint noua vectigalia imponi, non obstante contractu, aut priuilegio per Principem dato.*
- 98 *Provisiones generales statutorum recipiunt tacitas exceptiones propter casus emergentes, in quibus oportet specialiter providere.*
- 99 *Immunis per priuilegium legem, aut statutum, an possit per provisionem ad onera compelli.*
- 100 *Femina semel à maioratu exclusa ex causa noua potest ad successionem admitti.*
- 101 *Rex si tempore belli aliquid vassalli cepit, bello cessante an reddere teneatur.*
- 102 *Maioratum si quis renunciet, & post talem renunciationem possessor bona maioratus alienet, an tali renunciatione non obstante possit renuntians maioratum petere.*
- 103 *Femina in fauorem fratrum agnatorum hereditatem renuncians, an possit aduersus donationem & renunciationem restitui, si fratres sine filiis decedant.*

- 104 *Intellectus ad tex. in l. quod seruus, ff. de cond. ob caus.*
- 105 *Assensus Regis super feudi alienatione, rebus sic stantibus intelligitur.*
- 106 *Quando ex obseruantiâ mandati Principis nouum scandalum sequitur, an teneatur quis obedire.*
- 107 *Restitutio semel denegata ex noua causa concedi potest.*
- 108 *Promissionem an quis teneatur adimplere, si res mutetur.*
- 109 *Licentia Regales data ad alienandum bona maioratus sustinentur, quando alia bona subrogantur, salua voluntate instituentis maioratum circa vocatos.*
- 110 *Facultas concessa ad alienandum bona maioratus valet, quando est pro ruitione rerum illius.*
- 111 *Concluditur, quod existentiis legitimis causis, possunt licite concedi Regales licentia ad alienandum bona maioratus, & ea cum aliis permutandum. Sunt tamen causa legitima examinanda per Senatores de Consilio, num. 113.*
- 112 *Iudex an possit ex iustis causis à testatoris voluntate recedere.*
- 115 *Subrogationem non licet facere in aliis bonis, quam contentis in Regia facultate, etiamsi vtilius id fiat.*
- 117 *Forma, & ordo datus in Regia facultate seruandus est.*
- 118 *Facultate concessa ad alienandum bona maioratus, non licet illa hypothecare, & n. 122. & 138. Et si non seruetur, quare non valeat, n. 146. Et quid in fideicommissis, n. 147. Et quid in feudo, n. 133. Quid ob causam dotis, num. 124.*
- 119 *Actus corruiti forma non seruata. Et in actibus quaedam sunt ad formam, quaedam ante formam, quaedam qua formam sequuntur, n. 123.*
- 120 *Autoritas Regis, & Romani Pontificis purgant omnem vitium, dolum, fraudisque suspicionem.*
- 121 *Eorum tamen mandatum non est per equipollens adimplendum.*
- 125 *Licentia ad aliquid faciendum statutis seruatis, est nulla, si probeatur seruata non fuisse.*
- 126 *Et quodatur sub aliqua conditione sub contraria renouata censetur.*
- 127 *In licentia ad alienandum feudum, eius forma debet diligenter seruari. Quid in maioratu, n. 131.*
- 128 *Assensus super dote praestitus an extenuatur ad alimenta & vsuram.*
- 129 *Conditionaliter cum aliquid disponitur, solemnitas probari debet quia pro forma data censetur, n. 130.*
- 132 *Licentia ad alienandum bona feudalia ad vitam alienantis an restringatur.*
- 134 *Permissio vnus alienationis non extenditur ad aliam.*
- 135 *Alienatio an valeat, forma data ad alienandum non seruata.*
- 136 *Licentia data, vt primogenium constituatur in persona vnus filij specialiter nominati, an extendatur ad personam alterius filij.*
- 137 *In dispensationibus an habeat locum illa regula, Cui conceditur maius, conceditur minus.*
- 139 *Testator an possit prohibere, ne bona maioratus alienentur, etiam ex iustis causis.*
- 140 *Pacta que quis ponit in traditione rei sua valent.*
- 141 *Maioratus successor accipit rem sub conditionibus quas tenetur ad vnguem seruare, postquam rem maioratus occupauit.*
- 142 *Nemo potest facere quin leges in testamento locum habeant.*
- 143 *Conditionem an possit quis apponere, ne Princeps suum testamentum mutare possit.*
- 144 *Preceptum quod successores non possint à Rege petere licentias ad alienandum bona maioratus sub amissionis pena, an valeat.*
- 145 *Pretium rei, quæ erit maioratus, qualiter debeat in rem subrogatam comerti.*

Primo

Primo limitatur, nisi cum talis facultas per Regiam conceditur ad alienandum bona maioratus in euidentem, & notoriam utilitatem bonorum maioratus: nam hoc casu iusta, & licita erit licentia concessa ad talem alienationem: quam limitationem variis iuribus probabo, & idem attende lector, & primo ex textu in l. seruus, C. de pactis, & in l. non ideo minus, C. de procurat. & in l. i. cui bonis, ff. de verborum obligation. & in l. neque, C. de contrahenda emptione, vbi Bald. dicit, quod si statuto cauetur, quod mulier non possit contrahere sine licentia propinquorum, si mulier contrahat absque prædicta licentia, & contractus sit illi vtilis, valet; & hanc doctrinam sequuntur DD. in prædictis locis, & in l. eam hi, §. eam transactionem, vbi est bonus text. & ibi notat Ias. & idem Iason in l. contra iuris, §. vltim. vbi est bona Gloss. ff. de pactis, & in §. omnium, nu. 42. Inst. de actionibus, Imol. & Alexand. in l. n. n. m. §. vltim. ff. de acquirend. heredit. Suarez in l. 3. fori, tit. De las deudas, & hanc sententiam in bonis prohibitis alienari, quod propter quod utilitatem possint permutari, voluit Paul. de Castro in consil. 270. Dubitatur vtrum Hospital. col. 2. lib. 2. Gratius in consil. 35. num. 18. lib. 1. Felin in consil. 42. num. 4. Menoch. in consil. 322. num. 67. lib. 4. faciunt scripta in ista materia per Matthæum de Affl. & in consil. n. b. Neapolit. lib. 3. rubr. 5. num. 60. folia 263. & num. 73. & pro hac conclusione est expellenda l. 54. Tauri, ad quam addo Barth. Socin. in conditionibus, ff. de cond. & demonstrat. num. 1. fol. 137. vbi dicit mulierem posse absque consensu Mundualdi acceptare legatum vlt. usufructus, quia legatum continet in se causam lucrativam, & cum prædicta l. neque, & aliis iuribus concordant l. 17. tit. 16. p. 6. & lex. 6. tit. 1. lib. 1. fori & l. 4. tit. 1. p. 5. vbi Greg. Lop. in glo. in verbo, Alguna pro, qui ex hoc dicit, quod potest pupillus per contractum inter vivos facere maioriam in aliquem sibi successurum, cum ex hoc, & ipse, & illius præcipua consequantur utilitatem. Sed istud dictum magis nouum quam verum mihi videtur, & illud reprobo in prima parte huius tractatus, quæst. 1. illat. 7.

Ex quo etiam dixit Matthæ. de Affl. in consil. Neapolit. lib. 3. de renouand. aliena. rubrica 5. num. 60. fol. 265. quod feudatarius potest alienare feudum, quod est aliis de sui natura inalienabile, quando ex tali alienatione resultaret utilitas in bonis feudatibus Andre. de Ifern. in cap. 1. præterea, de capitul. Corrad. & in cap. Imperialem, col. 7. de prohibita feud. alienat. latè Thomas Grammat. consil. 149. num. 3. Et quod bona fideicommissi possint alienari pro recuperatione fideicommissi, vel conseruatione, tradunt Glossa, & DD. in l. Marcellus, §. res quas, ff. ad Trebell. Anania consil. 32. Ias. in l. diuersio, §. interdum, num. 4. ff. solut. matrim. Anton. Petra in tract. de fideicommissis, quæstio. 8. num. 538. & num. 549. pag. 170. & 171. post Burlatum in consil. 151. num. 11. lib. 2. Et quod bona alienari prohibita possint alienari ad augendum cultum Ecclesie, tradunt Hostiens. in summa, vt Ecclesiastica beneficia, & alij, vt per Burlatum in consil. 185. num. 23. lib. 2.

Quibus conuenit alia doctrina singularis in ista materia, quod prohibita alienatione censetur prohibita alienatio hominis, non legis, secundum Bart. in authent. contra rogatus, C. ad Trebellian. Aretinum in l. Pannonius, in principio, ff. de acquirend. heredit. Carolus Ruynum in consil. 51. num. 23. lib. 5. & ad hoc faciunt notata per Iasonem in l. Barbarius, num. 6. ff. de officio Prætor. & in l. ius iurandum quod ex conuentione, §. pupillus, n. 13. ff. de iur. iur. Anchar. in consil. 197. subtiliter Ioan. Faber. in §. 1. vof. & ne huius, Inst. de eo cui libert. caus. bona addic. Dec. in cap. que in Ecclesiarum, num. 9. extr. de constitut. & in consil. 124. Hippolytus in rubric. C. de probation. num. 211. & in l. 1. §. si serui quas, num. 5. ff. de quas. vbi inquit Bald. in l. apud hostes, num. 6. C. de suis & legitim. heredib. fol. 170. quod licet dignitates Sacerdotales liberent Clericum à patriapotestate, intelligitur quoad eius commoda, & non etiam

quoad incommoda, & idem non tollitur Clerico filio, nec Monacho existentia sui hæredis, notat Suarez in legibus fori, tit. De los casamientos, fol. 82. & est Glossa in lex causa, §. Pomponius, ff. de minoribus, quam dicit ordinariam; & approbatam Ias. in l. moribus, num. 22. fol. 87. ff. de vulgar. & pupill. declarat Bart. in litem in potestate, in fine, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, cui adde quæ scribit Tiraquellus in tractatu, de morte, part. 7. declarat. 1. num. 10. cum aliis, pag. 278.

Et hoc est notabile pro intellectu per textum in l. 48. Tauri, quæ dicit, quod filius per contractum matrimonij liberatur à patriapotestate; nam illa lex est intelligenda quoad illius commoda, non quoad incommoda.

Et si est prohibita diuisio; non prohibetur eas quæ sit gratia commodioris cultura, secundum Cynum, & Imol. in l. Causa, §. 1. ff. de legat. 2. Alexand. in consil. 25. lib. 5. Carolus Ruynum consil. 29. lib. 5. quos citat Roland. in consil. 80. num. 32. lib. 1. Etiam est bona lex Lucius, ff. familia eriscunda, de qua Bald. in l. sub prætextu, C. de sacrosanct. Eccles. quia talis alienatio potest dici necessaria, & non comprehenditur sub prohibitione alienationis, vt tenentur discordia, & ob alias similes causas, l. cum pater, §. aulicissimis, ff. de legat. 2. l. 1. ff. de fundo dotali, cap. Imperialem, §. præterea, de prohib. feud. alien. per Federicum, tradit Episcopus Sarmiento lib. 3. Selectarum interpretat. cap. 2. num. 21. fol. 101. & facit text. in l. mediterranea, C. de annoniis & tribut. lib. 10. à quo Bart. ibi deducit, quod licet tutor non possit remittere debitum pupilli, quia est donare; non habet locum in debito, quod ad cuius recuperationem est maior necessaria impensa, quam sit utilitas; notat Decius in l. pactum, num. 6. C. de pactis, & tutor potest pacem, & remissionem delicti facere, quando pupillo expedit, secundum Innocent. & Ioan. Andr. in c. grandi, de supplend. neg. pral. in 6. Bald. in rubrica de treug. & pace, & alios quos refert Gloss. Parisiens. in consuetud. Parisiens. part. 1. §. 30. num. 116. fol. 246. & est text. notabilis in l. 1. ff. de offi. io. Procurat. Casar. vbi est Glossa singularis, & sunt duæ notabiles leges in Authent. sed & permutare, & in Authentica, item sibi inuicem, C. de sacrosanct. Eccles.

Ex quibus colligitur, quod Procurator Cæsaris in his quæ sunt vtilia, potest absque licentia Regis contrahere; & concludit l. 1. ff. de contra. ind. intel. vbi Bald. & quod notant Alexand. in l. more, col. 2. ff. de acquirend. heredit. & in l. 1. ff. soluto matrimoni. Dec. in consilio 224. Anton Rubens in consilio 92. Gloss. Parisiens. in consuetudin. Parisiens. tit. 1. de mater. feuda. §. 12. num. 31. fol. 111. colum. 4. Bartholom. Socin. in consil. 80. num. 10. lib. 4. Et non est omittendus text. in l. Imperator, ff. de legat. 2. & in l. ita constante, & in l. mutus, §. 1. & in l. vltim. ff. de iure dotium, & in l. 1. §. plerumque, ff. de quid in loco publico; & probatur etiam ex aliquibus quæ scribit Felinus in cap. edoceri, num. 7. fol. 62. de re scriptis, & hæredes possunt per communem consensum contrahere præcepto testatoris facto ad illorum utilitatem, l. cum pater, §. libertus, ff. de legat. 2. l. quoties, C. de fideicommissis, Oldrad. in consil. 241. Doctores in l. 1. Cod. de pactis, Petrus Surdus in tractatu de alimentis, tit. 9. quæst. 16. num. 17. fol. 358. Aluarius Velasco in consultatione 63. num. 15. vbi refert Oldradum in dict. consil. 11. Bald. in l. 4. in principio, notabili 2. ff. de condit. instit. Dec. in consil. 441. colum. 1. dicentes, quod testator ob hæredum utilitatem potest præcipere, quod societas contineretur; & facit quod notat Gloss. Parisiens. in consuetud. Parisiens. tit. 1. de mater. feuda. §. 1. num. 3. fol. 80.

Et bona prohibita alienari per testamentum, possunt ex causa & cum Principis licentia alienari, secundum Rebuff. in l. lege obtinere 130. pag. 682. ff. de verbor. signi. debet tamen secundum eum, causa esse magna, & de ea constare, pro quo facit text. in l. 2. §. si mater, & versic. tractati, ff. ad Trebell. ibi: Aut hoc imputabitur matri, cur non desiderauit conditionem à Principe remitti;

quem textum ad hoc expendit Berouius in capit. qua in Ecclesiarum, num. 138. de constit. & bona Ecclesiarum possunt alienari stante utilitate, t vel necessitate Ecclesiarum, cap. 1. de rebus Ecclesiarum alien. vel non, ubi equiparatur utilitas, & necessitas: quod notant Doctores in capit. cum omnes, de constit. Lapis allegat. 131. Decius in consil. 124. late Lambertinus de iure patronat. lib. 3. fol. 26. num. 6. cum aliis; & idem l. 3. tit. 14. part. 1. dicit, quod res Ecclesiarum possunt dari in emphyteum; stante Ecclesiarum utilitate; ibi: Aquellas heredades pue de dar a enfiteusis que viene el Obispo, y el Cabedo que mas provecho es de la Iglesia en las dar, que en tenerlas, de quo per Glos. & Doctores in cap. potuit, de locato, Augustinum Berouii in consil. 83. num. 12. cum sequentibus lib. 1.

Et hac ratione licentia data per superiorem ad alienandum res Ecclesiarum valet, etiam ex intervallo, quando t tenderet ad utilitatem Ecclesiarum, secundum Cotsetum in singulari incipienti, Papillus, Barb. in consil. 61. lib. 3. Rebuff. in tractat. de alienat. rerum Ecclesiarum, num. 35. pag. 74. facit cap. ut super, de rebus Ecclesiarum, l. 1. tit. 14. p. 1. ibi: La sexta por pro de su Iglesia, como si vendiese, o cambiase alguna cosa que no fuese buena, para comprar otra mejor, de quo plura notabilia scribit Felinus in consil. 42. num. 4. & 5. Aur. Peregrinus in tractatu de fideicommissis, 14. art. 40. num. 32. fol. 362. t Imo alienatio bonorum Ecclesiarum valet absque solemnitatibus secundum Glossam in d. l. cum hi, §. eam transactionem, ubi Bald. & Angelus, Alberic. in authent. hoc ius porrectum, C. de Sacrosanct. Eccles. Decius in cap. 1. num. 19. & in cap. qua in Ecclesiarum, num. 8. ubi Gloss. Paris. in additionib. de constit. & alij plures Doctores quos citat Ant. Gabriel lib. 5. communium opin. tit. de rerum alienatione, conclus. 1. num. 1. pag. 201. de quo tamen legenda sunt quae scribit Episc. Sarani. de rebus Ecclesiasticis, part. 1. cap. 1. cum sequent. fol. 7.

Et quod stante utilitate, bona t Regni alienari possunt, tradit notanter Ripa in consil. 80. num. 52. & 53. ad ista legendus: & horum autoritate dixit idem Rebuff. in tract. de regula baptis. & sep. tom. 2. ad constitutiones Regiar. glos. 7. pag. 361. quod valet contractus factus t per tutorem cum minore, quando minori esset utilis; quod notandum est ad intellectum text. in l. cum ipse, C. de contrahend. emptione, & ad l. 1. tit. 5. lib. 5. Ordinamenti, hodie l. ultim. tit. 11. lib. 5. Recopil. & l. 10. tit. 1. de las penas, lib. 8. Ordinam. quae hodie non reperitur in noua Recopila. & circa haec alia etiam similia scribit Tiraquel. in legibus comunalibus, glos. 6. num. 12. fol. 297. & glo. 8. fol. 330. num. 56. Et bona Regni possunt t propter utilitatem, eorum alienari, secundum Ripam responsio 80. num. 53. per textum in cap. ut super, §. ultim. de rebus Ecclesiarum: & alia quae refert; Et bona feudalia possunt t alienari, etiam sine Regio assensu, 18 quando alienatio est augmentum feudi, vt latius tradit Matthae. de Afflictis in consil. Neapolit. rubrica 5. lib. 1. n. 60. fol. 264. & in proposito alia scribit Dueñas regul. 4. limitat. 8. quem citat Ioan. Gutierrez, allegatione 7. n. 15. qui alia similia scribit.

Ista t confirmantur, quia prohibita alienatione, non censetur prohibita alienatio legis, sed tantum hominis, §. de illo, ff. pro socio, & tradit Aretin. in l. Pamonim, §. rei perditionis, ff. de acquirend. hered. & alij quos citat Iosephus Mascard. in tractatu de probat. conclusionem 1237. num. 45. fol. 175. ubi n. 51. ponit regulam, quod in prohibitione generali acquirendi, nunquam intelligitur comprehensus actus, qui ex provisione legali provenit, ex Fulgof. consil. 102. Roland. consil. 84. n. 34. lib. 1. & aliis pluribus quae refert.

Ex his etiam illud oritur, quod licet mandati fines diligenter sint t custodiendi, l. diligenter, ff. mandati, non tamen dicitur quis excedere fines mandati, si utilius, t quam ei mandatum est, illud adimplet: d. l. diligenter, §. ultim. l. 1. §. denique si mandauero, ff. eodem tit. l. si quis mihi bona, §. si mandati, ubi Bald. Imol. & Alexand. ff. de acquirend. hered. & ibi alij modest-

ni, l. si quis, §. sed si permisit, vers. in contrarium, ff. quibus modis pignus, vel hypothe. solui. Ex quo dixit eleganter Bald. in rubrica, de offic. deleg. quod in mandatis magis est attendenda t finalis causa forae ipsius mandati, quam ipsa forma, refert text. in l. ultim. ff. mandati, notanter per Tiraquel. in l. si unquam, in verbo, libertis, num. 48. C. de renouand. donat. & egregie per Peraltam in l. unum ex familia, §. sed si fundum, num. 8. pag. 584. ff. de lega. 2. Rodericus Suarez in l. post rem indicatam, vers. quia supra, num. 12. pag. 342. ff. de re iudicata, Matthae. de Afflictis in decisione Neapolit. 391. Rex Ferdinandus, num. 21. Aymon Crauetia in consil. 27. n. 9. decisio Genuensis 64. n. 3. & 174. n. 3. quorum doctrina ad plura negotia notanda est.

Ex his etiam oritur l. 57. Tauri, quae vult quod Iudex propter aliquam causam mulieri vitium, potest compellere maritum, t vt det licentiam mulieri ad contrahendum quae lex deducta fuit a sententia Bart. in l. filium dotem, §. eo autem tempore ff. solut. matrimo. ubi dicit, quod stante statuto, quod mulier non possit contrahere absque licentia propinquorum, aut testari; si consanguinei requisiti nolunt consentire, Iudex examinabit causam reculationis & si iusta est, bene quidem si verò non est iusta, Iudex permittit mulieri contrahere, & Bart. sequuntur Bald. Angel. Rom. Paul. Alex. & alij ubi l. in l. 1. C. qui admitti Deo. Matthae. de Afflictis Ioann. Lop. & alij plures, quos refert Tiraquel. in praedictis legibus comunalibus, in glos. 8. de son marit. folio. 339. n. 126. de quo etiam aliud agendum tracto part. 1. question. 50. & feudi t alienatio in augmentum feudi non requirit assensum Regium secundum Andr. de Isernia in cap. Imperialem, in principio, num. 44. de prohibita feud. alienatione, & in cap. 1. §. fin. de Capit. qui Curiam vendidit, & in cap. 1. §. praeerea, de cap. Comrad. & in aliis capit. quae refert Anton. Capiccius decis. 100. num. 3. ad quem addo eundem Andr. de Isernia in cap. 1. ille qui interfecit fratrem, folio 188. ubi Lipartulus.

Et haec conclusio, quod vbi cumque resultat utilitas t ad bona maioratus, possunt licite alienari ex Regia facultate; noua & fortiori ratione probatur, quia certum est, quod testator cum de aliqua re maioratum fecit vinculo illam, & illius alienationem prohibendo, id fecit intelligens, quod expediebat suo maioratui, & rei, quam vinculauit. Si igitur pro tempore cognitum fuit, quod illa res non conueniebat maioratui sed alia in quam commutata fuit, credendum est, quod ille, qui fecit maioratum, si adhuc esset superstes, id concederet libentissimè, & hoc est verisimile, & iuri, & rationi consonum: alienatio igitur, aut permutatio facta de rebus maioratus in hoc habet retro oculos ad vitam testatoris, qui si viueret, (si non infans esset) idem faceret.

Quantum autem verisimilitudo operatur in omnibus rebus, t praecipue in dispositionibus testatorum, ego supra in aliis locis tracto, ubi cito illum famosum casum in l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & postum. l. cum acutissimi, C. de fideicommissis, l. generaliter, §. cum autem, C. de instr. & substitut. & verisimilitudo est fortior alia qualibet praesumptione, Glos. in l. veteribus, in verbo legem, ff. de pactis, & in l. in obscuris, ff. de regul. iuris, notat Oldrad. in consil. 115. Ex forma istius, Decius in l. contrahenda, num. 3. ff. de reg. iuris, Glo. in cap. literis, de sponsalib. & alij vt per Tiraquel. in l. si unquam in princip. num. 54. pagin. 34. Cod. de renouand. donation. & lib. 1. de retractu, §. 1. glos. 18. pag. 364. num. 74. & scribit late in principio 2. par. Et Princeps ex noua, & iusta causa, quam si verisimiliter sciuisset, non concessisset, potest t tollere privilegium, etiam datum in vim contractus, vt probant Paul. de Castro in l. digna vox, C. de legibus, l. in consil. 1. num. 6. lib. 1. & in l. testamentum, num. 4. C. de testamentis, quos citat Osalc. 90. decis. Pedemontana. num. 14. & 15. & idem voluerunt Bald. in l. ultim. ff. de Senatoribus, & in l. ultim. ff. de penis, & in l. penult. C. de donationib. inter vir. & vxor. & aliquos citat

citatur Tiraquel. in tractatu de penis temperandis, in praefatione, num. 41. de quo legenda sunt quae scribit Valdes in additione ad Suarez, allegatione 8. num. 4. pag. 83. Quod notandum est pro confirmatione seruitij facti anno quingentesimo octuagesimo nono, per ista Regna, Domino nostro Regi Philippo, ob extraordinaria bella, & necessitates vrgentissimas; quod etiam soluit istud Regnum Granatae, non obstante suo privilegio, quod fortissimè confirmatur ex dispositione legis 8. tit. 1. par. 2. & ex aliis quae scribo infra, limitatione 5. num. 2. Et pro Paulo, & aliis, est notabile consilium Ripae 38. num. 10. cum seq. & responsio 181. num. 7. Et voluntas t testatoris colligitur ex eo, quod ipse faceret si viueret, l. quoniam desideria, C. de naturalibus liber. Et voluntas testatoris coniecturata ex verisimilibus coniecturis est eiusdem effectus, ac si expressa fuisset, licet Imperator, post principium, ubi Bart. & alij, ff. de leg. 1. l. si quis locuples, & ad finem, ff. de manum. testamento. & de hoc latius tracto in princip. 2. p. huius operis.

Et quod bona t fideicommissis subiecta possint alienari ob utilitatem fideicommissi, late per plura argumenta tenet Socin. Iunior, quem legi post quam superiora scripseram, in consil. 28. num. 8. lib. 2. ubi num. 5. tradit, quod quando res fideicommissi subiecta, & alienari prohibita alienatur, si alienatio fiat ex voluntate prohibentis, inherendo menti, & rationi suae in prohibitione considerata, debet tunc alienatio valere, & conseruari, licet videatur fieri contra verba testatoris alienationis prohibitiua, quem lector legat pro perfectiori intellectu eorum, quae hic tractantur. Et non est inconueniens, quod ex varietate temporis t varietur voluntas testatoris, l. Centurio, ff. de vulgari: notat Rip. in l. 2. num. 55. ff. de vulgari l. utilitatem, l. confirmatio. notant Croc. in l. filiusfamilias, §. diui, num. 172. & 173. ff. de leg. 1. Manc. lib. 8. tit. 12. num. 24. pag. 347. colum. 2. & idem Mauri. lib. 5. tit. 15. num. 21. pag. 190. post Galliaulam in dist. l. Centurio, num. 51. & 52. ponit regulam ad propositum singularem, t quod tempus testamenti inspiciatur quando agitur, vtum dispositio testatoris aliquid comprehendat, vel valeat: non autem ubi agitur de interpretatione legis, supponendo, quod testator illud non disposuisset, si de tali casu cogitasset, nec verisimiliter de hoc senserit; & quod pater erat facturus si vixisset, censetur voluisse, quod filius faciat post eius mortem, secundum Paul. Cast. in authent. res qua, Cod. commu. de legat. pro quo est text. in l. cum seruus, vers. nam etsi vixisset, ff. de condit. & demeritra. notat Dec. in consil. 377. num. 2. Et bona alienari prohibita, alienari possunt, si alienatio fiat ex verisimili t voluntate prohibentis, licet sit contra verba eiusdem prohibentis secundum Andr. in consil. 169. Super puncto supra scripto: colum. 1. & 2. l. in l. filiusfamilias, §. diui, limitat. 7. ff. de leg. 1. Socin. Iunior in consil. 28. num. 5. lib. 2. qui notanter loquitur.

Vnde merito Angel. in consil. 161. num. 1. Corn. in consil. 178. num. 2. lib. 1. Socin. Iunior. in consil. 20. num. 40. lib. 1. Alban. consil. 97. num. 15. Burlat. in consil. 151. num. 11. lib. 2. volunt, quod quando alienatio non est contra rationem testatoris, non dicitur alienatio, Quid enim dices in hoc t casu, & quid dicerent institutores maioratum, si viuerent in hoc Regno Granatensi: & in Regno Murciae, & Valentiae, sunt plura loca, & fundi principales, qui sunt aliquorum Dominorum, & Nobilium Hispaniae, & illos habent titulo maioratus, qui tempore quo vinculari fuerunt per fundatores maioratum, credebant conditores, quod in dies crescerent, & multiplicarentur eorum reditus, quod minime euenit, imò potius diminuuntur, & quotidie decrescunt, quia Mauri, & Turcae, cum irremediabilibus ea loca valde infestant, & spoliant absque vlla resistentia; & personas, & bona Christianorum in Africam rapiunt; & sunt plura loca inculata, quae si tuta essent, Domini perciperent ex redditibus centum, & non percipiunt decem, de quibus ego habeo particularem notitiam: & quidam Secretarius Regum Catholicorum tempore, quo Reges Catho-

lici Regnum hoc à faucibus Sarracenorutti eripuerunt, emittunt sunt septuaginta anni praeteriti, quendam locum ducentis & quinquaginta mille moropetinis, qui locus quotannis non reddit illius successoribus, qui illum possident titulo maioratus, nisi sex; aut septem mille moropetinos: cum attempta loci qualitate, & tempore quo emptus fuit, si tutus esset à Mauris, & Turcis debere domino plus quam centum mille moropetinos, quod emptor ex eo sperabat, & plus, quando illum emit, & vinculauit. Quis igitur dicit, quod hoc casu non erit licita licentia, ad permutandum & subrogandum tale locum, & alios similes, vt ex illis emanatur alia bona, quae sint secuta, & in dies crescant, prout sperabant ex his locis hi, qui illo titulo maioratus vinculauerunt? cum hoc maxime conueniat ad utilitatem maioratus.

Et pro hoc vltimo facit text. in l. Aristo, ff. de iure delib. & in l. non solum, ubi Bald. ff. de pret. hered. & in l. vltim. in fine, C. de bonis qua lib. & in l. verum, §. si locupletis, ibi: Multis casibus obnoxia, ff. de minoribus, & alij concordantes, vt per Iaf. & Ripam in l. eam res, ff. de damno infecto, & Ioan. Lopez in repetit. cap. per vestras, §. 18. num. 4. ff. de donat. inter vir. & vxor. Felin. in cap. cum accessisset, num. 20. de constit. Arius Pin. in l. 1. Cod. de bonis matris, in 3. par. num. 6. cum aliis fol. 89. ubi de his latius scribit, & vide eundem in l. 2. Cod. de rescindenda venditione, par. 3. num. 2. fol. 153. cui adde text. omnibus elegantiore, ad hoc propositum; & ad alia plura similia (cuius nunquam obliuiscaris) in l. 1. §. mulier, vers. deminutio, ff. de ventre in possessionem mittendo. ibi: Ex pecunia numerata, si illa non fuerit in his rebus; qua patrimonia onerare magis impendit quam augere fructibus conseruerant; qui text. est notabilis ad scripta per Pinellum ubi supra, nec minus facie notabilis text. in l. proprie bona 83. pag. 527. ff. de verb. signi. his verbis: Proprie bona dici non possunt, quae plus incommodi, quam commodi habent, facit cap. 2. ad finem, de feudis: ubi probatur, quod bona Ecclesiarum possunt alienari, si recuperatio eorum sit difficilis; notant Iason in consil. 10. num. 3. lib. 3. Tiberius Decianus responsio 26. num. 114. lib. 1.

Et confirmo, t quia dispositio testatoris semper debet interpretari ad casum magis necessarium, in l. 1. mulier, ff. de ventre in possessionem mittendo, tradunt Aymon in consil. 149. num. 12. & in consil. 135. num. 12. Crocus in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 24. ff. de verbor. obligat. Iason de Pratis lib. 1. de interpretand. defunctorum volunt. interpretat. 2. d. dicit. 2. solut. 12. fol. 72. & faciunt quae ex Bald. & aliis scribo in fine 2. p. num. 87. & est etiam bonus text. in cap. sine exceptione, ibi: Item domos urbium vel castrorum, quae Ecclesia plus incommodi quam utilitatis afferunt: 12. q. 2. & ad text. in dist. §. mulier, adde notabilem l. 2. tit. 14. part. 1. quae scribit ordinem, qui est adhibendus in alienatione rerum Ecclesiarum, de quo legendus est Menoch. de arbitrariis iudicium, casu 172. & late Ioan. Gutierrez, consil. 15. per totum. Quibus conuenit quod dicitur t possidere bona immobilia, qui ea possident in loco periculoso, vel ruinoso secundum Bart. in l. Stichum, §. 1. in fine, ff. de verb. oblig. & in l. 3. §. fin. ff. de liberat. legata, & alios quos citat Ioan. Lup. in e. per vestras, de donat. inter virum & vxor. §. 18. numer. 8. pag. 328.

Ex quibus omnibus non sine iusta ratione dubitari potest t de resolutione Iasonis post alios, quos citat in l. 2. num. 10. ff. de officio eius cui mand. est iuris. ubi scribit, minorem non posse sine decreto alienare fundum sterilem ratione maioris utilitatis; & idem tradunt Barb. inter consil. Curcij senioris, consil. 67. Matth. de Afflict. decis. 87. Capic. decis. 113. qui facitur bis decisum fuisse in consilio Neapolitano, non licere alienare ob euidenter utilitatem, fundum pupilli sterilem, & infructuosum, sine decreto; quos refert Menoch. de arbitrariis, casu 171. num. 62. pag. 338. colum. 2. & pro hac conclusione pondero etiam bonum text. in cap. non liceat Papa, 12. quaest. 2. ibi: Nisi tantummodo domos

qua in quibuslibet orbibus non modica impensa sustentantur.

Et quod bona fideicommissi possint permutari ob eorum utilitatem, defendit per plura Ant. Peregr. in tra- 38 clatu de fideicommissis, art. 49. num. 32. fol. 362. A quo tamen cauendum est, qui num. 34. opinatur, quod illud procedit in bonis fideicommissi vniuersalis prohibitis alienari, non etiam in fideicommissis alicuius rei particularis prohibita alienari: quia in hoc loquitur sine lege, & autoritate, & in contrarium sunt mille regulæ iuris, præcipue l. semper in generalibus 147. ff. de reg. iur. d. l. si duo, ff. de administratione tutorum, l. qua de roca, ff. de rei vendi. l. iam hoc iure, ff. de vulgari, cum aliis pluribus similibus, quæ omitto: & contra Peregrinum facitur quæ per regulam dictæ legis, si duo, & l. si chorvus, ff. de legat. 3. scribit, idem Peregr. in eadem qu. 40. num. 55. fol. 367. & adduco etiam notabile dictum Baldi per text. libi in ultim. §. sin autem legata, Cod. de bonis qua liberis, folio 195. vbi dicit, quod domus pretiosæ, sunt quemadmodum steriles; quia non respondent in redditibus, pretio domorum. Quæ doctrina notanda est ad iustificandum, & petendum licentias ad alienandum bona maioratus, domos, vel alias res similes, quæ sunt magni valoris, & reddunt fructus exiguos. Quando autem dicatur res pluris incommodi t quam com- 39 modi aff. rre: constat ex text. in l. sed an vltro, §. 1. ff. de negot. gestis: & in l. inter quos, §. vltim. cum l. sequenti, ff. de damno infecto, vbi apparet id esse, quando in singulos annos plus expenditur in reparationibus, quam ex locatione, vel ex emolumentis recipitur; notat Rebuf. in tractatu de alienatione rerum Ecclesie, nu. 124. pag. 87. Quod etiam est necessarium pro intellectu text. in dict. §. mulier. Et de iure Regni est etiam l. 3. tit. 14. part. 1. t. ibi. Que mas prouecho es de la Iglesia en dadas, que en tenerlas, facit l. proprie bona, ff. de verbo. signific. l. 3. tit. 33. part. 7. in quo puncto, magnæ importantiæ est Iudicis arbitrium.

Et ex hoc & aliis superioribus t fundari potest, quadam opinio Gregor. Lopez in l. 6. tit. 11. in gloss. in verbo, no valdra, fol. 84. colum. 3. in versiculo, sed an sit, part. 6. vbi dicit, quod est iusta causa concedendi licentiam ad alienandum bona maioratus, quando bona sunt in partibus remotis à domicilio possessoris, argumento text. in Auben. de Ecclesiast. titu. §. sin autem annale legatum, col. 9. & quod voluit Bald. in l. voluntas, Cod. de fideicommissis. & Iaf. in l. filiusfamilias, §. Diuis, num. 81. ff. de legat. 1. in repetit. quod dictum habui in facto, in quadam alienatione facta quorundam bonorum maioratus: quæ conclusio probatur in cap. serrulas, 12. quæst. 2. ibi, Aut longè positas, qui text. facit contra Molin. lib. 4. de primogeniis, cap. 4. num. 16. fol. 150. vbi reprehendit Gregor. Lopez in loco citato.

Tandem pro ista conclusione est casus melior de iure, in l. legatum, ff. de administr. rerum ad ciui. pertin. vbi Gloss. in verb. non licet, notat eleganter: Ancharr. conf. 197. num. 7. Sed hæc omnia corroborantur ex text. in l. si hominem, ff. mandati, vbi ex iusta causa licitum est procuratori, non exequi t mandatum à domino iniunctum, quod in indiuiduo exequendum erat: quem text. in variis locis exornant, & commendant Bald. in cap. 1. num. 19. vt lite non contestata, & in rubrica, Cod. de exercit. action. num. 5. Roman. sing. 454. & iterum singulari 486. & alij; quos supra, in hoc opere, ad aliud propositum retuli: & per illum text. dicit Ande. Gail. in tractatu de pact. publ. cap. 4. num. 9. & 30. pag. 284. quod licet Duci, & Capitaneo, ex noua causa non seruare mandata; & ibi alia plura ad propositum scribit, qualiter ex noua causa liceat venire contra dispositiones: t. facit l. 4. in fine, titu. 20. part. 2. & quæ scribit Azeued. in l. 1. tit. 1. lib. 6. Recopilat. num. 80. fol. 10. notanter Cephalus, de officio Delegati, lib. 3. & per text. in dict. l. si hominem, inquit eleganter ad propositum Abbas in cap. studuisti, de officio Delegati, quod Princeps potest tollere, & derogare ea, quæ fe-

cit per viam t contractus ex noua causa, vel ex antiqua, quam tamen Princeps ignorabat tempore concessionis: quod refert & confirmat ex aliis Authoribus Iaf. conf. 1. num. 6. lib. 1.

Et adduco notabilem doctrinam Carol. Ruin. necessariam in practica ad multa negotia, & eam licet gratam habeas, quæ est in conf. 79. num. 1. lib. 1. vbi vult, quod si aliquis fecit pactum de vendendo frumentum vel triticum t pro aureis quinque pro quolibet medio, & deinde tempore adueniente frumentum pretium excreuit mirum in modum, venditor obligatus vendere non tenetur vendere pro pretio expresso, in pacto de vendendo, sed pro pretio corrente tempore venditionis, & contractus; quam doctrinam meritò commendat Seraphinus in tractatu de privilegiis iuramenti, privilegio 83. num. 92. pag. 509. & quod in contractibus successiuis, t inspiciatur tempus futurum quoad ipsam læsionem, tradit eleganter Decius in consil. 335. per dictum cap. suggestum. & alia similia; quæ citat Seraphinus in tractatu de privilegiis iuramenti, dicto privilegio 83. num. 95. quæ doctrina est notabilissima, & quotidie proderit: cui iungo Mascard. in tractatu de probat. lib. 2. conclus. 962. num. 8. fol. 246. Pinel. in l. 2. Cod. de rescind. vend. p. 2. cap. 1. nu. 27. fol. 79. ad quod facit doctrina Thesauri.

Et quod pensio, quæ soluebatur in grano, debeat reduci ad æquitatem, resoluit Thesaur. decis. 154. nu. 4. & tradit eleganter Ancharra. in conf. 84. Prima facie dicendum videtur, vbi dicit quod ex causa de nouo superueniente, licet recedere à qualibet dispositione, nec dicitur fieri contra voluntatem illius, qui disposuit de quo t credendum est, quod si de talis status mutatione cogitasset, idemmet fecisset: hoc, secundum eum, patet in iuribus condendis, quia ex causa superueniente receditur à dispositione, quæ tendit ad noxam, cap. non debet, de consanguinitate & affinitate, cap. statum, in principio, de rescriptis in 6. & idem in dispositione testatori, l. utilitatem, ff. de confir. tutor. l. tres tutores, §. vltim. ff. de administr. tutor. & in Iuramento, cap. quemadmodum, de iureiur. latè Seraphinus in tract. de privileg. iuramenti, privilegio 78. num. 5. seqq. 10. Guttier. de iuram confirm. p. 3. c. 71. & in privilegio, c. suggestum, de decif. l. 43. tit. 18. p. 3. notabilis l. 5. tit. 20. p. 1. etiam si privilegium sit concessum propter seruitia, secundum Thom. Gram. decis. 65. num. 26. & alios, vt per Pinellum in l. 1. Cod. de bonis maternis, part. 3. num. 62. versiculo, sic etiam extra legem, fol. 105. t quod difficile mihi videtur, & de regula dicti c. suggestum, tractat Azeued. in l. 21. tit. 14. lib. 6. Recop. num. 1. & 2. notanter Felin. in conf. 43. num. 10. cum seqq. vbi inter alia refert singularem doctrinam Imol. in l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid. vbi dicit, quod cum quidam esset obligatus ad dampnum pretium t frumenti, quando creditor petierit, & 49 creditor petierit quando esset maxima carissima, non tenetur debitor soluere tantum pretium de nouo contingens: faciunt tradita per Guillel. Bened. in c. Raymundus, de testamentis in verbo, & uxorem nu. 189. fol. 66. & n. 251. fol. 171.

Et an sit necesse recurrere ad Principem vbiunque privilegium incipit esse nocium, aut Iudices inferiores hoc corrigere possint, tradit Abb. in d. cap. suggestum, & in c. cum ex eo, num. 7. fol. 23. de Clericis non res. d. & confirmat ista Iaf. in l. quod Seruus, num. 6. cum aliis fol. 158. ff. de condit. causa data, vbi est videnda Gloss. Tiraquel. in l. si vnquam, C. de renouand. donat. in verbo donatione largitus, num. 279. pag. 279. vbi generaliter t probat, quod noua causa superueniens tollit privilegium: eleganter August. Beronius in conf. 76. n. 4. lib. 3. Marc. Anton. Cucch. lib. 1. institut. maiorum titulo de privilegio, n. 89. pag. 37. Decisio. Pedemontan. 101. num. 2. qui tamen t notanter declarat num. 14. Ioseph. 51 Mascard. in tractatu de probat. lib. 3. conclus. 1157. num. 1. cum seqq. fol. 55. Rebuf. in tractatu de pacifico possessore, num. 179. Hippolyt. in sing. 233. & 142. & 512. & 619. & tradit Egidius Bossius in volum. practicar. crim. titulo de

de Principe & privileg. eius, num. 318. pag. 644. Roland. in conf. 13. num. 19. lib. 3. Cephalus in consil. 459. num. 55. & sequentibus, lib. 4. Osalcus de decis. Pedemont. 139. num. 8. vbi ex pluribus resoluit, Principem ex iusta causa noua superueniente posse infringere contractus & privilegia, quod explicat Curtius in consil. 275. num. 76. lib. 2. Et si quis conduxit t gabellam, quia Princeps residebat in aliquo loco, & erat lucrosa, si postea recedit à loco, poterit petere remissionem conductionis, secundum Ancharram. in conf. 402. confirmatum ex pluribus per Aymou. in conf. 233. num. 3. & Iudex ordinarius ex noua causa potest se introuirere in causa commissa Delegato, secundum Abbatem, cap. dilecti, de appellat. Cardinalem in cap. studuisti, de officio Delegati, & alios, quos citat Tiberius Decianus in praxi, tom. 1. lib. 4. tit. 25. num. 20. fol. 193. Menoch. in conf. 156. n. 6. cum seqq. lib. 2.

Hinc est quod exceptio dilatoria, quæ post litem t contestatam superuenit, potest post litem contestatam opponi, lita demum C. de procurat. iuncta. l. 2. C. de consortibus eiusdem litis, latè Falcon. regul. 136. facit. l. 5. tit. 5. tradit Maranta in speculo part. 6. except. 9. num. 8. fol. 190. lib. 4. Recopil. l. 5. tit. 9. eodem lib. & l. 4. tit. 10. de la reclusion, lib. 2. Recopilat. & 179. eodem titulo, in nouissima recopilatione, & in gradu appellationis, vel supplicationis, admittitur probatio, quando aliquid de nouo petitur, secundum Abbatem & Felinum in cap. significauerunt, de exceptionibus, Alexand. & Iaf. in l. si apud quem in fine, ff. de acquirend. heredita. Hippolytus in sing. 240. Menoch. de arbitrariis iudicium, lib. 1. quæstion. 72. num. 14. pagin. 93. quod reputo notandum & quotidie Practicatur, pro qua sententia facit. l. 5. tit. 9. libro 4. Recopilat. quæ est singulari, & stylus istius Regalis audientie hoc docet, quia in gradu appellationis & supplicationis non admittitur quis ad probandum super allegationibus factis in prima, vel secunda instantia, & faciunt. l. 5. & 6. tit. 5. lib. 4. Recopilat. Quando autem dicatur t noua causa, vt probatio admittatur, & an sufficiat fuisse allegatam in prima instantia, sed non probatam, tradit notanter Sforcia in tractatu de in integrum restitutione, part. 1. quæst. 16. art. 6. & 7. pag. 444. ad ista omnino legendus, & vide Ioan. Guttier. lib. 1. practicar. quæst. 71. Barbosa in l. diuortio, §. fin. ff. solut. matrim. num. 64. pag. 1248. Parisium in conf. 122. num. 1. cum sequentibus, lib. 2. Et de materia omnino legenda sunt quæ scribit Mascard. in tractatu de probation. lib. 1. conclusio. 118. num. 1. cum sequentibus. & lib. 3. conclus. 1230. num. 45. & aliis, & quando probationes

t in causa appellationis censentur nouæ, tradit Bellamer. decis. 149. ad quos omnes addo egregium consilium Alexand. 61. num. 4. cum seqq. lib. 2. Tenaciter obseruatur: & istorum est vicina sententia Bald. in cap. cum M. num. 15. de confir. qui concludit, quod si filius accipiat Legitimam in vita patris, & postea vsque ad mortem patris facultates augeantur, potest petere Legitimam ex bonis augmentatis; quem plerique sequuntur quos citat Tellus in l. 23. Tauri, n. 15. vbi istam quæstionem cum magno fundamento resoluit, de quo legenda sunt, quæ scribit, & refert Falcon. regula 452. Menoch. de arbitrariis iudicium, casu 139. n. 18. & consil. 71. n. 29. Alex. vbi Molin. in conf. 29. lib. 3. Molin. lib. 4. de primogeniis, capit. 2. n. 83. fol. 139. Marienco in l. 7. tit. 6. lib. 5. Recop. fol. 2. num. 7. fol. 154. & ibi Angulo gloss. 3. num. 1. fol. 232. Anton. Gamma decis. 206. n. 5. Ioan. Guttier. in c. quamuis patrum, de pactis, in 6. in verbo, à filia. n. 7. cum. sequentibus, pag. 347. Valdes in l. quoniam in prioribus, C. de inofficiso testamento, limitatione 4. pag. 81.

Istis est germana doctrina Baldi in conf. 129. Dominæ Franciscæ, lib. 1. vbi resoluit, iudicem posse ex causa t superueniente mutare voluntatem testatoris, qui si causam superuenientem cogitasset, hoc voluisset: quem & alia plura citat Simon de Prætis, lib. 1. de interpretanda defunctorum voluntate, solutione 9. num.

21. fol. 45. vbi num. 19. refert egregium textum in l. cum quis decedens, §. quæ testamento, ff. de legat. 1. & notabile consilium Decij 475. col. 2. notat & confirmat Mantica de coniectur. mente defuncti, lib. 3. num. 19. pag. 66. & plura iura notabilia cumulat Gloss. in l. 1. ff. eodem titulo, faciunt scripta per Petrum Surdum decis. 3. num. 25. & offensa in dubio præsumitur facta ex causa noua superueniente, non ex antiqua, secundum Bald. in l. si pradium, C. de adilitio edito: & alios quos citat Gomez Arias in l. 55. Tauri, num. 56. & Iudex ex iusta causa postea superueniente potest ordinare, quod bona, quæ testator iussit ne diuiderentur, diuidantur; & quando vnio oppositum operaretur ab eo, quod testator cogitabat, vt ex Bart. Socin. in consil. 279. lib. 2. Felin. in cap. si deligenti, de foro competenti; & aliis pluribus eleganter probat Thom. Gramma. decis. 7. num. 3. cum sequentibus, & ante ipsos hoc tradidit Oldrad. in conf. 241. factum tale est, & aliqua ad propositum scribit Portius Imol. in conf. 2. num. 19. & quando sententia ex nouiter deductis reuocatur, t non fit condemnatio expensarum secundum Iacob. Pute. part. 1. decis. 187. incipient. Quando sententia: Lancl. in tractatu de attentatis, part. 3. cap. 31. de penis attentatorum, num. 140. pag. 539. & qualibet causa, quæ superuenit post factum testamentum, apta est ad illud tollendum per secundum, etiam sine speciali reuocatione primi, secundum Soci. Iun. in conf. 124. lib. 1. quem citat Bursar. in consil. 47. num. 24. ibi. & generalis transactio non præiudicat quoad actiones, quæ postea competere ceperunt, l. qui cum tutoribus, ff. de transact. Gozadin. in consil. 37. ad finem, Seraphi. de privilegiis iuramenti privilegio 74. num. 134.

Istis conuenit, quod promissioni de non ostendendo, t non contrahentur si offensus sit facta ex noua causa, secundum Bart. in l. an facta, §. causa, num. 1. ff. de penis, & est communis opinio secundum Alex. in l. qui insulam, n. 4. ff. de verb. obligat. quem citant Parisius in conf. 165. num. 26. lib. 4. Iul. Clar. in practica crim. quæst. 47. num. 9. pag. 238. Decius in consil. 581. num. 12. latius Ioan. Lupus in cap. per vestras de dona. inter virum & vxor. notabil. 4. n. 22. pag. 510. Quod confirmo ex scriptis per Egidium Bossium in pract. crim. tu. de carcerat. fideiuss. committend. num. 48. pag. 35. & Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 47. num. 9. pag. 238. Gama decis. 351. facit etiam cap. quanto, de consibus, vbi probatur, quod si certa pensio fuerit t constituta in beneficio ad faciendum vnũ pactum Religiosis alicuius monasterij, & numerus Religiosorum fuerit auctus, quod vix sufficerent redditus beneficij, debet illud pactum reformari, de quo plura singularia scribit Rebuff. in c. extirpanda, §. qui vero, pagin. 381. col. 2. de prabendis, & conducunt etiam scripta per Gregor. Lopez in l. 34. in glossa in verbo alguna cosa, tit. 5. p. 5. & egregius text. in cap. alma mater, de sententia excommunicationis in 6. ibi: Alma mater Ecclesia plerumque nonnulla rationabiliter ordinat & consulit, quæ suadente subiectorum utilitate post modum consiliis ac rationabilibus reuocat, in meliusve commutat. Istis est proximum quod scribit Cæsar Lambertin, in tractatu, de iure patronat. lib. 3. g. 6. art. 7. fol. 27. num. 3. cum seqq. vbi post Felin. in cap. cum accessisset, num. 17. de constitut. & alios resoluit, quod t diminui vel augeri possunt qualitates & condiciones oppositæ per testatorem, de tot Missis celebrandis, & seruitiis præstandis diminutis, vel auctis facultatibus, & tradit an isto casu requiratur consensus hæredis? ad quod est etiam legendus Felin. in conf. 41. num. 7. & ex noua causa & inopinata reperuntur legata ex testamento soluta, l. 3. ff. de condit. indebiti, & confirmat Tiraquel. in tract. de penis temperandis, in præfatione, num. 5. & faciunt quæ scribit idem Tiraquel. causa 49. num. 9. pag. 201. & Concil. Trident. sess. 25. cap. 4. pag. 350. Et quod ex varietate temporum, possint diminui bona fideicommissi, pro nubendis fœminis, voluerunt Aymon in conf. 291. num. 4. Alciat. conf. 244. num. 4. versic. imò debue-

vult, Amilian.conf.98. Mazar. in lib.de fideicommissis, part.2. quest.48. versic. an vero si post, & faciunt quæ scribit Ioan. Gurtier. conf.12.num.29. Alex.conf.81. num.6. lib.5. Bursat. in conf.17.1.num.21. lib.2. Et ex prædictis magnas sumit vires quædam noua opinio Suar. de Paz in praxi, tom.1. cap.unic.3. part. principal. num.127. fol.201. vbi post Marienç. quem citat in dialogo reatorum, par.3. cap.48. num.3. existimat, quod in gradu supplicationis secundæ, possunt produci scriptura de nouo emergentes: contra l.2.tit.20. lib.4. Recopi. Mouetur per l.4.tit.10. lib.2. Recop. & l.2 tit.5. lib.4. Recopilat. quæ opinio difficultatem habet propter verba vniuersalia, & negatiua prædictæ leg.2.

61 Quæ autem dicatur noua causa ÷ superueniens, an sufficiat quod sic allegata, sed non probata; vel requiratur, quod sit de nouo allegata? eleganter explicantur per Sfortiam Oddum in tractatu de integram restitutione, par.1 d. quest.16. art.6. & 7. pagin.406. quod in practica ad plura est singulare; & dabit (vt aiunt) commodum & honorem: quæ conferunt ad intellectum text. in l.2. Cod. si sapius in integram restitutio: & l.6. tit.19. part.6. & l.1.5. & 6. tit.5. lib.4. Recopilat. & ad notata in cap. Pastoralis, de exceptionibus, & ad alia plura iura, præcipue ad l.3. tit.25. part.1. & tradit etiam notanter Rebuf. tom.2. ad constitutiones Regias tractatu, de rescriptis, art.3. glos. 4. num.1. pag.51. pro doctrina autem Matientij facit resolutio Pauli de Castro num.12. Romani num.7. & aliorum, quos citat Sfortia Oddus in tractatu de integram restitut. part.2. quest.76. art.2. num.4. pag.29. qui legi debent, & Gregor. Lopez in l.6. tit.19. part.6. in glos. in verbo, razones nueuas, Decius in bono casu in conf.335. viso consil. num.3. quod dictum ad plura est singulare; & in consil.349. num.4. vbi ex hoc inquit quod si testator iussit, quod filij bona non diuiderent, vsque ad decem annos, quod factum fuit, vt hæreditas eorum non dissiparetur, sed conseruaretur, si mortuo

62 testatore ÷ contigit causa noua, quæ fieri diuisionem petat, non est seruanda voluntas testatoris; & pro dicto Suarez de Paz facit l.1. §. unde queritur, ff. de noui operis nuntii, Felin. in cap. cum dilectus, num.18. de fide instrum. quos in hac materia citat Menoch. quest.35. num.18. & faciunt scripta per Rebuf. tom.1. ad constit. Reg. tit. de literis ciuilibus, art.unic. glos.2. num.24. pag.486. & quando aliquid de nouo oritur in appellatione, aut supplicatione, probatio est admittenda, vt tradunt Abb. & Felin. in cap. significauerunt, de exceptionib. & alij, quos citat Menoch. in tractatu de arbitrar. quest.72. num.14. pagina 93. Et ob prodigalitem superuenientem in possessore Comitatus, potest agi pro reo ante diem, vel conditionis euentum, vt resoluit Celsus in consil.81. num.8. quod est notandum ad ea, quæ scribo infra quest.34. & tradit Petr. Surd. decis.563. num.13.

63 & paria sunt causam à principio non fuisse, ÷ & causam, ad non causam redire; l.1. §. sin autem, l. nihil refert, ff. de condit. sine causa, notat Cinus in authentica, ex testamento, C. de collat. & promisso de soluendo singulis mensibus, intelligitur, rebus sic stantibus, secundum Romanum in l. vltim. ff. qui satisfacere cogantur, tradit Matth. de Afflic. decis.338. num.4. & conductor gabellæ, licet promiserit non petere remissionem, potest eam petere, quando res non remanet in eodem statu, in quo erat tempore contractus; vt late probant Ancharra in dict. consil.402. & Aymon conf.95. num.3. cum pluribus sequentibus, qui plura singulatia ad propositum scribit; & legendus est in conf.51. num.4. & pax rumpi potest ex noua causa, notabilis lex vltim. tit.12. part.7. ad finem, tradit Mascard. in tractatu de probat. lib.3. conclus.1157. num.62. & faciunt quæ scribit Bertazzol. in l. si quis maior, C. de transactionibus, num.470. cum sequentibus, Surdus decis.276. num.29. Valasc. de iure emphyteutico, quest.27. num.11. Corbulus de emphyteusi, in titulo de causis priuationis ob renuntiationem, num.14. fol.33. & vbi status mutatur rei, propter auctas facultates, vel diminutas, æquum est vt res mutetur, & ex no-

ua causa propter varietatem temporis, vt per Ancharran. in conf.23. Decium in consil.335. Theb. surum decis.239. num.10. Valdes in additionibus Roderic. Suarez allegat. 21. pag.97. & faciunt quæ scribo in secunda parte, initio.

64 Et si filia renuntiauit hæreditati, non videtur renuntiare hæreditati ex causa noua ÷ illi superuenienti secundum Paul. Castr. in l. pactum, in primis verbis, C. de collat. & probatur in cap.2. vbi notant Anton. & Abb. de renuntiat. per quem hoc tenet Georgius Natura in cap. quamuis pactum, de pactis in 6. colum.4. vers.3. facit, quem citat Tiraquel. in l. si vnquam in præfatione, num.149. pag.72. Cod. de reuoc. donat. & plures citat Seraphinus de priuilegiis iuramenti, priuilegio 21. num.31. pag.116. Menoch. in conf.335. num.9. lib.4. & allegando Glossam communiter approbatam, hoc tradit Andr. de Exca in rubric. de consil. num.161. pag.161. Anto. Gabr. de iure dotium, conclus.1. num.4. Ioan. Gurtier. in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. & quod in renuntiatione bonorum presentium & futurorum, non veniant lucra quæ ex forma statuti viro obueniunt, vxore præcedente; tradunt Barr. Socin. in consil.114. Decius in consil.260. Paris. in consil.127. num.50. lib.1. Iacob. Port. in consil.109. num.34. faciunt scripta per Hieron. Gabriel. conf.72. num.5. Menoch. in consil.359. num.13. lib.4. & idem vult, & recte confirmat Carol. Ruin. in consilio 98. num.8. lib.1. consil.13. num.3. lib.3. vbi hoc dicit fortius procedere, vbi causa noua, quæ superuenit, est ex priuilegio Principis; & in consil.41. num.1. & 6. lib.5. & in consil.17. num.23. lib.1. & in consil.137. num.11. lib.2. Seraphinus de priuilegiis iuramenti, priuilegio 21. num.32. Et quod idem est in donatione, Roman. in consil.20. nu.6. Decius in consil.27. num.3. & 5. & in consil.379. num.7. & 8. cum pluribus seqq. vbi hoc extendit, etiam si verba renuntiationis conferantur in futurum; quod ex facto agitarum vidi: pro quo faciunt scripta per Carol. Ruin. in dict. consil.41. Menoch. qui refert Decium in consil.40. num.32. lib.1. & alios in consil.359. num.10. lib.4. licet contrarium teneat Bald. in consil.343. colum.2. lib.1. quem refert Aymon, qui hoc late sequitur, in consil.11. num.5. de quo etiam lege Beroum in consil.70. num.50. lib.1. vbi tractat de eo, qui renuntiauit feudum, ÷ an possit petere ex noua causa? Et conducunt etiam quæ cumulat Iosephus Mascardus in tractatu de probation. lib.3. conclus.1418. num.21. vbi ex Bartolo in l. in confirmando, ff. de confirm. tutor. ponit regulam generalem, quod ex noua causa præsumitur testatoris voluntas mutata, quod tradunt Hieron. Gabriel. in consil.97. in fine Menoch. de presump. lib.4. presump.165. num.17. fol.287. & presump.176. num.7. fol.306.

65 Et ista maxime procedunt, quando renuntiatum fuit specifica in aliquibus rebus, quia tunc solummodo ad specificata porrigitur; & probat late Carol. Ruin. in consil.210. num.2. & 4. lib.1. & legenda sunt quæ refert Tiraquel. in legib. comubi. glos.2. de sonmarit. num.38. fol.254. Butl. in consil.171. num.22. & 27. lib.2. quod declarat, si noua causa superueniat, Seraphinus de priuilegiis iuramenti, priuilegio. cap.74. num.134. cum sequentibus, pag.414. vbi tradit vnum singulare, quod consentiens simpliciter alienationi rei, quæ ÷ in futurum ad eum posset peruenire, non præiudicat sibi, quin eueniente casu, non possit vendicare, ex regul. l. si fundum per fideicommissum, ff. de legat. 1. Alexand. in consil.40. num.10. lib.4. Ancharra. quest.17. famil. per totam partem secundam. Quæ autem causa noua dicatur? eleganter, & curiose scribit Caldas Pereira in tractatu de renouat. emphyt. quest.1. per totam, & faciunt quæ scribit Corrauius in consil.75. num. fin. lib.3.

66 Hinc etiam fit, quod ÷ renuntiatum non extenditur ad id, quod quis sua culpa amittit, secundum Oldrad. conf.294. Bar. & Iaso, in authentica, hoc amplius, C. de fideicommissis: Guid. Pap. decis.228. & alios, quos citat Rolandus, qui hoc ex aliquibus confirmat, consil.95. num.58. cum sequentibus, lib.3. & renuntiationes ÷ generales debent restringi ex mente partium, vt per

per plura probat Aymon. conf. 42. num.3. & lege omnino eundem consil.11. num.6. Seraphinum dicto priuilegio 21. num.15. Et in nostra materia inquit singulariter in cap.1. num.19. de his quæ feudum dare poss. quod constitutio ÷ infundandi, alterari potest ex noua causa: & exclusus à beneficio propter eius renuntiationem, admittitur ex alio titulo superueniente, cap. cum inter virum & vxorem, §.67. num.18. pag.242. & causa à principio ÷ verisimiliter incogitata, in quacunque dispositione videtur excepta, l. qui cum mortuis in fine, & l. cum Aquiliana, ff. de transact. l. mater decedens, ff. de inoffic. testam. & istam regulam ponit Barth. Socin. in consil.22. num.19. lib.4. & inquit Ioan. And. in regula, quod semel de reg. iur. in 6. & casus ÷ omnis legis autoritate supplentur, l. iam hoc iure, ff. de vulg. cum concord. vt per Francisc. Mantica, de coniecturata mente defuncti, lib.5. tit.14. num.13. pag.177. facit text. notabil in l. quasitum: ff. de testibus; & posito quod testamentum interueniente iuramento de non renouando, efficiatur irrevocabile, si tamen interueniat aliqua noua causa, ÷ reuocari poterit; & idem voluit Salicet. in l. fuscinus, quest.7. C. de testamentis, & confirmat latius Peralta in l. si quis in principio testamenti, num.227. pag.519. ff. de legat. 3. vbi sentit priuilegium immunitatis incipiens esse nocuum, posse reuocari; quod probat d. l. 43. tit.18. quod latius scribo infra, hac parte quest.2. & aliquid dico infra. Ad hoc facit, quod quando causa sententiæ, redit ad non causam, sententia retractatur, secundum Paul. de Castro in l. Imperatoris, ff. de re iudi. Sfortia Oddo in tractatu de integram restitut. p.1. q.14. art.8. nu.67. pag.389. & merus exequutor

73 ÷ ex noua causa potest in executione superledere, secundum Felin. in cap. Pastoralis, §. quid vero, num.7. versic. 4. fallit: de officio Delegati, & cap. de cetero, nu.7. de re iudi. Menoch. in lib.1. de arbitrariis iudicium, quest.38. num.24. pag.51. & legenda sunt scripta per Petr. Surd. decis.289. n.18. & tradit Roland. in d. consil.13. Hinc est, quod cessante causa sententiæ, scilicet quia superuenit noua causa, ÷ cessat sententia, etiam in rem iudicatam transacta, l.3. C. ad exhibend. l. si fullo, vbi notat Bald. ff. de condit. sine causa, l. si mater, §. eandem, & l. si is qui heres, in princip. ff. de except. rei iudicata: notant Barth. Soc. in consil.80. colum. vltim. lib.1. Robert. Marant. in speculo aureo. versiculo, expedita, 2. part. nu.148. fol.245. Alciatus in tract. presump. reg.4. presump.16. num.5. & 6. Burg. de Paz. conf.39. num.18. Tiraquel. lib.1. de retractu, §. glos.7. num.4. pag.446. & est legenda l.25. tit.2. p.3. Mellia in lectura l. Tolet. vltima partis conclus. num.24. fol.197. Episcopus Sarmiento lib.2. selectarum interpretat. cap.12. num.3. fol.88. vbi ponit regulam, quod res iudicata non facit ius in his, ÷ qui tempore mutantur, per l. ab arbitrio, ff. qui satisfacere cogantur, & l. si rem meam, & l. sequent. ff. de except. rei iudicata, & tradit Tiraquelus in tractatu, de cessante causa, part.1. n.232. fol.87. & pro hoc est melior text. de iure in e. cum ex literis, de integram restitutione, vbi Abb. n.4. ponit regulam, quod Papa potest sententiam, ex priuilegium, dispensationem, & alias dispositiones, ex processu temporis reformare, etiam si per ipsummet Papam fuerit sententia promulgata, qui textus est singularis; & pro intellectu illius, lege Aluar. Vaz. in conf.51. num.42. Egidium Boffium in practica crim. tit. de remedii iustitia, n.1. cum seq. pag.575. ad quod allego insignem text. in l. Dini fratres, ff. de iure patronatus, quem merito valde commendat Ant. Gama dec.110. n.38. qui plura notabilia scribit, quod in casu cuiusdam grandis status, circa intellectum l.40. Taurina, in praxi euenit, licet Olanus in antimonias, litera E. n.20. pag.99. teneat post Villalobos, quod ex regula textus in d. l. 25. tit.2. p.3. teneat correctam esse de iure Regio regulâ d. l. si mater, §. eandem: & est mente tenedu.

Ex quibus etiam Gregor. Lopez in l.6. tit.8. part.9. in glosse, in verbo Cae la casa, ad finem, in ea est sententia, quod si locator domus promisit non expellere inquilinum pro tempore conductionis, si superueniat noua causa, ÷ ita quod domus est ei necessaria, potest expellere inquilinum; quam quæstionem tractat Decius in consil.292. col.1. Episcopus Couar. lib.2. resolutionum, cap.15. num.4. Aluarus Vaz. de iure emphyteut. quest.22. num.8. fol.134. & confirmo, quia voluntatis mutatio ÷ præsumitur ex noua causa, secundum Bart. in l. quoties, §. si duo, num.1. ff. de hered. instit. Aymon. de antiquitate tempo. in prima particula prima partis principalis, numer.60. Hiero. Gabr. in cap.97. in fine, lib.1. Menoch. in tractatu de presump. libro 4. presump. 165. num.17. & 18. fol.287. & presump. 176. num.7. fol.306. & faciunt quæ scribo in principio 2. partis, num.376. & notabile consilium Decij 349. num.9. Hinc Paul. Castrenf. consil.313. Istâ pronuntiatio lib.2. respondet, quod siquis Iudicem inepte, & non seruata forma statuti ÷ recusauit, ob idque fuerit recusatio reiecta, non prohibetur postea seruata forma statuti recusare; notat Tiraquellus, vbi hoc confirmat, lib.1. de retractu, §.8. glos.7. num.4. pag.449. quod est notandum ad leges istius Regni, dantes formam recusationis, maximè contra Auditores Regios, & ad alias leges Regni, quæ formam præscribunt in productione scripturarum; & ad alias consimiles leges: & inquit Lucas de Penna in l. vnic. C. de expens. publ. lib.11. in versic. secundo queritur, quod si testator iussit Capellam construere in loco Religiosorum, potest talis pecunia conuerti in refectorio dormitorium, quo Religiosi indigent, si Episcopus in hoc dispenseret, quem refert & sequitur Greg. Lopez in l.3. tit.1. p.6. in glos. in verbo, Touiere por bien, in fine, pro quo dicto est expressa lex 6. titulo.10. par.6. quam non refert Gregor. Lopez: & Rebuf. in tractatu nominationum, questione 21. num.64. pagina 259. scribit posse Papam ex iusta causa ÷ derogare fundationi beneficiorum: allegat textum & Glossam in Clementina, quia contingit, de religiof. domibus, & Decium in cap. cum venisset, de iudiciis; & hoc notanter resoluunt Tiraquellus in tractatu de priuilegiis pia causa, priuileg. 135. pag.164. & ex noua causa Iudex potest recusari, cap. insinuante, de officio Delegati facit l.4. titulo 10. lib.2. Recopilation. & l.19. titulo 10. in nouissima recopilatione: & quod scribit Rebuf. tom.3. ad constitutiones Regias, tit. de recusation. art.1. glos.6. num.1. pag.152.

81 Istitis est consentaneum, quod si cessat causa, per quam verisimiliter testator fecit legatum, ÷ non debetur tale legatum, l. epistolam, in principio, vbi Bart. ff. ad Trebel. Oldrad. consilio 162. & alij plures, quos citat Simon de Præc. lib.4. de interpretanda defunctorum voluntate, dubitat. 2. versic. ad septimum, num.7. fol.475. & rectè facit Concil. Tridentin. sess. 22. cap.6. & sess.25. cap.4. pagin.350. vbi in commutatione vltimarum voluntatum, quæ non nisi ex iusta causa & necessaria fieri debet, possunt dispensate Episcopi tanquam delegati Sedis Apostolicæ: circa quem text. Concilij plura in materia iuris patronatus scribit Augustinus Berouus in consil.5. num.65. cum sequentibus, lib.1. vbi tradit, Episcopum pro vna vice posse dispensare contra ordinem testatoris, de quo lege Simonem de Præc. lib.4. de interpretand. defunct. volunt. interpretatione vltim. dubitatione 1. numer.23. cum sequentibus, fol.471. colum.2. Cæsaren Lambertinum ad ista videndum in tract. de iure patronatus, part.1. lib.2. 37. art.7. quæstion. principalis, nu.12. fol.80. & 81. & Quintil. Mandos. in tractatu de signat. gratia, versiculo, commutatio vltima voluntatis, fol.90. per totum, vbi tractat de d. cap. Concilij Tridentini, contra quod Concilium loquitur oblitus de eo Ioan. Gurtier. conf.4. num.25. & plura etiam ad propositum hoc cumulat Menochi. conf.156. num.9. cum pluribus sequentibus, lib.3. Et quando verba dispositionis sunt relata ad certam personam, vel certum tempus, intelligitur tacita conditio, si res in eod. statu perseveret, secundum Paul. de Castro in l. c. qui ff. de solut. Simon de Præc. lib.1.

de interpretanda defuncti voluntate interpret. i. dubitat. 5. fol. 9. num. 23. fol. 45.

82 Et secundum varietatem temporum ꝛ variatur verborum interpretatio, *l. si paterfamilias, ff. de hered. inst.* Simon de Prætis *vbi sup. num. 9. & 10. fol. 44.* qui num. 7. & 8. plura tradit ad propositum notanda: & privilegium tollitur, noua causa superueniente, *dict. cap. suggestum, de decimis, cum concordantibus, & per Quintilian, Mandos. in regul. Cancellarie 34. quæst. 54. num. 6. fol. 96. & facit quod scribo supra, num. 38. & quod scribit Iacobus Parius conf. 1. num. 1. cum seqq. & l. si quis conductionis, Cod. locati, cum concordantibus, non procedit si noua causa superuenit, l. si quis fundum, §. fin. vbi Alberic. ff. locati, & latè Iason, conf. 158. eos vii, lib. 2. Menochius de recuper. posses. remed. 11. num. 42. pagin. 443. Et pax censetur ꝛ rupta non ex causa veteri, sed ex causa noua, vt tradunt Cornelius in *conf. 51. lib. 1. Patus conf. 165. num. 16. lib. 4. & plures quos citat Hippolyt. Bonacof. in commun. opinio. pagin. 513. num. 17. cum seq. fol. 45. & istam conclusionem probat expressè in *final. tit. 12. par. 7. ad finem.* Et qui circa hæc aquam purissimam, & abundantissimam exhaurire vult, vadat ad fontem vberissimum Tiraquel. in *tractatu de penis temper. in præfatione. num. 25. cum seqq.***

83 Et pro ista conclusione est etiam bonus text. in *c. 3. de testamentis*, vbi si testator mandauit constitui aliquod Monasterium in certo loco, in quo constitui non potest, licet illud in alio loco construere arbitrio Episcopi, ꝛ & executoris, *l. legatum, ff. de usufruct. leg. vbi pecunia legata ciuitati ad spectaculum*, quod fieri in tali ciuitate non licebat, potest in alium vsum conueri, ex consilio hæredum & Primorum ciuitatis, de cuius re. intellectu agit Socin. Iunior. in *conf. 162. num. 7. lib. 2. Bald. Nouell. in tractatu dotis, part. 6. privilegio 77. num. 2. vbi ex illo text. & aliis probat, quod*

84 si factum legatum ꝛ alicui mulieri, vt Titio nubat, & defuncto est mulier antequam nuberet, non debet legatum remanere apud mulierem, sed alia mulier est dotanda de illo legato; & facit doctrina Baldi in *l. de heredi. n. 4. C. de fideicommiss. libertatib.* vbi ponit regulam singularem, quod legatum debetur, etiam si non pareretur defuncti voluntati; & ad illum etiam text. est legendus Cæsar Lambert. *de iure patronatus, par. 1. lib. 1. 24. art. 3. q. princip. num. 1. fol. 17. & Tiraquel. de pia causa, privilegio 115. pag. 164. nec minus facit text. in *auth. de Ecclesiast. tit. §. si quis in nomine magni Dei: ad quod etiam alia consilia refert Episcopus Couarru. in d. cap. 3. de testament. num. 9. & 19. licet non referat d. l. parita, & notatur per eundem Couarru. in *cap. 10. num. 7. folio 130. de testamenti, & facit etiam d. lex, legatum, ff. de administratione rerum ad ciuitatem pertinentium, per quam & d. l. legatum, de usufructu, tenet Bald. in cap. 1. an mutus, vel surdus: num. 4. fol. 59. quod mutus***

85 ꝛ ex accidenti retinet feudum, & potest commutari seruitium personale in aliud simile; & ista sunt notabilia ad ea quæ notantur in *dict. Clementina, quia contingit, de religio. domibus*, & est etiam elegans text. in *l. vltim. ff. qui satisfare cogantur*, ibi, *Qui iuramento promisit iudicio sisti, non videtur peierasse, si ex concessa causa hoc deseruerit*, ad quem text. vltra Doctores ibi, vide Decium in *cap. cum accessisset, num. 6. de constitut. & in cap. ad hac, num. 2. folio 106. de appellatione. Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 89. artic. 9. Nec minus viget text. in *l. quod semel, in fine, ff. de decreto ab ord. faciend. & quod ad illum notat Decius in cap. nouit, de iudiciis, Iaso, in l. Barbarius Philippus, num. 31. ff. de officio Prætorum, Hippolyt. sing. 333. & singul. 531. Hinc etiam fit, quod**

86 ex noua causa cautiones ꝛ renouari debent, vt probat Rebus. tom. 1. ad *const. Regias, titulo de sententiis executorialibus, art. 1. gloss. 16. num. 28. pag. 329.*

87 Sed magis mirandum est quod scribit Albanus in *conf. 34. num. 16. vbi inquit, quod quamuis contractus ab initio non contineat læsionem, si tamen ex post facto, propter mutationem temporum contineat ꝛ enor-*

mem læsionem, potest rescindi; quod confirmat Roland. in *dict. conf. 13. num. 19. lib. 3. ex doctrina Baldi in consilio 240. lib. 4. & aliis, & idem Roland. in *conf. 1. n. 173. lib. 2. Quæ resolutio difficultatem habet propter regulam text. in *l. si voluntari, C. de rescindenda venditione, cum qua concordat l. 56. tit. 5. part. 3. in quibus iuribus cauetur, læsionem esse considerandam ꝛ secundum tempus læsionis, & non qua postea superuenit; quæ latius tractant Iacob. de sancto Georgio in *l. 1. nu. 4. C. de pact. Alciatus conf. 110. nu. 4. & alij plures, quos citat Sforcia Oddo in tractatu de in integrum restitut. part. 2. quæst. 57. art. 3. num. 18. pag. 709. oblitus tamen de dictis consiliis Rebus in tractatu de alienat. rerum Ecclesi. num. 72. pag. 80. Seraphinus de priuilegiis iuramenti, privilegio 73. num. 42. pag. 377. Ant. Gama decif. 256. Et quod ex noua causa recedatur a contractu tradunt Aymon in *conf. 680. num. 17. Natta in consilio 50. num. 2. lib. 1. Olasc. decif. Pedemonta. 91. num. 2. Petr. Surd. decif. 326. num. 31. vbi late. Et quod contractus possit ꝛ moderari, licet non in totum tolli, tradit Anton. Gama decif. 324. nu. 4. & pro opinione Albani & aliorum, faciunt quæ scribit idem Sforcia Oddo in eodem tractatu, p. 1. q. 16. n. 29. p. 404. quamuis loquatur quando causa superueniens detegit grauamen ab initio latens; de quo puncto legi omnino debet quod scribit Mascard. in tractatu de probationibus. lib. 3. concl. 962. nu. 8. & 9. vbi id notanter explicat, & quod scribo supra: & omnino Seraphinus in tract. de priuilegiis iuramenti, privilegio 77. n. 9. & pag. 462. & doctrina Baldi in *l. vltim. in principio, ff. de Senatoribus, per l. qui fundus, Cod. de omni agro deserto, lib. 11. vbi vult, quod Princeps ꝛ ex causa potest renouare contractum a se factum, licet regulariter contra: & idem voluit Anton. & Imola in *cap. cum M. Ferraricensis de constitut. Felin. Roman. & alij plures, quos citat Tiraquellus in tractatu de penis temperand. in præfatione, num. 41. Et qualibet ꝛ conuentio habet in se tacitam conditionem rebus sic stantibus, l. continuus, §. cum quis, ff. de verborum obligation. Zasius in notabili casu, conf. 12. numer. 81. libro 1. & faciunt quæ scribit Aluar. Valasc. consultat. 58. numer. 1. cum sequent. præcipue numer. 4. & in tractatu de iure employent. quæst. 16. per totam, & quæst. 27. ad finem. Et pro opinione Rolandi & aliorum est textus in *l. cum quidam, ff. de iuris, quem ad hoc citat Anton. Theaurus decif. 120. num. 2. & decif. 226. num. 1. & decif. 239. num. 8. & Olascus conf. 47. num. 16. Bossius in præct. crimin. tit. si aduersus rem iudicatam, num. 18. pag. 166.********

88 Et ad hoc est etiam insignis doctrina Angeli. in *Authen. vt determin. sit nu. Cleric.* quod crescentibus facultatibus Ecclesiæ, augeri debet numerus ꝛ Clericorum, quod referunt Felinus in *c. cum M. in 3. notabili, de const. Rochus de Curte in tract. de iure patronat. in verbo, pro eo quod diocesani consensu, num. 27. folio 55. Et quod dispositio testatoris intelligatur, ꝛ moderetur, rebus sic stantibus, tradit Bartol. in *l. quoties, §. si duo, num. 5. ff. de hered. instit. Alexand. in dict. l. quod Seruius, num. 5. per legem in confirmando, ff. de auth. tutor. confirmat Franciscus Mantica in tractatu, de coniect. ment. defunct. lib. 3. tit. 3. numer. 21. pagin. 67. Hinc etiam fit, quod licet interpretari voluntate defuncti, ex eo quod si de tali casu cogitasset, ꝛ veteri similiter illud disposuisset, vel disponeret si viueret, *l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & posthum. tradunt Bart. & Paul. Castren. in l. iam hoc iure, ff. de vulgari: Galliaula in l. Centurio, num. 51. & 52. ff. de vulg. Franciscus Mantica lib. 5. de coniectur. ment. defun. titulo 15. numer. 21. pagin. 190. quod ego in aliis locis istius libri tracto, præcipue in *princip. 2. partis, num. 78. Et in q. donationis centum cumulorum frumenti percipiendorum ex fructibus vel proventibus certi molendini, quod si cesset imperus aquarum, cesset solutio ob nouam causam, tradunt Io. de Amicis conf. 46. n. 12. Simon de Prætis lib. 4. de interpretan. defunctor. volunt. interpretation. vltim. vers. Ad tertium, folio 473. col. 1. Et propter publicam utilitatem super****

89 superuenientem, ꝛ potest præscribi seruitus, quod quis solus possit habere molendinum, vt per Bald. in *litem lapilli, q. 3. ff. de rerum diuis. Balb. in tractatu prescriptio. num. 4. par. 5. partis. q. 5. nu. 3. pag. 506. & quod mutatis rebus (puta de pace ad bellum) possint imponi noua vectigalia ꝛ non obstante contractu vel priuilegio dato per Principem, ex pluribus resoluit Roland. in *conf. 1. num. 157. cum pluribus sequen. lib. 2. ad quem addo latissimum consilium Bursati 16. per totum, & quod ex causa noua superueniente liceat recedere à voluntate testatoris, probat casus notabilis in *l. si plures, §. quamuis, ff. de ad administrat. tutor. quem nullus citat.***

90 Nec prætermittenda est, silem pulchra doctrina Baldi in *conf. 53. Item prouiderunt, libro 2. vbi vult, quod prouisiones generales ꝛ statutorum recipiunt tacitas exceptiones propter casus emergentes, in quibus oportet specialiter prouideri: vnde suadente causa speciali, cessat prouisio generalis. Quæ doctrina confirmatur etiam ex pluribus traditis per Egidium Bossium in *præct. criminali. titulo de carcerat. fideiuss. numer. 41. cum sequentibus, pagina 34. & per dictum Iulij Ferreij in tractatu de gabelis, num. 516. vbi tradit, quod immunes per priuilegium, legem, vel statutum, per nouam prouisionem possunt ꝛ compelli ad onera: per legem, quod semel, ff. de decret. ab Ord. faciend. & l. si pecuniam, ff. si certum pet. tur. melius faciunt supra tradita: & Iudex, ex noua causa potest se intromittere in causa alteri delegata, vt puta ad tollenda scandala, secundum Abbatem in *cap. studij, de officio Delegati, Mandell. de Albano in consil. 78. in princip. lib. 1. Lancellot. in tract. de attentatis, 2. parte, cap. 10. de attentatis appe. aione pendente, num. 38. pagina 170. Et fœmina semel à maioratu ꝛ exclusa, ex noua causa admitti potest ad successionem, vt tradunt Tiberius Decianus in *consilio 4. num. 32. libro 1. Menochius in conf. 359. num. 10. lib. 4. Et si Rex tempore belli & necessitatis accepit aliquid à vassallis, bello cessante, & ex noua causa tenetur illis ꝛ restituere, vt in Rege nostro Catholico in castro Valentis exemplificat ex pluribus Roland. in *conf. 91. num. 49. lib. 2.*****

91 Ex quibus omnibus inferri potest, quod si aliquis renunciet maioratum in fauorem fratris, vel alterius, & post renunciationem factam alienauit bona maioratus contra præceptum testatoris, vel aliquid fecit, ꝛ aut commisit, per quod maioratum amisit, ille qui renunciauit, petere potest (renunciatione non obitante) maioratum: quod probatur ex eleganti doctrina Oldradi in *conf. 294. vbi vult, quod renunciatio facta per filium de bonis patris, non præiudicat ei, quominus petere possit bona quæ pater amisit in pœnam, quod secundas contraxit nuptias, quia talis renunciatio etiam iurata h. bet tacitam conditionem, si is cui iuratur, culpam non adijterat; quod latè confirmat Decius in *consilio 230. num. 2. Guid. Papæ decif. 228. licet non referat Oldradum, sed Barr. in authent. hoc amplius, C. de fideicommiss. & in l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verborum obligation. & tradit Episcopus Couarr. in cap. quamuis pactum, de pactis in 6. 3. relection. §. 3. num. 1. folio 118. & tergi supra: & pro Oldrado facit quod notabiliter scribit Sforcia in tractatu de in integrum restit. par. 2. quæst. 59. articulo 4. num. 24. pag. 720. vbi tradit, quod**

92 si fœmina renunciauit ꝛ hæreditatem in fauorem fratrum agnatorum, si fratres moriantur sine filiis, potest restitui aduersus donationem & renunciationem, quasi cessante fauore agnationis, ob quam facta fuit renunciatio: pro qua sententia faciunt quæ scribo in 3. par. q. 18. a num. 20. & promissio census facta pro refectione castri exprat diruto castro, secundum Roma. in *conf. 417. per totum, Petrum Surdum in tractatu de alimentis, tit. 5. q. 6. nu. 23. fol. 185. & Romanum citat Tiraq. in tractatu de cessante causa, in regul. par. 1. num. 217. fol. 84.*

93 Tandem pro maiori declaratione prædictorum, & intellectu textus ꝛ in *d. l. quod Seruius, ff. de condit. ob*

caus. à quo omnia superiora prodita sunt; legatur Curtius Iunior. in *consilio 275. num. 76. lib. 2. qui loquitur in casu singulari in quodam contractu, & promissione facta per Reges nostros Catholicos; quod consilium cito in aliis locis. Et qualiter renunciationis causa cessante, renunciatio cesset, ex pluribus tradit Petrus Surdus decif. 163. num. 12. Et assensus Regis super feudi alienatione ꝛ intelligitur rebus sic stantibus, secundum Paridem de Pures de feudo redintegrando, capit. 275. pagina 147. numer. 4. Matth. de Afflicis in titulo, qui successor. in princip. num. 32. Bursatum in *conf. 171. num. 22. lib. 2. Et quando ꝛ est obseruantia mandati Principis sequitur nouum scandalum, non tenetur quis obedire, secundum Cardinalem Imol. & alios in cap. si quando, de rescriptis: Romanus in *l. si vero, §. de iure, fallent. 7. ff. solutio matrimon. Socin. Iunior in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian. num. 36. folio 223. & consensus præstitus ad alienationem non præiudicat, si noua causa superueniat, secundum singulare consilium Baldi 346. Quod de consensu fratris, libro 2. Deci in *conf. 263. versio. Similiter: ꝛ restitutio semel denegata ex noua causa concedi potest, l. penult. & l. final. Cod. si sapius in integrum restituit. tradit Anton. Gam. decif. 110. num. 7. faciunt scripta per Vincent. Carroc. in tractatu de locato, in par. de gradu accidentium, quæst. 2. numer. 4. cum sequent. fol. 189. Et quod si sit res mutata, non tenetur quis promissionem ꝛ implere, resoluunt duo Iesuitæ, scilicet Molina de *insti. & iure, tom. 2. tractatu 2. disputatio. ne 272. Thomas Sanchez in tractatu de matrimonio, lib. 1. disputatio 5. num. 23. pagina 24. & faciunt scripta per Andrea ab Exea in cap. 1. de constitutionibus, num. 561. pag. 131.*****

94 Tandem Petrus de Peralta in rubr. ff. de heredib. institutu. num. 146. dicit, quod licentia Regales datæ ꝛ ad alienandum bona maioratus, ea ratione sustinentur, quia subrogantur aliæ res in locum alienatarum equalentium, reseruatæ voluntate illius qui constituit maioratum, circa substitutionem fideicommissarum personarum, gradatim & successiue ad illius successionem per eundem vocatarum; quia ex hoc non alteratur substantia voluntatis disponentis inter viuos, vel in vltima voluntate, de dispositione rei vincularæ; & hoc ante Peraltam voluerunt Baldus in *authent. res qua numer. 23. Cod. commun. delegat. Plarea in l. vnica, Cod. num licere habitat. libro vndecimo, Paulus Castrensis in consilio 169. num. 3. libro 1. Socinus Iunior consilio 28. num. 5. libro 2. & voluit etiam Gregorius Lopez in *l. 10. titulo 26. part. 4. glossa magna, columna 4. versio. An res prohibita alienari, possit; & dicit idem Peralta in l. 3. §. qui fideicommissum, num. 149. pagina 261. ff. eodem titulo; quod ad alienandum bona maioratus, non est necessaria licentia Principis, quando ꝛ talis alienatio est pro euictione, & conseruatione alienatarum rerum maioratus, vel quando ob licentiam impetrandam periculum verteretur in mora; quia tunc licentia Iudicis sufficeret, refert ad hæc conclusionem, *l. mulier, §. sed enim, ff. ad Trebellianum, Roman. & Aretin. column. 2. lrim. in l. pro hærede, in princip. ff. de acquirend. heredit. cui adde textum cum his quæ ibi late notat Iaso in l. de pupillo, §. si quis viuos, ff. de noui operis nunciacion. & facit textus in *l. vnica, §. quod si in specie dotis, ff. de pactis, & quod ad illum notat Ioan. Lup. in repetitione capit. per vestras, de donat. inter virum & uxorem, column. 15. in verbo, mouentur principaliter: & pro ornatu & intellectu textus in *dict. §. si quis viuos, & ad confirmationem doctrine Peralte, plura quæ refert Glossa Parisiens. in consuetudin. Parisiens. par. 1. §. 6. glossa 6. num. 5. cum aliis, folio 90. pro qua videretur facere textus in indiuiduo in *dict. l. legatum, iuncta Gloss. 1. & hoc late tradit Molina libro 4. capite 4. num. 1. cum aliis, vbi plura de subrogatione ad istam materiam spectantia tractat; & ibi tradit, an emptor debeat esse sollicitus, vt subrogetur.******

95 Ex quibus omnibus resolutiue concluditur, quod

† existentibus legitimis causis, possunt licite concedi Regales licentia ad alienandum bona maioratus, & ea permutandum cum aliis: quod tenendum est, quid quid concludat Burg, de Paz in *proemio legum Tauri*, num. 532. folio 51. vbi quibusdam leuibus rationibus motus opinatur, non posse bona maioratus alienari cum facultate Regia, etiam stante utilitate: quod durum videtur, & contra omnia superius tradita, & contra alia scripta ad propositum per Pinellum in l. 1. par. 3. num. 62. *versicul. Infertur decimosexto, C. de bonis matern.* quibus addo quod scribit Sarmiento libro 1. *selectarum interpretation. cap. 11. num. 9. folio 33.* vbi ponit regulam, quod si quis disponat in publicam, vel piam causam, Princeps tamen, cum rerum publicarum & piarum sit sibi commissa cura, potest in melius commutare per regulam *dicta leg. legatum, & dicta Clementin. quia contingit, & refert per ipsum notata in cap. 8. eodem lib. 1.*

112 Imò Iudex † ex iusta causa, potest recedere à voluntate testatoris, vt volunt Iaso in l. si res obligata, notabili 1. ff. de legat. 1. Natta consilio 415. & alij, quos citat Zanchinus in l. heredes mei, §. cum ita, part. 3. num. 64. pagina 53.

Et hæc est regula generalis, aut limitatio, quia causæ possunt esse multæ, ex quibus aliquas postea exponam; quarum iustitiam, cum magna deliberatione contemplari & † inquirere debent hi, qui sunt in Supremo Regis Consilio, & in Regali illius Camera, ne passim hæc licentia concedatur; quia variæ in hoc quotidie excogitantur cautelæ; & mille fraudes contingunt, qui istas impetrant licentias, quod arbitrio & discretionem Dominorum de Consilio relinquendum est, l. 1. ff. de iure deliberandi, pro quibus est magna præsumptio, quod non aliter iudicabunt quam ipsemet Princeps iudicaret, vt aliis inquit notanda l. 1. in *versicul. Creditur, ff. de officio præfeti Prator. cum concordantibus*, vt per Rolandum in consilio 38. num. 19. lib. 2. & cum ad tam insignem locum Deus illos euexerit, pro illis est præsumendum in hoc & in aliis: ad quod facit l. 5. titul. 9. part. 2. & cæ iustæ causæ constare possunt ex traditis in l. filiusfamilias, §. Diu. ff. de legat. 1. & in *authen. res qua, C. communia de legat. quæ causæ sunt ad bona maioratus applicanda, quia fortiori vinculo sunt adstricta quam bona retributioni subiecta. Et quod ex causa possit Princeps derogare † defunctorum voluntatibus in constitutione maioratum, concludit Pinellus in l. 1. part. 1. num. 19. C. de rescindend. vendition. Simancas libro de institution. Catholic. cap. 9. num. 269. folio 47. vbi hoc extendit etiam in maioratibus absque facultate Regia institutis: de quo tamen vide quæ scribo in principio secunde partis, nu. 378. & cautè legenda sunt quæ scribit idem Simancas in dicto loco, quia animosè loquitur, & sine iusta autoritate; & quod Missæ debeant celebrari in Ecclesia, in qua testator iussit, resoluit Nauarr. conf. 14. titulo de testamentis, num. 10. pag. 211.*

Vnum tamen circa hæc omnia sese offert dubium, ponè, quod Princeps habita informatione, & relatione utilitatis, concedit facultatem ad † alienandum bona maioratus, facta subrogatione cum aliis bonis, quæ expressè Princeps in concessione expressit, & declarauit; quæro an valeat permutatio facta cum aliis bonis, quæ licet non sint eademmet cum his quæ in facultate continentur, subrogatio tamen facta fuit in aliis bonis, quæ sunt utiliora maioratui, an talis subrogatio valeat? In quo dubio paucis agendo, licet aliquæ coloratæ rationes adduci possent ad probandum talem subrogationem validam esse, cum si consideretur principium & causa concessionis licentiæ, quæ ex eo data fuit, quod utilitas maioratus resultabit, existente alia utilitate, non est inconueniens quod licentia ad illud extendatur, cum si de hoc Princeps interrogatus fuisset, facilius licentiam concessisset, & in mandatis magis attenditur: finalis causa formæ † ipsius mandati, quam ipsum mandatum, vt ex l. vltima, §. vltimo, & ex aliis supra probaui: & hoc confirmatur ex doctrina Baldi

in rubrica, C. de procurator. & ex notatis per Iasonem in conf. 222. Magni Baro in *versicul. Non obstat, lib. 2. quæ & alia similia adduci possunt.*

Contrarium tamen est tenendum, quia forma & ordo datus in Regia facultate, † ad vnguem est seruandus, ex textu in l. vltima, C. de prædiis curialium, libro vndecimo, vbi probatur, quod à forma decreti non est recedendum; & facit textus in l. si pupillorum, §. si Prator, ff. de rebus dubiis, & Glossa in l. non debet, ff. de regulis iuris, per quæ iura tenuit Gregorius Lopez in dict. l. 6. titulo 11. part. 6. in glossa, in verbo, No valdra, folio 84. colum. 1. in *versic. Et si data fuit licentia; † quod si fuit concessa facultas ad vendendum bona maioratus, non possunt virtute talis facultatis obligari, quamuis obligatio sit minus quam venditio, quia forma decreti est custodienda; quod confirmat Alciatus libro 3. de verborum significatione, pagina 258. *versic. Quandoque tamen*, vbi in præcedentibus verbis ponit quæstionem singularem in ista materia, quod Papa concessit Præposito cuidam, vt ex Ecclesiæ bonis immobilibus alienaret vsque ad quingentos aureos: & dicit quod is potuit alienare census & iura, virtute talis licentiæ; quamuis stricto sermone census & iura non continentur appellatione immobilium. Et cum Princeps examinauerit utilitatem, virtute cuius concessio facta fuit priuatis, & illius cui fuit concessa licentia, non est examinare aliam utilitatem, nec disponere vltra, vel præter illud quod in facultate continetur: & pro hoc est etiam bonus textus in cap. cui non de sacerdotali, §. similiter, & §. vltimo, de præbend. in 6. de quo actum fuit in 1. par. 9. 4.*

Et forma non seruata in minimo actus corrumpit † secundum Baldum & Imolam in l. 1. ff. de liberis & posthumis, nec potest per æquipollens adimpleri secundum Glossam in Clementina 1. in gloss. reuera, de vita & honestate clericorum, Bart. in l. non sunt liberi, ff. de statu hominum, cum concordantibus, vt per Alexandrum in dict. l. 1. Felin. in cap. cum dilecti, de rescriptis, Hippolytus cons. 274. imò nec vberiori; neque pinguiori modo forma adimpleri potest, d. cap. cui non de sacerdotali, l. si quis pro co, ff. mandati, quæ latius comprobatur ex scriptis per Tiraquellum libro 1. de retractu, §. 1. gloss. 21. num. 10. & sequentibus, pagina 381. & §. 36. gloss. 2. num. 58. cum duobus sequentibus pag. 747. & libro 2. de retractu, §. 4. gloss. 2. num. 31. cum sequentibus, pagina 926. in quibus locis plura ad hanc rem nostram conuenientia scribit: & hoc confirmatur ex resolutione Guillelmi de Monteferra, in secunda parte sui comment. ad Pragmaticam sanctionem, in additione, quam in quinque partes diuisit, vbi tradit, quod licet autoritas Superioris, maxime Romani Pontificis, purget † omne vitium, dolum, fraudis, quæ suspicionem, l. furri, §. qui iussit, ff. de his qui notant in famia, l. 1. ff. de prædiis decurionum, lib. 10. c. 1. de transactionibus, l. omnium, C. de testam. Hoc non procedit in his, in quibus est data forma, quia non sufficit † seruare eam per æquipollens, confirmat Nicol. Boer. decis. 2. n. 12. quæ reputo ad plura singularia.

Ad hæc facit, quod vbi forma data in alienatione rerum Ecclesiæ, non est seruata, alienatio non valet: c. 1. de reb. Eccles. non alienand. lib. 6. Clem. 1. vbi Cardin. q. 10. eod. tit. tradunt Alex. conf. 4. num. 5. & 6. lib. 3. Paris. in conf. 18. num. 2. lib. 1. Et vbi est data licentia † ad alienandum, eius forma & qualitas ad vnguem est seruanda, l. 1. §. hæc verba, ff. ne vis fiat ei, l. cum vero, §. subuentum, ff. de fideicommiss. liber. per quæ iura hoc notant Bart. in l. 1. col. 1. *vers. Item nota, C. de prædiis decur. & in l. 1. num. 10. C. de fide instrum. Alex. conf. 42. num. 18. & conf. 119. num. 5. lib. 1. Rebuff. in tract. de nominat. q. 10. num. 45. pag. 166. & q. 9. num. 33. pag. 153. & q. 14. num. 6. pag. 191. & quæst. vltim. nu. 20. pag. 267. Cephal. conf. 42. & 43. cum sequentibus. vbi ex hoc concludit, quod matrimonium contractum non præcedentibus bannis & denunciationibus, est nullum, iuxta Concil. Tridentin. licet contrarium in hoc teneat Matienç. in rubrica titul. 1. libro 5. Recopilation. num. 34. folio 7. ad quæ addo quæ eleganter tradit Nicol. Boerius decis. 1. num. 28. vbi*

123 vbi exponit, quod in aliquibus actibus † quædam sunt ad formam, quædam ante formam, quædam quæ sequuntur formam, quædam præter formam: & in forma data ad legitimatorem plura notabilia tradit Iaso in consilio 202. per totum, libro 2. & alij plures quos citat Decif. Pedemont. 165. num. 4. vbi loquitur in licentia data ad alienandum bona feudalia ob causam dotis, † vel ob aliam similem causam, & ibi plura scribit ad probandum, per qualia verba censeatur data forma.

Ad hæc facit quod scribit Gratus consilio 127. n. 15. & 16. lib. 1. vbi concludit, licentiam alicui concessam ad aliquid faciendum, seruatis statutis, † esse nullam, probato quod non fuerunt obseruata: & idem Sigifmundus consilio 17. num. 54. vbi num. 56. tradit, quod licentia concessa † sub aliqua conditione, censeatur sub contraria conditione reuocata, post Baldum, Aluarotum & Roman. quos citat, & idem Decius in consilio 395. num. 2. vbi loquitur in licentia data ad alienandum feudum, † eius forma diligenter debet obseruari, tradit notante Decif. Pedemont. 166. num. 4. cum sequentibus. Rolandus conf. 53. num. 23. cum sequentibus libro 3. Et licentia data ad alienandum feudum, est strictè, & ad literam intelligenda, secundum Burlatum in cons. 171. num. 26. libro 2. quod eleganter explicat Petrus Surdus in tractatu de alimentis, tit. 9. quæst. 31. num. 1. cum sequentibus, fol. 389. vbi tradit, an assensus super aote præstitus, extendatur ad alimenta & vsuras: cuius resolutio est necessaria ad diffinitionem quæstionis quotidie contingentis, an licentia Regalis data ad hypothecandum bona maioratus pro restitutione dotis extendatur pro interesse, vel vsuris dotis: & legenda sunt quæ scribo infra quæst. 11. num. 14. & tradit idem Surdus decis. 254. num. 27. Et ad quæstionem quæ scribit Surdus in dicto tractatu, legenda sunt quæ scribit Ripa in l. priuilegia, ff. de priuilegiis, c. 1. Fanus in tr. de pignori, p. 2. membro 4. n. 46. cum seq. Thefaurus dec. Pedemont. 45. & 46. n. 1. & dec. 183. n. 4. faciunt scripta per Molinam lib. 4. de primogen. cap. 5. num. 39. fol. 162. & eleganter per Burlatum consilio 103. per totum, maxime num. 23. cum sequentibus, lib. 1. Petrus Surdus decis. 88. num. 19. & 211. num. 16. & 240. Freccia de feudis libro 2. quæstione 1. per totam, pag. 207. Surdos decis. 212. num. 1. cum sequentibus. & in forma data ad alienandum res ciuitatis, tradit idem Rolandus in cons. 90. num. 29. lib. 1.

Et vbi conditionaliter & pro fama aliquid disponitur, † non sufficit præsumptio ex antiquitate; sed debet solemnitas clarè probari, vt per Carolum Ruinera consilio 68. num. 18. libro 1. Beroum conf. 19. num. 14. & conf. 90. num. 4. lib. 3. Rot. Lucenf. decis. 52. num. 25. part. 1. Mascard. in tractatu de probat. lib. 3. concl. 1317. n. 37. fol. 263. Anton. Gabriel libro 1. commun. opin. tit. de præsumpt. concl. 1. n. 71. quod confirmo per doctrinam Baldi in *authen. mari & auis, C. quando mulier tut. officio fungi possit*, vbi vult, quod vbi conditionaliter aliquid disponitur, † censeatur data pro forma, notant Felinus in dict. cap. cum dilecti, num. 5. *versic. Secundum signum, de rescriptis*, Tiraquellus dicto §. 4. num. 33. Decifio Pedemont. 172. num. 8. Et quamuis cesset causa, propter quam forma fuit data, non cessat forma, vt notat Tiraquellus in tract. de cessante causa, limitat. 37. & de virtute formæ legendi sunt Decius in cons. 466. num. 19. Mandosius regula 27. quæst. 20. num. 15. fol. 60. & legenda sunt quæ scribo infra, hac p. q. 11. & infra q. 20. quod est necessarium pro facultatibus quæ conceduntur ad alienandum, vel obligandum bona maioratus, vel ad alias similes res cum aliquibus conditionibus: & doctrina Bart. in l. diem proferre, §. stari, ff. de arbitris, Abbas & Felin. num. 8. in cap. causam qua de re iudic. Alber. Brun. in tract. de forma, conclus. 13. Episcopus Couar. in cap. aimæ mater, de sentent. excommunic. in 6. parte 1. §. 9. n. 8. fol. 76. Aluar. Valasc. in cons. 52. n. 27.

Item cum talis licentia ad alienandum bona maioratus, sit contra naturam bonorum maioratus, quæ de sui natura, & etiam de iure sunt inalienabilia, se-

cundum diuerfas voluntates facientium maioratus, & talis licentia sit in præiudicium successorum in maioratu, † debet strictè interpretari, secundum Glossam in cap. Imperialem, in princip. de prohibition. feud. alien. per Federicum, quæ dicit, quod licentia ad alienandum rem feudalem est strictè interpretanda, notant eleganter Hieronym. Gabriel conf. 83. num. 8. Ludouic. Gozadin. in consilio 26. in causa illustriſſimorum, num. 44. Benuenut. in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Federicum, pagin. 44. & 63. Sigismund. conf. 7. numer. 33. & conf. 9. num. 18. Olasc. decis. Pedemont. 165. num. 2. & 3.

Ex quo fit, † quod licentia ad alienandum bona feudalia, restringitur ad vitam alienantis, secundum Alexand. in cons. 106. num. 3. lib. 4. Carol Ruin. in cons. 37. num. 18. lib. 3. qui allegant Speculatorem Aluarotum & Alexandrum; Olasc. decis. Pedemont. 164. num. 16. Hinc fit, quod assensus præstitus in vno, non extenditur ad aliud, secundum Andream de Ifern. in cap. 1. qui feudum dare teneantur; & in aliis locis quos citat Petrus Surdus decis. 189. num. 33. vbi etiam tradit, quod specialiter concessum ita restringitur, Burlatus consilio 171. num. 26. libro 2. & in consilio 178. num. 15. eodem libro, & num. 10. Quæ regula & doctrina notanda est ad plura, quæ in hac materia contingere possunt: ad quæ addo notabilem doctrinam Andree de Ifern. in dict. cap. imperialem, num. 12. folio 97. vbi vult, quod licentia data † ad vendendum bona feudalia, non extenditur quod possunt hypothecari.

Item hæc sententia coadiuuatur, quia permissio † vnus alienationis non extenditur ad aliam, vel minorem, secundum Albericum & Cumanum in dict. l. si pupillorum, §. si prator & Bart. in l. sicut, §. si permiserit, ff. quibus modis pignus vel hypothec. soluit. & alios, quos refert Arius Pinel. in l. 1. C. de bonis matern. part. 3. num. 52. *versic. Infertur decimo septimo, folio 110.* vbi refert inter alia ad propositum nostrum doctrinam Matthæi de Afflicis libro 3. constitut. Neapolit. rubricæ 5. numer. 16. dicentis, quod si habens feudum impetret à Rege, vt illud alienare possit, & vendat adiecto pacto pignoris, seu hypothecæ ipsius feudi, quovsque pretium soluat, venditio valet, non autem obligatio; quod reputat notabile Pinellus; ad quem addo Parisium conf. 31. num. 23. libro 4. vbi per regulam capit. cum dilecti, de rescriptis, cap. cum olim, de offic. Delegati, & alia iura probat, quod forma data ad alienandum † aliquam rem, est seruanda, quia ex non seruata, alienatio non valet, de quo legenda sunt quæ scribit Decius in consilio 532. num. 2. & 3. Alexand. in cons. 24. num. 3. lib. 4. Iacob. Pureus decis. 238. num. 9. part. 1. quibus congruit doctrina Molinæ lib. 2. de primogen. cap. 11. num. 42. vbi vult, quod licentia concessa, vt primogenitura constitui † possit in persona vnus filij specialiter nominati, non extenditur ad personam alterius filij; quem citat Petrus Surdus decis. 325. nu. 9. & in dispensationibus non habet locum illa regula; Cui conceditur maius, conceditur minus; secundum Hostiensem, & Anton. in cap. postulasti, de rescriptis, & decis. Rotæ in nouis, 136. de quo legenda † sunt quæ scribo part. 1. q. 4. Sed contra ista facit doctrina Curcij in tract. de feudo 4. par. *versic. 7. n. 143.* vbi probat, quod habens licentiam vendendi prædium feudale, potest pignori dare quem citat, Burlatus in cons. 164. n. 2. lib. 2. Et hanc sententiam, quod habens facultatem ad vendendam bona maioratus, † non possit illa hypothecare, tenet Episcopus Sarmiento libro 6. *selectarum interpretationum*, num. 7. fol. 16. contra Molinam; qui validissimis rationibus contrarium probare conatur lib. 4. de primogen. cap. 5. num. 15. fol. 155. cui addenda sunt superiora, præcipue Andr. de Ifern.

Sed an testator possit præcipere, quod bona maioratus non possint alienari, etiam cum causa legitima, & Princeps facultate impetrata; ambigua est † quæstio; quia licet voluntas testatoris seruanda sit pro lege, vt late diximus in principio secunde partis huius tractatus.

140 & valeant omnia pacta quæ quis ponit in traditione rei suæ, *l. in traditionibus ff. de pactis, l. pacisci, ff. eodem titulo, cum similibus*. Et quilibet successor in bonis maioratus accipit rem sub hac & aliis conditionibus, quæ servare ad vnguem tenetur, postquam maioratus acceptaverit *l. legem, C. de pactis, l. quoties, C. de donat. qua sub modo*: adhuc tamen dura est conditio, & nemo potest test facere, quin leges in suo testamento locum habeant, *l. nemo potest ff. de legat. l. testandi causa, C. de testamento, facit bonus textus in cap. si quidam, 10. quest. 1. & l. quidam decedens, §. Papinianus, & l. Titium & Manium, in princip. ff. de administr. tutor. & quod ex pluribus confirmat Simon de Præcis libro 4. de interpret. defunct. volunt. dubit. 4. num. 7. cum sequent. fol. 450. vbi hanc quætionem tradit, scilicet, an quis possit apponere conditionem, quod Princeps non possit mutare suum testamentum, & quod notat Rota in antiquis, decis. 68. Felin. in cap. venerabilis, num. 33. de except. Episcopus Couarr. quem lector legat in cap. tua, num. 8. folio 150. de testamen. nec ex Prætorio, ff. de regul. iur. l. nec pignus, §. priuatorum, eodem titulo, & faciunt plures leges quas in nostra materia citat Episcopus Simancas in libro disceptationum, capit. 24. pagina 42.*

Ex quibus rationibus dubitari etiam potest, an sit validum præceptum facientium maioratus, quod successores non possint à Regibus petere licentias ad alienandum bona maioratus sub pœna amissionis maioratus, quæ tradit in terminis Burgos de Paz conf. 41. n. 18. quamvis in contrarium faciat regula dict. leg. in traditionibus, ff. de pactis, cum concordantibus, quæ scribo in secunda parte, questio. 3. à num. 1. & quæ scribit Episcopus Sarmiento ad ista legendus libro 1. selectarum interpretationum, 8. num. 22. fol. 26. Et quomodo pretium rei, quæ erat maioratus, quæ converti debeat in rem subrogatam, constat ex doctrina Alberici in l. ultim. §. si præfatam, C. de iure deliberandi, facit l. huius, ff. qui potior. in pignor. habeantur, l. 26. in versio. E aut dezimos, tit. 13. part. 5. vbi Gregorius Lopez in glossa, in verbo, Meritos, & facit authent. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. cap. quod quibusdam, de fideiussorib. l. 3. tit. 1. par. 5. vbi latè Gregorius Lopez: istis est addendum, quod si forma data per Principem ad alienandum bona maioratus, non est servata, est idem ac si facultas & licentia concessa non fuisset, ac habet tacitam conditionem, si forma & ordo servetur; vt ex Alexan. conf. 4. num. 6. lib. 3. Decius in consil. 445. num. 22. & conf. 532. num. 12. & alijs pluribus probat Decis. Pedemont. 165. num. 5. vbi num. 6. hoc fortius tradit procedere vbiqumque licentia fuit acceptata à partibus, ex Neuzan. conf. 87. num. 14. Barrol. Camaten. in repet. cap. Imperialem, fol. 36. colum. 4. quod vltimum in praxi vidi: & pro ista sententia faciunt scripta per Parisium in consil. 31. num. 23. libro 4. quibus addere libet, quod res fideicommissi steriles, nisi essent perpetuæ, vel deteriores futuræ, non debent alienari, vt resoluti Butfatus in consil. 151. numero 99. libro 2. per legem non solum, in sine, & l. Diuus, versio. Sed res, ff. de petitione heredit. Roland. in tractatu de rebus Ecclesie non alienandis, pag. 117. nu. 111. & pag. 241. n. 8. & doctrinam Bart. in l. possessor, §. quod si poss. ff. de petit. heredit.

LIMITATIO II.

An bona maioratus possint alienari pro dotibus filiarum.

SVM MARIVM

- 1 Bona maioratus possunt ob causam dotis alienari cum facultate Regia & num. 6. Quid si testator prohibuit ne talia bona propter dotem alienarentur, num. 27. & quid in fideicommissis, num. 37.
- 2 Privilegia dotis quot sint.

- 3 Statutum generaliter loquens non procedit in causis dotalibus.
- 4 Presumptio est quod quis voluit feminis posteris dotem dare.
- 5 Matrimonia utilia sunt Reipublica, & quare.
- 7 Ob Reipublice utilitatem multa sunt specialia.
- 8 Refertur opinio dicentium, quod bona maioratus non possunt ob dotem alienari, & num. 11. Couarr. distinctio, num. 9.
- 10 Feudum qualiter possit pro restitutione dotis obligari.
- 12 Lex generaliter loquens causas privilegatas comprehendit. Intelligit ut ibi.
- 13 Statutum quod mulier contrahere non possit, intelligitur nec ob causam dotis.
- 14 Quid si dos sit expresse privilegiata.
- 15 Vxor an possit de bonis communibus donare alicui ad alimenta, vel ad piam causam.
- 16 An maritus,
- 17 Pia causa qua dicatur.
- 18 Dos an sit Causa pia.
- 19 Reprobatur Ioann. Lopez dicens, quod mulier nupta potest contrahere, & dare dotem alicuique mariti licentia.
- 20 Auctoris sententia, & num. 21. & 23.
- 22 Exempla Regum & maiorum reipublicam ad bonum vel malum adificiant.
- 24 Reipublica interest, ne quis propria re malè utatur.
- 25 Intellectus ad authentic. res quæ, C. communia de legat.
- 26 Qua differentia datur inter facultatem ad alienandum bona maioratus, & dotem quam pater vult filia dare, & inter obligationem, quam quis facere vult de restituenda dote, cum nubere intendit.
- 28 Obligari an possit quis, quod intra certum tempus impetrabit facultatem ad alienandum bona maioratus, pro dote.
- 29 Vendens rem maioratus, si promittit se impetraturum ad confirmationem, licentiam Regalem; an incidat in pœnam, si fecit quicquid potuit, & num. 30.
- 31 Promittens quod aliquis actum ratificet, an sit interpellandus.
- 32 Quid quando promittit impetrare dispensationem ad faciendum maioratum in silium.
- 33 Quid in promittente impetrare dispensationem ad derogationem Pragmaticæ dotis.
- 34 Quid in promittente pœnam soluturam, si quidam Tertius, pro quo promittit, non contraheret matrimonium.
- 35 Obligatus ad factum an liberetur prestando interesse.
- 36 Bona si alienentur per possessorem maioratus ob causam dotis, & postea ille qui alienavit bona petat, debet de illis maioratus satisfacere.
- 38 Filius qui legitimam consumpsit, qualiter possit petere restitutionem in bonis fideicommissi.
- 39 Licentia concessa ad hypothecandum pro dote bona maioratus, an extendatur ad usuras non solutas, vel interesse dotis.

Secundò, dicta generalis conclusio, ex qua probatum fuit quod regulariter non licet Principi concedere facultatem ad alienandum bona maioratus, limitatur, nisi si licentia concessa fuerit pro constituta dote filiabus, cuius sententiæ in bonis maioratus post alios plures, qui idem tenent in bonis restitutioni subiectis, sunt Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testamen. limitat. 2. num. 12. pagin. 142. & allega. 3. num. 8. vbi latè Valdes pag. 78. Ioann. Lop. in rubric. de donat. inter virum & vxor. §. 16. num. 11. & alij, quos refert Episcop. Couarr. resolution. lib. 3. cap. 6. n. 10. vers. 3. vt quibusdam, & hoc pro expedito habet Gregor. Lop. in pluribus glossis legum Partiarum, præcipue in l. 10. tit. 26. part. 4. & in alijs plerisque locis.

Et fundatur ista conclusio ex his, quæ ad hoc propositum scribit Roland. in conf. 81. num. 26. cum sequent.

quem. lib. 20. Cephal. in conf. 574. num. 16. lib. 4. Mascard. in tract. de probat. lib. 3. conclus. 237. num. 53. fol. 175. Menoch. vbi ad hoc refert Molinam & alios lib. 4. de presump. 189. num. 185. fol. 341. Burg. de Paz conf. 90. num. 5. Ioseph. Ludovic. decis. 71. num. 21. Natta conf. 90. num. 2. & latè mat. eriam tractat idem Menoch. in conf. 318. num. 35. lib. 4. vbi scribit vnum quotidianum, quod mulier non compellitur agere contra fideiussores ad restitutionem dotis in isto casu, sed potest petere & agere contra ipsa bona fidei commissi, deficientibus alijs bonis liberis, ex Rolando in consilio 20. num. 3. lib. 4. & alijs quæ citat ibi & in consilio 33. numero 38. latè Antonius Peregrinus in tractatu de fideicommissis, art. 42. num. 1. cum pluribus sequentibus, fol. 377. & latè Pinellus in l. 1. C. de bonis maternis, p. 3. num. 102. fol. 136. col. 3. Antonius Petra in tract. de fideicommissis, quest. 14. num. 363. cum sequentibus, pag. 144. & Doctores prædicti aliqua fundamenta pro hac opinione adducunt, quæ apud illos lector videre poterit.

Et sanè dotis privilegia multa sunt, prout diligenter tractauerunt Baldus Nonell. & Campes. qui de hoc integros fecerunt Tractatus, in quo etiam Baldus laboravit in d. l. 1. C. de privileg. dot. Negusantius in tractatu de pignoribus, in varijs locis, præcipue part. 2. membro 4. l. 1. in §. fuerat, Insit. de actionibus. Et tandem privilegia dotis tot sunt, quot dicit Glossa in l. 1. ff. soluto matrimonio, quod illa enumerare est potius laboriosum opus, quam subtile; vnde ausus fuit dicere Salicetus in l. ultima, in versio. Ex quo nota bonum argumentum num. 3. C. de dotis promissione, quod lex, vel statutum generaliter loquens, non habet locum in causa dotis, cuius doctrinam plerique defendunt, præcipue l. 1. in l. 1. num. 9. ff. soluto matrimonio, & leg. si constant. num. 9. ff. eodem tit. & in l. quod dicitur, n. 183. fol. 99. ff. de verborum obligat. Barthol. Socinus in consil. 76. num. 8. lib. 4. & Salicetus sequuntur plures, quos refert Tiraquellus lib. 1. de retractibus, §. 1. gloss. 14. num. 91. pag. 3. 4. cui addo Antonium de Fano in tractatu de pignoribus, p. 8. memb. 1. num. 26. & Alciat. lib. 1. de verborum significat. col. 25. Bursatum in consil. 20. num. 1. lib. 1. tradit Socin. Junior in consil. 12. num. 12. lib. 2. Et presumptio est, quod quis voluit feminis postereis dotem dare, vt ex l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebellianum, tradit Menochius lib. 2. de arbitrarijs, casu 460. nu. 11. pag. 741. col. 2. & Reipublica expedit, quod mulieres non sint indotatæ, l. 1. ff. soluto matrimonio, propter liberorum procreationem, vt latè in dict. l. cauter. Vnde inquit textus in l. ultima, §. favorabilem, ff. de bonis damnatorum, melius esse ampliare Imperium, hominum adiectione, quam pecuniarum copijs; de cuius legis commentatione agit latè Episcopus Couarr. in epitome de sponsalibus, p. 2. cap. 8. in principio, in quo loco refert vna privilegia illorum, qui liberorum procreationi student, & Reipublicam augent. Et quid iure Cæsareo & Regio in hoc statutum sit, inibi lector videre poterit. Cui addo quæ notant Felinus in cap. cum contingat, de sententia excommunicationis, Decius in limbo, ff. de regul. iuris, & in cap. causam matrimonij, de probat. Tiraquellus lib. 1. de retractibus, in præfatione, num. 59. & concludit textus in Authent. de nuptijs, in principio, quæ probat, quod nuptiæ præstant immortalitatem; & est alius casus in l. 2. ff. de iure dotium, & in l. interest, de privilegijs creditorum, & plura notanda scribit Challan. in consuetudin. Burgund. rubr. 4. pag. 496. cum sequentibus. Nicol. Boerius decis. 150. num. 11. vnde Episcopus Couarr. in cap. quamvis pactum, de pactis, in 6. fol. 71. colum. 3. existimat Reipublicæ esse necessarium. vt conderetur lex, ad hoc quod mulieres nullatenus dotes cum vilo iuramento obligare possint; & addo Episcop. Couarr. in dicto cap. iunge scripta per Arium Pinellum in secunda parte rubricæ, C. de bonis maternis, num. 15. fol. 17.

Cum igitur in donatione & consecratione dotium verferetur fauor publicus, restringenda videtur dif-

positio testatorum prohibentium, ne bona maioratus alienari possint, quando id exegerit dotis necessitas; & multa in iure sunt introducta contra regulas iuris pro communi utilitate, l. in vulneratus, §. multa, ff. ad l. Aquilam, & in hac ipsa prohibitione alienationis bonorum, quæ sunt restitutioni subiecta, inquit textus in Authent. res quæ, C. communia de legat. ibi: *Es enim qua communiter omnibus profunt, in, quæ specialiter quibusdam utilia sunt præponimus*: & est lex 8. tit. 28. part. 3. ibi: *Ca no seria cosa gustada que el pro de todos los homes conunalmente se estornasse por la pro de algunos*. Et ad hoc alia piura faciunt quæ ob euitandam prolixitatem omitto, & hæc opinio Suarez & aliorum tantam auctoritatem hodiernis temporibus habet, quod nihil est magis ordinatum quam concessio harum facultatum ad obligandum, vel alienandum pro dote bona maioratus. Quæ ratione difficile videtur contra hoc arguere, & persuadere concedentibus has facultates, vt illas non concedant, argum. l. minime, ff. de leg. cum concordant.

Nihilominus tamen sciendum est quod Greg. Lopez in l. 6. tit. 11. in gloss. in verb. No valdra, fol. 83. colum. 2. in versio. quando vero, par. 6. inclinat in sententiam, quod talis alienatio fieri non potest virtute Regiæ facultatis, etiam pro dote filiarum; & tandem victus de consuetudine, quæ in hoc adest, concludit, & dat consilium Dominis de Consilio Regis ad hoc deputatis, vt rarè & cum magna causa has licentias ad alienandum bona maioratus concedant, per rationes, quas ipse adduxit; & quod Princeps non possit concedere licentias ad alienandum bona maioratus ob constitutiones dotium, probat latè Burg. de Paz in d. conf. 9. n. 28. cum alijs, quod cum in maioratu fuit facta prohibitio expressa, quod bona maioratus non possint alienari pro dotibus mulierum tenent plures scribentes, quos vltra Molinam lib. 4. de primogeniis, cap. 6. num. 11. refert Petrus Surdus de decisione 61. num. 10. vbi inter alios citat Anton. de Padilla, Couarr. & punctum latissime tractat loquens in primogenitura qui ad ista omnino legi debet.

Episcopus autem Couarru. distinguit in dict. cap. 6. num. 10. in versiculo, quarto non tantum; dicens, quod si prohibitio facta per testatorem fuit in Tertio & Quinto, non possunt bona alienari, nec pro dote, etiam cum Regia facultate: si vero maioratus fuit factus cum Regia facultate, Princeps derogare potest in hoc per ipsam prius concessio quæ distinctio periculosa videtur, quia vt probavi in principio huius primæ quætionis, fere eiusdem effectus est, quod maioratus sit fundatus cum Regia auctoritate, quam si fuerit priuata auctoritate institutus, ad hoc, vt licita sit derogatio iuris fideicommissi. Vt cumque autem sit, admonet Episcopus Couarr. quod hæc Principum rescripta sunt restringenda, ne passim defunctorum voluntates mutentur, & quando, quæ in quibus causis feudum possit obligari pro restitutione dotis, tradit recte Mathæus de Afflict. in cap. si quis de manso, num. 44. fol. 28. de controver. inuestitura, & quod feuda non veniant in restitutione dotis, iuxta dictam authenticam, res quæ, tradunt Iason d. consil. 89. col. 4. lib. 1. Guid. Papæ conf. 214. quos citat Tiraquell. in tracta. le mort. p. 4. declaratiue §. num. 15. pag. 208. qui ex pluribus confirmat.

Sed Ant. Gomez. in l. 40. Tauri, num. 87. magno animo tenet, quod bona maioratus non possunt, nec pro dote alienari & id sequitur notanter Arius Pinell. in l. 1. C. de bonis maternis, in 3. p. num. 102. fol. 158. quamvis ij duo posteriores loquantur, quando defuit Regia facultas ad alienandum bona maioratus; & pro horum opinione facit, quia etiam in causis dotalibus ius omnibus commune seruari debet in his in quibus non habet speciale privilegium, quia leges generaliter loquentes comprehendunt causas, & personas privilegatas, quæ in illa specie, de qua agitur, non habent privilegium, l. in fraudem, §. vlt. vbi Bald.

Bald. ff. de testam. milit. quam legem ad hoc notat Decius in l. pascum quod dotali. num. 7. C. de collat. & in cap. qua fronte. num. 2. de appellationib. & in authentica, qui rem. num. 12. C. de Sacrosanctis Ecclesiis, & in l. 1. n. 6. C. de edendo. & in conf. 48. & conf. 61. & conf. 120. & specialiter in causa dotali in conf. 301. In causa qua Ferraria agitatur, ubi ex hoc dicit, quod statutum Ferrariae, per quod cautum est, quod nulla mulier possit contrahere, nec quasi contrahere in plena forma, & habet etiam locum in causa dotali, ita quod mulier nec dotare potest; vt reprobatur sententiam Saliceti in d. l. ultima, C. de dotis promissione; faciunt tradita per Petrum Barbofam in l. 1. ff. solut. matrim. part. 6. num. 42. pag. 208. & doctrina Abb. in consilio 63. Videtur primo, libro 1. ubi vult, quod quando per statuta prohibentur certæ personæ testari in fauorem certarum personarum, non possunt aliter testari, etiam in fauorem piæ causæ; notant Crotus in l. filiusfamilia. §. dicitur. num. 90. ff. de legat. 1. Simon de Præcis de interpretanda defunctorum voluntate, lib. 2. interpretatio 1. dubitatione 1. solutione 4. num. 197. fol. 90. Et Salicet. etiam reprobatur idem Decius in consilio 5. & in cap. sedes. num. 7. in versiculo, successione, Abb. fol. 72. col. 4. in fine, de rescriptis, & in l. quo tutela. §. 1. ff. de regulis iuris, & alij, quos refert Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 1. glof. 14. num. 96. & in alia specie etiam contra Salicet. tener Ripa in l. 1. num. 14. ff. solut. matrim. & Gozadinus conf. 97. num. 7. Et hanc etiam sententiam contra Salicet. fundat idem Tiraquell. in tractatu de prescript. part. 1. glof. 11. pag. 109. cum sequentibus; cui etiam ultra prædictos addo Glof. Parisien. in 2. part. consuetud. Parisien. §. 56. fol. 129. num. 36. qui concludunt, quod dictum Saliceti non est verum nisi in materia, in qua dos esset & expresse privilegiata; pro quibus est bonus tex. in l. dotalem, ff. de testam. milit. ibi Dotalem fundum si legauerit miles, non erit ratum legatum, propter legem Iuliam. Quod etiam tractat Quintilianus Mandosius in regula 12. reservationis. qu. 3. n. 1. cum sequen. fol. 61.

Licet plures sequentur Salicetum, & eius opinionem communem vocent; docet Burlatus in consilio 120. num. 1. & punctum ex professo disputat Baëga de non meliorandis filiabus, cap. 11. num. 49. cum sequentibus. fol. 81. & opinionem Salicet. communem dicunt Villalobos commun. opinio. verbo, generalis 7. Centuria 1. opin. 272. verbo, Statutum, Anton. Gabriel in suis communibus opinionibus, tit. de legibus, conclus. 1. num. 10. & 21. Burlat. in cons. 56. num. 1. & in cons. 32. num. 11. & punctum etiam notanter tractat Menoch. in tract. presumption. lib. 3. presump. 6. num. 17. cum seq. pag. 251. Cifuent. in l. 5. Tauri quæst. 20. Matienç. in l. 2. tit. 3. lib. 5. Recopilat. glof. 1. nu. 10. fol. 53. & in l. 4. glof. 3. fol. 56. Lara de Cordub. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 256. fol. 145. & quod vxor possit de bonis & communibus donare alicui ad alimenta, vel ad aliam piam causam, resoluunt Matienço in l. 5. tit. 9. libr. 5. Recop. glof. 6. num. 8. fol. 266. qui allegat Decium in dict. conf. 301. num. 4. lal. in authent. ingreffi. num. 6. C. de sacrosanct. Ecclesiis, Didac. Perez ad Seguram in l. 3. §. fin. num. 7. ff. de liber. & postib. faciunt scripta per Nauar. in manuali, cap. 26. num. 39. & in cap. non dicatis, 12. quæst. 2. num. 37. ubi resoluunt, quod maritus & in piam causam potest donare bona æquisita constante matrimonio; & tradit latè Petrus Barbofa in dict. l. 1. ff. solut. matrim. num. 41. & 42. pag. 207. & tradit Valdes in additionibus ad Suarez, in l. 13. fori, num. 3. pagin. 40. qui plures citat, Quæ autem & dicatur causa pia & ultra alios eleganter explicat Zanchus in liberos mei, §. cum ita, part. 8. num. 266. pagin. 265. ff. ad Trebellian. quam doctrinam cito supra part. 2. quæst. 3. & viginti quatuor specialia introducta contra regulas iuris cumulat Felinus in rubrica de sponsalibus, num. 4. cum seq. & omnes remissiones vincit Tiraquellus tract. de pia causa; & quando dos sit & causa pia, lege Burgos de Paz dict. consil. 9. num. 9. & iusta ratione scribit Bayhol. Socinus in consil. 291. num. 3. lib. 2. quod debitum cuius dicitur voluntaria-

rium, quem citat Decisio Pedemont. 168. num. 19.

Ex quibus obiter reprobati potest & quoddam dictum Ioannis Lopij in repetitione rubrica de donationibus inter virum & vxorem, column. 220. §. 48. n. 4. pag. 143. ubi Barahona in additionibus, qui in effectu tenet, quod non obstantibus legibus Regalibus, ex quibus prohibetur mulier contrahere absque licentia mariti, si contrahat pro causa dotali obligatur, & virtute obligationis conueniri potest; quod dictum etiam sequitur Cifuentes in l. 55. Tauri, fol. 27. col. 3. pro quibus facit l. 6. titulo 11. part. 5. contra hoc tenet Nicolaus Boërius in consuetud. Bismont. §. 1. glof. magna, column. 15. ubi dicit, quod promissiones quas faciunt matres in maritando earum filias, quia promittunt aliquid sponso ultra dotem absque maritorum licentia non valet; quem ad hoc refert Chassanæus in consuetudinibus Burg. rubric. 4. la femme mariée fol. 130. col. 2. nu. 42. vers. & ideo per hoc potest dici; & hæc sententia Ioan. Lopez & Cifuentes aliis pluribus rationibus reprobati potest, quas in alio loco ego scribo, & sunt necessaria pro quadam lite, quæ nunc mota est inter duos principales super quadam obligatione, & constitutione dotis.

Redeundo ergo ad propositum nostrum in tanto opinionum conflictu, difficile est & iudicare; si tamen aliquid mea sententia valet, inherendo consuetudini, & stylo, & opinionibus Maiorum, & sequendo communem utilitatem resultantem ex datione dotium, credo tunc esse licitas licentias ad obligandum, vel alienandum bona maioratus, cum dos est moderata; nam aliqua sunt dotis opulenta incommoda, vt per Aristotelem lib. 8. Ethicorum cap. 4. Menochium de arbitrariis iudicium, libro 2. Centuria 2. casu 149. num. 44. pag. 311. & illi qui licentias impetrare volunt, urgent sunt necessitate coacti ad petendum tales licentias, nec aliter possunt filias dotare quam obligando, vel alienando bona maioratus, quod Domini de Consilio ingenti cum studio examinare & prospicere debent, & modum, & fructum adhibere in constitutionibus dotium Magnarum, & aliorum Dominorum particularium: nullum etenim est venenum, nec maior pestis, quæ Republicæ grauius offendat, quam immoderata dotium constitutio, quæ hodie magis seruiunt ad ostentationem profanitarum, & vanitatum mulierum, quam ad sustentanda onera matrimonialia, cuius occasione dotes inuentæ fuerunt.

Vnde iusta cum ratione inquit Ioan. Andre. in cap. ultim. de consuetud. quem refert & sequitur Ripa in l. privilegia, num. 44. ff. de privilegiis cred. quod l. huius, ff. qui potiores in pigno. hab. cum qua concordat l. 29. §. 33. titulo 13. part. 5. non procedit in vxore lasciuia, & pomposa, cuius gratia maritus fuit coactus debitis se inuoluere; & tali casu præferuntur posteriores creditores mulieri lasciuæ, & pomposæ. Quod confirmatur ex doctrina Andr. de Isernia in cap. 1. in verbo, & extr. ordinaria, quæ sint Regalia, ubi vult, quod licet subditi possint grauati, quando Dominus egeret pro expensis communis boni, non tamen vt extendat manus suas ad iniquitatem: si enim haberet vnde facere expensas, illud superfluis vestibus, & aliis delictiosis impendat, non licet ei facere; refert & confirmat Rolandus consilio quinto numer. 18. libro tertio, Hostiensis Cardinal. Enriquez in capit. conquerente, de officio Ordinarij, & in capit. cum Apostolus, §. prohibemus, de censibus; Ioannes Lopius in capit. per vestras, de donationibus inter virum, & vxorem, §. 27. num. 12. pag. 503. qui innumeris præcedentibus alia plura ad propositum scribit, & quod mulier dicatur luxuriosè viuere cum nimis pretiosis vestibus, & aliis rebus vtatur, & dicatur prodiga, tradit Rebuf. tom. 1. ad constit. Regias tit. de sententiis provisionalibus, articulo 3. glof. 4. nu. 1. pagin. 85. facit Glof. in l. & mulieri, ff. de curat. furiosi, de qua per Acoltam in cap. si pater, de testamentis, in 6. part. 1. in verbo, legauit, num. 33. Ioan. Garcia in tractatu de conjugali acquies. num. 43. folio 34. & de excessiuis

suis vestibus mulierum plura notabilia scribit Andreas ab Exca in cap. 2. de constitutionibus, num. 361. pagin. 272. Quis enim non videt, arque cum ingenti dolore & luger sumptus excessiuos, & inauditos, qui quotidie fiunt in vestibus, iouis puerilibus rebus, in quibus integræ dotes hodiernis temporibus consumi solent, cum magno Reipublicæ incommodo, & mulieres remanent frè indotatæ: ex hoc plura incommoda oriuntur, filij, & familiae patiuntur magnas necessitates, sunt mille contractus illiciti, accipiuntur vestes, & alij mulieris ornatus pecunia credita, quæ postea cum magno & notabili incommodo soluitur, status maioratus, & aliarum facultates attenuantur, & resultant alia varia damna, quæ nullis lacrymis fieri possunt: & quod detestabilius est, Officiales, & alij homines plerumque pauperissimi, sequenti exempla Nobilium, Illustrum, & diuitem, hoc etiam faciunt; & ad malum deuenit, quod qui ab hac deuiant via, sunt in ciuitate habitij pro miseris, & illic sunt odiosi mulieribus; & illarum consanguineis; & huius immoderati abusus credo non minimam causam fuisse licentiarum, quæ Magnatibus, & aliis Illustribus vitis, temporibus præteritis concessa fuerunt per subreptionem, & obreptionem, ad obligandum pro dotibus bona statuum, & maioratum, qui vt filias honoratius matrimonio iungerent, dotes ampliabant; nec contenti erant, quod facere poterant: ex quibus, abusus ad inferiores descendit, & totam Reipublicam deteriorauit, sicut sapissimè in aliis rebus contingit, qui a exempla & Regum, & Maiorum Reipublicam ad bonum, vel ad malum edificat. cap. Paulus, ubi Glof. 2. quæst. 7. cap. precipua, 21. quæstion. 3. Glof. in cap. magna, de voto, l. 4. tit. 4. in versiculo, E sobre esto, l. 4. in versiculo, E esto, tit. 5. par. 2. & l. 6. eodem tit. l. 7. tit. 7. eadem part. 2. Oportet igitur medelam adhiberi à Magnatibus, & Illustribus in constitutione dotium, vt alij illic se reprimant, & ad vnguem seruent Pragmaticam dotium; & nullus est modus, quo efficacius seruari possit, quam denegando prædictas licentias; & si aliquibus incipiantur denegari, eadem alij non petent, & sic statim omnia ad iustitiam & moderationem reducuntur, & inferiores reprimuntur, & refrænantur: & si isto modo fiat, experientia apparebit quantum utilitatis Reipublicæ resoltabit.

Expedi igitur cautè, & cum magna moderatione dare prædictas licentias, & Republica multum lucrabitur, & homines rebus propriis cum moderamine vtentur. Interest enim Reipublicæ, nequis & propria re male vtatur, & vltimo, Instit. de his qui sunt sui, vel alie. iur. cum vulgar. & ciues esse locupletes, Authentico, vt Iudices sine quoquo suffragio, §. considerauimus, columna 2. cum concordantibus, quæ scribo in prima parte tractatus, quæstion. 1. à num. 27. Et cauendum est, ne dentur prædictæ facultates, quia fideicommissa subuertuntur, & petit nomen Illustrium familiarum, vt animaduertit, & consuluit dominus Antonius de Padilla in authentica, res qua, C. communia de legatis, numer. 118. pag. 237. Et an ista Authentica vendicet sibi locum in dote constituta, & solut a post grauamen iunctum, resoltuit notanter post alios Ripa responsio 192.

Et est omnino notandum, & animaduertendum, quod dispositio dictæ authentica, res qua, non habet locum in dote confessata, vt resoluunt Angel. in Authentico, de restitutionibus, & ea qua columna 2. Bald. Nouel. in tract. de dote, part. 6. privilegio 13. Parisius, Iafon, Gozadin. & alij, quos citat Roland. in consilio 85. numer. 26. libro 1. & legi debet, num. 36. Et quod authentica, res qua, non procedat in muliere iam nupta, resoltuit Ioan. Francisc. Ponte in consilio 47. num. 6. Et quod dicta authentica, res qua, non procedat in solutione arrharum, licet habeat locum in solutione donationum propter nuptias, tradit Aluar. Velasc. consultatio 2. nu. 10. quod facit contra facultates Regales, quæ quotidie datur ad hypothecandum bona maioratus pro solutione arrharum,

In ista etiam materia animaduertendum est, longam esse differentiam, & vt concedi possit facultas ad alienandum bona maioratus, inter dotem, quam pater vult filia dare, & inter obligationem, quam quis facere vult de restituenda dote, cum nubere vult, nam facilius concedenda est facultas, vt pater doret filiam, quam in secundo casu, scilicet, quando quis se obligat ad restitutionem dotis, vt colligitur ex scriptis per Augelum in Authentica, de restitutione dotium, & ea que: in princip. colum. 4. Iaf. in cons. 231. num. 3. lib. 2. & aliis citatis à Menochio ad hoc allegando, cons. 33. num. 1. lib. 1. cui conuenit quod scribit Burlat. in cons. 180. numer. 40. lib. 2. ubi ponit regulam, quod maior difficultas residet in distractione bonorum fideicommissi, quam pro constitutione dotis per §. his igitur in d. Authent. de restitutione dotis, & aut. contra rogatus, C. ad Trebell. & ibi Burlat. alia plura scribit ad propositum istius quæstionis; & confirmo ex scriptis per Molin. li. 4. c. 6. n. 3.

Circa prædicta etiam notandum est, quod vbi cumque per fundatorem maioratus, fuit facta expressa prohibito alienandi bona maioratus ob dotem, etiam cum facultate Regia, nullatenus licebit alienare & talia bona, iuxta Glof. in l. nulla, verbo, prohibitum, C. de iure dorum, quam pluribus allegationibus ornata, & confirmata Molin. d. lib. 4. de primogen. c. 6. n. 11. fol. 165. ad quem addo infinitos, quos citat Burlatus in dict. cons. 180. numer. 22. lib. 2. & cum à Principe petatur in isto casu facultas ad alienandum, vel obligandum pro dotibus talia bona, oportet vt eidem exhibeatur clausula prohibitionis, alias esset subreptitia, vt probatur ex pluribus; quæ scribo in prima parte quæst. 7. Quod autem testator possit prohibere, ne bona fideicommissi ob dotem alienentur, non obstante regula l. nemo potest, ff. de legatis 1. probat notanter Burlatus in dict. consilio, post Menchacam, quem citat de successione, part. 1. libr. 1. §. 3. num. 5. & 9. ad quos adde Simonem de Præcis lib. 2. de interpretand. defunctorum voluntat. interpretatio 2. dubitatione 2. solutione 2. numer. 80. folio 136. qui in contrarium refert Guid. Papæ, Alexand. Paris. & Carolum Ruynum, quæ notanda sunt ad ea, quæ scribo circa ornatum, & intellectum text. in dict. l. nemo potest, infra, limitatione 6.

Sed circa hunc articulum oritur dubium, si quis promittat impetrare Regiam facultatem, vt possit obligare pro dote bona maioratus in certa quantitate, sub certa pœna, & intra certum tempus, an talis obligatio sit efficax, & illius virtute obligatus conueniri possit, & videretur, & quod hæc obligatio nullius effectus, cum aliquo modo sit prohibitum commercium bonorum maioratus: ad quod facit text. in l. apud Iulianum, aliàs idem Iulianus, ff. de legat. 1. l. 13. tit. 9. par. 6. sed cum huiusmodi licentiæ quotidie concedantur, & tam faciliter, videretur, quod talis obligatio est efficax, argum. text. in d. §. constat, in illis verbis: Cum distrabi non solem. Vbi late Doctores: & imputandum est illi, qui solita impetrari non impetrauit, l. qui cum maior, §. 1. in versic. nec enim impetrari, ff. de bon. libert. & in l. 1. §. tractari, ff. ad Tertull. notat. Romanus in l. 2. ff. de re iudicata, & alij, quos retuli in 1. part. huius operis quæst. 40. ubi videnda sunt; & qualiter is, qui se obligauit ad impetrandam facultatem ad obligandum, vel hypothecandum bona maioratus, vel aliud simile, necessitetur ad rescissionem contractus, si non adimplet promissa, & agi possit conditione ob causam ad rescindendum quod conuentum fuit, lector resoluere potest ex l. cum te, C. de pactis inter emptorem & venditorem, Bald. Salicet. & aliis in l. 2. C. eodem tit. Bart. Alber. Paul. Corn. & aliis in l. si, ff. de condit. ob causam; latè, & eleganter tradit Burlatus in cons. 191. num. 7. cum seq. lib. 2. Cephal. in consil. 771. num. 11. lib. 5.

Sed est quæstio, si quis vendit rem maioratus, promittat: & se facturum, & curaturum, quod Princeps det licentiam ad confirmandam venditionem vel alienationem sub aliqua pœna, an incidat in pœnam, si fecerit quicquid potuit, & tamen non valuit impetrare licentiam

licentiam? resolu potest ex his, quæ tradunt Bart & DD in l. quod te mihi. ff. si certum petatur, & in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. Episcop. Couar. in c. quamuis pactum, de pactis in 6. 2. p. relect. §. 5. n. 4. fol. 101. Cui addo notabilem, l. 1. tit. 1. p. 5. & l. 37. cod. tit. Et vero, & communis videtur conclusio, quod si iste, qui talem promissionem fecit, adhibuit totam diligentiam possibilem, vt Princeps dare prædictam licentiam, & noluit dare, t quod non incurrit in pœnam, vt probatur in l. si uehenda, § penult. ff. ad legem Rhodiam de iactu, & est communis opinio secundum Aret. in l. si ita stipulatus fuero, §. postunt. ff. de verbor. oblig. & Greg. Lop. in d. l. 1. tit. 1. p. 5. in gloss. in verb. Tendo, secundum quam late concludit Dec. in conf. 3. 13. promisit dominus Ioannes, & addo Iasonem in l. stipulatio ista, habere: num. 10. ff. de verborum oblig. & in l. in numeris, num. 7. ff. de in litem iurando, & confirmat Decius in l. impossibilem, num. 3. pag. 379. ff. de reg. iuris, Alciat. in l. 48. §. Cato. num. 130. ff. de verbor. oblig. & scribit notanter Seraphin. in tract. de privilegiis iuramenti, privilegio 87. num. 8. & 9. vbi resoluit qualis sit diligentia, quæ probari debet: & conducunt quæ scribo infra, quæst. 40. Et promittens se facturum, & curaturum, quod quis contrahat matrimonium cum aliqua muliere sub pœna si fecit quicquid potuit, excusatur à pœna, secundum Bart. in conf. 136. Maritus promisit, & Federicum confil. 122. Maritus promisit, notat in bono casu Barth. Socin. conf. 3. num. 9. lib. 1. & in confil. 288. num. 27. cum aliis, lib. 2. vbi plura, & necessaria in ista materia tradit, & traditur per Rebuffum in l.onica, C. de sentent. que pro eo quod interest prof. notab. 3. num. 7. vbi scribit, qualiter si fideiussor promittat se facturum, & curaturum, quod Titius contrahat, vel centum dabit, liberatur mortuo Titio: & facit notabilis l. 21. in verbo, Etsi mismo seria, tit. 9. par. 6. & l. sequens, in principio, & latissime istam materiam examinauit Episcopus Couar. in d. cap. quamuis pactum, de pactis in 6. ad quem iungo Seraphinum in d. privilegio 87. num. 11. Et conducunt notata per Decium in confilio 439. num. 8. & in l. vltim. num. 19. colum. 85. ff. si certum petatur, & in conf. 323. num. 3. Ripam in l. quod te mihi, num. 45. fol. 24. ff. si certum petat.

Et est etiam notandum, quod promittens se facturum & curaturum, quod t aliquis ratificet aliquem actum non requiritur, quod interpelletur, vt faciat, & curet adimplere factum, secundum Bald. in c. domino guerram, §. ad hac. in tit. hic finitur lex Corradi, per legem 1. C. de priuat. carce. notat Alexand. in confilio 148. num. 1. lib. 7. Iaf. & Decium in dict. l. quod te mihi. ff. si certum petatur, & alij, quos refert Aymon in conf. 64. num. 1. & in conf. 192. num. 17. Seraphinus in dicto privilegio 87. num. 5. cum sequent. nisi quis promiserit se facturum, & curaturum, quod alius ratificabit cum ad talem ætatem peruenerit, nam in isto casu requiritur interpellatio, secum Bald. in l. si pacto quo pœnam, colum. 3. num. 6. Cod. de pactis, & confirmat Roland. conf. 57. num. 43. lib. 1.

Ex quibus etiam sumi potest resolutio ad illum, qui facit maioratum in filium, & promisit t sub pœna se impetraturum dispensationem, & facultatem Regiam ad faciendum maioratum, vel ad illius confirmationem, & ad illos, qui se obligant impetrare dispensationem Regiam ad hoc, vt confirmetur promissio dotis facta ultra quantitatem à lege Madriti anno 1534. taxatam, t pro dote filiarum, & ad sponfos, qui dant sponfis dona ultra octauam partem dotis, quam recipiunt, quod etiam lege Madriti definitum est: & ad alias obligationes, quas huius generis homines faciunt in diuersis negotiis.

Limitat tamen prædicta Aretin. in dict. l. si stipulatus, §. postunt, ff. de verborum obligat. quando in promissione dictum fuit promissit facere & curare ita, & taliter, & cum effectu, quia tunc non liberatur quis, licet fecerit quicquid potuerit: quem refert, & sequitur Gozadin. in confil. 27. numer. 6. Dec. confilio, 325. & in dict.

impossibilem, num. 4. Iaf. in l. stipulatio ista, in principio, ff. de verborum obligationibus, & scribo infra quæst. 40. a numer. 53. cum sequentibus. Et quod t extraneus, qui promisit pœnam, si quidam Tertius, pro quo promisit, non contraheret matrimonium, teneatur ad pœnam, licet omnem suam curam adhibuisset, nec tamen illud consequi potuit, vt matrimonium contraheret ille, pro quo promisit; volunt Aretin. in d. §. postunt Iaf. in l. Titia, num. 13. ff. de verborum obligat. Angel. Aretin. inter consilia matrimonialia confil. 13. num. 66. contra quos tenet Marcus Anton. Caceh. de institut. maio. libr. 5. tit. 12. pagin. 624. Et an promissio, quod Tertius ratificaret, sit obligatoria? tradit Ripa responsio 18. numer. 30. & vide eundem in l. si insulam, numer. 5. folio 275. ff. de verborum obligat. & an difficultas superueniens excuset à pœna in huiusmodi rebus, ultra text. & Doctores in l. continuis, §. cum ita, ff. de verborum obligat. & alia quæ scribit Episcopus Couar. vbi supra, vbi notabilem legem de qua ipse non meminuit 36. tit. 11. part. 5. vbi Gregorius Lopez, latè Tiraquellus lib. 2. de retractu, §. 1. gloss. 2. numer. 56. pagin. 826. & quæ scribo supra, hac quæstione, limit. 1.

Et an de iure Regio obligatus ad factum; liberetur t præstando interesset pater ex l. 3. tit. 14. part. 5. & l. 9. 13. & 35. tit. 11. eadem part. & l. 5. tit. 27. part. 3. in qua materia videat omnino lector l. 35. tit. 11. part. 5. & de iure communi ultra remissiones ordinarias, legendi sunt Alexand. in l. stipulationes non diuiduntur, numer. 28. ff. de verborum obligation. Gregorius Lopez in dict. l. 3. tit. 14. Barthol. Socin. in conf. 199. num. 6. lib. 2. Rebuffus in l. onica, C. de sentent. que pro eo quod interest prof. in gloss. subtilitatem, num. 25. pag. 440. Simon de Præcis lib. 5. de interpret. defunct. volunt. interpretatione 3. dubitatione 2. numer. 156. Falcon. regul. 184. Martiengo in l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopi. gloss. 6. numer. 2. folio 422. vbi tradit, quod per illam legem statutum sit; nouissimè Ferdinandus de Mendoca lib. 3. disputation. iuris civil. cap. 2. quæstion. 2. num. 11. pagin. 571. Parlador. de rebus quotidian. cap. 6. numer. 11. pagin. 145. oblitit isti Authores nostri Regni, de prædictis legibus Regni; quæ notanda sunt ad eos, qui se obligant ad impetrandas facultates ad alienandum, vel obligandum bona maioratus, vel ad alia familia, de quibus supra facta fuit mentio, an si non impetrauerint, satisfaciant soluendo interesse? quod videtur in terminis decidere in notabili casu Butifatus in confilio 160. num. 39. versiculo secundo hypothecaria, ad ista legendus; ad quem obligatus ad aliquid habendum dandum, vel faciendum, cum alio tempore habitum, datum, & factum est, per quem stetit, quominus suo tempore fuisset factum, tenetur ad interesset, l. si usufructus mihi, ff. de usufruct. legat. tradunt Bart. in l. Senatus, §. final. ff. ad Turpillian. Paul. de Castro in l. si cui legetur, §. 1. numer. 2. ff. de legat. 1. Anton. Natta in confilio 485. numer. 6. libro 2. Simon de Præcis libro 4. de interpretand. defunct. volunt. dubitat. 9. numer. 48. folio 404. & faciunt quæ scribo infra, quæstion. 40. numer. 57. & facit bona resolutio Auiles in capitulis correctorum, cap. 23. versiculo, A menos costa, num. 13. & 14. fol. 239. Et ista quotidie videbis, & hic addenda sunt, quæ scribo infra, hac par. 9. 40.

Et est notandum in materia præsentis quæstionis, quod si bona alienentur t per possessorem maioratus ob causam dotis, si postea ille, qui alienauit, petat bona, debet satisfacere de illis maioratus; vt probat Carol. Ruin. in confilio 137. ad finem, libro 2. quem citat Simon de Præcis lib. 3. de interpretand. defunct. volunt. solutione 1. num. 8. folio. 346.

Animaduertio etiam in ista materia ad memorabile dictum Decij in confilio 376. numer. 2. & 3. vbi vult, quod cum pater teneatur se obligare pro restitutione dotis, iuxta regulam l. si cum dotem, §. transfrediamur, ff. solut. matrim. cum concordantibus, possunt bona fideicommissi diminui, & alienari t ob causam

causam restitutionis dotis, & cum tali onere transeunt, ad quemcumque vadant; & pro obligatis habentur, ex quo pater de necessitate teneatur se obligare, per regulam l. 2. C. de euiction. & l. si creditoris, C. de fideicommissis. Alia autem quæ pertinent ad materiam istius illationis, petenda sunt à Molina dict. cap. 6. Menochi confilio 33. per totum, Ioseph. Ludouic. dict. decisione 71. num. 21. Et an quæ dicta sunt procedant, si pater velit dotare filiam ad intrandum in Religionem? resoluunt Bart. & Salicer. in authentica, res qua, C. commun. de legat. Crotus, & Socin. Junior in l. filius familias, §. diui num. 159. & nouissimè à Menochio in tractatu presumptionum, libro 4. presumptione 189. folio 325. & presumptionum, folio 343. & qualiter si filius consumpsit legitimam: t possit petere restitutionem dotis in bonis fideicommissi subiectis, examinat Curcius Junior in confilio 58. num. 7. post Bald. & Corneum in dict. authentica, res qua, C. communia de legat. & quod bona maioratus non possint transferri in maritum, titulo dotis, quia alienari non possunt? & idè ius præsentandi ius patronatus non transeat in maritum, tradit nouissimè Petrus Barbof. in l. diuortio, §. si vir, num. 58. pag. 100. ff. solut. matrim.

Vidi autem dubitari in materia præsentis quæstionis de quæstione non leui, sed maximi momenti, & quæ in practica contigit in litibus opulentis, vrum licentia concessa ad hypothecandum pro dote bona maioratus extendatur ad vsuras non solutas, vel interesset dotis? In quo puncto Marian. Freccia in tract. de feudis, lib. 2. quæst. 20. Butifatus in confilio 103. num. 23. lib. 1. concludunt, facultatem, & licentiam non esse extendendam ad interesset, vel vsuras, Contrarium concludunt Henricus Hontefali tomo 1. operum suorum, cap. 9. membro 1. conclusionem 19. pagina 674. Petrus Sordus in tractatu de aliment. quæstion. 34. pagina. 389. Franciscus de Ponte confilio 64. num. 31. vbi attestatur, quod ita vidit passim iudicari, & consil. 77. vbi attestatur sic milites fuisse iudicatum, de quo legendus est Ripa in l. privilegia, numer. 10. cum sequentibus, ff. de privilegiis creditorum. Et quomodo possessor maioratus in his casibus teneatur non ad solam dotem, sed vsuras? resoluunt Felicianus in tractatu de censibus part. 2. addition. 15. num. 16. pagina 202. Et in materia est insignis casus in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebellianum, vbi debitor dotis vel donationis propter nuptias; censetur non esse in fideicommissio; quem adhuc notat Ioan. Lopius in rubrica de donation. inter virum, §. 13. pag. 39. vbi refert Paulum de Castro & Iasonem in d. authentica, res qua: C. comm. de leg.

LIMITATIO III.

An bona maioratus ob remunerationem possint alienari.

SVM MARI VM.

- 1 Bona prohibita alienari, ob remunerationem alienari possunt. & num. 3.
- 2 Quid in bonis Ecclesie, & num. 4.
- 3 Quid in rebus subiectis fideicommissio.
- 4 Procurator generalis potest donare ob remunerationem, & minor, & decuriones, & alia similes persona.
- 5 Mulier prohibita donare sine consensu mariti, an possit ex causa remunerationis.
- 6 Authoris sententia.
- 7 Donatio facta propter seruitia non dicitur feudum, sed donatio.
- 8 Bona Regni, aliis inalienabilia, possunt nè à Regibus propter seruitia donari. & num. 11. 26. 27. Authoris sententia & distinctio, nu. 32. & 36. & qualiter donari possunt. n. 37. 38. & 40.
- 9 Princeps donans propter benemerita, an teneatur de euictione, & an possit immunitatem perpetuam concedere. num. 15.

- 13 Donatio remuneratoria an sit contractus irrenocabilis? & num. 35. 39. & qualiter possit à Principe reuocari, num. 41. & 43. & quando dicatur simplex donatio, num. 42.
- 14 Communitas propter remunerationem donare potest. Eius assertio de meritis donatarij quid operatur n. 18.
- 16 Confessio Regis non sufficit ad probandum benemerita donatarij, & num. 20. Quid si adsint alie coniectura, num. 21. Quid quando dicit se fecisse alicui donationem ville, aut loci, & de donatione non apparet num. 22. Authoris sententia, num. 23.
- 19 Confessio mariti etiam iurata non sufficit ad probandum quod artha non excedunt decimam honorum.
- 24 Bona maioratus non possunt ob remunerationem donari. & num. 28.
- 25 Res subiecta restitutioni an possint alienari remunerationis causa. & num. 29.
- 30 Species furti est de alieno largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere.
- 31 De alieno non potest quis gratificari.
- 33 Ex qua persona quis lucrum capit, eius damnum sentire debet.
- 34 Romani & antiqui magna præmia benemerentibus de Republica statuerunt, vt alij animosiores redderentur ad egregia facta, & audendum maiora, quam propria vires exigent.

Tertio, licitè possunt alienari t bona maioratus cum Regia facultate ob remunerationem faciendam alicui per possessorem maioratus, quia bona, quæ alijs prohibentur distrahi à iure, possunt tamen ob remunerationem alienari, secundum Bart. in subscriptione præmij Digestorum colum. vltim. & Abb. in cap. per tuas, columna 2. in versiculo in gloss. 1. de donationibus per illum text. ex quo communiter colligunt ibi Doctores posse Ordinarios ex causa remunerationis donare, t & distrahere bona Ecclesie, quem text. declarat ibi Imola num. 4. Pinel. in l. 2. part. 3. numer. 17. fol. 139. C. de rescindend. vend. & rectè Decius in confil. 174. numer. 1. & notat Iaf. in l. ex hoc iure in 8. effectu, ff. de iniuria & iure, Ioan. Lopius in rubrica, de donationibus inter virum, & vxor. §. 50. & alij, quos refert Tiraquellus in l. si unquam, C. de reuocand. donationib. in verbo; donatio ne largitus, num. 46. pag. 200. qui num. 45. refert Iasonem in dict. authentica, res qua, colum. 2. limitatione 5. dicentem, quod res restitutioni subiectæ, & quæ alienari nequeunt, possunt t ex causa remunerationis alienari: quamuis Iafon cogitandum reliquit; id tamen sine dubio aliquo affirmat Firmian. in tractatu gabeliarum in 3. parte 8. partis principalis, quæst. 34. quod dicit esse singulare: citat Bart. in dict. præmij Digestorum, & tradit Iosephus Mascardus in tractatu de probationibus, lib. 3. conclus. 1237. num. 60. fol. 175. vnde fit, quod Prælatus, qui solum est administrator potest res Ecclesie propter remunerationem donare.

Et bona Ecclesie posse t ob remunerationem donati, probatur in c. si quos 10. quæst. 2. notat Bald. in l. iubemus C. de sacrosanct. Eccles. Innocentius in cap. cum in officio, de testamentis, & alij, vt per Rebuffum in tractatu de alienatione rerum Ecclesiasticarum, num. 62. pagina 78. vbi post Iasonem confilio 116. lib. 4. scribit, quod talis remuneratio fieri debet, si potest, de mobilibus bonis Ecclesie: & Princeps ob remunerationem potest proprio contrahere contractui, & auferre feudum à se iam concessum, secundum Iasonem in confilio 227. libro 2. & Barthol. Socinus in confilio 4. num. 11. lib. 3. Carolus Ruynus in confilio 117. num. 7. lib. 4. & alij quos citat Menochius in confil. 264. num. 70. lib. 3. vbi tamen id declarat, & in rebus subiectis t fideicommissio hoc tradunt Bart. in l. iubemus nullam, C. de sacrosanct. Eccles. & alij: quos citat Iulius Ferretus in tractatu de gabelis, num. 384. & ad remunerandum potest Princeps tollere dominium, vel iurisdictionem alteri concessam, vt per Iasonem in confilio 106. libro primo, Augustinus Berouius in confilio 65. numer. 11. libro primo,

per legitem si verberatum, §. ultimo, ff. de rei vindicatione, l. Lucius, ff. de emptionibus, & alia quæ referunt; de quo legendum est quod scribit Ant. Peregrinus in tractatu de fideicommissis, art. 52. n. 115. fol. 512.

6 Et procurator generalis si donare potest: & ex causa remunerationis potest natura feudi alterari, & Minor sine decreto potest rem ex causa remunerationis concedere; & Decuriones, qui non possunt donare bona ciuitatis, ob remunerationem tamen eis licitum est id facere, vt hæc omnia latius notat Tiraquellus Authores referendo in dicto loco, a num. 1. cum pluribus sequentibus, vbi num. 30. refert quoddam singulare dictum, si verum esset, ex Paul. Castrense in cons. 172. In casu presenti, lib. 2. vbi dicit, quod mulier statuto prohibita si donare sine consensu mariti, poterit tamen ex causa remunerationis, l. si vero non remunerandi, §. Papinianus, in fine, ff. mandati, de cuius dicti veritate agit Tiraquellus in dicto loco, num. 193. & in legibus consubialibus, in verbo, contracter, num. 48. Ego quantum ad nostras leges Regales attingit, credo, quod mulier sine facultate mariti non potest donare ob remunerationem, cum agatur de mariti præiudicio: & plura alia specialia in fauorem donationis remuneratiæ scribunt Matienço in dialogo Relatorum & Aduocatorum, 2. part. cap. 4. num. 1. Ioann. Gratian. regula 1.1. cum sequentibus. Et donatio facta propter seruicia, non dicitur feudum, sed donatio, vt tradit Ioann. Lopius in rubr. de donationibus inter vir. & vxor. §. 69. n. 30. pag. 260. Et in bonis subiectis fideicommissi, Iulius Ferrerus in tract. de gabelis, n. 384.

10 Ex his fit, quod bona Regni, quæ alias sunt inalienabilia, possunt ex causa si remunerationis, & propter seruicia concedi, vt probatur in l. 5. tit. 15. part. 2. de cuius legis intellectu egi in hac quæst. in principio, in versio. ex his omnibus, num. 103. & idem probatur in l. 49. tit. 18. part. 3. & in l. 51. eadem tit. vbi Gregorius Lopez in gloss. in verbo, Tierras, & in l. 1. tit. 9. par. 6 vbi Gregor. Lop. in gloss. in verbo, Señalado, inducit illam legem, quod castra, & villa seu oppida Regni possunt per Regem, dari aliquibus militibus, vt ex redditibus possint seruire Regi, & Regno, in aliquo seruitio designato, nec tunc dicitur donatio, vt sic non contineatur sub legibus Regni prohibentibus tales donationes, in l. 4. tit. 27. part. 2. vbi Gloss. in verb. Los que del viniesen, & in l. 5. 6. & 10. vbi Gloss. verb. Galardonar, eodem tit. & sic est intelligenda l. 9. tit. 4. part. 5. secundum Episcopum Segouiensem in c. quamuis pactum, in 6. in 2. part. relection. d. 2. num. 2. vbi tradit, posse Regem ex causa remunerationis rem aliquam ad dignitatem Regiam pertinentem alicui, qui de republica sit benemeritus, si donare; cui addo dictas leges Paritia, & alias l. 8. tit. 1. part. 2. & l. 22. & 24. tit. 13. eadem part. & l. 1. tit. 12. part. 2. & l. 9. tit. 4. part. 5. & scripta per Tiraquel. in loco citato, & lal. in l. placet, num. 10. C. de Sacrosanct. Ecclesijs, & in l. 2. num. 209. C. de iure emphyteut. & in l. 1. num. 9. ff. de officio eius cui mand. est iurisd. & in l. si non forte, §. libertus, ff. de condit. indebiti, & in l. contra ius, §. si filias, num. 7. ff. de pactis, & in l. ut liberis, num. 17. C. de collat. & in l. vltim. num. 61. C. de iure emphyteut. Ioan. Lop. in dict. rubric. §. 9. num. 5. & §. 45. num. 6. latissime Bursat. in cons. 160. num. 75. cum sequent. lib. 2. Episcopus Couarru. in cap. cum in officijs, num. 10. de testamentis, Ioan. Faber. in §. 1. num. 7. Inst. de obligat. Roland. in cons. l. 8. num. 57. cum seqq. lib. 2. Menoch. cons. 2. num. 274. Natta in cons. 640. num. 8. & latius cons. 639. num. 44. & num. 171. lib. 3. & text. in cap. cum dilectus, de fide instrum. & in c. Abbate sane, de re iudicata, lib. 6. Angel. Atet. in §. omnium, num. 27. Inst. de actio. Ludouicus Gozadinus in cons. 8. num. 39. Molina lib. 1. de primogenijs, cap. 3. num. 18. fol. 15. Et ad remunerationem faciendam Princeps potest à proprio contractu recedere, vt ex pluribus authoribus probat Cephalus consil. 155. num. 26. lib. 2. & facit quod scribo supra à n. 4.

11 & Princeps donans propter si benemerita, tenetur de

15 euiditione, vt probat Thomas Grammat. consil. 156. num. 8. per doctrinam Bart. in l. Italianus, §. qui fundum, ff. de verborum obligat. & alia quæ scribit, & idem in cons. 160. num. 8. vbi plura ad propositum Bursat. consil. 31. num. 5. lib. 1. pro quibus faciunt quæ scribo in l. p. q. 22. Dec. tractat. de donatione remuneratoria, num. 139. & quæ late scribit Roland. in cons. 13. num. 21. cum seqq. lib. 3. & loquitur in propria materia, & per plura, donationem remuneratoriæ esse si contractum, & irrevocabilem; & conducunt scripta, per Marca-brun. de Anguillis cons. 55. num. 95. cum seqq. Et ex his dicit Raphaël Fulgos. in cons. 101. Ducissa Medialani, quod donatio facta per tutorem Principis alicui ob benemerita valet, etiam absque decreto, refert notata per Innocent. in cap. grandi, de supplenda neglig. pralat. lib. 6. & hæc omnia comprobantur ex dispositione l. 2. tit. 9. lib. 5. Ordinam.

14 Et in ista materia est memorabilis doctrina Alberi. in 1. part. statutorum, quæst. 122. vbi dicit, quod stante statuto, quod donum aliquod non possit fieri de bonis communibus, nisi sex partes Consilij concordarent, poterunt tamen quatuor partes ex septem donare causa remunerationis, & ita dicit si determinatum fuisse per Collegium Iudicum Bergami: & idem in simili consuluit Alex. in cons. 43. col. amepennul. vers. non obstat, quod statutum commun. Rod. num. 3. lib. 4. dictum notandum est ad intellectum text. in l. 3. tit. 9. lib. 5. Ordinamenti, quæ vocatur lex Pintia: quibus ibi caueatur, quod quando Rex vult aliqua bona Regni donare propter seruicia, teneatur seruare solemnitates illius legis. Sed an, & quando ciuitates possint donare propter benemerita, tradit Bart. in l. ambigua, ff. de decret. ad ordi. facien. late Carol. Ruyn. in cons. 175. per totum, lib. 1. vbi etiam resoluit, an stetur assertioni benemeritorum absque alia probatione, Menoch. lib. 1. de arbitrijs, quæst. 46. num. 3. pag. 56. Ioan. Francisc. in tractatu de Baronibus, pragmatica 8. num. 34. pag. 226. Et Princeps ob benemerita si potest concedere immunitatem perpetuam, secundum Ias. in l. si non seruem. §. si centum, in 6. & vltim. effectu, ff. de condit. indebit. Parisium in cons. 68. num. 5. lib. 4. Menoch. qui Tiraquellum citat lib. 1. de arbitrijs iudicum, casu 46. nu. 7. Et an minor restituatur aduersus donationem remuneratoriæ? resoluit Sforcia Oddo. in tract. de integ. restit. part. 2. q. 58. art. 4. n. 29. pag. 714.

16 Notandum tamen est, quod in casibus prædictis, & etiam in donatione Regia ad hoc vt virtute talis donationis remuneratiæ quis obtinere possit, oportet, quod de talibus benemeritis appareat aliter, quam ex confessione Regis, & aliorum, qui donant, ad quod maxime aduertendum est; & hoc probatur ex l. qui testamentum, ff. de probat. & in l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de legat. 3. & doctrina Bart. in l. si forte, ff. de castrensi peculio: tradunt latissime omnes in l. si donatione, C. de collat. notat late Tiraquellus in loco supra citato, num. 87. cum seqq. vbi num. 91. scribit id procedere, etiam si confessio benemeritorum sit iurata, ex Cino & Petro in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. Et Bart. in dict. §. Titia honestissima, Decisio Pedemont. 166. num. 7. late Matienço in l. 6. glos. 7. tit. 8. lib. 5. Recopilat. fol. 222. de quo lege quæ scribit Menoch. quæst. 76. num. 3. & notanter Bursat. in consil. 151. num. 108. cum seqq. lib. 2. vbi late probat nunquam si esse standum confessioni contrahentium super re prohibita alienari, & plura scribit Capicijus decis. 203. num. 7. Natta in cons. 393. num. 9. lib. 2. Ioseph. Mascart. d. lib. 3. dict. conclus. 1237. fol. 177. In quo cauendum est à Rolando in consil. 5. num. 22. lib. 1. & in dict. consil. 13. num. 42. lib. 37. & punctum tradat nouissime Ioann. Garcia de nobilit. glos. 2. num. 17. & in tractatu de donatione remuneratoria, num. 52. Roland. in dict. consil. 13. num. 42. lib. 3. vbi loquitur de assertionem facta per Vniuersitatem de benemeritis si donatarij quid operetur? & faciunt quæ scribit Menoch. in tract. de presumpt. lib. 2. presumpt. 11. num. 9. & secundum ista intelligenda sunt quæ scribit Ias. in consil. 227.

19 consil. 227. lib. 2. Barthol. Socin. in cons. 4. lib. 3. quod meritum ad intellectum text. in l. 50. Tauri. prohibente marito donare mulieri pro arrihs vltra decimam bonorum partem: Nam etiam si maritus confiteatur, & iuret, quod arrihs, quas dat, non excedunt decimam bonorum partem, hæc confessio etiam iurata, quia talis donatio prohibetur per legem, non iuuat mulieres, nec illius hæredes, nec releuat ab onere probandi arrihs datas non excedere, aut esse intra decimam bonorum partem: prout scripsi in l. p. q. 52. Et idem dicendum est in causa Pragmatica dotium anni 1534. quæ taxat quantitatem, quam parentes possunt dare in dotem filiabus secundum quantitatem bonorum cuiuslibet; hodie l. 1. tit. 2. lib. 5. Recop. Et idem etiam dici potest in causa alterius Pragmaticæ datæ illo anno, quæ dicit, quod maritus non possit dare in iouis mulieri vltra 8. partem dotis, prout latius in prædictis legibus continetur. Nam harum legum dispositio adeo procedit, quod si pater in tempore quo constituit dotem, fateatur, quod bona propria quæ habet, sunt certi valoris, & quod attento illo valore rectè potest dotem illam constituere, & cum iuramento asseruerit: & si maritus etiam confiteatur; quod iouis quas donat, non excedunt octauam partem dotis quam receperit, etiam cum iuramento, nihil hoc iuuat, nec patri constituenti dotem, nec marito danti iouis, quamuis id iuramento confirmet, quo minus id docere & probare teneatur: quæ intelligenda tamen sunt secundum ea quæ notauit in l. p. huius Operis, in q. 50. vbi videndum.

20 Tenendum igitur est quod non statur si simplici assertioni Regis dicentis aliquem fecisse seruicia, vbi-cunque Princeps donat rem donari prohibitam; quidquid teneat Burgos de Paz Senior cons. 25. num. 12. & Junior, q. cinili 11. n. 19. & tradit Theo. Gramma, cons. 100. n. 7. ad ista videndus, & dec. 169. nu. 23. vbi latius, & cons. 160. n. 7. Natta in cons. 364. n. 16. qui plures refert.

21 Multum tamen proderit assertio Regis testificantis seruicia si alicuius donatarij, maxime concurrentibus alijs coniecturis, de quo legendis sunt Bald. c. 345. col. 2. lib. 1. Carol. Ruin. cons. 11. n. 8. & 9. lib. 3. Ioan. de Platea in l. 1. n. 8. C. de petit. honor. subla. Ioan. Lop. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 81. n. 7. vbi Barahona in addition. Quod maxime procedit in antiquis, vt per Aymonem de antiquit. tempor. p. 1. §. non omitto circa primum: §. n. 25. Barth. Socin. in cons. 266. nu. 29. Cornueum in cons. 312. n. 36. lib. 1. Menoch. de presumpt. lib. 2. presumpt. 10. n. fin. quod vidi in negotio maximi momenti; & quod stetur Regis si confessioni dicentis se fecisse alicui donationem villæ, vel loci, si de donatione non apparet, constat ex superioribus, & scriptis per Atet. in cons. 42. Barth. Socin. in cons. 86. lib. 1. & in cons. 187. col. 3. n. 6. vers. confirmatur præmissa, Innoc. in c. cum ab Ecclesiarum, de officio Ordinarij, quos citat Mascart. in tract. de prob. lib. 1. concl. 376. n. 7. fol. 234. vbi addit text. in l. 1. §. similique modo. C. de latina libert. tollend. §. fin. Inst. de adoption. Menoch. cons. 378. n. 13. lib. 4. Ex quibus si sumi potest resolutio, quod talis confessio præiudicat Regi confidenti, & confessoribus: quod videri meo, est limitandum & intelligendum secundum ea quæ sunt scripta supra, & sunt omnino notanda pro intellectu famosæ legis de Valladolide, si forsitan quis habeat à Regibus prædecessoribus donationem alicuius villæ, vel loci, quam timet producere, quia non habet solemnitates & requisita dictæ legis, & habet scripturam confessionis Regis de donatione: & legendus est Albenfis in cons. 65. n. 38. Menoch. in tract. presumpt. lib. 2. presumpt. 10. per totam, & presumpt. 11.

24 Redendo igitur ad nostram quæstionem, quamuis aliqua ex superioribus in proprijs casibus vera sint, in nostro casu seruanda non sunt; quia possessor bonorum maioratus ob remunerandum non potest si bona maioratus donare: quia non est dominus nisi pro vita sua, & bona sunt successorum: & ideo de alienis nihil largiri potest in præiudicium non contentientium;

l. si filius, l. si constante, C. de donation. Sed cum hæc bona non possint alienari in præiudicium successorum, nec vendi, fortius donatio, quamuis sit remuneratoria, prohibita censetur, Gloss. in l. 2. C. de usucap. pro empt. vbi Bart. & idem Bart. in l. voluntas, C. de fideicommissi, & alij, vt per Decium in l. cuius, de reg. iuris, & ex hoc vnico verbo, soluta sunt omnia, quæ in contrarium facere poterant, quæ supra retuli. Et ad hæc accedat, quod scribit Curtius in authent. res que, n. 56. C. comm. de leg. quod res subiectæ restitutioni non possunt alienari ex causa remunerationis, quoniam non est causa necessaria, ad quam iure cogi possit: & quoniam in bonis restitutioni subiectis est quæsitum ius Tertio, quem citat Baçca in Pragmat. datum, c. 17. n. 5. fol. 118. Et hoc confirmo, quia facultas remunerandi magnum seruitium prædecessoris, non transit in successorem, secundum Bart. in l. ambigua, ff. de decret. ab ordine faciend. lal. in l. hoc iure, n. 72. ff. de iust. & iur. & in l. si non fortem, §. libertus, n. 8. ff. de condit. indebit. Matth. de Afflict. decis. 370. Tria dubia n. 17. & decis. 307. n. 13. Quod tamen ego intelligo & limito in seruitijs factis si Coronæ Regiæ, quia in talibus seruitijs obligatio remunerandi transit ad successores in Regno, argumento leg. in omnibus causis id obseruatur, ff. de reg. iur. l. 27. in fin. part. 7. Et ideo hoc arbitrio iudicantis erit relinquendum; considerata qualitate seruitiorum, & an faciunt facta in utilitatem Regni, vel Coronæ Regalis; aut particularia in fauorem ipsius Regis, & alijs similibus circumstantiis.

27 Quod autem diximus de Regibus, si quod possunt propter benemerita & seruicia donare bona Regni, hoc est virtute legum Regalium: Et ideo quamuis in pluribus bona Regni, & bona maioratus æquiparentur, prout supra in multis locis dictum est; in hoc longe differunt, quia nullibi in iure cauetur, si quod bona maioratus possint propter seruicia & benemerita concedi, nec hoc iuste fieret: maxime quia (vt dixi in principio huius quæst.) nec Regibus licitum est donare bona Regni, etiam ob remunerationem; nec est curandum de legibus hoc permittentibus, quæ non ligant Regum successores, quorum bona Regni sunt, vt late ibi probatum fuit; & quis sanus dicere potest, quod si aliquis mihi seruicia fecit, possim (vt eidem remunerer) bona alterius Tertij donare? certe nullus: Et omnia priuilegia donationum (quas remuneratorias vocamus) procedunt, dummodo quis, quod suum proprium est, non alienum largiatur: & non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus: & contrarium, perquam erroneum est. Species enim futi est, de alieno largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere, l. si pignori, §. 1. de furtis: & de suo non de alieno si potest quis gratificari, l. si quis feruum, §. si inter duos, ff. de leg. 2. si quis in grati, d. si cum omnes, ff. ad Silan. auth. hoc iurum, C. de secund. nupt. notat Ripa in l. 2. num. 62. ff. de vulg. & ad hoc est notabilis doctrina Alberici in l. bene à Zenone, n. 27. fol. 109. C. de quadriem. præscript. vbi inquit, Imperatorem ob remunerationem donare posse ea, quæ sunt propria illius, non autem fiscalia, seu Imperialia: quia non recipit beneficij nemine Imperij, sed suo, & ad eius propriam utilitatem.

32 Ex cuius verbis potest in ista materia adhiberi quædam persuasiva distinctio, quod si quis fecerit Regi insignite seruitium, perueniens in notorium Regni utilitatem, possit Princeps ob remunerationem donare; ad quod est memorabilis d. l. 51. tit. 18. p. 3. quod etiam probatur ex regula, Ex qua persona quis lucrum capit, si eius damnus sentire debet: ff. de regul. iuris: l. si secundum naturam, ff. eodem tit. & æquum videtur, & naturali æquitati conueniens, vt in isto casu retributio fiat benemerenti, saltem vt alij, exemplo gratiæ, quæ illis facta fuit, alia facta aggrediantur, & quæ in Reipublicæ commodum cedere possint. Nam scimus Romanos, & alios si antiquissimos magna præmia benemerentibus de Republica statuisse, vt alij animosiores redderentur ad patrandam egregia facta, & audendum maiora, quam propria vires exigunt.

Et quod donatio facta per Principem in recom-
pensationem beneficiorum sit irrevocabilis, et tam
quoad donantem, quam quoad Principes successores
voluerunt Bart. in l. omnes populi, num. 29. ff. de iustitia &
iure, Doctores in c. novit, de iudiciis, Natta consil. 164.
num. 19. Sylvan. consil. 65. per totum: & alij plures, quos
citatur Burfatus in consil. 225. num. 44. lib. 2. vbi plura
videre licet pro intellectu, & ampliatione eorum, et quae
hic tractantur, ad quem, & materiam, addo Bartolum
in l. ambrosio, ff. de decret. ab ord. faciend. vbi dicit, quod
facultas remunerandi servitium praestitum praedecessori,
non transit in successorem, ad quod Matth. ab Afflictis
decis. 370. refert etiam Iasonem in l. ex hoc iure,
ff. de iust. & iur. & in l. si non fortem, §. libertus, ff. de condi-
dict. indebit. licet, ut tradit Matth. ab Afflict. quod
gratum fuit patri, debet esse gratum filio, quod arbitrio
Iudicis relinquendum esse iudicium. Et praedicta etiam
docent leges nostrae Partitae, praecipue l. 1. tit. 27. part. 2.
ibi, Porque galardonar los buenos fechos, muestra se por co-
nocido el que lo haze: e otrosi por justiciero, ea la justicia no
es tan solamente en escarmentar los males, mas aun en dar
galardon por los bienes. E de mas desto nace ende otro por
cada voluntad a los buenos por ser cada dia mejores, e a los
malos para emendarse. Et l. 6. eodem tit. ibi, La segunda
razon fue fallada, porque se esforzassen a hazerlo mejor,
metiendose en graves peligros por ganar bien y honra. Et
dist. l. 1. tit. 8. part. 3.

Et si dixeris, Regiam dignitatem miserabiliorem et
ceteris, si donare Rex non potest. Obvia est in
promptu responsio, cum Reges habeant plura bona
mobilia, & redditus, & officia, cum quibus remunc-
rare possint benemeritos, qui eidem servitia praestite-
rint, & quando Regnum magis vnitum; & non divi-
sum inter plures est; maiores redditus Rex habet ad
remunerandum servitia, & est diverso si facultates exi-
guas habent, donare congrue non possunt: & hoc in
loco est addenda doctrina Gregor. Lopez in l. 4. tit. 27.
in gloss. verb. e de los que del viniesen, part. 2. vbi dicit,
quod non omne servitium factum Regi & Regno, est
remunerandum haereditate perpetua pro aliquo & suc-
cessoribus; sed tantum insigne servitium, veluti cum
liberat Regem a morte, vel captivitate, nam tunc
propter magnitudinem servitij, inducitur perpetuitas
beneficij: cap. 1. §. vltim. de his qui feud. dar. possunt
ad quod ponderat Gregor. Lopez tex. in d. l. 4. &
alia.

Et in hac materia animaduerto, quod est speciale
in donatione remunerationis facta a Principe, quod
nunquam dici potest fuisse excessiva, secundum Bar-
baciarn in cap. sedes, de rescriptis, Tiraquell. in l. si unquam
verb. donatione largitus, num. 84. & 85. C. de reuocan. do-
nation. Menoch. in consil. 201. num. 31. lib. 3. & quod Rex
non teneatur remunerare servitia facta a praedecessori-
bus, etiam si sit haeres illius, cui praestita fuerunt ser-
vitia, tradunt Matthaeus ab Afflictis in constitution.
Neapolitan. in proemio, in constitut. post mundi ma-
chinam, num. 23. folio 16. vbi allegat Bartol. in l. ambi-
tiosa, ff. de decret. ab ordin. faciend. Iason in l. ex hoc iur.
ff. de iust. & iur. & in l. si non fortem §. libertus, ff. de condi-
dict. indebit.

Permittitur etiam Regibus donare bona Regni, et
vbi que donant alicui castrum, vel alium locum vi-
cinum Sarracenis, vel aliis inimicis Regni, ut tale
castrum vel locum teneatur, & defendat ab inimicis, sicut
factum fuit temporibus praeteritis cum pluribus domi-
nis Regni, qui eo tempore, quo Sarraceni tenebant
Hispaniam occupatam, prout constat ex donationibus
& titulis, quos habent, a me visis; praecipue ex doctri-
na Gregor. Lopez in dist. l. 14. tit. 9. part. 6. & ad hoc
est doctrina Bart. in l. liber homo, la 1. ff. de verborum obli-
gation. & in l. id quod apud hostes, ff. de leg. 1. quas ad hoc
citatur Felin. in cap. 1. num. 5. de probation. Et quia tales
donationes non sunt simplices, sed ob causam, & ideo
valide fuerunt, argum. l. si pater, §. vlt. ff. de donationib.
l. donare, ff. de regul. iur. cum mille similibus adductis per

Tiraquell. in d. l. si unquam, in verb. donatione largitus,
num. 139. C. de reuocand. donation. notant Roland. in
ista propria materia, in consil. 13. num. 27. lib. 3. facit l. 4.
tit. 7. lib. 5. ibi, por causa onerosa. Et ad hoc etiam facit re-
gula, & ratio l. interdum, & l. huiusmodi, ff. qui potiores
in pign. habe. & l. 27. tit. 13. part. 5. ibi, Fue guardada la cosa
que se perdiera. Et l. 29. eod. tit. & l. 9. tit. 3. part. 5. ibi, Que
estana en manera de se perder si la non refiziesse. Et quae
circa ista iura scribit Rebuff. tom. 2. ad constitu. tit. de
constit. reddit. pag. 404. num. 17. & l. 5. tit. 26. part. 7. ibi, Si
algun rico home que tuuiesse tierra del Rey, embiasse sus
hombres en caualgada, cum verbis sequentibus, & Prin-
ceps, vel Marchio potest et alienare bona Regni, & 40
dare in feudum, quando eorum recuperatio est difficilis
ut per cap. 2. ad finem, de feudo, tradit in specie Iason. in
consil. 10. num. 3. lib. 3. quem reperio nouiter citatum per
Lancellorum Conradum in templo Iudicum, libr. 1. cap. de
Imperatore, §. 4. de praesentia & potentia Imperatorum,
vers. trigesimo. m. 15. fol. 95.

Licitum est etiam Regibus donare bona, quae iure
confiscationis, vel Commissi ad Regem deferuntur, ut
probat Andre. de Iernia in cap. in princip. de his qui
feud. dare poss. Gloss. Parisien. in consuetud. Parisien. par. 1.
§. 3. quem citat Gregor. Lopez in l. 13. tit. 9. part. 6. in
gloss. in verb. de los Reyes; quas allegationes Gregor.
Lopez non inuenio, sed Andre. de Iernia in cap. 1.
qualiter vassal. feud. inrare debet, num. 6. fol. 34. & legenda
sunt quae scribit Rodericus Suarez allegat. 8. ex dict.
cap. Abbate sane, de re iudicata, in 6. & aliis, quae citat.
Quae conclusio probatur in cap. Abbate, in vers. pro
parte autem altera, de re iudicata in 6. pro qua sententia
facit opinio illorum, qui tenent vassallum postea pra-
iudicare filiis, vel cognatis, in feudo nouiter acquisi-
to, inter quos sunt Iacobus de Belleuisu, Bald. Martin.
Laudens. Cardinal. Alexand. Andre. de Iern. post Glo-
ibi, in cap. de alienatione feudo. parern. item Iacobus de
Belleuisu; & Bald. ibi col. 1. vers. scilicet tertius casus, quib.
mod. feud. amittatur, Alexand. consil. 18. col. 2. lib. 5. §. Gozad.
consil. 4. & alij plures, quos citat Tiraq. lib. 1. de re. actu,
§. 32. gloss. 1. & unica, num. 2. pag. 661. & legenda sunt quae
scribo infra, §. 27.

Et qualiter et Princeps possit reuocare donationem 41
factam ob remunerationem, explicat Alexa. in consil. 216.
num. 30. lib. 1. Iaf. in d. l. ex hoc iure, num. 54. & Principem
non debere ex alienis rebus remunerare, volunt Ho-
stiensis, & Anton. de Butrio in c. quanto, de iure iurando,
de quo plenius Carol. Ruin. consil. 108. num. 19. lib. 2. &
alia plura de donatione remuneratoria legenda sunt;
p. 1. q. 22.

Addendum est etiam, quod si Princeps et dicat dona-
tionem facere propter seruitia sibi impensa, ex quo
non specificat illa, dicitur simplex donatio, & non re-
muneratio ob causam, ut probatur ex scriptis per Ol-
dradum consil. 5. Ioan. Staphil. de literis gratia, & de vi &
effectu clausula, fol. 82. notat Rebuff. in praxi beneficiis, tit.
de clausulis mandatorum, num. 6. pag. 104. Et quod priui-
legia remuneratoria, laborum impensorum pro Repu-
blica transeant in contractum et irrevocabilem, volunt 43
Romanus in consil. 436. num. 14. in fin. Rebuff. in Concordat.
in praefatione ad rubricam de collat. in fin. X Suarez alleg. 7.
num. Menchaca controuersiarum illustrium, cap. 4. in prin-
cip. Mandosius ad Romanum consil. 298. num. 4. Burfat.
in consil. 160. num. 33. lib. 2. qui citat Celsum consil. 16. n. 2.
Menoch. consil. 2. num. 136. quod seruitia, quae sunt a
subdito in his, qui alias seruire tenentur, sunt digna re-
muneratione, per locum ab speciali, l. 13. tit. 10. li. 5. Rec.
ibi, Si los que las recibieron procuraron las tales necessida-
des, y ayudaron a sostener: quamuis huic conclusioni con-
tradicat regula legis, donari, ff. de donat. l. donari, ff. de reg.
iur. cum concord. Et quod donationes, quas faciunt Re-
ges in vxores, aut filios, non requirant solemnitates alia-
rum donationum, tradunt Oldradus in consil. 159. Matth.
ab Afflict. in consil. Neap. in proemio, quast. 24. n. 4. fol. 13.
per l. donationes quas diuus: C. de donat. inter virum, & l. 3.
C. de quade. prescriptione.

LIMITATIO IV.

An bona maioratus alienari possint ad redimendum
a captivitate possessorem.

S V M M A R I V M.

- 1 Bona maioratus possunt alienari ad redimendum a ca-
ptivitate maioratus possessorem, vel eius filium, &
num. 11. Et qualiter: num. 13. Et resoluitur, num. 21.
24. 25. & 27. Quid in necessitate famis: num. 28. Quid
propter debita illius qui maioratum fecit: n. 30. Quid
in bonis feudilibus: n. 29.
2 Mulier nupta an possit facere contractum sine licentia
mariti pro redemptione captiui.
3 Specialia a iure inducuntur, ut quis a captivitate redima-
tur.
4 Minor viginti quinque annis potest alienare bona ad
redimendum a captivitate personam coniunctam. Nec
aduersus donationem, causa redemptionis factam re-
stituitur, num. 7. Quid si fideiubeat pro patre carce-
rato, n. 20.
5 Bona Ecclesiarum alienari possunt pro redemptione ca-
ptiuorum sua parochia.
6 Princeps pro sui redemptione talem potest imponere.
8 Nobiles tenentur contribuere pro redimendo Principe a
captivitate.
9 Inferitur ad Capitulum Pinciae anni 1505. hodie l. 22.
tit. 11. lib. 5. Recop. quod prohibet minores et filios
familias contrahere absque licentia parentum, et tu-
torum.
10 Nobilis an possit incarcerari pro debito factio ob illius
redemptionem.
12 Redemptio a captivitate quae habeat priuilegia.
14 Bona maioratus an possint alienari ad extrahendum a
carcere possessorem maioratus. Auctoritas sententia,
num. 21. Et quo tempore auret talis alienatio,
num. 23.
15 Carcer dicitur mala mansio. Et aequipatur morti, n. 17.
Et carcerari miserabiles persona, num. 18. Et sol-
uere pro carcerato, misericordia et pia causa est,
num. 16.
19 Marito licet ex dote liberare a carcere coniunctum
mulieri.
22 Vassillus an teneatur dominum a carcere liberare.
26 Res fideicommissio subiecta an possint alienari ad subue-
niendum illi, qui ob propriam culpam in carcerem aut
necessitatem incidit, & n. 27.

Quartò, iusta erit licentia per Principem concessa
ad obligandum bona maioratus, et si possessor
maioratus, vel illius filius stent in captivitate; nisi
testator, vel condens maioratum, contrarium cauif-
set: nam res subiecta restitutioni, & prohibita alie-
nari, potest alienari propter redemptionem illius, qui
restituere tenebatur; ut expresse tenet Bart. in l. que-
madmodum, col. 2. num. 6. C. de agricolis & censitis, lib. 11.
imò, & propter redemptionem filij sui, secundum eun-
dem Bart. Bald. Angel. & Paulum; Corne. in auben.
res que, C. communia de legat. de quo puncto concordant
refert Tiraquell. de legib. connubial. gloss. 8. de son-
marit 35. q. num. 283. fol. 347. vbi inter alia refert Ro-
man. consil. 316. Circa propositum, col. vlt. vers. postremo
num. 7. dicentem, quod statutum, quod prohibet ali-
quem contrahere sine certa solennitate: non habet
locum, si prohibitus contrahat; ut se redimat a ca-
ptivitate: quia iura prohibentia et relaxantur in con-
tractibus, qui celebrantur pro captiuorum redem-
ptione: l. quamuis, ff. solut. matrim. quae permittit mu-
lieri vendere rem dotalem, ut parentes, aut fratres,
aut alios necessarios ab hostibus ex vinculis redi-
mat.

Et ex hoc concludit Tiraquell. mulierem nuptam
posse facere contractum sine licentia mariti, si forsan

fit captus, & pro eius libertate contrahat; quod est
notabile ad leges nostras Regales prohibentes ulti-
rem nuptam posse absque licentia mariti contrahere: &
Tiraquell. vbi supra alia adducit specialia et contra
regulas iuris introducta, ut aliquis redimatur a ca-
ptivitate, Chassan. in consuetud. Burgund. vbr. 4. des
droits: §. 3. num. 3. num. 29. pag. 509. cui adde l. 3. cum
sequentibus, tit. 29. par. 2. & l. 5. tit. 10. part. 6. vbi Gregor
Lopez in gloss. 1. & l. 8. tit. 21. ead. partita, & l. 2. tit. 12.
lib. 1. Ordinarum. quae est singularis in suo casu, & in au-
thent. si captiui. C. de captiuis, & l. 6. tit. 7. part. 6. per
quem text. in d. auben. dicit Nouellus in tractatu de
dote folio 23. col. 3. in princip. 61. speciali, et quod Mi-
nor 25. annis potest sua bona alienare ad redimendum
a captivitate personam coniunctam: notat Gregor.
Lopez in l. 18. tit. 16. partita 6. in gloss. in verb. dercheo,
Ioan. Lopez in cap. per vestras, de donation. inter virum
& vxor. §. 26. pag. 333. & 354. num. 4. faciunt quae scri-
bit Menoch. de arbitrariis iudicium, lib. 2. Centur. 2. casu
182. n. 65. pag. 354.

Item bona et Ecclesiarum alienari possunt pro re-
demptione captiuorum suae parochiae, c. sicorum, &
cap. scut. 12. q. 2. & l. 1. tit. 14. partita 1. vbi recitè Gie-
gor. Lopez in gloss. verb. Captiuo. Et Princeps et potest
ponere talem pro sua redemptione, ex scriptis per
Nicolaum Boerium decis. 126. num. 8. & 9. quod etiam
re soluit post alios quos citat Archiepiscopus Floren-
tinus in summa sua, part. 2. cap. 13. §. 2. vers. tertius est,
colum. 1. Et minor non restituitur, et si aliquid donauit
vel promisit causa redemptionis captiuorum, secundum
Baldum Nouell. in tractat. de dote, p. 6. priuileg. 65. num. 2.
Sforcia Oddo in tractatu de in integrum restit. p. 2. q. 58.
art. 3. num. 27. pag. 714. faciunt tradita per Rebuff. tom. 2.
ad constitutiones Regias, tit. de restitutionibus, artic. 1. gloss. 2.
num. 15. pag. 125. & faciunt etiam scripta ad hoc pro-
positum per Tiraquell. in tract. de pia Causa, priuileg. 101.
pag. 139. & tex. in cap. 1. §. firmiter, de capit. Conrad. & in
capit. 1. §. firmiter, de prohibita feud. alien. per Federicum,
in quibus iuribus probatur, quod vassalli, etiam No-
biles, teneantur contribuere pro redimendo et Principe
a captivitate, & voluerunt Lucas de Penna in l. fin.
vers. 4. ex his inferitur. C. de fund. limit. lib. 11. & alij quos
citatur Nicol. Beroi. decis. 126. num. 10. qui hoc late tradit
ad quos addo Ioseph. Mascard. in tract. de probatio-
lib. 1. conclus. 276. fol. 175. facit lex, nam et Seruius, ff. de
negotiiis gestis: l. liber captus, & l. fin. C. de captiuis: l. fin.
tit. 30. part. 3. egregia l. 88. tit. 14. part. 5. Et quod magis
in specie volunt Bart. in l. peto, §. pradium, ff. de leg. 2. Ca-
rolus in consil. 93. per totum, lib. 1. Mascard. in tractat. de
probat. lib. 3. conclus. 1237. num. 55. fol. 175. & facit text. in
cap. item qui delator, quae fuit causa beneficij amittend. l. 8.
tit. 26. in vers. Otrosi dezimos, quae si el señor lo quiere,
part. 4. & scripta per Guillelmum Benedict. in cap. Rai-
mundus, de testament. in verb. & vxorem nomine Adelaesiam,
num. 830. fol. 126. Barbosam in l. 2. ff. solut. matrim. part. 2.
num. 8. pag. 686. vbi hoc refert Antonius Peregrinus in
tractatu de fideicommissis, artic. 41. nu. 90. fol. 389. & quod
bona prohibita alienari, possint alienari ob necessita-
tem famis mariti, & filiorum, & vxoris tradit Ioann.
Faber, in princip. Institut. quibus alienare licet, Cifuentes
in l. 56. Tauri, vers. tertio limita; & quod ista pacta su-
per redemptione captiuorum sint seruanda, tradit Con-
radus in templo Iudicum, p. 5. conclus. 100. n. 2. fol. 57.

Ex his obiter potest limitari Cap. Curiarum Pinciae
anni, 1505. et in ordine 78. hodie l. 22. tit. 11. lib. 5. Recop-
ilat. quod prohibet minores habentes curatores, &
filios familias contrahere, & emere pecunia credita,
& in diem soluenda, merces cuiuscunque generis sint,
absque curatorum, & patrum licentia: quae lex dicit
hoc procedere, etiam si tales contractus fuerint iurati,
& ponit pro poena nullitatem, obligationis, & alias
poenas. Nam si minor, vel filius familias contrahat abs-
que solennitate illius legis, ad se vel parentes, vel
fratres redimendum a captivitate, obligatio, vel con-
tractus erit validus.

Et ex his etiam fuit determinatum in hac Regali Cancellaria casus, qui contingit: Nam quidam Nobilis, quem nos vocamus, *hidalgo*, cum esset et captus in civitate *Argel*, apud Turcas, fecit contractum in dicta civitate, ut ipse redimeretur à captivitate, in quo se obligavit solvere cuidam mercatori certam quantitatem, quam illemet mercator solutam habebat pro illo captivo quo facto, ille Nobilis liberatus fuit à captivitate, & in Hispaniam se contulit, & die solutionis accedente, ille mercator petiit executionem contra illum Nobilem pro trecentis ducatis contentis in obligatione, & executio fuit facta, & Nobilis ad carcerem fuit ductus ex defectu fideiussorum *de sanca mento*, qui Nobilis conquestus fuit de illa incarceratione in hac Regali Cancellaria; & allegabat, quod ipse erat Nobilis, & quod secundum ius commune & Regium non poterat pro debito civili incarcerari; qua quidem allegatione, & querela non obstant, semper Nobilis ille extitit in carcere, donec mercatori fuit satisfactum de debito. Qui quidem casus fuit illo tempore maxime dubitabilis, & novus, & in utraque parte valde altercatus & legenda sunt quæ scribit *Baëza in tractatu de inope debitore, cap. 15, num. 24, fol. 101. & cap. 2, n. 6, fol. 19. Tiber. Decian. in pract. criminal. lib. 9, cap. 29, n. 28, fol. 288.*

Ex quibus (vt ad rem redeam) apparet, quod est licita Regalis licentia ad obligandum bona maioratus in quantitate, quæ est necessaria ad redemptionem possessoris et maioratus, vel illius filios: quod confirmatur, quia non solum agitur in hoc casu de redemptione corporis, sed etiam animæ, quæ cunctis rebus præfertur: *l. sancimus, C. de sacrosanctis ecclesiis*. Plerumque enim contingit, quod captivi si diu detinentur in captivitate, etadio vitæ, aut infiniçtu diabolico ducti fidem Christi negent & credendum est de illo, qui fecit maioratum, quod si de hoc casu fuisset interrogatus, id permisisset, quod debet haberi pro expresso, & concessio *l. Lucius, §. Titius ff. de liberis & posthumis*: & redemptio à captivitate et alia habet privilegia, vt probatur *in d. l. liber captus*, vbi Bald. & tradunt Alciatus in *tractatu presumptionum, regul. 1. præsumpt. 32, num. 1. Menoch. casu 88, num. 29. Mascard. in tractatu de probation. lib. 1. conclus. 554, n. 68, fol. 337.* Et faciunt scripta per Baldum Nouellum in *tract. de dote part. 5. vers. nec me, num. 8, fol. 7.*

Inquirendum tamen prius est, an ex redditibus bonorum et maioratus possit fieri hæc redemptio quamvis non restet ex illis ad alimenta, nisi pro vitæ subsidio, & ad necessitatem victus possessoris, & non ad pompam, neque lucrum: quia in quantum possibile fuerit, hæc alienationes sunt restringendæ; ad quod facit doctrina Innocentij in *cap. cum locum, de sponsalibus*: vbi dicit, quod si filius aliquid soluat, vt liberet patrem ab aliquo periculo, dicitur per meritum solvere Felin. in *cap. asserite, num. 2. de presumptionibus*. Sebastian. Sapia in *l. vlt. num. 7. C. de impuberum Mascard. in tract. de probation. lib. 3. conclusione 1051, numer. 9, fol. 46.*

Sed circa hoc dubitatur, an idem sit quando possessor maioratus vel illius filius est in carcere pro aliquo debito, vel delicto: Et sanè ex dispositione dictæ legis quamuis ff. sol. matr. idem videntur dicendum in hoc casu & dicit Bart. in *tract. de carcere num. 29.* quod legatum factum carcerato, dicitur pium, notat Paris de Puteo in *tractatu de syndicato, in vers. an carceratus*, vbi tractat qualiter carceratus sit alendus, vel à quo? & ideo iterum dicitur mala et mansio: *l. si hominem, ff. de post. l. item apud Labonem, §. quæstionis, & vtrouique Glos. & dicit d. l. si hominem*, quod solvere pro carcerato, et est misericordia, & inquit Baldus in bono casu, in *cap. 1. §. denique, in tit. que fuit prima causa beneficii, amittit*, quod carcerato æquiparatur et morti, notat Ægid. Bossi. in *practica crimin. in tit. de carcere, num. 1. pag. 23.* & Hippolyt. in *l. 1. in princip. num. 23, ff. de quæst. & vide eundem Hippolyt. in practica crim. §. nunc vi-*

dendum num. 12. vbi etiam tractat, qualiter legatum factum carcerato sit pium, & tradit in bono casu *Baëza in tract. de inope debitore, cap. 10, num. 9, fol. 157.* Et quod filius teneatur fideiubere pro patre in istis necessitatibus, tradunt Nicol. Boer. *decif. 128. Vrsil. decif. 308. num. 25.* Ioan. Francisc. in *tract. de Baronib. pragmat. 10, num. 39, pag. 246.* per text. in *l. si quis, §. 1. ff. de excusat. tut. tradit idem pragmatica 1. num. 213.* qui allegat Franciscum *decif. 201, num. 10. & pragmatica 10, num. 23, pag. 244.* Et qualiter dos mulieris vendi possit ad liberandum maritum à carcere, tradit Ant. Gamma *decif. 318.* & quomodo et carcerati dicantur miserabiles personæ, & in *§. attingam, num. 76, fol. 57.* Camppeg. in *tract. de dote, p. 3, quæst. 11, fol. 96.* vbi tractat, qualiter maritus expendens aliquid de dote ad liberandum à carcere coniunctum qui saluo honore mulieris non potest in carcere stare, liberetur et pro quantitate soluta ab actione dotali: & conducunt quæ scribit Peralta in *liquidam in testamento, num. 7, pag. 32, ff. de legat. 2.* vbi etiam tractat, an legatum pro carcerato sit pium; & faciunt quæ scribit Gregor. Lop. in *d. l. 6 tit. 7. part. 6. in glos. 1. latius*, vbi plura tradit in *l. 4. tit. 11. part. 6. in glos.* in verbo, *de pietate*: & hanc opinionem adiunxit quod singulariter scribit Salicet. in *l. 1. num. 4. C. de filiisfam. min. fol. 126.* vbi vult, quod si filiusfamilias minor fideiubeat pro patre, vt eum à carcere liberet, non habet restitutionem aduersus talem et fideiussionem; & idem voluit Montal. in *l. 2. tit. 11. lib. 3. fori, fol. 87.* Ioannes Lop. in *d. cap. per vestras, de donation. inter virum & uxorem: §. 25, num. 4, fol. 71.* Anton. Gom. tom. 2. *variarium resolut. cap. 13. de fideiussor. num. 19, fol. 98.* qui citat Albericum & Paulum in *d. l. 1. eundem Paulum & alios in l. vltim. C. de integritate restitutione maiorum*, quod vidi in practica: Matthæ ab Afflict. in *constitut. Sicilia, lib. 2. rubric. 38, num. 18.* Sforcia Oddo in *tract. de integritate restit. p. 2. q. 54. art. 4, num. 19, pag. 696.* Et excusatur minor 18. annorum, qui redemit patrem ab hostibus, secundum Alberti. in *l. si quis in tantam, num. 3. C. unde vi*, & probatur, in *authent. si captivi: C. de Episcop. & Cleri.* tradit Sforcia Oddo in *tract. de restit. in integritate p. 2. q. 81. n. 18, pag. 865.* Et hæc, & alia similia hanc opinionem confirmant.

Nihilominus tamen contrarium existimo esse et verius, maxime quia carcerati communiter stant in carcere propriis culpis, & hæc est sententia Salicet Angel. & Pauli Castren. in *dict. authent. res que*, vbi dicunt, quod res prohibita alienari non possunt alienari, ad redimendum possessorem rei prohibita alienari, & subiecta restitutioni, à carcere; & idem tenet Roman. Imol. & Angel. in *l. Marcellus, §. res que, ff. ad Trebellian. Alex. in consil. 23, n. 14 lib. 1.* quorum opinio communis est secundum Iasonem, & Curtium in *dict. authent. res que*, & Ioan. Crot. col. 18. & Ferdinand. Illerden. in *l. filiusfamilias, §. diui, num. 363, ff. de legat. 1.* tradit Nicol. Boer. *decif. 128, num. 1. cum sequentib.* Petr. Surd. in *tract. de alimentis tit. 6, q. 12, num. 17, fol. 213.* quibus congruit, quod vassallus non tenetur liberare dominum à carcere et etiam si sit iniuste carceratus, vt resoluit Iulius Clarus in *§. feudum 5, 24, pag. 180.* tradit Anton. Peregrin. *dict. tract. de fideicommissis dict. artic. 41, num. 92.* & faciunt scripta per Osaicum *decif. Pedemont. 166, numer. 20.* & Melliam in *pragmatica panis conclus. 1, numer. 11, fol. 13.* & in propria nostra materia Molina lib. 4. *de primogen. c. 5, num. 17, fol. 166.*

Et hanc opinionem sequitur & confirmat in specie Episcop. Couarr. *resolut. lib. 2. cap. 16, num. 9. in vers. tertio est in eadem quæstione*, vbi dicit post Ferdinand. vbi supra, quod alienatio facta et ad redimendam possessionem bonorum restitutioni subiectorum, valet pro vita possessoris, ex *l. peto, §. prædium, ff. de legat. 2.* in quo etiam loco, affirmat conclusionem, quam supra tenui, quod res subiecta restitutioni, & prohibita alienari, possunt alienari, vt redimantur et à captivitate successores, & ad subueniendum hæredibus, & successoribus ne fame pereant, citat Bartol. in *d. l. quem-*

admodum, & Ioan. Lop. in rubric. *de donationibus inter virum & uxorem, §. 16, num. 6. & 9.* Et quod bona maioratus possint alienari ad redimendum captiuum dominum maioratus, tradit Aluar. Valasc. *conf. 30, nu. 16, ad finem*, pro quo faciunt scripta per Mascard. in *tract. de probation. lib. 3. conclusio. 1237, numer. 55, fol. 175.* post Carol. Ruinum, quem citat in *consil. 93, per totum, lib. 1.* & circa hæc vide alia scripta per Episcopum Coarruu. & idem voluit domin. Ant. de Padilla, qui alios citat in *authent. res que, C. commun. de legat. nu. 94.* Menoch. vbi punctum late resoluit in *tract. de presump. lib. 4. de presump. 1, 92, num. 1. cum seqq. fol. 348.* Molinam lib. 4. *de primog. c. 6, num. 9.* quos citat nouissimè Menoch. vbi proxime. Et punctum et et quætionem in nostra materia maioratum resoluit notanter more solido Caldas Pereira in *l. si curatorem habens, C. de integritate restit. min. in verb. lasis, num. 14, pag. 300.* Et in bonis fideicommissis subiectis hoc tradit Petrus Surd. in *tract. de alimentis, tit. 6, q. 8, num. 97, fol. 206. tit. 8. priuileg. 19, num. 4, fol. 280.* quibus omnino iunge Tiraquel. in *l. si vnquam in verb. bona num. 5, pagin. 150. C. de reuocan. donation. vbi late scribit et non esse illis subueniendum, qui propria culpa ad egestatem deuenerunt; qui rem illam omnibus diligentibus tractat: ad quem addo Menoch. *de arbitriis iudicium lib. 2. centuria 2. casu 182, n. 38, cum sequentib. pag. 311.* Aluar. Valasc. *de iure emphyteutico, q. 27, num. 29, fol. 170.* eleganter Sforc. Oddo in *tract. de integritate restit. part. 1. qu. 11, artic. 10, num. 54, pag. 368.* Episcop. Couarr. *resolut. lib. 2. cap. 17, num. 9.* Felin. in *cap. si qui restitum, in fin. de testibus*, ad quos iungo Larani de Corduba in *l. si quis à liberis, §. item rescriptis, num. 100, fol. 58.* & in *§. sed si filius, num. 88, fol. 84.* ff. *de liberis agnoscend.* Et pro ista opinione de carcerato facit *l. 7, tit. 13, ibi*, La tercera es, *part. 1.* Et confirmantur ista ex scriptis per eundem Tiraquel. *d. glos. n. 288, cum duobus seq.**

Et quod res fideicommissi subiecta non possint alienari in fauorem illius, et qui in carcerem, vel in aliam necessitatem ob culpam propriam incidit, volunt vltra prædictos Decisio Rotæ in *antiquis 848.* Episcop. Cantuariensis, in *fine*, & ita distinguit Petrus Surdus *decif. 86, n. 6.* vt alia bona subiecta fideicommissi non possint alienari, quando quis est ob proprium delictum carceratus; secus si pro debito: & tradit *decif. Pedemont. 168, n. 10.* vbi ponit regulam generalem, quod bona prohibita alienari in fauorem alterius, non possint alienari propter necessitatem causatam ex facto alienantis; & idem in *decisione 167, nu. 29.* & conducunt etiam scripta *decif. 170, num. 2. cum sequentibus.*

Et an bona et maioratus possint alienari, vt subueniatur necessitati famis possessoris, tradit etiam Lara de Corduba in *l. si quis à liberis, §. vtrum, n. 32, ff. de lib. agnos.* quem citat Petr. Surd. in *tract. de alimentis, tit. 8. priuileg. 19, num. 1, fol. 280.* post Molinam, quem citat Lara, & idem scribit Inf. in *authent. res, que, nu. 2. C. communia de legatis*, quem citat Andre. Gaill. *obseruationum lib. 2. obseruatione 137, num. 4, pag. 251.* Et in bonis et feudalibus in eodem volumine tradit Ioach. Mynsinget in *lib. singularium obseruationum, Centuria 6. obseruatione 20, pag. 554.* & punctum resoluunt Domin. Anton. de Padilla in *dict. authent. res que, nu. 79.* Molina lib. 4. *de primogen. cap. 10, num. 32. & cap. 6, num. 22.* quem concordat Petrus Surd. in *dicto tractatu de alimentis, priuileg. 54, num. 10. & 11, fol. 104.* Et qualiter bona maioratus alienari possint propter et debita illius, qui maioratum fecit, vltra remissiones ordinarias leg. *filiusfamilias, §. diui, ff. de legat. 1.* legendus est Cephalus in *consil. 397, num. 36, cum sequentibus lib. 3.* tradit notanter Fanus in *tractatu de pignoribus, p. 6 membro 1, numer. 15, fol. 132.* Anton. Peregrin. in *tractatu de fideicommissis, artic. 40, numer. 20, fol. 360.* qui late materiam tractat referendo Molinam, & prius, *num. 18.*

LIMITATIO V.

An bona maioratus ob superuenientes necessitates alienari possint?

SVMMARIVM.

- 1 Ex causis aliis urgentissimis an possint bona maioratus alienari, & num. 3. & 43. Quid cum per sumptus excessiuos possessor ad necessitatem peruenit, num. 36. Quid si ad sit prohibitio expressa conditoris et legi, de non alienando, n. 44. Quid in fideicommissis, n. 2. et quando talis alienatio necessaria dicatur, nu. 28. 32. & 39. Quid in fundo, n. 5. et in quali necessitate, num. 22.
- 4 Bona Hospitalium an possint pro necessitatibus illius contra testatoris prohibitionem alienari.
- 6 Reditus regni ad quid sint instituti.
- 7 Rex potest propter necessitatem bona Regni alienare, et num. 14. & 19. et pro defensione patriæ subditis collectas imponere, n. 11. et qualiter necessitatis tempore possit Ecclesia ad contributionem cogere, nu. 12. et 15. Quid si exactio sine causa imponatur, num. 18. et sua culpa bona propria et reditus consumpsit, num. 34. et an teneatur causam exponere, cum aliud quod onus aut veltigal imponitur, num. 35. An credatur Regis assertio, numer. 49. & 51. et quando presumatur noua tributa ex iusta causa imponere, numer. 50.
- 8 Præuilegia exemptionis non proficiunt in oneribus insolitiis nisi per contractum sint concessa.
- 9 Actus necessarius non censetur prohibitus in alienatione generali.
- 10 Prohibita alienatione per hominem, non prohibetur alienatio per legem.
- 13 Immunitas simpliciter concessa non extenditur ad onera qua augentur propter insolitam et improuisam necessitatem. Quid si pro omnibus oneribus concedatur, numer. 17.
- 16 Munera ordinaria et extraordinaria, qua dicantur.
- 20 Non probata necessitate alienandi bona maioratus res ad pristinum statum reducitur, necessitas enim debet apparere, numer. 42. et alleganti eam onus incumbit probandi, num. 52.
- 21 Alienatio necessaria non dicitur, cum quis sponte se in necessitatem coniecit.
- 23 Et qualis dicatur voluntaria, aut necessaria, et num. 24, 37, 40. & 46. Quid si fiat per viam vltima voluntatis, num. 48.
- 25 Arrha data per maritum uxori, an et quare sint de quinto bonorum deducende.
- 26 Datio in solutum an dicatur voluntaria.
- 27 Voluntarium dicitur quod ex actu voluntario sequitur.
- 29 Pater in casu necessitatis bona filij potest alienare.
- 30 Necessitas multa operatur.
- 31 Causa necessaria dicitur vbi agitur de diuino cultu augendo.
- 33 Alienationes male facta reuocari possunt.
- 38 Indignum est ei subuenire qui sua culpa aut vitio in egestatem denenit.
- 41 Alienatio necessaria iudicialis, qua aliis non permitteretur, qualiter permittatur, et num. 53.
- 45 Testator si dedit uxori facultatem vt pro suis necessitatibus rem possit alienare, non potest eam sine tali necessitate alienare, et nu. 47.
- 54 Immunitas ex privilegio et liberalitate, aut ex contractu, qualiter differat.
- 55 Subditi qualiter sint releuandi à collectis et subsidij, necessitate cessante.

Quinto ex prædictis inferitur, & limitatur prima conclusio, de qua in princip. huius questionis, cum possessor bonorum maioratus habet aliam necessitatem vigentissimam, & in qua concurret tanta ratio, sicut in superioribus causis dictum est, quod præter prædicta probatur ex dispositione l. 2. C. ad Macedon. & l. 5. §. 6. i. i. part. 5. & per plura quæ scribit Felinus in cap. cum accessisset, num. 20. de constitutionibus. Lancellotus in tractatu de attentatis par. 6. cap. de attentatis lite pendente, limit. 8, num. 1. cum sequentibus, pag. 129. facit text. in l. alienationes, ff. familia eriscund. Et ex Bart. in l. 1. Cod. de superindict. & ex eodem post glôssum ibi in l. 1. §. quod si nemo, numer. 3. ff. quod cuiusque uniuers. & Iaf. in l. admonendi, num. 216. ff. de iureiuran. & ibi l. clam. possidere, §. qui ad mundinas, num. 54. ff. de acquirem. possess. & in l. 4. §. de iur. ff. de re iudicata 2. & in §. item Seruiana, numer. 107. Instit. de adionibus, Oldrado in consil. 104. & notat Lancellot. in tract. de attentatis, p. 2. cap. 4. de attentatis lite pendente, limit. 58, num. 1. pag. 122. Ioann. Lopium in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum & uxorem, §. 27. num. 10. pag. 502. Dynus, Rainet. & Bald. in l. si ex toto, in principio, vbi Iaf. num. 15. ff. de leg. & idem Iaf. in l. principalibus, num. 2. ff. si certumpetatur, Chassan. in consuetudin. Burgund. tit. de confiscation. §. 2. num. 5. pag. 583. & in terminis fideicommissi, Crotus in l. filiusfamilias, §. diui, num. 45. ff. de leg. 1. Cephal. in consil. 301. n. 18. lib. 3. Parisius in consil. 43. n. 29. lib. 3. vbi resoluit, quod bona fideicommissi possunt alienari pro soluendis debitis necessariis, Barbofin l. si constante, num. 133. ff. soluto matrimonio, pag. 80. & Tiraquel. lib. 1. de retractu, §. 26. gloss. 1. n. 10. cum aliis, §. 1. gl. 14. num. 11. pag. 299. Alciatus lib. 1. de verborum signific. in fin. Curtius in tractatu de feud. 4. part. princip. quæst. 16. num. 17. Iaf. & Purpurat. in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdic. Ferdinand. Loazes in dict. §. Diui, numer. 219. ff. de legat. 1. Pinell. in l. 1. par. 3. numero 24. folio 75. Cod. de bonis maternis: Decilio Pedemont. 16. numer. 12. Ofasc. consil. 47. num. 31. Roland. in consil. 80. num. 1. cum sequentibus, lib. 3. Cephalus in consil. 250. num. 3. lib. 4. Ioan. Yañez Parlador. in librorum quotidianarum, c. 3. num. 26. pag. 93. & Menoch. de arbitrariis Iudicium casu 182. n. 1. cum pluribus sequentibus, Cephal. in consil. 59. num. 32. cum sequentibus, lib. 1. Iosephus Masc. in tractatu de probation. lib. 3. concl. 1237. nu. 43. cum sequentibus, & in bonis maioratus t Caldas Pereira de renouatione emphyteusis, quæst. 16. num. 39. folio 133. Petr. Barbofin in l. diuortio, §. ultim. numer. 60. pagin. 110. ff. soluto matrimonio, & in l. si constante, numer. 133. pagin. 179. eodem titulo, Gregor. Lopez in l. 2. tit. 14. part. 1. in glossa, in verbo, con otorgamiento, post medum: & in gloss. Oniesen dado, Felin. in cap. cum dilecta, num. 20. de rescriptis, & l. 7. tit. 4. libro 6. Recopila. ibi: Saluo quando tuereremos necessitad dalle, & facit regula text. in l. 1. ff. de officio Proconsulis, & id quod notat Bald. in l. ea lege, numer. 13. Cod. de condi. ob causam, Decius in l. ea qua propter, ff. de regulis iuris, & quod egregie notat Bald. in l. 1. in fine, ff. de peris libertorum, & text. notabilis, vbi Andre. & Barul. in l. 1. Cod. nemini liceat in empt. speciei, libro 10. & Authentico, vt Iudic. sine quoquo suffragio, §. oportet: l. pater filium, in principio, ff. de legat. 3. & quod notat Bart. in l. & ideo, ff. de condi. furtina, Bald. in consilio 20. Quid importet, libro 2. & consilio 49. Domin. Dynus libro 3. Matthæus de Afflictis decisione Neapolitan. 191. Alciatus libro 2. de verborum significatione, pagina 70. & quod tradunt Anton. & Decius numer. 48. in cap. in presentia de probation. Ioann. Gutierrez, allegatione 7. numer. 5. cum sequentibus, pagina 489. latissimè Mascardus in tractatu de probationibus, libro 3. conclusionem 1237. nu. 43. folio 175. qui variè in ista materia scribit Auiles vsque ad numerum 91. notanter Rolandus in consilio 21. numer. 13. cum aliis, lib. 1. Auiles in cap. pratorum, cap. 2. in verbo, de mercaderia, num. 8. cum sequentibus, folio 87.

Et bona Hospitalium possunt alienari pro necessitatibus illius, etiam si testator prohibuerit, vt per Paul.

de Castro, quem citat Felinus in cap. de quarta, numer. 3. de prescriptionibus, & quod scribit eleganter Paul. Castren. in consilio 317. Super primo quesito respondeo, & Lucas de Penna in l. originarios, Cod. de agricolis & censitis, libro 11. & idem Matthæus de Afflictis in constitutionibus Neapolitan. in preludio, quæstione 17. folio 10. numer. 5. Abbas in cap. ultimo, columna 2. de rebus Ecclesia. latè Tiraquellus in tractatu de penis temperan. causa 33. numer. 1. cum sequentibus, & lege 3. titulo 9. libro 5. Ordinant. ibi: Por alguna grande, & urgente necesidad, & l. 21. titulo 4. libro 4. Ordinant. & Concilium Lateranenfe sub Leone Decimo sub cessione nona, capit. non minus de immunitate Ecclesia: um: & facit notabilis l. 11. ad finem ti. 28. par. 3. vbi Gregor. Lopez in glossa in verbo, Mantuiffen, per illam legem: & doctrina Andre. de Isernia in cap. Imperialem, in versicul. nec dominus feudi. column. 1. de prohibita f. feudi alienatione per Federicum, tradit, quod reditus t Regni statuti sunt Regibus ad viuendum vt non extendant manus suas ad iniquitatem, auferendo bona subditotum; leg. 8. titulo 1. par. 2. ibi: Ca por ninguna cuxta que le venga, no puede apremiar a los del Imperio, que le den mas de aquello que antiguamente fue acostumbrado a dar a los otros Emperadores, si de grado dellos no se fi. ref. se: mas el Rey puede demandar, y tomar del Reyno lo que vsaron los otros Reyes que fueron ante que el aun m. a las sazones que lo huuere tangran menester para pro communal de la tierras, que lo no pudiese escusar, bien assi como los otros omes que se acorren al tiempo de la cuxta, de lo que es si: zo por heredamiento. Et priuilegium alienandi t extenditur, cum bellum superuenit, cui necesse est occurrere propter publicam regni vtilitatem Dynus, Bart. Bald. Alexand. Iason. Socin. Abbatem & Barbac. quos citat Ripa in l. si ex toto, numer. 6. & 17. ff. de legat. 1. Vinius in suis communibus opinio. verbo, Immunitas 1. quos citat Ofascus decisione Pedemontan. 39. numer. 14. & tradit eleganter Curtius Iunior. in consilio 61. numer. 14. Rolandus in consilio 13. numer. 51. libro 3. qui declarat numer. 68. nisi aliter necessitati prouideri possit.

Declarator etiam prædicta conclusio, quod priuilegia exemptionis non profunt t in oneribus insolitis occurrentibus, nisi priuilegia sint concessa per contractum, secundum Ioan. Baptistam de sancto Severino in l. omnes populi, quæst. 6. ff. de iustitia & iure, Bruno consil. 12. Aymon in consilio 276. numer. 8. quos citat Siluanus in consil. 66. numer. 18. faciunt scripta per Parisium in consil. 68. numer. 14. libro 2. Cephalus in consil. 58. per totum, lib. 1. & legenda sunt quæ scribit Greg. Lopez in l. 7. tit. 19. part. 2. gloss. 1. eleganter Menochi in consil. 56. num. 1. cum seqq. & per totum consilium lib. 2. Anton. Gabr. lib. 2. commun. opinio. de iure quesito non tollendo conclus. 7. numer. 14. Auenda. par. 2. de exequendis mandatis, cap. 141. numer. 8. Azueved. in l. 1. tit. 6. libro 1. Reppil. num. 8. Et actus necessarius t non censetur prohibitus in prohibitione generali, vt per Bart. in l. damni infecti, §. si domino ff. de damno infecto, Lanfranc. dec. 86. Litigiosi vitium, & alios, vt per Lancellotum de attentatis, par. 2. cap. 4. de attentatis lite pendente, limitatione num. 1. cum sequentibus, pagina 123. col. 1. quibus addenda quæ scribit Menoch. de arbitrariis iudicium. casu 171. n. 72. pag. 339. col. 1.

Et in materia singulariter animaduerto, quod t prohibita alienatione t per hominem, non est prohibita per legem, secundum Baldum in authent. contra rogatos, Cod. ad Trebellian. & alios, quos citat Carolus Ruinus in rubrica ff. soluto matrimonio, nu. 213. fol. 33. Et princeps pro t defensione patriæ, potest imponere collectas subditis, secundum Albericum in l. de quibus, fol. penult. colum. 1. in fine, ff. de legib. per leg. si quis in hoc genus, Cod. de Episcopis & Clericis, & Ioannes Blancus in summa, in tit. quibus modis feudum amittatur, colum. 10. Parisius in consilio 25. numer. 65. libro 1. Et Princeps primò debet se præmunire de suo marsupio, & si non sufficeret, poterit subditis imponere collectam, secundum Baldum, & Pauli in l. neminem, C. de sacrosan. Eccle. Socinum,

Socinum Iunior. consil. 98. numer. 10. lib. 2. & alios, quos refert Roland. in consil. 1. num. 61. cum sequentibus, libro 2. vbi de ista materia plura scribit, & in consil. 91. num. 27. cum sequentibus, libro 2. de quo per eundem Roland. in consil. 5. num. 35. cum sequentibus, lib. 1. & in consil. 52. num. 34. & consil. 87. num. 11. lib. 2. & in consil. 96. num. 32. lib. 1. & in consil. 80. numer. 17. & 27. lib. 3. & in consil. 76. numer. 13. cum sequentibus, libro 2. Et faciunt quæ notanter de charitativo subsidio scribit Menochius libro 2. de arbitrariis iudicium, casu 178. n. 1. cum sequentibus. facit notabilis lex 14. tit. 52. part. 1. & quæ scribit Natta consil. 406. numer. 2. & 16. libro 2. vbi declarat: Et quod domus Augusta non excusatur; quæ (si res exegerit) videnda sunt; quibus adde meliorem legem de iure vltim. tit. 7. par. 5. Siluanum in consilio 88. num. 37. & 38. Ioann. Lopium oblitum de dictis legibus Regni in dict. capit. per vestras, §. 27. num. 10. 11. & 12. pag. 502. eundem Siluanum in consil. 72. eodem libro, numer. 12. & consil. 105. num. 23. libro 4. de quibus lector omnino videat Archiepiscopum Florent. part. 2. tit. 1. cap. 13. de Tallis & exactionibus, §. 1. & 2. Siluanum in consil. 67. Et pro confirmatione istorum faciunt quæ scribit Abbas in c. fecit, de iureiuran. & latius omnibus Chassan. in consuetudinibus Burgun. rubr. 1. §. 4. fol. 29. col. 2. & fol. seq. hodie pag. 115. cum sequentibus, num. 25. & aliis, vbi tradunt, qualiter Princeps tempore t necessitatis poterit cogere Ecclesias ad contribuendum; quod eleganter tradit Ofascus decis. Pedemont. 68. numer. 4. cum seqq. Burfatus consil. 42. numer. 3. libro 1. & Natta in consil. 380. num. 16. lib. 1. vbi resoluit, quod ad hoc debet consuli Summus Pontifex: & de isto puncto vide quod tam doctè & quam breuiter scribit Gloss. Parisien. in consuetudinibus Parisiensibus, parte 1. §. 1. glossa 5. num. 65. & 66. folio 34. quem lector omnino legat, & Ripam in l. ex facto, num. 16. folio 112. ff. de legat. 1. vbi tradit, quod immunitas simpliciter concessa, non extenditur ad onera t quæ augentur propter insolitam & improviuam necessitatem; latissimè Burfatus consil. 16. numer. 30. cum sequentibus, libro 1. Natta consilio 275. num. 4. lib. 2. & in consil. 380. eodem libro per totum, Guillelmus Benedict. in cap. Raynuntius, de testamentis in verb. & uxorem nomine Adelasium, numer. 970. fol. 139. Otalora in tractatu de nobilitate, par. 1. cap. 3. nu. 22. pag. 10. notanter Ofascus decis. Pedemont. 95. num. 43. cum sequentibus, Bald. in consil. 435. Super eo quod queritur, nu. 2. lib. 5. Ofascus consil. 9. num. 7. & vassalli possunt alienari ex causa imminetis necessitatis, vt per Alex. in consil. 25. num. 20. lib. 4.

Ex quibus cognosces, t bone lector, qualiter licitum sit Principi alienare res Regni, & imponere subsidia, necessitate existente; quæ omnia non refero contentus prædictis remissionibus, quia breuitati semper studeo, & quando casus contigerit, non inutilis meus labor reputabitur: quibus adde etiam Innocent. in cap. venerabilem, de electione, in fine, dicentem, quod Imperator existente necessitate, potest contra iuramentum venire; notat Baldus & alij in l. non dubium, C. de legibus, Felinus in cap. 1. numer. 14. de constitut. facit textus in l. ultim. ff. qui satisdare cogantur, & etiam iunge Ferdinandum t Menchac. libro 2. controuersiarum. cap. 6. numer. 3. quæ omnia magni faciendâ sunt pro fundamento eorum, qui istis temporibus personas Ecclesiasticas t cogere volunt ad contributiones & subsidia Regalia, coacti extrema necessitate Christianissimi nostri Regis Philippi, quæ vrgentibus bellorum necessitatibus, in Fidei & Religionis fauorem accipere compellitur: & quæ dicantur munera t ordinaria & extraordinaria: tradunt Bald. in l. 1. C. de muneribus, & in quo loco, lib. 10. Cinus in l. 1. Cod. de sacrosanct. Eccle. Decius in d. l. neminem, C. eod. tit. cum concordantibus, vt per Felinum in consilio 45. num. 8. Zafium in intellectibus iuris, cap. 20. per totum, lib. 1. Et quod collectæ, quæ imponitur ad bellum, sicut munus extraordinarium, quod appellatur superindictum, tradit Natta in consilio 397. num. 8. libro 2. vbi plura legi possunt ad propositum eorum, quæ hic tractantur, & Rolandus

in consilio 2. numer. 14. libro 4. vbi etiam tradit, quod si in priuilegio immunitatis dicatur, t quod datur immunitas pro omnibus oneribus ordinariis, & extraordinariis, trahitur ad onera bellica, ex Alexandro in l. si ex toto, ff. de legatis 1. Et t quod Principes imponentes pedagia & exactiones sine causa, mortaliter peccent, tradunt Innocentius in capit. innovamus, de censib. Rolandus in consilio 34. numer. 27. libro 3. & in consilio 91. numer. 30. libro 2. vbi etiam tenent, quod tenentur ad restitutionem. Et faciunt quæ scribit doctissimus Matthæus ab Afflictis in constitutione Neapolitan. in proemio, Post mundi machinam, nu. cr. 23. folio 16. Baçca in tractatu de inope debitore, cap. 18. numer. 12. & 13. folio 151. qui inter alia allegat l. 2. & 3. C. quibus in muneribus vel prestationibus, Guillelm. Benedict. in capit. Raynuntius de testament. in verbo, nomine Adelasium, num. 1036. & Chassan. d. c. 4. & facit notabile consilium Natta 63. lib. 2. per totum: & t quod ex pluribus Doctores, stante magna necessitate belli, resoluit Tiraquellus in tractatu de Nobilitate car. 20. numer. 169. pag. 175. Et quod non probata necessitate vel vtilitate alienandi, quæ contractum licitum reddebat, res reducatur in pristinum statum, t ac si contractus minimè fuisset gestus, tradunt Bart. in l. 1. n. 3. C. de prædiis, Decurionum sine decreto, lib. 10. Rolan. in consil. 15. num. 16. lib. 1. Burfat. in consil. 151. num. 120. lib. 2.

Animaduertendum tamen est in ista materia, quod non dicitur alienatio necessaria, illa, t in quam quis sponte se coniecit, vt probatur in dict. l. alienationes, ff. familia eriscund. notant Rota decis. 489. Baldus in consil. 332. numer. 30. & consil. 75. Quidam tutor, libro 1. Nicolaus Boëtius decis. 44. numer. 27. Episcopus Coarruuias libro 2. variarum resolutionum, cap. 16. num. 9. Decif. Pedemont. 167. num. 28. & alij, quos citat Amedeus de Aponte in libro de laudemis, quæstione 27. colum. 2. in fine, Tiraquellus dicta glossa 14. num. 11. Falcon. regul. 316. num. 52. latè Auend. respon. 133. per totum, notanter Menochius de arbitrariis iudicium, lib. 2. dict. casu 182. num. 52. quo in loco, num. 17. cum sequentibus, plura scribit ad probandum qualis debeat t esse necessitas, vt feudum alienari possit. Et plura genera, & species necessitatis, & quando dicatur alienatio necessaria, t vel voluntaria, in actibus iudicialibus, vel extraiudicialibus, tradunt Albericus secunda parte statutorum, quæstione 2. in principio, Afflictis decisione 191. & 354. Alexand. in consilio 52. numer. 4. libro 1. Decius in consilio 60. columna 2. versiculo, licet, Cephalus in consilio 253. cum sequentibus, libro 2. Gozadin consil. 90. num. 15. Ferrara in practica, in forma libelli de actione reali, in versiculo, iustus, ac legitimis titulis, num. 32. Lancellotus in tractatu de Atentatis, 2. parte, capite 4. de attentatis lite pendente, limitatione 8. nu. 8. cum sequentibus, pagina 123. Burfatus consilio 84. numer. 32. libro 1. Et quando dicatur alienatio voluntaria, vel necessaria, t aut actus voluntarius, vel necessarius, post Tiraquel. libro 1. de Retractu, §. 1. gloss. 14. numer. 14. tradunt Petrus Surd. decisione 305. num. 18. cum sequentibus, Amedeus de Aponte in d. tractatu laudemiarum, d. quæst. 27. fol. 34. Petra de fideicommissis, quæst. 8. n. 114. Mantica de coniecturata ment. defunct. lib. 10. titulo 2. nu. 3. pag. 429. notanter Gloss. Paris. parte 2. consuetud. Paris. §. 16. num. 2. folio 113. Menoch. in tractatu de presump. libro 3. presump. 10. num. 13. pagin. 265. Matien. in l. 9. tit. 11. gloss. 1. fol. 384. lib. 5. Recopilat. notanter in ista materia Ofascus decis. Pedemont. 162. Mascardi. in tractatu de probation. lib. 1. conclus. 333. num. 6. fol. 299. Auenda. respon. 13. num. 5

Ex quibus infero confirmationem ad notabilem doctrinam Anguli in l. 12. tit. 6. lib. 5. Recopilat. gloss. 1. num. 15. cum sequentibus, folio 242. vbi resoluit, & vetè iudicio meo, quod archæ datæ per maritum vxori, sunt deducendæ t de Quinto bonorum, cum promissio potius poterat fieri ex vrbanitate, quam ex obligatione; quod nouissimè hodie ex professo disputat Io. Guttier. lib. 3. præcl. 7. 43. pag. 459. ad quem addo Petr. Barbofin

in l. si cum detem, §. si pater, num. 4. pag. 427. ff. solut. mar. rim. p. 2. Roderic. Suar. in titulo de las arras, versiculo, sed pone questionem. fol. mibi. 35. col. 1. & quod t̄ omnis datio in solutum, inspecta origine, dicatur voluntaria, tradit Bursā. in conf. 84. num. 33. & omne quod sequitur ex actu t̄ voluntario, reputatur voluntarium, vt rectè tradit Bald. in conf. 300. verbo, inuestitura, lib. 1. & quod alienatio t̄ necessaria in bonis fideicommissi dicatur, quando ex facto, vel debitis testatoris, qui fecit fideicommissum, bona alienantur, tradit notanter August. Beronius in conf. 15. num. 30. lib. 10. per textum in l. pater filium, in principio, cum ibi traditis per Gloss. Barr. & alios, ff. de leg. 3. §. 1. 3. §. prædium, ff. de leg. 2. l. filius familias, §. Diui, ff. de leg. 1. l. prædium, C. quando decreto opus non est: & quod filius ad necessitatem sua culpa redactus, non possit alienare bona fideicommissi subiecta, tradunt Socius in l. Marcelus, §. res qua, num. 30. ff. ad Trebell. Curtius Iunior in Authent. res qua, num. 31. C. coman. de lega. Menoch. lib. 2. de arbitrariis, d. cas. 182. num. 31. & n. 54. Et t̄ pater in casu necessitatis potest alienare bona filij, l. fin. §. si autem, C. de bonis qua liberis, cum concordantiis adductis per Tiraquell. in l. si unquam, C. de reuocand. donat. in præfat. num. 28. Pinell. in dict. l. 1. par. 3. C. de bonis matern. num. 21. Nattam conf. 179. num. 7. Petr. Surd. in tractatu de alimentis, titu. 7. priuileg. 37. num. 5. fol. 294. Et necessitas t̄ multa operatur, vt per Ioann. Lopium in rubric. de donat. inter virum & uxorem, §. 65. & in textu notabil. 1. §. 27. num. 11. pag. 356. Et causa t̄ necessaria dicitur, vbi agitur de augendo cultu diuino, secundum Hostiensem in summa, vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, Bursatum in consilio 185. num. 13. lib. 2. Et quæ sit t̄ causa necessaria ad alienandum bona fideicommissi, notanter explicat & resoluit Baldus in consilio 20. lib. 2. vbi inter alia tradit, quod t̄ alienationes malè factæ possunt reuocari.

Notandum tamen est, quod Regi non est licitum extraordinaria tributa, aut familia t̄ petere, vbi cumque Rex sua culpa bona propria & redditus consumpsit, secundum Hostiensem, Cardinalem, Henricum, & alios in cap. conquirente, de offic. Delegati, eundem Henricum in cap. cum Apostolus, §. prohibemus, de censibus, Ioann. Lopium in repetit. cap. per vestras, col. 375. versic. Ex quibus inferitur hodie, notabil. 3. §. 27. num. 10. pag. 502. col. 2. Et an Princeps causam t̄ exponere teneatur, vbi cumque aliquod veltigal, vel onus imponit, tradit Innocent. in cap. præterea, de dilat. Oldrad. in conf. 326. Roman. in conf. 493. & alij, quos refert Auendan. in tractatu de exequendis mandatis, cap. 4. num. 4. folio 146.

Ex quibus videtur, quod in nostra limitatione idem dici debet; In hoc tamen cum cautela agendum est, t̄ necessitas præuio examine discuti debet per Dominos de Camera Regali: quia illorum arbitrio hoc committi debet, prout dixi in prima limitatione, supra eodem in vers. Ex quibus omnibus, & probatur in l. cum hi, §. modus, ff. de transact. & in l. magis puto, §. item si Praior, ff. de rebus eorum. Nam si possessor bonorum maioratus ad necessitatem extremam reductus est ob sumptus excessiuos, & propter ludos, & alia similia, nequaquam meretur hoc beneficium: (quod plerumque contingit) argumento dictæ doctrinæ Hostien. & aliorum; & facit, l. 2. §. si quis tamen cum posset, ff. si quis caution. l. bona fides, ff. de post. vbi probatur, quod illis qui propria culpa in paupertatem deuenit, subueniendum non est; & facit quod ex Oldrad. in consil. 294. retuli supra, limit. 1. num. 38. & tradit latissime Menochius in dict. casu 182. num. 39. cum pluribus sequ. Marieng. in l. 1. titu. 10. lib. 5. Recopilat. glos. 2. num. 2. fol. 317. Menochius in conf. 203. num. 36. lib. 3. resoluciones, quod ad hoc alienatio t̄ dicatur necessaria, præcedere debet necessitas, quæ dici non potest, quando habuit initium voluntarium: & Alexand. in conf. 23. num. 1. lib. 1. in eadem sententia, quod omnis alienatio

etiam necessaria, prohibita censetur, quando testator vult, quod res perpetuò sit in familia, quem refert & sequitur Antonius Rubens in conf. 53. Viso elegant. n. 6. Et t̄ indignum est ei subuenire, qui sua culpa aut vitio in egestatem incidit; latè Tiraquell. in l. si unquam, in verbo, bona, num. 5. C. de reuocand. donat. & pro hac sententia faciunt quæ tradit Menoch. d. casu 182. num. 38. cum sequent. pag. 351. vbi plura ad propositum scribit, & lege omnino Caldām Perciram in tract. de reuocat. ad emphyt. q. 16. n. 38. & 39. fol. 125.

Et istis addendum est, quod si testator t̄ permisit bona fideicommissi alienari in aliquo casu necessitatis, talis permissio extenditur ad alios casus similes, secundum Ancharranum in conf. 125. num. 17. de quo per Carolum Ruinum in conf. 93. lib. 1. Bellonum in consilio 29. Marzarium de fideicommiss. quæst. 41. fol. 31. quod etiam dixi part. 1. in quæst. 22. vbi confirmari: facit notabilis lex Partita, quam supra retuli, vltima, titu. 7. part. 5. in vers. O por otrarazon semejante deslas: quibus est addendum, quod alienatio ex causa necessaria dicitur fieri, quando t̄ est facta ob contractum onerosum, licet sit facta voluntariè; & ex causa voluntaria fieri dicitur, quando est facta ob contractum lucratium, Gloss. in l. rem legatam, in fine, ff. de adimendis legatis, quam citat & ponderat Peralta in l. Lucius 1. num. 28. ff. de legat. 2. pag. 249. & pro ea contra Bartol. inducit l. 17. tit. 9. part. 6. iuncta l. 40. eodem titu. quod etiam conuenit ad ea quæ scripti in 1. part. q. 41. in princip. Et qualiter alienatio t̄ necessaria iudicialis permittatur, quæ aliàs non permittitur, tradunt Albericus in d. l. alienationes, ff. fam. ercisc. Tiraquellus lib. 1. de retractu, §. 1. gloss. 14. num. 10. Perrus Barbosa in l. usufructu 58. num. 20. ff. solut. matrim. part. 2. pag. 948. Et quod de necessitate debet apparere t̄ verè, & non presumptiuè, tradit Ofascus consilio 12. num. 40. cum sequentib. Et quod alienatio bonorum maioratus valeat t̄ propter æs alienum, quatenus debita vengeant, & non plus, resoluit per plura Natta conf. 162. num. 2. cum sequentib. lib. 1. quod reputo notabile ad fraudes, quæ excogitantur ad alienandum bona maioratus: & quod t̄ vbi cumque adest prohibitio expressa hominis, & legis, de non alienando, non possit fieri alienatio, etiam in casu necessitatis, tradunt Gl. in l. 2. C. de usucap. pro emptore, & alij, vt per Bursat. in conf. 85. n. 28. lib. 2.

Isti etiam quæstioni conuenit, quod rectè contra Corn. conf. 187. Circa hanc, columna penultima, lib. 2. tradit Rebuff. in l. 2. C. de sententiis que pro es quod interest preferuntur, in l. 2. num. 14. pag. 410. vbi scribit, quod t̄ si testator dedit uxori licentiam, vt possit rem alienare pro necessitatibus suis, non potest sine necessitate rem alienare: & quando alienatio dicatur voluntaria, & quando necessaria: t̄ ultra prædictos, quos supra allegaui, tradunt latè Cephalus consil. 255. num. 6. libro 2. Bursatus consil. 44. numer. 29. & sequentib. Afflictis decis. 191. num. 2. Rodericus Suarez ad hoc omnino legendus in titulo de las arras, num. 37. & 38. Aymon qui citat Suarez in responso pro genero, num. 94. & 95. dict. decis. Pedement. quam etiam refert Suarez 167. num. 2. cum sequentib. Bursatus consil. 34. Gama decis. 277. & 295. t̄ Marieng. 47 in l. 6. titu. 10. gloss. 1. num. 6. fol. 345. lib. 5. Recopilat. Parlador. de rebus quot. cap. 3. num. 43. & prius num. 29. & plura notabilia, melius omnibus tradit Simon de Prætis libro primo de interpret. defunct. volum. interpret. 2. dubitat. 2. solution. 12. num. 10. cum sequentibus, Menochius in tractatu de presumptionib. lib. 3. presumption. 10. num. 13. pagina 265. Mantica de coniectur. ment. defunct. libro 12. titu. 6. numer. 12. & 13. pagina 598. & Iosephus Mascardus dict. conclusion. 127. numero 91. vbi resoluit, qualiter t̄ alienatio facta per viam vltimæ voluntatis, dicatur necessaria; & an credatur Principi attestanti, quod non potuit t̄ subuenire necessitati occurrenti, nisi alienando aliquam rem, quam alienauit, resoluit Andreas de Iernia in tit. qui

qui successores reneantur in cap. 1. de Capitano qui Curiam vendidit; & de controuersia apud paros terminanda, Capicium decis. 166. num. 7. quod reputo notandum, & addo conf. 203. lib. 1. Et quando præsumatur Principem t̄ imponere noua tributa ex iusta causa, tradit Tiberius Decianus in practica criminali, l. 7. titu. 32. num. 29. folio 158. & titu. 32. num. 2. ex Guid. decision. 589. numer. 3. & Lucas de Penna in l. 1. C. de superinducto, libro 10. num. 11. Alciatus in l. placet, num. 9. C. de sacrosanct. Eccles. & quod credatur Principi assentire se imponere collectam propter iustam causam, volunt Barbarius in conf. 1. libro 3. Natta conf. 48. num. 39. lib. 3. Iosephus Mascardus in tractatu de probat. lib. 1. conclus. 128. num. 13. folio 159. Roland. in conf. 1. num. 190. libro 2. idem Mascardus lib. 3. conclus. 1238. num. 13. Rolandus conf. 1. num. 84. libro 1. Natta conf. 438. num. 39. lib. 2. Azeued. in l. 1. titu. 11. lib. 6. Recopilat. Auend. de exequend. mandatis Regiis, libro 2. capit. 4. num. 2. Marinus Freccia de subfendis, libro 2. auctorit. 15. num. 4. fol. 331. quod videri meo t̄ sola attestatio Principis non sufficeret, nisi alia concurrant, cum agatur de præiudicio Tertij, ex his quæ scribunt Alciatus in tractatu de presumption. regl. 3. presumption. 8. Menochius lib. 1. de arbitrariis, quæst. 9. num. 20. Et quod alleganti necessitatem adeste, t̄ incumbat onus probandi, probatur in cap. non liceat l'apa: 12. quæst. 2. vbi Præpositus, & in cap. 1. vbi Gloss. de rebus Ecclesie, paginæ 126. num. 66. Bursatus in dicto consil. 185. num. 24. Et quod in arbitrio Iudicis consistat, qualis t̄ debeat esse necessitas, ob quam permittantur aliàs non permittitur, tradit Menochius de arbitrariis, casu 451. num. 8. Et quod distent in ista materia, t̄ immunitatem fuisse concessam ex priuilegio, vel liberalitate, vel concessam fuisse ob contractum, ostendunt Ioannes Baptista à Sancto Seuerin. in l. omnes populi, num. 186. ff. de iustitia & iure, Natta in conf. 397. num. 9. lib. 2. Neuzan. consilio 66. num. 44. Roland. in conf. 13. num. 31. libro 3. Menochi. in supra allegato consil. 156. num. 33. libro 2. Bursatus in consilio 16. num. 47. Natta in conf. 397. num. 34. libro 2. Et qualiter t̄ subditi releuandi sint à collectis & subsidiis necessitate cessante, tradit Iosephus Ludouicus post alios quos citat, decis. 41. num. 10.

LIMITATIO VI.

An bona maioratus modici valoris & utilitatis alienari possint.

SUMMARIUM.

- 1 Res maioratus modici valoris alienari possunt.
- 2 Rex an possit donare bona regni modici valoris, & n. 11. & 12. Auctori sententia, n. 16. 17. 21. 22. 23. 24. 27. & 39. An ad id teneatur iuris solemnitates obseruare, n. 28. & 30.
- 3 Donatio quando dicatur modica.
- 4 Prelato licet alienare res parui valoris, & n. 9.
- 5 Res restitutioni subiecta, tempore tamen peritura alienari possunt.
- 6 Et quid in fideicommissio.
- 7 De exiguis non esse curandum, per exempla & remissiones docetur, & n. 8. & 11.
- 13 Princeps an possit alienare rem regni sui quoad vile dominium, sicut bona regni alienare non potest, ita nec subuertere, n. 19.
- 14 Venditio facta pro modico pretio an dicatur donatio.
- 15 Pro modico debito non debet quis carcerari.
- 18 Capiti tanquam digniori reliqua membra subalternantur.
- 20 Regalia sunt sicut Corpus, à quo sublato vno membro, monstruosum remanet.
- 25 Plures donationes diuersis temporibus eidem persona factæ an considerentur vt vna donatio, aut vt plures.

- 26 Contra officium Imperatori deputatum est Imperium scindere.
- 29 Intellectus ad l. 3. titu. 9. libr. 5. Ordinum.
- 32 In respicientibus iustitiam an parua attendantur.
- 33 Solennitas qua requiritur in alienanda tota re, requiritur in parte.
- 34 Vniuersitas comparum ladiitur, an possit Princeps aliquid a tribuitis immunem facere.
- 35 Magna, vel parua quantitas quando dicatur.
- 36 Persona dantis, vel recipientis, est consideranda, vt dicatur licita donatio, & n. 38.
- 37 Vilitas magna vel parua ex qualitate persona colligitur.
- 40 Alienatio ad solutionem debitorum que contraxit ille qui maioratum fecit permittitur.
- 41 Bona alienari prohibita, vt vendi possint, que requiruntur.
- 42 Licentia data ad distrabendum bona maioratus, presumitur cum iusta causa concessa, & n. 46.
- 43 Princeps presumitur quod iuste derogauit fideicommissio. Et qualiter de hoc debeat apparere, n. 47.
- 44 Causa non requiritur in Principum dispositionibus, quia Princeps & Ratio sunt idem.
- 45 Princeps dicitur imitator Dei.
- 48 Verba debent restringi, vt minus derogent iuri communi.
- 49 Princeps quando presumatur Tertio præiudicare velle.
- 50 In Principis concessionibus semper intelligitur clausula, saluo iure alterius.
- 51 In gratia seu rescripto intentio concedentis attenditur.
- 52 Princeps cum potest vt iure communi, aut speciali, videtur iure communi vti.
- 53 Principis nuda facultas non sufficit ad iustificandum alienationem bonorum maioratus, nisi aliter de causis constet, & n. 55. & 56. Et in hoc Principi non creditur n. 57. & 59.
- 54 Auctoritas Episcopi non sufficit in alienatione rerum Ecclesie absque causa cognitione.
- 58 Iusta causa in Principe non presumitur, quando vult ea reuocare, ad que est de iure naturali, & el genium obligatus.
- 60 Bona maioratus quando presumantur fuisse cum utilitate alienata.
- 61 Testatoris preceptum, quod bona maioratus non possint alienari cum Regia facultate, est inefficax.
- 62 Testatores non possunt prohibere prescriptiones respectu extraneorum in contractu vel testamento. Nec interpretationem iuris iudicalem, n. 65. An possint prohibere, ne filij legitimetur in præiudicium substituti, n. 66. Aut quod Princeps non possit testamentum & vltimam voluntatem mutare, n. 77.
- 63 Iuri publico pactis priuorum derogari non potest.
- 67 Manus Principis ligari nequeunt.
- 68 Lex nihil iniustum exequitur.
- 69 Capellania fundator non potest in fundatione facta contra Canones apponere.
- 70 Rex à regendo dicitur.
- 71 Et potest agere omnia que pertinent ad regni administrationem, & vassallorum utilitatem.
- 72 Possessor maioratus an liberetur à pena iniuncta à fundatore contra alienantem bona maioratus, si facultatem impetret facta mentione de tali prohibitione, & num. 74.
- 73 Dispensationem impetrare videtur qui illa utitur, licet Motu proprio non sit concessa.
- 75 Princeps an possit derogare iuri primogenitura semel per donationem acquisito? sub distinctione traditur.
- 76 Alienatio in bonis subiectis fideicommissio qualiter valet.
- 78 Prohibitus relinquere an censetur prohibitus alienare.
- 79 Reges possunt donare bona quæ à Sarracenis in bello ceperunt.
- 80 Et donare bona regni illis personis quæ sunt de genere.

- 81 Rem propriam non cogitur quis vendere.
- 82 Quid favore rerum Ecclesia, vel Religionis.
- 83 Quid in rebus maioratus.
- 84 Quid in bonis emphyteuticis.
- 85 Filius qualiter possit bona maioratus alienare pro arribus constituendis.
- 86 Si in concessione Principis de Regaliis facta, aliqua ex Regalibus excipiantur, cetera concessa videntur.

Extò limitatur prædicta generalis conclusio in principio huius quartæ partis fundata, nisi t̄ talis facultas detur ad alienandum rem aliquam modici valoris, aut utilitatis; quod probatur in cap. intellectu, de iure iurand. ubi licitum est Regi donare rem Regni, modico valoris; t̄ nec per hoc dicitur contrahere iuramento, quod fecit, non alienaturum se res Regni: quem textum ad hoc notant ibi Innocentius & Baldus num. 4. & Abbas num. 7. Speculator in tit. de instrument. editio. §. nunc autem, in fine, cuius sola ductus auctoritate, idem tenet Paulus Caltr. in conf. 70. incipien. Quia frustra, num. 7. libr. 1. Bart. in l. prohibere, §. plantè, num. 5. ff. quod vidant clam, ubi refert textum, qui ab aliis ad hoc adducitur in cap. Abbatè sanè, de re iudic. in 6. qui loquitur de quadam donatione facta à Rege Aragoniæ, vt etenim ex illo textu deducitur, quia fuit in modica quantitate valuit, idem tenet Ias. qui solum Bart. refert, in l. debitorum passionibus, num. 7. C. de pactis; & in vrbis feudorum num. 77. latius in conf. 1. n. 2. lib. 4. & in consilio 56. Redemptoris nostri, num. 1. libro 1. & in conf. 227. Carolus olim illustriſſimus: lib. 2. per totum consilium, Felin. in cap. 1. num. 5. de probat. Anton. Corset. in tract. de potestate Regia, par. 4. num. 26. & par. 5. qu. 1. num. 4. Castald. in tractat. de Imperatore, q. 204. num. 3. Menoch. in conf. 2. num. 274. & 276. lib. 1. Gregor. Lopez in l. 8. tit. 1. part. 2. verbo, A quon quis fieri, facit cap. ceterum, de donation. Ioann. Garcia in terminis, & latè, tractat. de nobilitate, gloss. 1. §. 1. nu. 13. fol. 41. quibus addo Petrum Rebuff. in tract. de alienatione rerum Ecclesie, n. 24. pagin. 72. omnium tractatum, & vide illum num. 60. Barthol. Socinum in consilio 208. num. 4. libro 2. Ripam in consil. 80. numer. 51. ubi tradit, quando t̄ sit modica donatio Nauarum in extraneis, de dat. & promiss. num. 17. pagina 14. resoluente, quòd in omni materia paruitas rei excusat à peccato mortali, & dicit Ioannes Andreas in cap. grandi, de supplic. neglig. Pralat. lib. 6. quod licet Prælatus iuret, t̄ quod nihil alienabit inconsulto Pontifice de bonis Ecclesie; non rescindit iuramentum, nec venit contra illud, alienandò aliqua bona Ecclesie in modica quantitate; idem tenet Abbas in dicto cap. intellectu, idem & Imol. in cap. cum super de rebus Ecclesie non alienand. idem Abbas in cap. 1. de his que fiunt à Pralat. sine consensu Capit. numer. 8. folio 66. Iason. in tit. qui feud. dare poss. num. 21. facit textum in cap. terrulas, 12. quæst. 2. & in authent. si quas ruinas, C. de sacrosanct. Eccles. quos exornat Socinus in tractat. fallentiarum, regul. 110. & de intellectu textum in dict. capit. ternulas eleganter agit Rebuffus in tractatu de alienatione rerum Ecclesie, num. 60. pagina 78. ubi resoluit illum textum non remittere solemnitates requisitas de iure ad alienandas res Ecclesie.

Et quòd res subiectæ restitutioni, t̄ & tempore peritura, alienari possunt, probatur in l. mulier, §. sed enim, ff. ad Trebellianum, & voluit Gloss. ubi Ias. nu. 6. in l. Marcellus, §. res que, eodem titulo, & Andreas Gaill. observationum libro 2. observatione 137. num. 12. pag. 252. faciunt tradita per Felinum cons. 42. num. 14. Rubuffus in l. proprie bona 83. pagina 527. ff. de verborum significat. Et res subiectæ t̄ fideicommissio, quæ sunt tempore peritura, possunt alienari; ita tamen vt alienans pretium illarum restituere teneatur, secundum Romanum, per illum textum, in l. pro herede, in princ. num. 21. ff. de acquir. hered. Mantuicam de coniectur. ment. defunct. lib. 7. tit. 8. num. 22. pag. 280. & vassallus pro tenui feudo non potest grauari seruitio, secundum Matthæum ab Affli-

ctis in praludio feudorum, num. 43. Menochius de arbitrariis iudic. libro 2. casu 214. num. 4. qui consumat: & an possit alienari res subiecta fideicommissio, si sit sterilis? declarat Carol. Ruin. l. qui quadragesima, §. 27. ne nu. 1. pagin. 313. ad Trebell. & est textus expressus in l. 4. tit. 14. part. 1. & melior & expressior in l. 5. eodem titulo, & est bonus textus de non alienandis aut permittent. reb. Ecclesie, §. alienationes, & §. emphyteusis, quæ iura declarat Glossa Parisiens. in secunda parte consuetudin. Parisiens. in princ. num. 32. folio 7. & faciunt rotata in cap. ceterum, de donat. & quod scribit Albeticus in 1. par. statutorum, quæst. 147. quem refert Iaso in l. filius familias, §. Dini, numer. 40. ff. de leg. 1. & l. Senatus, §. Marcellus, ff. de legat. 1. ubi probatur, quòd t̄ licet quis prohibeatur donare ea quæ domibus affixa sunt; prohibitio tamen non extenditur ad modici pretij res, ubi hoc notant Imola, Alexand. & Alciat. libro primo, de verborum significatione, pagina 40. Romanus singul. 330. conuocit textum omnibus notis in l. 2. ff. de in integrum restitutione, in quo probatur non esse curandum t̄ de minimis, de quo Bart. in l. in rebus, §. possunt, nu. 2. ff. commodati. Bald. in cap. cum adò, num. 5. de rescriptis, & in l. 1. §. sciendum, ff. de edit. edict. latè Ias. qui quatuordecim dicta cumulauit in l. sciendum, ff. qui satisfare cogantur, Felinus in cap. cum dilecta de rescriptis, latissimè Tiraquellus qui de hoc integrum tractatum edidit de rebus exiguis in iudicio exigendis, ubi ad futuritatem multa reperies ad propositum illorum, quæ hic tractantur: & facit tractatus Cosseti de minimis; & factum rei parui valoris non obligat ad restitutionem secundum S. Thom. 1. 2. quæstion. 88. num. 5. & 6. & alios quos citat Matienço in l. 16. titulo 11. libr. 5. Recopil. gloss. 2. num. 2. folio 391. Et Prælatus potest t̄ renunciare priuilegium Ecclesie, si damnus sit paruus, & non enorme, secundum Innocent. in capit. accedentibus, de priuilegiis, Abb. in cap. veniens, de prescrip. num. 21. folio 43. & in modicis præsumitur, donatio, cap. & si quæstionis, de simonia. l. virum ff. de donation. inter virum & uxorem, tradit Mascardus in tractatu, de probatione libro 1. conclus. 44. num. 37. & conclusio. 554. num. 45. & conclus. 872. num. 7. Sed de intellectu vero ad dict. l. Seio, videndus est Pinellus in l. 2. C. de rescind. vendit. 1. par. num. 25. & 26. & ibi citatur Couar. quibus adde Iason. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 2. ff. de verborum obligat. Decium in cap. cum venisset, num. 6. de iudiciis, Gloss. Paris. in 2. par. consuetudin. Parisiens. §. 55. gloss. 2. fol. 193. Et dispositio authentica præterea, C. unde vir & uxor, procedit, quando t̄ dos mulieris est parua, sicut si nulla dos fuisset, secundum Baldum & Salicetum in dict. authent. Barthol. Socin. in consilio 121. n. 11. & 32. libro 4. Cellum consilio 4. num. 11. & 12. Mantua. consil. 145. num. 8. Rolandum in consilio 14. num. 20. lib. 3. & Rebuff. tom. 2. ad constitutiones Regias, titulo de donationibus, articulo 1. gloss. 1. num. 29. pag. 372. ausus est dicere, quòd in rebus mobilibus non est necessaria insinuatio.

Tandem Tiraquellus in dict. tractat. pagina 73. tradit conclusionem supra firmatam, scilicet esse licitum Regi t̄ alienare rem aliquam Regni, si ex tali alienatione Regno paruus præiudicium futurum est; & idem latissimè tradit Barthol. Socinus in consilio 4. libro 3. num. 19. Andreas de Isernia Abbas, Oldradus, & alij, quos refert Matthæus de Afflictis ad consil. Neapolitan. folio 13. quæstione 24. per totam, & in rubrica de prestand. iurament. num. 11. Felinus in cap. ad audientiam, col. 2. de rescriptis, Gomezius in s. item Seruiana, num. 44. de actionibus, Marcabru. de Anguill. cons. 55. num. 97. Alexand. in cons. 1. numer. 18. 28. & 30. libro 5. Augustinus Berroius in cons. 130. num. 45. lib. 2. Ripa libro 2. responsorum, cap. 1. num. 51. Ioann. Igneus in l. donationes quas Diuus, num. 26. C. de donation. Corderus de excellen. Regis, quæst. 4. Decius cons. 191. Suarez allegat. 7. Gregor. Lopez in l. 13. tit. 9. par. 6. Cephal. cons. 155. num. 28. Et quòd Regalia possint alienari per t̄ Principem, quando de alienatione non resultat magnus præiudicium, detrimentum, & diminutio

diminutio iurisdictionis Regalis, vel Principis, concludunt Andr. de Isern. Ioann. Andr. Afflictis, Lucas de Penna, Ias. quos citat Siluanus in dict. consil. 96. num. 16. & 17. Capicius de cl. 121. num. 5. & legi debet Ioan. Franciscus in tractatu de Baronibus, pragmatica 8. parte 1. num. 75. pag. 184. ubi quis de necessitatibus belli ad vendenda iura Regalia, & plura specialia in his quæ sunt pauci præiudicij, scribit Aymon in cons. 182. num. 15.

Et idèd Princeps potest t̄ alienare rem aliquam Regni sui, quoad vile dominium, si credendum est Bald. in cons. 324. Quæritur vtrum Papa, lib. 1. & voluit Alexand. in cons. 1. num. 18. lib. 5. Decius in cons. 191. Aymon in cons. 54. Carol. Ruin. in cons. 93. num. 3. libro 1. Natta in cons. 112. num. 2. & 12. lib. 1. Syluan. in cons. 16. num. 16. Egidius Bossius in prædic. crimin. tit. de Principe, num. 84. & titulo de Regaliis, tit. 42. & alij, quos citant Anton. Gabriel lib. 3. communium opinionum, titulo de iure quæstio non tollend. conclus. 5. num. 41. Menoch. libro controuersiarum cap. 4. in principio, & cap. 5. num. 3. Bursat. in cons. 160. num. 80. lib. 2. Et venditio facta t̄ pro modico pretio habito respectu ad rem venditam, dicitur donatio, vt ex pluribus Doctoribus resoluit Tiraquellus in l. si vnquam, C. de reuocand. donation. in verb. donatione largius 2. pag. 186. & pro modico debito t̄ quis non debet carcerari, l. Diuus, §. Vestasianus ff. de iure patronat. ad quod plures citat Baçca in tractatu de inope debitor, cap. 12. num. 6. & 10. fol. 87. & facit insignis casus in l. si quando, C. de oper. public. & quod notat Iaso, in cons. 73. colum. 4. lib. 3. & horum sententia tanquam communior est sequenda, quam etiam probat Molin. lib. 1. de primogeniis, cap. 3. nu. 18. fol. 15. licet contrarium quod Princeps etiam in modico t̄ quodpiam disponere non possit de bonis Regni teneat Bald. in pralud. feudorum, num. 32. versiculo, expedita, & ibi Prapostus, num. 21. in cap. ego Luduicus, 63. distinctione, & alij, vt per Gloss. Parisiens. qui hos sequitur contra Alexand. ibi in cons. 1. num. 19. in addit. quæ incipit, Modicum, lib. 5. & idem tenet in consuetud. Parisiens. part. 1. §. 2. gloss. 4. num. 17. fol. 59. quorum opinio t̄ semper mihi visa fuit in iure verior, tam per regulam leg. que de tota, ff. de rei vendic. quam quia ad hoc daretur locus immodicis etiam donationibus plebisque à Regibus factis, facile maxima pars Regni alienaretur, quod contra omne ius & rationem est; & Capiti tanquam digniori cætera t̄ membra subalternantur, l. cum in diuersis, ff. de relig. & sumpt. funer. & idem iuris est in membris, quod in Capite, cap. 1. 16. q. 2. cap. cognouimus, 12. q. 2. casus singularis in cap. Synodo, 63. distinctione.

Et sic Princeps t̄ non potest alienare bona Regni, ita nec subuertere, l. si optio, ff. qui & à quibus: cap. 1. quæ sint Regalia, notant Ias. in consil. 1. col. 3. lib. 1. & in consil. 10. in fine, lib. 3. Rebuff. in Concordatis, rubrica de collat. pag. 259. & Regalia sunt sicut t̄ Corpus, à quo sublato vno membro remanet monstruosum, secundum Albericum in l. bene à Zenone, C. de quadrien. prescript. & idem voluit Bald. in praludio feudorum, num. 8. Andr. de Isernia in constitutione Regni, col. 2. versiculo, ubi autem, & alij, quos citat Roland. in cons. 1. num. 126. lib. 2. ubi refert Ioan. Lop. in rubrica, de donationibus inter virum & uxorem, §. 81. num. 7. pag. 293. & Principem non posse alienare bona Regni, etiam in parua quantitate, tenet vltra prædictos Barth. Socin. in consil. 7. num. 6. lib. 3. pro quibus facit, quia ea quæ per particulas sunt, t̄ tunc non operantur, quando intelligi non potest quid per partes crescat, vel decrescat: nam si hoc percipi potest, earum est habenda ratio, & eundem effectum operantur, l. adeo, §. præterea, ff. de acquir. rerum dominio, §. præterea quod per alluionem, Inst. de rerum diuisione, l. 1. C. de alluion. lib. 26. tit. 28. part. 3. ibi: Poco à poco, de manera que no pueden entender la quantia.

Et ad hanc conclusionem facit, quia ubi permittitur donatio in parua quantitate, intelligitur dimi-

modo ex tali donatione patrimonium non diminuat; ad quam conclusionem est text. notabilis in d. l. 5. tit. 14. part. 1. ibi: E tales donaciones, quando las fizieren, deuenias fazer con otorgamiento de sus cabildos, ca de otra manera no valdria, si no en su vida del que las fiziese, fueras ende si fueren fechas de pequeñas cosas, e menudas, assi que no se menoscabassen las cosas de las Iglesias por ellas. Ponderandum igitur est illud verbum, menoscabassen, ex quo patet, t̄ quod ubi adest diminutio, donatio neque in modico fieri potest; & si aliud diceremus, daretur occasio, quod si vnus Rex faciat multas donationes, quarum quælibet de per se Regnum multum non læderet; sed simul iunctæ: quòd tales donationes essent validæ, quod est contra ea, quæ supra scripta sunt: Et contra legem 1. & 3. C. de inofficios. donat. quæ ad hoc sunt notabiles, & quod si omnes donationes coæruatæ sint excessiue, Rex eas non possit t̄ facere, contendunt Lucas de Penna in l. quicumque, C. de omni agro deserto, lib. 11. Imola in c. 2. de donation. Matthæus de Afflictis in consil. Neapol. in proemio. in parte, Vigesimoquarto quæro, num. 6. fol. 3. Roland. in consilio 1. num. 123. & 124. lib. 2. & contrarium, nec tyronibus in hac scientia persuaderi potest; pro quibus facit quod scribunt Cifuentes, & Tellus num. 2. in l. 27. Tauri, ubi volunt, quod si ex pluribus minutis donationibus factis filiis, fiat aceruus, imputantur in Quintum: & confirmat ibi Matienço, gloss. 3. num. 2. fol. 162. hodie l. 12. tit. 6. lib. 5. Recopilat. quod tradunt Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus, C. de inofficioso testamento, in fine, pag. 235. Gregor. Lopez in l. 8. titulo 4. part. 5. in gloss. in verbo, en vida, post principium. Et confirmo t̄ per text. in l. Sancimus, §. si quis autem, per illum text. à contrario sensu, C. de donat. & doctrinam Bartoli in l. Modestinus, ff. eodem titulo, Alexand. in l. plures, ff. de pactis, & concordantium, quæ citat Anton. Gabr. lib. 3. communium opinionum, titulo de donat. conclus. 1. num. 14. pag. 192. & legendus est in eadem conclusione, num. 33. & 34. & Tell. in l. 28. Tauri, in fine, & ibi Angul. num. 20. fol. 44. qui distinctionem ponit magis æquam, quam iuridicam.

Qua in re est animaduertendum ad aliam conclusionem, quam scribit Anton. Gabriel dict. titulo de donatione, conclus. 1. num. 33. ubi tradit, quod quando plures t̄ donationes fierent diuersis temporibus in eandem personam, non sunt considerandæ sicut vna, sed plures, ad effectum insinuationis, per leg. Sancimus, §. si quis autem, C. de donat. & text. iuncta Gloss. 2. in l. Modestinus, ff. de donat. Ioan. Igneum in Auth. ex causa, C. de lib. præteriti, & ad omnes addo Tiraquell. in l. si vnquam, C. de reuocand. donat. in verbo, omnia vt partem, num. 33. & 34. pag. 178. qui notanter loquitur, & Ayoram de partitionibus, part. 2. quæst. 35. num. 31. fol. 122. & ista confirmatur per notabilem doctrinam Albertici in l. bene à Zenone, num. 30. C. de quadrien. prescript. ubi inquit, quod contra officium deputatum Imperatori, est, t̄ scindere Imperium; qua enim ratione possit vnam partem alienare, eadem & aliam, & sic singulas; & ex hoc Imperium ad nihilum reduceretur; quod esset contra publicam utilitatem, pro qua fuit institutum Imperium, quod expedit vt sit locuplex, ex Authentico, vt Iudices sine quoquo suffragio, §. cogitatio.

Sed sequendo communem opinionem, adò procedit prædicta conclusio, quæ habet, licitum esse Regi t̄ alienare aliquid de suo Regno, modò non lædatur grauitè Regnum suum, quam omnes tenent, quod, Reges id possunt facere, t̄ non seruatis iuris solemnitatibus, vt probat Tiraquell. in tractatu de Primogeniis, quæst. 35. num. 19. pag. 228. refert l. donationes, C. de donationibus inter virum & uxorem, & l. Sancimus, C. de donationibus, & cum dict. l. Sancimus, concordat. l. 9. tit. 4. part. 5. Pro qua sententia faciunt scripta per Bursatum in consilio 225. numero 47. libro 2. quæ doctrina notabilis est t̄ ad intellectum text. in dict. l. 3. titulo 9. libro 5. Ordinarum. Pincia condita, quæ requirit certas solemnitates ad hoc, vt Regi licitum sit

fit alienata, vel donare bona Regni; præcipue, vt quosdam recipiant Consultores, vt latius in d. l. canetur: Nam attenda doctrina *Tiraquelli*, vbi donatio, vel alienatio est in modica quantitate, non est necessarium seruare ÷ solemnitates prædictæ legis *Pincia*. Pro quo facit quod scribit *Abbas in dict. cap. vt super, num. 14. folio 76. de rebus Ecclesiæ*: vbi dicit, quod in alienatione rerum Ecclesiæ modici valoris, sufficit tacitus consensus Capituli; & idem tenet in *cap. 1. num. 8. folio 65. de his que sunt à Prelatis*, & multa, quæ perantuntur ÷ vbi agitur de modico præiudicio, tradit latè *Aymon Craucta in conf. 182. num. 13.* cum alijs, ad quem iungo *Domini Anton. de Quesada, ad fatieratem, questio. 13. num. 3. fol. 48. columna 2. & 3.* licet in contrarium faciat, quod in respicientibus iustitiam, ÷ etiam parua attenduntur, l. *in maioribus, C. de appellationibus, Bar. in l. si proprietarius, ff. de damno infecto, Arius Pinel. in rubrica de rescindenda venditione, num. 7. in versiculo, Ego autem puto, & num. 24. in versicul. antequam verò*, vbi dicit, quod in respicientibus iustitiam, etiam parua attenduntur; & quod notat *Brenus in tractatu, de Statu. exclud. femin. 9. articulo principali, questione 12.* vbi inquit, quod vbi tractatur de auferendo ius alterius, de minimis est habenda ratio sicut de magnis; quæ duo dicta satis mihi dubia videntur, attentis superioribus, & l. 5. titulo 10. de las donaciones, libro 5. *Recopil.* quæ in hoc videntur firmari. Quibus conuenit quod ÷ solemnitas, quæ requiritur in alienanda tota res, requiritur in parte, l. cum ÷, §. si vni, vbi *Iaso, num. 1.* post alios, ff. de transaction. & quod minimum est in consideratione, quando sumus in concessione, seu dispositione secundum ius commune, probatur in l. 1. §. illud non interest, ff. de coniungend. cum emancipato liberis: & in alijs iuribus, vt per *Quintilianum Mandosium in regula Cancellaria, regula 15. reservationis, questione 16. num. 12. folio 87.* & hæc etiam adiuuant doctrinam *Ioan. Andr. in capit. 2. de immunitat. Ecclesiæ*, vbi inquit, quod Princeps potest facere aliquem immunem à tributis, notat *Tellus in l. 3. Teuri, parte 3. num. 21. folio 9. columna 2.* modo vniuersitas, ÷ vbi est ille qui contribuere tenebatur, non multum lædatur ex tali priuilegio; quam questionem latè disputat *Gregor. Lopez in l. 6. in glossa magna, titulo 27. part. 2.*

35 Quando autem dicatur ÷ magna quantitas, vel parua, ad hoc, vt licita sit alienatio facta per Regem, vel possessorem maioratus Regali facultate; arbitrio Iudicis relinquendum est & habita ratione illorum, ad quos spectat has alienationes permittere, l. 1. ff. de iure delib. & casus in quibus aliquid arbitrio Iudicis relinquatur, exponunt *Bald. & Iaso. in l. si ita quis, §. Scia cauit, ff. de verborum obligation. num. 1. folio 216.* & idem *Iaso, in l. 2. num. 44. C. de iure emphyt. Hippolyt. in l. Cornelia, num. 4. ff. ad legem Cornel. de scariis*, latius in l. questionis modum ff. de questionibus, *Corset. in dict. tractatu, de Minimis, num. 2.* *Decius in cap. sedes, num. 7. de rescriptis*, & in *cap. si pro debilitate, nu. 5. de officio Delegat.* *Tiraquel. in l. si unquam, in verbo omnia, C. de reuocand. donat.* hodie omnium latissime *Menoch. de arbitrarijs iud. per totum lib.*

36 Et qualiter dicatur magna, vel parua quantitas ad hoc, ÷ vt licitum sit de illa disponere; est inspicienda persona dantis, vel disponentis; textus est & Glossa vbi *Bar. in l. sed si suscepit, §. si libertus, ff. de iudicijs* Glossa in l. illicitas, §. ne tenuis, in verbo, lumine, ff. de officio Præfidis: & deducitur ex *Bar. in l. admonendi, columna penultima, in versiculo, & est aduertendum, num. 54. ff. de iureiurando, & authent. minoris, C. qui dar. tut. possunt*, & *Matthæus ab Afflictis*, qui loquitur in donatione Principis in rubrica, quæ sunt Regalia, num. 15. folio 331. & notat *Decius in cap. de appellationibus numero 6. & 7. de appellation. Glossa in authentica, nisi breuiore, C. de sentent. ex breuior. recitand.* *Iaso. in l. si constante, num. 1. 8. ff. soluto matrimonio*, *Purpurat. in l. cum quid, num. 124. ff. si certum petatur*, *Alciat. in l. hac adie-*

lio, columna 378. ff. de verborum significatione, *Corneus consilio 81. num. 3.* *Iacobus Alban. consilio 61. num. 32. parte 1.* *Mascard. in tractatu de probation. libro 3. conclusionem 1226. num. 10.* *Rijâ responso 80. num. 52.* qui loquitur in donatione facta per Regem Francia; *Quintilianus Mandosius in tractatu iurisdictionis confirmatoria, folio 35. columna 1. & 2.* & facit notabilis l. 3. titulo 17. part. 2. in versiculo, la segunda; & l. 10. & vltima, titulo 27. ead. part. & vtilitas ÷ magna, vel parua, colligitur ex qualitate personæ, vt per *Aymonem in tractatu de antiquitate temporis, parte 4. num. 33.* *Mascard. in tractatu de probat. libro 1. conclusionem 97. num. 18. folio 85.* quem refero in principio secunda partis, num. 237. & notat in specie *Decius consilio 289. num. 3. versiculo, non obstat successione*, vbi tractat de quodam legato facto, per *Domini Regem Ferdinandum Catholicum Reginae Ioannæ*, quod ex qualitate legantis debet ampliari; & vide textum singularem in *cap. ceterum, de donationibus*, vbi attenda loci consuetudine, est iudicandum, an donatio sit in parua, ÷ vel magna quantitate, ad quem addo bonum textum in l. 2. titulo 20. part. 4. ibi: *Dandoles segun su poder, ÷ segun la costumbre de la tierra*, *Matthæus ab Afflictis decisione 305. num. 6.* & secundum prædicta intelligenda sunt quæ de donationibus factis per maritos de bonis constante matrimonio acquisitis, tradit *Petrus Barb. in l. 1. ff. soluto matrimonio, parte 6. n. 42. pag. 207. num. 8. folio 85.* an valeat, vel non donatio.

Et de Principe ÷ aliquid concedente; quod cum priuato non sit comparandus, notat *Albericus in l. vltima, columna vltima, C. de rebus creditis*, pro quo facit *dict. l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscriptione*: & donationes factæ à Regibus, vel à Nobilibus, aliter sunt iudicandæ, quàm donationes factæ à particularibus, vt latius tractat *Tiraquel. in l. si unquam, in verbo, donatione largitus, num. 84. pagina 111.* quem lector videat *num. 81. 86. 123. & 137.* & in tractatu de Nobilitate, *cap. 37. num. 50. pagina 533.* & qualiter censetur derogata solemnitas, & forma dictæ l. *Pincia*, lege quæ scribo supra, parte 1. questione 3. & questione 43. quæ notanda sunt pro intellectu prædictæ legis. Ad quæ addo elegans consilium *Guid. Papæ 61 per totum*, & quod si Princeps promisit non alienare aliquam villam, vel locum, non teneatur præcisè obseruare contractum, sed teneatur ad interesse, si alienauerit locum, vel villam, tradit noranter *Abbas in consilio 3. num. 12. lib. 2.* quod ad multa refert scire. Quibus etiam est addendum quod in priuilegio Principis, non valeat clausula derogatoria potestatis, nec de ea est facienda mentio, vt probat *Aymon consilio 126. numer. 4.* quod etiam est notandum pro intellectu dict. legis de *Valadolid.*

Septima causa alienationis est, vbi cunque bona maioratus ÷ alienantur ad soluenda debita, quæ forte contraxit ille, qui maioratum fecit, ad solutionem aliarum rerum, quæ ad constituendum maioratum emit (prout plerumque contingit) quia homines sperant de suis facultatibus plus quam quod in illis adest; quod probatur in *cap. ad nostram, vbi Abbas, de rebus Ecclesiæ, num. 3. notabili 2. folio 77.* de quo legatur *Molina libro 1. de primogenijs, cap. 10. num. 2. folio 74.* & libro 4. cap. 6. num. 1. folio 163. & facit scripta per *Iosephum Mascard. in tractatu, de probat. libro 3. conclusionem 1237. num. 44.* qui omnino legendus est num. 54. Et hoc maxime procederet, quando ex debitis census soluerentur, qui sunt venenum facultatum hominum, facit l. alienationis, ff. famil. ercisc. l. 6. titulo 8. part. 3. l. 4. titu. 5. part. 5. l. 8. titu. 13. eadem par. l. 18. tit. 16. par. 6. quæ concedunt facultatem alienandi res minorum propter debita, quæ defunctus reliquit; & facit l. 1. titulo 14. part. 1. quæ tractat de alienatione rerum Ecclesiæ, l. pater filium, in princ. ff. de leg. 3.

Tria tamen, inter alia plura, sunt ÷ necessaria ad hoc vt vendi possint bona alienari prohibita. Primum, quod non sufficit esse æs alienum, nisi creditores virgeant.

Secundum,

Secundum, quod pro paruo debito non vendantur res magni valoris. Tertium, quod non reperiantur alia bona, ex quibus debitum solui possit. Nec sufficit in isto casu assertio emptoris, qui dicat, alia bona non fuisse, vt hæc omnia resoluit *Hieron. Gabri. in conf. 118. nu. 5. cum sequentibus*. Hæc sunt principales causæ ad cognoscendum quando sit licitum, facultatem dare ad alienandum, vel obligandum bona maioratus, quibus cognitis, ad alias facilius via aperitur; dummodo scopus sepe dirigitur, vt non passim facultates ad hoc concedantur, quia ex illis non rectè sunt defunctorum voluntates; & publica vtilitas, quæ resultat ex constitutione maioratum, maxime læditur.

42 Notandum tamen in his est, quod est ÷ præsumptio pro licentia data ad distrahendam aliqua bona de maioratu, quod ex iusta causa fuit concessa, quia in Principe semper præsumitur iusta causa, vbi dispensat, secundum *Cinum, & Bald. in l. rescripta, C. de precibus Imp. offer. Ant. & Imola in cap. cum inter, de renuntiatione*, & est *Glossa ab omnibus approbata in l. relegati, ff. de penis*, & illam *Glossam in dict. l. relegati, de penis*, declarat eleganter *Pinel. in rubrica l. 2. Cod. de rescindenda venditione, 1. part. num. 12.* & eam citat *Gregor. Lopez in l. 37. tit. 5. part. 5. in glossa 2. latè Ias. in l. 1. ff. de const. Principe*. *Bald. in l. 1. ff. de officio Prætor.* *Lucas de Penna in l. prædica, Cod. de locat. prædiorum civil. lib. 11.* & hæc est communis regula Canonistarum, & Legistarum, secundum *Ias. in l. si testamentum, num. 3. Cod. de testamen. latè Doctores, præcipue Felin. & Decius in cap. quæ in Ecclesiæ, de constit. Alexand. in consil. 1. numer. 2. lib. 1.*

43 vbi ex hoc dicit, quod Princeps ÷ præsumitur ex iusta causa exclusisse à fideicommissio successoribus; *Olasius decisione Pedemont. 2. num. 13.* quod nouissime tractat *Lancellotus Conrad. in lib. Templum Iudicum, lib. 1. capit. 1. de Imperatore §. 4. versic. 9. num. 10. fol. 77. & versic. 11. fol. 78. & versic. 24. folio 88.* *Auiles cap. 13. correctorum num. 13. fol. 218.* & non præsumitur quod Princeps voluit præiudicare primogenito, vt probat *Decius cons. 389. num. 4.* & tradit etiam per *Alexand. in cons. 9. lib. 4. & in cons. 216. Nec arguendi: num. 23. lib. 2.* *Abb. in consilio 84. num. 7. lib. 1. Bart. Socin. in cons. 266. num. 35. lib. 2.* *Ias. in l. quominus, num. 5. ff. de sumi. & in consilio 223. num. 3. lib. 3.* *Decius in cons. 192. num. citat text. qui ab alijs ad hoc adnotatur in cap. cum nostris, §. nos vero, de concessione præbende*, *Gozadin. in consil. 6. numer. 5. & consilio 29. num. 2. latè Alciatus in tractatu præsumptionum, regula 8. præsumptione 8. numer. 1. cum alijs, pagina 260.* *Menchaca lib. 2. controuers. cap. 26. num. 30.* *Episcop. Couar. in epitome, de sponsalibus part. 2. capit. 6. §. 9. num. 9. fol. 79.* *Burlar. consil. 15. num. 129. lib. 2. & prius in cons. 54. num. 19. cum sequentibus*, & *consil. 162. num. 43. Peralta in rubrica, ff. de hæred. instit. num. 183. pag. 120.* latè *Menoch. lib. 2. de præsumpt. præsumptione 10. nu. 1. cum pluribus sequentibus pag. 120.* omnium latissime *Mascard. in tractat. de probat. lib. 1. concl. 175. num. 1. cum sequent. fol. 173.*

Quare est memoranda doctrina *Bald. in con. 359. nu. 6. lib. 3.* vbi dicit, quod cum Princeps præsumatur iustitiæ plenus, omnia eius priuilegia habent præsumptionem iustitiæ, & præbent iustam causam præscribendi; & idem tradit *Curtius Iunior. cons. 310. num. 82.* quod tradit *infra, si 21. num. 58.* & est egregia *Baldi sententia in cons. 333. ad intelligentiam sequendorum, lib. 1.* vbi dicit, quod in dispositionibus Principum ÷ non requiritur causa, quia Princeps & Ratio sunt idem; & Princeps est imitator Dei, *Authentic. vt omnes obediant Iudici, §. arripit*: qua de re plura scribit *Ferdinand. Mench. lib. 2. controuersiarum, in præfatione, num. 135. fol. 15.* & quando cognoscit de aliqua causa, dicitur cognoscere tanquam Deus, & per os Dei, vt tradunt *Decius cons. 464. in fine*, *Bellon. in cons. 64. num. 7.* *Grammat. decis. 61. num. 30.* & alij, vt per *Menoch. in tractat. de præsumpt. lib. 2. præsumptione 10. num. 6.* vbi in numeris antecedentibus & sequentibus, plura ad propositum scribit, præcipue numer. 56. cum alijs & facit quæ tra-

dit in eodem lib. præsumpt. 9. numer. 4. pagin. 117. & adde etiam *Decium in cons. 288. Quæritur in effectu num. 8. & in consil. 10. Iason. in l. cum Silianum 2. Cod. ad Silian. & in l. præscriptio, num. 7. Cod. si contra ius, vel util. publi. & Auenda. in tractatu de exequend. mand. Regijs, par. 2. §. 4. num. 6.* *Hippolyt. singulari 14. Parlad. de rebus quot. lib. 2. cap. sin. par. 1. §. 7. num. 8. pag. 188.* Et per hoc tradit *Iacob. Puteus decis. 66. par. 1.* quod facultas data ad alienandum bona feudalia, intelligitur de feudo nouo: allegat *Matthæ. ab Afflictis in constit. Sicilia. lib. 3. constitut. 24. num. 60. fol. 392.* in quibus locis, & in alijs, quæ omitto, multa reperies ad confirmationem huius sententiæ, quod ÷ in Principe semper præsumitur iusta causa; quæ sunt necessaria pro intellectu istius materiæ.

Non tamen est præsumendum velle derogare fideicommissio, & illius fundationi, nisi expresse appareat; ÷ quod probatur ex regula l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. & alijs, quæ scribo in 1. par. quæst. 3. num. ... & per doctrinam *Alex. cons. 74. col. vlt. lib. 4.* dicentem, non esse præsumendum, Papam velle derogare fundationibus iuris patronatus laicorum, sed potius eas conseruare; & voluerunt *Caietan. in c. vlt. de electionibus in 6. col. 29. Barb. consil. 23. Scripsit Propheta, col. 7. & seq. in versiculo, circa tertiam dubitationem, & in cons. 33. Scripsit Psalmista, column. vltim. lib. 2.* & alij, quos citat *Lambertin. de iure patron. lib. 2. par. 3. art. 3. 9. quæst. princip. numer. 2. folio 239.* & facit regula. c. cum dilectus, de consuetudin. vbi probatur, quod verba debent restringi, ÷ vt minus derogent iuri communi, de quo per eundem *Lambertin. in 6. art. eius 9. quæst. n. 2. fol. ... eodem*, quæ etiam notanda sunt ad facultates, quæ dantur ad faciendos maioratus; & in terminis fideicommissi hoc tradit *Curtius Iunior in cons. 88. n. 8.*

Notandum tamen est, quod licet non præsumatur Princeps velle Tertio præiudicare, iuxta iura superioris citata, intelligendum est de Tertio, de quo non cogitauit, sed de Tertio, ÷ de quo verisimile est, Principem cogitasse; prout est in priuilegio exemptionis, per quod derogatur iuri Ordinarij, absque eo quod aliter sit facta mentio, vt notat *Decius in cap. 1. num. 7. de confirmat. vtili, vel inutil. facit glossa in cap. cum olim, in principio vbi Abbas de priuilegijs*, & tradit idem *Decius consil. 113. num. 7.* quod Principis priuilegium præiudicat omnibus, qui ex qualitate rei in priuilegio contentæ comprehenduntur: quæ perpetuò notabis.

Insuper animaduerto, quod verba, quæ communiter apponuntur in facultatibus Regijs, quæ conceduntur ad alienandum bona maioratus, vel ad constituendos maioratus, scilicet, *absque præiudicio Tertij*, operantur quod non videtur concessa facultas, si iuri Tertij fuerit præiudicatum; vt probat *Matth. de Afflictis in consil. Neapol. lib. 3. rubrica 24. de successione Nobilium, n. 62. folio 302.* qui ex hoc probat, quod si pater alienat feudum antiquum cum Regio consensu, talis consensus Regius non præiudicat filio primogenito post mortem patris, si fecerit inventarium, quod ad alias plures facultates, & priuilegia Regalia est necessarium: Quod confirmatur, quia in Principis ÷ concessionibus semper intelligitur clausula (*saluo iure alterius*) secundum *Decium in l. milites, n. 6. C. de testamen. milit. Alciat. in tract. præsumption. regula 3. præsumptione 11. numer. 2.* *Cephal. consilio 186. lib. 2.* Liber etiam in ista materia interere dictum *Innocentij in capit. cum Ecclesiastica, de except.* vbi vult, quod in gratia, seu rescripto attenditur ÷ intentio concedentis, notat *Bald. in d. l. rescripta, num. 3. C. de precibus Imp. offer. & in l. ex facto, notabili 3. ff. de vulgari, Decius in consil. 327. col. 2. versiculo, secundo dicta gratia, num. 6.* Istis est germanum, quod quando Princeps potest vt iure communi, & iure speciali, videtur vt iure ÷ communi, vt ex aliquibus probat *Iason. in l. quanquam, num. 7. C. de testamen. milit. Galliaula in l. centurio, num. 133. ff. de vulgari*; & alij vt per *Menoch. in tractatu de præsumpt. libro 1. præsumption. 47. & lib. 4. præsumpt. 4. numer. 8. folio 6.* quod expedit scire ad plura, quæ in ista materia facultatem ad faciendum

A a

faciendum maioratus, vel ad alienandum, aut hypotecandum contingere possunt.

Tandem in hac materia facultatum, quæ conceduntur ad alienandum bona maioratus, animaduertere oportet, non sufficere adiustificandum alienationem bonorum maioratus, ipsam Principis facultatem nudam, nisi appareat iusta causa concessionis talis facultatis; quod ex superioribus manifestè deducitur. Et quia idem est in alienatione rerum Ecclesiæ, in qua, quamuis adfint solemnitates necessariae, & à iure requisitæ, si iusta causa alienandi deficiat, alienatio vitibus caret: quod probatur in cap. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis, in 6. ibi: Forma, & casibus à iure expressis, ibi Ioan. Andre. & Doctores ad hoc notanter, ex illo text. & est communior opinio secundum Barth. Socin. in consil. 15. num. 26. lib. 1. & alios, quos refert Episcop. Couarr. resolut. lib. 2. c. 17. num. 2. cui adde Geminianum in consil. 48. Presbyter, col. 3. vbi dicit, quod auctoritas þ Episcopi non sufficit in alienatione rerum Ecclesiæ absque causa cognitione, quem refert Petrus Rebuffus in tractatu de alienatione rerum Ecclesiæ, num. 21. pagin. 72. totius tractatus, Ex cuius scriptis num. 9. apparet, quod si Papa donat consanguineis res Ecclesiæ, non creditur illi attestanti alienationem ex iusta causa factam esse: qui ad hoc refert Præpositum in cap. non licet Pape, 12. qu. 2. & quod etiam in Principe non præsumatur iusta causa, quando dispensat contra ius, constat ex Bald. in d. cap. quæ in Ecclesiis, de consil. & aliis, quos refert Glor. Paris. in additionibus ad Alexand. consil. 2. numer. 20. libro 1. & ita intelligenda sunt quæ supra scripta fuerunt per Glossam in l. delegati, ff. de pænis, cum aliis concordantibus.

Ex quo inferri potest, quod licet in licentia Regali data ad alienationem bonorum maioratus Princeps dicat, alienationem esse factam þ ex iusta causa, hoc non sufficit ad iustificandum alienationem, nisi aliàs appareat de iusta causa: quod etiam facit text. cum ibi notatis per Dominic. & Franc. ad hoc propositum in c. 1. de rebus Eccl. non alienand. & notabilis doctrina Romani in consil. 499. In præmissa, num. 3. vbi ex Innocent. in cap. præterea, de dilat. Oldrad. in consil. 287. ponit regulam, quod vbi est licitum à regulari iure discedere, non sufficit causam subesse, nisi illa à Principe, vel à Papa þ exprimat: licet in contrarium facit Clementina 1. de probat. quam post antiquos exornat Tiraquel. in tractatu, de vtroque Retrahtu, §. 1. glof. 14. numer. 49. pag. 311. Sed replicari potest, quod dispositio dictæ Clementinae, non procedit in his, in quibus Papa, vel Princeps disponere libere non possunt, quod est quando agitur de præiudicio Tertij, secundum Abbatem in d. Clementina, num. 3. & in cap. cum nobis, num. 2. de testibus, & alios, ve per Alciatum in d. præsumpt. 8. & faciunt tradita per Iaso. in consil. 86. lib. 3. num. 7. vbi probat, quod dicto Papæ, vel Principi þ itari non potest, licet super illis fundetur dispositio, vbi alicui Tertio defensio aufertur, Thom. Gramma. decis. 107. num. 228. vbi latè facit, quod notat idem decis. 65. num. 10. & Oldrad. in consil. 258. Decius in consil. 407. num. 23. & consil. 576. num. 13. latè Paris. qui plures refert in consilio 15. numer. 23. lib. 4. & ita intelligit istam materiam Nicola. Boërius dict. decisio. 247. numer. 4. & 5. & est communis opinio, quod in casibus in quibus Princeps ad arbitrium disponere non potest, causa in Principe non præsumitur, quam tenent Abbas in consil. 27. lib. 2. Bald. in consil. 326. libro 1. & alij, quos refert Aymon in tractatu de antiquit. tempor. par. 1. numer. 9. fol. 10. vbi istam opinionem rectè confirmat. Et quod in Principe non præsumatur iusta causa quando vult reuocare þ ea, ad quæ est obligatus de iure naturali, vel gentium, volunt Felinus in dict. cap. quæ in Ecclesiis numer. 12. & ibi Decius numer. 27. eleganter Capicium decisione 166. num. 8. & plura ad propositum necessaria resoluit Nicola. Boërius decisione 247. numer. 4. Decius in cap. venerabilis, in vltimis verbis, de confirmatione vit. vel inuicti: Alexand. in consilio 21. numer. 1. libro 7. idem Aymon

consil. 135. num. 41. Quod aliqui intelligunt procedere, nisi sit in antiquis, in quibus creditur assertioni Principis, etiam ad eius commodum, secundum Barr. Socinum consilio 266. numer. 28. libro 2. Corneum consilio 312. columna 5. libro 1. quos citat Aymon consil. 276. numer. 1. Quod þ indistinctè verum non credo. Sed quod Principi credatur asserenti aliqua bona esse maioratus, persuaderi potest ex regula dictæ Clement. 1. de probat. & l. 1. in fine, titulo 7. & in l. 32. titulo 16. par. 3. & doctrina Alexand. consil. 15. column. 2. versiculo, sufficeret etiam, lib. 5. Marth. de Afflict. in cap. 1. ex quibus causis feudum amittat. numer. 190. Burg. de Paz in consilio 43. numer. 36. & an bona maioratus præsumantur fuisse þ alienata cum vtilitate, vide bonam decisionem Guidon. Papæ 15. 1. 4. conclus. Decium in l. singularia, num. 13. folio 65. ff. si certum petatur, Rebuffum in dict. tract. de alienat. rerum Eccl. num. 91.

Et est animaduertendum, quod in istis casibus, in quibus est licita bonorum maioratus alienatio, Principis facultate, talis alienatio fieri potest, etiam si a testatore þ cautum expresse sit, quod bona vincula non possint alienari facultate Regia: quia nemo potest facere, quin leges in suo testamento procedant, l. nemo potest, ff. de lega. 1. per cuius legis regulam sustentat Bertrand. de Argent. in leg. Britann. C. de his rebus, quæ alienari prohibent. art. 226. pag. 364. quod testatores non possunt prohibere þ præscriptiones respectu extraneorum in contractu, vel testamento, vel alia priuata iuris aut commercij potestate, illamque solius legis & consuetudinis potestatem esse: quod confert ad ea, quæ notantur in hac parte, quæst. 21. þ & iuri publico priuatorum derogari non potest, l. ius publicum, linter debitorem, ff. de pælis, per quæ iura tenet Glor. Paris. in consuetud. Paris. par. 2. §. 55. numer. 149. quod non valet pactum factum inter venditorem & emptorem in præiudicium þ cognationis, quod res vendita non possit retrahi, nec per testamentum hoc fieri potest, allegat Tiraquel. lib. 1. de retractu, in fine, quæst. 2. num. 7. & istam resolutionem præsupponit Molin. lib. 3. de primogeniis, capit. 3. num. 29. fol. 148. facit l. no quis pignus, §. priuatorum, ff. de regulis iuris, vbi Decius & Cagnol. & facit notabile consilium Anchar. 129. In Christi nomine, vbi tradit, quod si laicus relinquat bona pro pauperibus alendis, & committat administrationem compatri cum adiectione, quod Episcopus non possit se intromittere, nec alia persona; bona nihilominus debent esse sub potestate Episcopi, quia testator non potuit tollere legem: quod refert, & sequitur Casar Lambertinus in tractatu de iure patronatus, libro 1. questione 9. numer. 16. folio 79. facit notabilis casus in cap. requisisti, de testamentis. Quod confirmatur: quia testator þ non potest prohibere interpretationem iurisdictionalem secundum Petrum de Mat. in l. filium quem habentem, numer. 51. Cod. famil. cricif. per regulam dictæ l. nemo potest, quem citat Mantica de coniectur. ment. defunct. libro 3. titulo 3. numer. 16. pagina 66. & de materia dictæ legis, nemo potest, plura scribit Simon de Prætis libro 2. de interpretanda defunctorum vol. solutione, numer. 53. cum sequentibus, folio 135. & libro 5. interpretatione 1. dubitatione 1. num. 59. cum sequentibus, folio 480.

Ex quibus inferitur intellectus ad doctrinam Carol. Ruin. in consil. 80. numer. 12. vbi tradit testatorem posse prohibere, þ ne filij legitimentur in præiudicium substituti: quæ conferunt ad ea, quæ scribo par. 2. quæst. 1. vbi tracto, an testator possit prohibere, ne filios legitimos per subsequens matrimonium succedant in maioratu: vbi refero istam doctrinam Caroli Ruini.

Et Principis þ manus ligari nequeunt, l. vltima, C. de legibus, ibi: Vel quis tanta superbia fastidio tumidus est, vt Regalem sensum contemnat. Et lex non exequitur aliquid iniustum, vel iniquum: þ quia oculus legis omnia videt, omnia intuetur, secundum Bald. in consil. 126. libro 1. tradit latius Marth. de Afflictis in consilio Neapolit. libro 1. rubrica... num. 31. folio 33. quem lector legat;

legat; & pro hoc faciunt quæ scribit Burgos de Paz consil. 41. num. 18. & 19. vbi hoc confirmat ex doctrina Innocentij in cap. in Lateranensi, de præbend. vbi vult; quod non valet dispositio testatoris in fundacione Ecclesiæ, vt hæres conferat beneficium, & Episcopus nihil iuris habeat sine auctoritate Papæ, notat Abbas in dict. cap. requisisti, columna penultima, de testament. Barr. Decius & alij, quos citat Rebuff. in tractatu Congruæ portionis, questione vltima, num. 120. pag. 109. Casar Lambertinus de iure patronatus, lib. 1. questione 9. in principio, num. 49. Couarr. in cap. tua nobis, num. 8. de testament. folio 130. Confirmatur: quia fundator capellanæ non potest apponere in fundacione þ pacta contra Canones, cap. tuanos, & d. cap. requisisti, de testamentis; Rota in antiquis, titulo de testament. decis. 8. Felin. in cap. cum venerabilis, num. 12. de except. Celsus consil. 91. num. 4. ad quod faciunt scripta per Ioann. Currieret in dict. l. nemo potest, num. 449. vbi disputat an valeat conditio, quæ solet apponi in fundacione Capellanæ, quod nullus se intromittat in illa, aliàs reuocat; quem citat Azeved. in l. 9. titulo 6. lib. 1. Recopil. num. 5. pag. 100. de quo legenda sunt quæ scribo supra, in 2. par. quæst. 3. & Molin. d. cap. 3. num. 36. & cum þ Rex dicatur a regendo, sique Regni administrator, vt latè per Lucam de Penna in l. quicunque, C. de omni agro deserto, libro 11. cum concordantibus, quæ scripsi supra, in principio questionis, omnia agere potest, quæ pertinent non ad tyrannidem, sed ad Regni þ administrationem, & vassallorum vtilitatem; & pro hac conclusione facit text. in l. quidam decedens, §. Papinianus, & l. Titium & Mauium, in principio, ff. de administratione tutorum, & text. in cap. quia nobis, de testamentis, & quæ scribit Celsus in consil. 91. n. 5.

Ex quibus aliàs in practica inferebam, quod si fundator maioratus prohibuit possessorem maioratus alienare bona maioratus, þ & impetrare facultatem ad alienandum, & nihilominus possessore impetrauit facultatem facta mentione de tali prohibitione, excusatur à pœna iniuncta per fundatorem maioratus; ad quod etiam facit regula l. vltima, C. de his qui veniant etia. impetrau. quibus est addendum, quod impetrare þ dispensationem videtur, qui illa vitur, licet Motu proprio sit concessa, vt per regulam l. 3. in principio, ff. quod quisque iuris, & alia plura probat Carol. Ruin. in consil. 133. num. 1. lib. 1. cuius resolutio est singularis, & notanda ad eos, qui cum cautela impetrant dispensationem, & facultatem ad alienandum bona maioratus, & transigendum super illis ad euitandam pœnam iniunctam contra eos qui alienant bona maioratus, vel faciunt super illis transactionem; de quo legenda etiam sunt quæ scribo in prima parte, quæst. 9.

Et ista þ conclusio sine dubio procedere videtur in maioratu facta cum facultate Regia; cum quo facilius Princeps dispensare potest, iuxta regulam legis, nihil tam naturale, ff. de regulis iuris, & regulam, omnis, eod. tit. cum concordantibus. Et confirmatur ex singulari doctrina Aymon. consilio 135. numero 31. vbi latè probat, Principem þ posse derogare iuri primogenituræ semel per donationem concessa, quia in donatione hoc seruauit, & ius fuit quæstrum primogenitis ex facto ipsius Principis; & diuersum esse iudicat, vbi tale ius primogenituræ fuit quæstrum ex donatione alterius, emptione, aut testamento, vel alio simili modo. Et alios plures casus in quibus valeat alienatio bonorum fideicommissi subiectorum, videre licet in þ Peregrino in tractatu de fideicommiss. articulo 40. per totum, fol. 348. quæ omnia cautè legenda, & obseruanda sunt in nostra materia maioratum. Et quod non valet dispositio testatoris prohibens, quod Princeps þ non possit testamentum & vltimam voluntatem mutare, tenet eleganter per iurista, & moralia fundamenta, Lucas de Penna in l. 1. columna antepenultima, versiculo, & sicut, C. de expens. ludorum, lib. 11. quem citat Simon de Prætis libro 4. de interpretanda defunctorum voluma. dubitatione. 4. num. 9. folio 457.

qui ex hoc decidit, quod facta institutione de vxore & factis de filiis & filiabus dicatur si summus Pontifex infringat, vel mutet testamentum; tunc instituit omnes hæredes masculos legitime descendentes de sua agnatione: non valet talis conditio; quasi fuerit hoc in vilipendium Principis, qui ad hoc pluribus aliis rationibus mouetur, & lege Simonem de Prætis in eodem loco, num. 5. & quod prohibitus relinquere, þ non censetur prohibitus donare, volunt Alexand. in consilio 26. num. 4. lib. 2. Carol. Ruin. in consil. 44. num. 19. lib. 2. Rimibald. in consil. 42. num. 104. & alij quos citat Mascard. in tractatu de probation. lib. 3. conclus. 1237. num. 56. fol. 175. doctrina autem Luc. de Penna in d. l. 1. C. de impens. ludor. lib. 11. seruit pro determinatione quætionis disputatæ ab Ant. Peregr. in tract. de iure fisci. lib. 5. tit. 1. num. 23. cum sequentibus, pag. 266. vbi tractat an si testator expresse ordinet, quod bona nonificentur propter delictum, sed continuo transeat in proximiorum de familia prohibendo alienationem, an talis prohibitio valeat.

Ordauo possunt Principes þ donare bona, quæ à Sarracenis in bello ceperunt, quemadmodum latius probo infra hac parte, quæst. 23.

Nono þ Reges possunt donare bona Regni illis personis, quæ sunt de genere, vt per consilium Oldrad. 94. n. 23. decidit Ripa responsio 80. nu. 51.

Vidi etiam dubitari in materia nostra, scimus quod licet regulariter þ quis non cogatur vendere rem propriam, l. inuitum, C. de contrahend. empt. l. nec emere, C. de iure deliberand. vbi latè Iaso; l. 3. tit. 5. part. 5. vbi etiam latè Gregor. Lopez cum concordantibus; fauore tamen Ecclesiæ, vel Religionis cogi quis potest þ vendere rem propriam, ad ampliandum, vel aliud simile, vt voluit Florianus in l. siquis sepulchrum, ff. de religiosis, & sumptibus funerum; Felin. in capit. cum omnes, de consil. & alij quos citat Episcopus Couarr. resolut. lib. 3. cap. 14. num. 7. Glor. Paris. in consuetudin. Paris. p. 1. §. 41. num. 98. fol. 296. & alij, quos þ omitto; fuit dubium an fauore Ecclesiæ cogi quis possit vendere rem maioratus, vt alia subrogetur in locum illius; quod videtur posse fieri; Glor. Paris. quæ hoc in terminis decidere videtur: & facit textus in authentica; res quæ, C. communia de legumaxime in illis ea, quæ communiter omnibus vtilia sunt; vbi Ant. de Padilla, num. 104. pag. 234. tradit, quod licet emphyteutæ alienare in Ecclesiam þ rem emphyteuticam sine consensu domini: nec minus facit regula legis, summa ratio, ff. de relig. & sumpt. fun. quam credo esse meram veritatem, & probatur ex c. in presentia, de probation. & ibi latissimè Decius, De illo autem dicto Domini Ant. de Padilla, legenda sunt quæ scribo p. 1. q. 73. & qualiter possit; (vt hoc non omittam) filius þ alienare bona maioratus pro arria constituendis; resoluit Baëga de non meliorandis filiabus, c. 8. num. 26. Barb. in l. 1. ff. solut. matrim. p. 4. num. 5. & 16. pag. 326. quorum contrarium tenet expresse Aluar. Valas. consilium 2. num. 10. Et si in concessione Principis facta þ de Regalibus, aliqua ex Regalibus excipiantur, cætera videntur concessa; secundum Romanum consil. 271. Decium in consil. 197. Ripam in l. 1. num. 55. ff. de vulgari; Tiraquel. de leg. conub. glof. 5. num. 157. Menoch. in consil. 20. numer. 24. lib. 1.

QVÆSTIO II.

An Principis facultas ad alienandum bona maioratus, extendatur ad alienationem antea factam.

S V M M A R I V M.

1 Licentia concessa ad alienandum bona maioratus, non extenditur ad alienationem antea factam, & num. 3. 4. 9. 107. 129. 171.

- 2 Licentia ad faciendum maioratum præcedere debet ipsum maioratum.
- 5 Licentia cum in aliqua dispositione requiritur, non sufficit quod sequatur, & debet esse expressa, num. 7. & debet dari in scriptis, n. 8.
- 6 Consensus & licentia qualiter differant.
- 10 Confirmans actum, non videtur confirmare actum nullum.
- 11 Quod nullum est, confirmari non potest.
- 12 Obligationes qua propriis viribus non consistunt, confirmari non possunt.
- 13 Donatio facta inter coniuges à Iudice confirmata, an valeat.
- 14 Confirmatio est iuris quasi corroboratio. Non extenditur ad actum nullum, num. 17. Quid in confirmatione Principis ex certa scientia, n. 19.
- 15 Confirmare, est simul firmare.
- 16 Confirmatio Papa etiam ex certa scientia facta, præsumitur facta in casu habili.
- 18 Quæ sunt iuri contraria nunquam intelliguntur confirmata.
- 20 Confirmatio ex certa scientia, non confirmat privilegium falsum.
- 21 Actus validi & invalidi quando in confirmatione Principis concurrunt, in dubio confirmatio ad actum validum refertur.
- 22 Possio vitiosa, principis auctoritate non confirmatur.
- 23 Natura confirmationis est non extendere, nec ampliare dispositionem.
- 24 Sententia nulla per rescriptum Principis confirmata Tertio non nocet.
- 25 A Principe cum aliquid impetratur, illi sunt narranda, qua illum à concessione auocare possunt.
- 26 Confirmatio habens aliquod vitium, quod non fuit expressum, etiam ex certa scientia, non valet.
- 27 Clausula, ex certa scientia, non operatur in his qua apparent ignorata.
- 28 Auctoritas ubi in aliquo actu requiritur, præcedere debet, & n. 31.
- 29 Quid quando consensus requiritur, & n. 33.
- 30 Qualiter cognoscatur, an aliquid sit per viam auctoritatis, aut contractus, & n. 32.
- 34 Omisio solemnitas qua debet esse in actu, vitiat actum si non interueniat.
- 35 Licentia data mulieri nupte ad contrahendum, an sufficiat quod subsequatur.
- 36 Auctoritas in alienatione rerum Ecclesie, an debeat præcedere.
- 37 Auctoritas sententia.
- 38 Confirmatio actus nulli, est novus actus.
- 39 Omnis forma qua debet interuenire ut actus valeat, debet interuenire in ratificatione.
- 40 Confirmatio data per eum qui potestatem confirmandi non habebat, non prodest.
- 41 Confirmatum cum per se stare non potest, agitur ex confirmante. Et quando agatur ex confirmante, aut confirmato, plura traduntur usque ad n. 54.
- 42 Facultatem ad alienandum bona maioratus si quis impetret aliqua ex causa invalidam, & postea impetratio legitima confirmatoria prima obtineatur, à quo tempore debeant anni prescriptionis contra impugnantem alienationem computari.
- 43 Pena condemnationis tempore possessoris maioratus facta, & in gradu appellationis confirmata, ad successores non pertinet.
- 44 Princeps actum nullum confirmando, qualiter validare intelligatur.
- 45 Actus nullus non potest confirmari ut valeat à tempore, quo nullus factus fuit, sed à tempore ratificationis.
- 46 In iudicando prius vel posterius, quod tempus debeat attendi.
- 47 Confirmatio maioratus an possit fieri in præiudicium

- Tertij, cui insuit acquisitum.
 - 48 Confirmatio tunc validat actum nullum, quando confirmans vidit tenorem concessionis, quam confirmavit.
 - 50 In confirmatione debent interuenire omnia qua requiruntur in consecutione actus.
 - 51 Intellectus ad legem de Valladolid, circa donationem Regiam, sine auctoritate illius legis confirmatam.
 - 52 Virtus confirmationis operatur secundum confirmationem cause efficientis.
 - 53 Generalis confirmatio statutorum non extenditur ad statuta abrogata aut inuvalida.
 - 55 Confirmationes non extenduntur ad casus inuvalidos in præiudicium Tertij.
 - 56 Privilegium concessum per summum Pontificem, non facta mentione compositionis, qua inter partes aderat, est subreptitium.
- Post num. 56. inuenies alia summaria.

Secundò principaliter circa has facultates quæ dantur ad alienandum bona maioratus, quæ, an ex licentia, quæ superuenit nulla facta mentione alienationis, vel obligationis bonorum iam factæ; confirmetur alienatio, vel obligatio iam antea facta? In qua quæstione ex sequentibus videtur, quod si Princeps expressè non confirmet alienationem, vel obligationem iam antea factam, ex simplici facultate ad hoc concessa non confirmetur talis alienatio, vel obligatio quod probatur mediis sequentibus.

Primò, ex dispositione l. 42. Taur. hodie l. 3. tit. 7. lib. 5. Recopilat. ubi dicitur quod licentia ad faciendum maioratum, præcedere debet ipsum maioratum, nec confirmatur maioratus antea factus, nisi in facultate fuerit expressum, quod confirmatur maioratus antea factus: de qua materia latè tractat Molina lib. 2. de primogenitura, cap. 7. per totum, quem citat Ioan. Gutierrez lib. 2. practicarum questionum, cap. 76. & nihilominus noster textus & sensus est necessarius, quia contra illam legem 42. (de ea non memor) scripsit Gregor. in l. 2. tit. 9. part. 6. in gloss. in verb. venir, in fine, & per eandem legem confirmatur quod scribit idem Gregor. Lopez. in l. 27. in gloss. 1. tit. 4. part. 3. ubi vult, quod si quis inutiliter faciat maioratum, quia forte carebat facultate Regia, si postea addat ad maioratum aliqua bona, tempore quo iam posset; non conualescit maioratus, licet non referat prædictam legem.

Et quod illa lex non procedat ubique Princeps sciens iam factum maioratum, licentiam concedit ad faciendum, tradit Olanus in aninomia, litera A. num. 143. dicens, quod hoc sentit Anton. Gomez in eadem l. num. 2. de quo ego dubito per regulam l. quidam consuebat, ff. de re iudicat. & plura similia, quæ ego cumulo p. 1. istius operis, g. 2. & aliis, quæ scribo infra hac quæst. à num. 5. Si igitur hoc est in constitutione maioratum, in quibus vertitur fauor publicus, ut probatur in l. 2. tit. 15. part. 2. & in aliis locis, quæ supra in diuersis partibus huius operis refero, & quando agitur de reuocandis voluntatibus defunctorum, qui tales alienationes prohibuerunt, & de vendendo & alienando bona maioratus contra publicam vtilitatem, quæ læditur ex dissolutione maioratum, & alienatione bonorum maioratus maiori ratione dicendum est, quod obligatio, vel alienatio non debet confirmari per licentiam superuenientem, nisi id cautum illa sit.

Ratio autem text. in d. l. 42. secundum DD. præcipue Anton. Gomez est, quia regulariter, quando in aliquo actu, vel dispositione licentia requiritur, illa præcedere debet, & nec sufficit, quod subsequatur, authent. licentia, C. de Episcop. cap. omnis utriusque sexus, de peniten. & remis. l. si quis mihi bona, §. iustum, ff. de acquir. hered. ubi omnes Doctores, & l. vltim. §. necessitate, C. de bon. qua liber. & facit l. 13. tit. 6. ubi Gregor. Lop. in gloss. in verb. con otorgamiento, part. 6. Notant Innocent. in cap. dudum, de rebus Eccles. Bart. in l. si autem

- plures, ff. de aqua pluua arcend. Marcus Anton. Bueria in §. si alienus seruus, fol. 66. Inst. de hered. instit. Barthol. Socin. in conf. 2. 2. Præfens consiliatio, lib. 2. num. 3. & conf. 87. numer. 3. lib. 1. & eleganter melius omnibus resoluit Abb. in c. cum vos, num. 5, fol. 66. de his que sunt à Pralat. sine consensu Capituli, Additio Matth. ab Afflic. decif. 268. & tradit Iacius Chaffaneus in consuetud. Burgundie, rubr. 4. §. 7. fol. 162. colum. 1. numer. 38. versic. aliquando requiritur, hodie numer. 39. pagin. 645. & Cornueus in conf. 89. numer. 10. lib. 3. Matinco in dist. l. 42. hodie l. 3. fol. 61. notanter Ioan. Lop. in l. 58. Taur. nu. 2. ubi refert dictam l. 13. & tradit & differentiam inter consensum, & licentiam. Et multipliciter accipitur licentia, secundum Bald. in conf. 290. num. 6. lib. 3. Lucas de Penna in l. penultima, C. de proximis scriuorum, lib. 12. col. 8. fol. 244. Quintilian. Mandos. in tract. de signatura gratia, Abb. in cap. cum ad hoc, num. 4. & in cap. Clericus, num. 2. de Clericis non residentibus: Auendan. in dictionario, verb. licentia, l. 32. & 33. tit. 4. part. 1. Rebuff. in l. sapè 53. §. item dubitatum est, pag. 390. ff. de verb. significat. Et quod ubique requiritur & licentia, illa debet esse expressa, tradunt Lopus allegat. 86. numer. 3. Tiraquellus in legibus communalibus, gloss. 7. numer. 8. folio 301. Menoch. casu 444. numer. 14. & alij quos citat Messia super l. Tolet. 9. par. fundament. 2. num. 46. fol. 86. & tradunt Auend. in 2. part. de exequend. mandatis Regij, cap. 14. num. 6. & part. 1. cap. 11. numer. 2. Azco. in l. tit. 6. lib. 7. Recopil. numer. 7. fol. 142. Rebuff. in l. sapè 53. §. item dubitatum, pag. 390. ff. de verb. significat. idem Menoch. de arbitrariis iudicium, lib. 2. centur. 5. casu 444. numer. 14. pag. 732. Roland. conf. 67. numer. 66. libro 3. & scribo infra q. 3. & licentia debet dari in scriptis, ut tradit Chaffan. d. §. 7. n. 4. ex Speculatore in tit. de instrumentorum editione, §. restat, versic. sed quid produens: Bald. in l. fin. C. de evagatione mitti. annona. Et tradit in assensu Regio ad alienandum ista bona, Matth. ab Afflic. in consil. Neapolit. lib. 3. rubr. 5. numer. 27. folio 162. & rubr. 14. numer. 18. folio 279. quod refert scire pro intellectu tex. in dict. l. 42. Taur.
- 9 Secundò principaliter & veritas prædictæ sententiæ constat, quia cum talis alienatio sit ipso iure nulla, tam ex iure, quam ex dispositionibus testatorum (ut supra toties probatum est) si Princeps expressè non dicat, quod confirmat talem alienationem, confirmata non est; quia confirmans simpliciter aliquod factum, non videtur confirmare factum nullum, ut probatur ex c. ex parte, de constitut. & cap. dudum, de decimis: & in l. an iure nostro, ff. de testamen. & quod & nullum est, confirmari non potest: l. nam & sub conditione, §. post defectum, ff. de iniust. rupt. irritoque factis testamento: & contra ciuitates, & tyrannos occupantes terras vel castra, quod non possunt petere confirmationes, nec valeat præscriptio, scribit Angel. in l. 2. Cod. de fundis, & salt. rei dominice, lib. 1. & confirmat Curtius in tract. de feud. part. 2. numer. 11. pagina. 161. Et obligationes quæ propriis viribus non consistunt, confirmari non possunt: l. obligationes, ff. de obligat. & act. cuius legis auctoritate probat Ioan. Lop. in rubr. de donat. inter virum. & uxorem, §. 46. num. 1. cum sequentibus, pagin. 132. quod non valet donatio facta inter coniuges, & etiam si sit à Iudice confirmata, ubi additio Baraona. Ex quibus colligitur parui effectus esse confirmationes, quas faciunt Iudices de contractibus, qui alias habent aliquas nullitates, vel defectus; quibus confirmationibus nihil est fidendum, præcipue cum sunt factæ absque legitima causæ cognitione.
- 14 Et definitio confirmationis est, iuris quæsitum & corroboratum, ut notant Doctores in rubrica de confirmatione vtil. vel inutil. & confirmare, est simul & firmare, ut notat Abb. in d. c. dudum, in gloss. in verb. confirmare, & ideo secundum eum, confirmatio Papæ, & etiam ex certa scientia, præsumitur facta in casu habili: notat Ant. & Innoc. ibi, & Alex. in conf. 122. Viso iuramento, & accurate num. 24. lib. 3. & in l. more, col. 6. ff. de iurisdict. omn. in-

dic. Bald. in l. falsus, col. 2. C. de furtis, & in l. bonorum, C. qui admitti: qui etiam dicunt, quod regulariter confirmatio non extenditur ad actum nullum: & idem tradit Alex. in conf. 59. Viso instrumento, lib. 1. num. 9. Decius in rubr. de confirmat. vtil. vel inutil. num. 3. Felin. in cap. 1. de rescriptis, & in cap. 1. de constitutionib. Ias. num. 12. folio 43. post Alexand. in l. legata inutiliter, ff. de leg. 1. & in l. doli clausula, ff. de verborum obligat. num. 2. folio 163. Hippolyt. in singul. 166. Confirmatio Superioris, Thom. Gramma decif. 63. num. 162. pagin. 508. Roland. in conf. 29. num. 32. & 34. lib. 1. Aymon de antiquitate temp. part. 1. num. 30. & facit quod notat Bart. in l. 2. C. si per vim vel alio modo: proout cum refert Decius in l. 1. num. 7. C. de Carbo. edit.

Et quæ sunt & iuri contraria nunquam intelliguntur confirmata Glof. in l. 2. C. de feud. & salt. rei dom. lib. 11. Bald. in c. 1. in princ. col. 2. per quos fiat inuestit. Rebuff. in tract. de pacifica possessione, n. 307. pag. 318. ubi hoc limitat nisi Princeps & ex certa scientia de nouo concederet inuafori, ex Salicet in l. auctoritate, C. unde vi: Abb. in c. quisquis, de electione, & aliis ab eo citatis; & confirmatio, ut aliquod operetur, debet esse facta ab habente potestatem confirmandi, ut ex pluribus Doctoribus docet Roland. in conf. 100. num. 17. cum sequentibus, lib. 4. in confirmatione facta Mediolani: & ideo inquit Abb. & Felinus in cap. inter dilectos, de fide instrumentorum, quod licet confirmatio, maxime ea quæ fit ex certa scientia, suppleat omnes defectus, ut tradunt DD. in prædictis locis, non tamen confirmat & privilegium, quod aliqua ratione reputatur falsum, de quo alios Doctores refert Hippolytus singul. 163. incipient Crimen falsi, de quibus (ne diutius te detineam) vide Ias. in dict. l. more maiorum, num. 37. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in l. illud, num. 10. ff. que ad quisque iuris, & in l. in nummis, nu. 13. ff. de in litem iurando, Oldrad. consilio 164. Decium in consil. 72. num. 5. in quibus locis alia reperies, quæ nostram sententiam adiuuant.

Imo quando in confirmatione Principis concurrunt actus validi, & inuvalidi, confirmatio & in dubio refertur ad actum validum: nam potius Princeps censetur confirmare validum, quam validare nullum; secundum Innocentium in dicto cap. dudum, in fine, de decimis, Bald. in dict. l. bonorum, C. qui admitti: & in l. legata inutiliter, ff. de legat. 1. & ibi Imola, Alexand. in d. l. more ff. de iurisdict. omn. iudic. & in consil. 59. libro 1. Felin. in cap. 1. num. 26. de consil. Rebuff. in l. quod iussit, ff. de re iudicata, notabili 1. num. 78. cum sequentibus, pagin. 71. sic possessio vitiosa, auctoritate Principis & non est confirmata, dict. l. auctoritate, C. unde vi; ubi Glof. & Doctores in l. 2. Cod. de fund. & salt. rei dom. lib. 1. l. vltim. C. ne rei dom. late Menochius, qui plura refert remed. 8. recip. num. 70. pagin. 388. Et & natura confirmationis non est extendere, nec ampliare dispositionem: l. Aurelius, §. restamentum, ff. de liberatione legata: cum concordantibus, ut per Bertazolum in l. si quis maior, C. de transactionibus, num. 83. Et si sententia nulla per rescriptum Principis confirmetur, & non nocet Tertio talis confirmatio, secundum Alexand. consil. 85. In causa num. 9. libro 4. Curtius Senior conf. 72. Magnifice vir. colum. 3. versic. confirmo vltimò, num. 5. Vanitius de nullitate, tit. Quis possit dicere de nullitate, num. 26. pagin. 73. qui vitiose refert Angelum pro Alexan.

Tertio principaliter ista sententia fuleitur, quia ut supra in prima parte huius operis, quæst. 3. late sustentavi, cum aliquid à Principe impetratur, & illi sunt omnia narranda, quæ illum auocare possunt à concessione illius, quod ab illo petitur; & illa, quæ si expressa fuissent, quamuis concessisset, id tamen esset cum maiori difficultate; quæ est conclusio textualis in cap. si proponenti: & in cap. postulasti, in verb. de leui. de rescriptis: & in cap. si motu proprio, de prabendis in 6. & aliorum iurium, quæ ibi retuli. Cum igitur hoc verum sit, si forte Regi facta esset relatio, qualiter venditio, & alienatio bonorum maioratus erat iam facta, posset Prin-

ceps propter contemptum, vel ex aliis iustis causis licentiam denegare. Igitur talis licentia tanquam subreptitia, & veitate suppressa, valere non videtur. Unde quando confirmatum nunquam sit concessum, vel haber aliquod vitium, quod in confirmatione non fuit expressum: confirmatio tanquam impetrata per subreptionem & obreptionem non valet, etiam ex certa scientia concessa secundum Felinum in *dict. cap. inter dilectos, col. 4. in fine*, num. 91. de *fide instrumentorum*: & Alciat. in *l. lege obuenire, ff. de verb. signific. & Gloss. Paris. in consuet. Parisien. §. 5. num. 2. fol. 82.* vbi refert Bart. in *l. ultima, §. idem quisit, ff. de condit. indebit.* dicentem, quod clausula *ex certa scientia*, non operatur in his, quæ apparent ignota & idem quod Felinus tradit Roland. *consil. 2. num. 157. lib. 1.* & conducent plura quæ refert dominus Valdes in *additionibus ad Rodericum Suarez, allegatione 12. litera L. pag. 87.*

Quartò hæc opinio constat per ex communi omnium resolutione in *dict. l. si quis mihi bona, §. in sum*, vbi Doctores concludunt, quod vbi in aliquo actu requiritur autoritas, illa debet intervenire in ipsa actus confessione, vel in continenti: quæ conclusio probatur in *l. obligari, §. tutor, ff. de auctor. tut.* & tenet Bart. in *dict. l. si autem plures*, & notant Doctores in *cap. edoceri, de rescriptis*: præcipue Felinus, numer. 7. in *fine*, fol. 62. Bald. in *l. ultim. §. si autem alienum*, folio 195. C. de *bonis qualibet. numer. 1.* & hæc est communis opinio, licet aliqui contra teneant. Secus autem est secundum prædictos Doctores, quando requiritur in aliquo actu consensus, quia is sufficit si postea interveniat; quod eleganter explicat Augustinus Beronius, in *consil. 73. numer. 6. cum sequentibus*, libro 1. Hieronymus Gabriel, *consil. 2. numer. 1. cum sequentibus* Neuzian. *consil. 93. numer. 20.* Mandos. *de signatura gratia, de licentia testandi, in fine*, & alij, quos citat Butsar. in *consil. 30. numer. 43.*

Modus autem cognoscendi, quando aliquid requiritur per viam consensus, et aut per viam auctoritatis, constat ex doctrina Antonini in *cap. cum consuetudinis, de consuetud. num. 13.* & in *cap. 3. de his, quæ sunt à Prelat. sine cons. Cap. num. 4.* vbi dicit, quod quando in aliquo actu requiritur consensus minoris, vel patris, cum illo, qui actum debet facere, dicitur consensus, & non auctoritas, quando vero requiritur voluntas illius, qui est maior, dicitur auctoritas, & non consensus. Notat eleganter Bartholomæus Socinus in *consil. 23. Circa prædictam consuetudinem, numer. 21. libro 4.* Baldus in *l. cum ipse, C. de contrahend. emptione.* Cum igitur alienatio bonorum maioratus fieri non possit absque Regis auctoritate, qui est maior, non sufficit quod talis auctoritas subsequatur, nisi Princeps expressè aliud velit, & consensus, qui præstatur à superiore, qui nullum præterdit interesse, vel à pari quando interponitur pro solemnitate, idem est quod auctoritas; secus quando interponitur à pari, & non pro solemnitate, puta ab illo, qui præterdit interesse, quia est consensus, ut tradit Chassanæus in *consuetudinib. Burgund. rubric. 4. §. 7. num. 14.* & 15. per doctrinam Aretin. in *l. si quis mihi bona, §. iustum: ff. de acquirend. heredit.* & ibi Chassanæus alia ad propositum scribit; de quo omnino legatur Panus in *tractatu de pignoribus, part. 2. memb. 4. numer. 43. fol. 27.* vbi tradit, quod quando consensus requiritur, non videtur requiri per modum solemnitatis; vel formæ, & ideo præstari potest post actum celebratum. Istis patrocinatur text. in *l. quid ergo, ff. de his qui notantur infam. vbi probatur*, quod in casibus in quibus est præstandus patris consensus filiofamilias, ut agere possit in iudicio, debet præstari ante, vel tempore litis contestatæ; aliàs si postea præstetur, iudicium retrofactum non valet; nec conualidatur, & hoc ibi notat Angelus, & voluit Bald. & Salicet. in *l. fin. §. necessitate, C. de bonis qua lib. idem in additione ad Speculatorem, titul. de reo, versicul. pater*, & est communis opinio secundum Paulum Castrensi. in *l. si quis mihi bona, §. in sum, ff. de acquirend. heredi.* tradit latè Van-

tius in *tractatu, de nullitate, titul. ex inabilitate seu defectu mandati, num. 44. pagin. 430.* hinc facit, quod si quis post beneficium adeptum obtineat tonsuram, non conualidatur, Gloss. & Ioann. Andre. in *cap. 1. de irregularitat. Francus in cap. si pro Clericis, num. 3. de prebend. in 6.* Rebut. in *tractatu de pacifico possessore, num. 226.* qui ex pluribus confirmat; & idem num. 307. pagin. 318. resoluit, quod si violentus possessor petit à Papa sibi confirmari quod habet, non purgatur violentia impetando à Papa.

Quintò, hæc opinio verificatur ex egregia sententia Bart. in *l. uniuersa, C. de precibus Imper. offerend.* vbi dicit, quod ommissio solemnitatis, quæ debet intervenire in ipso actu, vitiat actum, si tunc non interueniat, & hanc Bartoli doctrinam sequuntur omnes, secundum Iasonem ibi num. 8. fol. 42 cui in hoc iustum est credere: & dictum Bartoli confirmat Decius in *l. debitorum, num. 16. C. de pactis, & in consil. 10. Pro tenui facultate*: de quo lege Vantum de *nullitate, tit. de quo, & quibus modis nullitas*: num. 52. pag. 38. & idem dicit Bald. in *rubr. C. de rescind. vendit post medium*, quod trahere absque licentia propinquo, talis solemnitas debet intervenire in ipso actu, & est in bilateralibus, nec sufficit, quod postea interveniat: & idem Bald. in *l. 1. C. qui admitti*: Paul. C. fren. & Alexand. in *l. si cum dotem, §. eo autem tempore ff. joint. maritum* & idem Alexand. in *l. 1. §. fuit questum: ff. ad Trebellianum*, & alij, ut per Chassan. in *consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 7. pag. 637.* Hippolyt. in *l. si quis ne questio, numer. 28. cum aliis: ff. de questio & in practica crimin. §. diligenter. un. 85.* Notat Parisius in *addition. ad Bart. in dict. l. obligari, §. tutor*, quod hodie in Regno nostro in muliere nupta, quæ contrahit absque consensu, & licentia mariti, non procedit; attenda *l. 58. Taurina*: quod vltimum confirmatur per scripta per Hieronym. Gabriel, *dict. consil. 2. num. 6.* quibus congruit doctrina Ioann. Andre. in *cap. innotuit, de electione*: vbi vult, quod electio inualida, per legitimationem non confirmatur; de quo per Crotum, & Socin. Junior. in *l. Gallus, num. 129. fol. 72. ff. de liber. & posthum. dico in §. & quid si tantum*: & quod scribit Chassanæus in *dict. consuetudin. §. 8. num. 6. pag. 486.*

Sextò autoritas, quæ requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ, debet intervenire contemporanè cum ipso actu, aliàs alienatio non valet, secundum Innocent. in *dict. cap. cum consuetudinis, de consuetud. Abb. in cap. ultimo, col. 2. de eccles. edific. Bald. in consil. 21. Primo quaritur, lib. 1. numer. 4.* vbi tradit licentiam semper debere præcedere, & auctoritatem, & mandatum, quod hæc ratio non est firma, quia plerique tenent contrarium, vel latissime disputat Bartholom. Socin. in *consil. 15. lib. 1.* & Petrus Rebut. in *tractatu de alienatione rerum Ecclesie, numer. 15.* Et quod talis alienatio valeat, si postea accedat auctoritas, & consensus, facta iam alienatione; expressè probatur in *l. 5. tit. 14. part. 1.* quæ est notanda pro decisione huius questionis, in qua Doctores valde laborant; de quo legendus est Decius in *cap. edoceri, num. 9. 2. versic. in quinta questione, de rescriptis, fol. 80.* quibus congruit disputatio & resolutio Lancelloti in *tractatu de Armentis, part. 2. cap. 6. de attentat. lite penden. in præfatione num. 468.* vbi tractat quando valeat possessio prius capta per Breue postea subsequutum.

Septimò, confirmatio actus nulli, et nihil aliud est quam noui actus celebratio: *l. asse toto, ff. de hered. in l. lege obuenire solet 39. ff. de verborum significatione*, vbi Rebut. pag. 684. *l. si donatio, C. de donationibus, l. adoptio, ff. de adoptionibus*, cum concordant. per Tiraquellum in *l. si unquam, C. de reuocand. donation. in verb. reuertatur, numer. 418. pagin. 547.* Tiber. Decian. in *pract. crimin. tom. 1. libro 2. cap. 37. numer. 1. fol. 73.* Decium in *consilio 262. numer. 11.* & omnes defectus supplet, ut per Bald. in *l. final. ff. de testament. tucl* & alios, ut per Hippolyt. singular. 76. facit notabilis *lex 2. titul. 18. part. 3. in versiculo, E si fuere de confirmatione*: & leg. 13. titul.

titul. 11. part. 4. Et Papa confirmando titulum coloratum, videtur beneficium ei de nouo concedere, Gloss. in *regul. Cancellaria 15. prærogatiua 3.* Rebutus in *tractatu de pacifico possessore, num. 13. pag. 277.* qui ex alijs confirmat; facit text. notabilis in *l. si quando, ff. de legatis 1. de quo meminit Alexand. in consil. 112. in fine, lib. 3.* tradit Azeued. in *l. 1. tit. 2. lib. 6. Recop. nu. 74. fol. 10.* & in *l. 1. tit. 2. num. 227. & num. 237. lib. 6. Recopilationis, fol. 43. & 44.* Decius in *cap. de causis, numer. 7. de officio Delegat.* Et quod licentia ad alienandum rem emphyteuticam non extendatur ad alienationem factam, quando vnus ignorabat, voluit Paulus de Castro in *l. si quis filio, §. irritum, ff. de iniusto, rupt. Afflictis decisi. 335.* & alij, quos citat Simon de Prætis de *interpretand. defunct. voluntat. libro tertio, interpretation. 1. dubitation. 1. solution. 3. numer. 22. folio 194.*

Et omnis forma, quæ requiritur, ut actus valeat, debet intervenire in ratificatione, Bart. in *l. heredes palam, §. si quis post, ff. de testament. faciunt quæ scribit Aegidius Boslius in pract. crimin. titul. de Principe & priuilegijs eius, pag. 151. num. 356. cum sequentibus*, notanter Bald. in *l. certum num. 23. C. unde legitimi*: & numer. 24. Ex quo fit, quod confirmatio data per illum, qui non habet potestatem confirmandi, non iuuat, *cap. literas, de elect. latè Mascard. in tractat. de probation. lib. 3. conclusionem 1377. num. 11. fol. 329.* Bartholom. Socin. in *consil. 2. colum. 6. vers. confirmatio enim lib. 3. Menochius consil. 80. num. 66. lib. 1.* Et quando confirmatum stare per se non potest, et agit ex confirmante non ex confirmato, secundum Baldum in *l. ex placito num. 2. C. de rerum permutatione*, qui pluribus notabilibus rationibus mouetur: Paris. in *consil. 19. num. 36. lib. 1.* & si est lata sententia, à qua est appellatum, & sententia fuit confirmata, agit ex sententia confirmante, secundum Gloss. in *l. furti, ff. de his qui not. infam. & l. Chirographis, ff. de administrat. tut. & in l. eos, C. de appellat. & alios quos citat Syluanus in consil. 4. num. 7. ad quos addo Bald. in *dict. l. certum*, Thom. Fici. *decisi. 53. lib. 1.**

Ex quibus infero ad questionem singularem, quæ de facto contingit, quod si quis impetrauerit facultatem ad alienandum bona maioratus, vel ad ea hypothecanda, vel ad transigendum super talibus bonis, & facultas propter aliquam causam sit inualida, & postea obtenta fuerit impetrata legitima confirmatoria primæ, & contra partem, quæ præterdit impugnare alienationem, vel transactionem, allegetur præscriptio cum titulo Regali, non sunt computandi anni præscriptionis à die facultatis primæ nullæ, sed à die confirmationis validæ; ad quod facit *l. obseruare, §. fin. ff. de officio Proconsulis*: & quæ scribit Petrus Barbosa in *l. que dotis, n. 135. pag. 729. ff. solut. maritum. tom. 2.*

Infero etiam ad doctrinam Molin. lib. 3. de *primogen. cap. 11. num. 24. fol. 84.* vbi resoluit, quod si condemnatio pænæ, vel multæ, fuit facta tempore possessoris maioratus, et confirmata fuit talis sententia in gradu appellationis, pænna non pertinet ad successores; pro quibus facit sententia Bart. in *l. si constat, notab. 2. per illum textum, ff. de appellat. vbi scribit*, quod Princeps confirmando actum nullum, non intelligitur validare actum, nisi faciat ex certa scientia: Menoch. in *consil. 293. num. 18. lib. 3.* & Gloss. in *l. lex verbis, in verb. cui, C. de donation. inter virum & uxorem*, quæ vult, quod Princeps confirmando priuilegia, non intelligitur de nouo dare: sed ea confirmare; prout faciunt tradita per Felinum in *cap. cum venisset, num. 2. de testibus.* Sunt & alia ad propositum quæ scribit Iaf. in *dict. l. more maiorum numer. 30. cum sequentibus, ff. de iurisdictioni. omnium iudic. vbi num. 34.* tractat etiam de regula *dict. l. si donatio*, quod est consideratione dignum, ad quem addo Decium in *rubric. de confirmatione vtili, vel inutili*; Azeued. in *l. 1. tit. de los caualleros, num. 72. cum sequentibus, fol. 10.* Zaneh. in *l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianum, part. 9. num. 34. & pagin. 279. cum-*

dem Azeuedum in *l. 1. tit. 2. de los hidalgos, lib. 6. Recopilacion. n. 227. & 237. fol. 43. & 44.*

Et confirmo, quia actus nullus non potest confirmari, ut valeat à tempore, quo nulliter factus fuit, sed ut valeat ex nunc et tempore ratificationis, secundum Decium in *l. semper qui non prohibet, num. 16. & l. quod initio, num. 12. ff. de regul. iur.* qui allegat Bart. in *l. quod obseruare, ff. de offit. Proconsulis*, Ancharr. in *consil. 123. vnus ex procuratoribus*: notat Chassan. in *consuetudin. Burgund. rubr. 10. tit. de retractu, §. 5. num. 3. pag. 1335.* licet regulariter agatur ex confirmato, non ex confirmante, & sit inspiciendum tempus confirmati, non confirmationis, secundum Baldum in *consil. 172. Casus subicitur super quo, lib. 3. num. 2.* quibus congruit dictum Romani in *singul. 497.* vbi per text. in *l. si ita, ff. de auro & argento legato*, tradit, quod in datione in solutum attenditur tempus estimationis, & non sententiæ confirmantis, tradunt Crotus *consilio 68.* Simon de Prætis *lib. 4. de interpretat. defunct. voluntat. dubitatione 9. num. 39. folio 401.* vbi per textum in *l. consociuntur, §. si miles, ff. de iure codicillorum*, vbi Bald. tradit, quod in iudicando prius vel posterius est attendendum tempus compositionis, non confirmationis, & tradit Bartol. in *l. omnes populi, ff. de iustitia & iure*, quem citat Felinus in *capit. vltim. de consuetud. num. 15.* Et quod confirmatio donationis non trahatur retro ad diem donationis, sed quod valeat à die confirmationis, tradit Rebutus *tom. 2. ad constitution. Regias, titul. de donationibus, & alijs dispositionibus, pagin. 366.* per regulam *l. vltima, C. si maior facti.* quod vidi in notabili negotio; ad quem addo Celsum in *consil. 108. num. 7.*

Et quod confirmatio maioratus non possit fieri in præiudicium Tertij, cui medio tempore fuit ius quaesitum, resoluit in nostra materia maioratum, Molin. lib. 2. de *primogeniis, cap. 7. num. 22. cum sequentibus, folio 270.* per *l. si patrem, §. final. ff. quemadmodum seruit. amittatur*; & *l. potior, §. 1. ff. qui potiores in pignore habeantur*, & per alia iura quæ refert, et cui conueniunt scripta per Curtium Juniores *consil. 74. num. 8. & 9. lib. 1.* & quæ notabiliter tradit Parisius in *consil. 54. numer. 3. cum sequentibus, lib. 1.* quæ proprius faciunt quam scripta per Molinam, & quæ scribo supra; ad quem etiam addo doctrinam Baldi in *l. 1. C. de testament. manumis.* vbi scribit, quod quando tempus confirmationis est inualidum, & tempus rei confirmatæ est validum, trahitur confirmans ad tempus confirmati. Notat Rodericus Suarez *allegation. 8. versicul. verum est, quod vbi tempus*, vbi etiam ponit regulam, quod vbi aliquid sumit vigorem ex confirmatione, quod antea non habuerat, tunc confirmatum trahitur ad tempus confirmationis, non è contra; per regulam *dicta leg. obseruare, in fine, ff. de officio Proconsulis, & l. si quis prior, ff. ad Trebellianum*, & per alia iura: pro quo est doctrina Bartoli in *l. eos qui, C. de appellation. & Iason in dict. l. more maiorum, fullentia 2.* quos citat Antonius de Fano in *tractatu de pignoribus part. 3. membro 2. num. 16. folio 66.* & pio doctrina Molinæ plura refert Tiraquellus in *tractatu de viroque retractu, §. 1. gloss. 10. num. 66. pag. 241.* qui etiam citat doctrinam Bald. in *dicta l. obseruare*; & num. 85 multa refert in confirmationem regulæ *leg bonorum, ff. crim. ratam hab.* Et confirmatio tunc validat actum nullum, quando confirmans et vidit renorem concessionis, quam confirmauit, *cap. venerabili*, vbi Ioann. Andre. & alij, *de confirmation. vtil. vel inutili*, notat Archidiacon. in *cap. in presentia, 7. qu. 1. Alex. in consil. 1. num. 35. lib. 5. & 123. num. 18. lib. 4.*

Octauo, Principis confirmatione tunc confirmatum nullum, vel inualidum, quando Princeps et scit vitium, & nullitatem, non alias; *dict. l. adoptio non iure facta, ff. de adoption. cap. quoties, de pactis, c. 1. & 2. de transactionibus, cap. veniens*, & ibi Glossa, in *verbo, confirmatum*, eodem titul. Oldrad. in *consil. 265. Factum tale*; & alij, ut per Alexand. in *consil. 39. viso. lib. 4.*

& Gloss. Parisien. in consuetudin. Parisien. tit. 1. de mater. feud. §. 5. num. 70. fol. 8. Ex quibus venit, quod in confirmatione debent intrinsece omnia, et quæ requiruntur in consuetudine actus: nisi ut proponis, C. de nuptiis, l. nuptia, ff. de ritu nupt. volunt Innocentius in cap. cum dilecti, de emptione et venditione; & alij quos citat Calcan. consil. 57. num. 6. Matthæus ab Afflictis in cap. 1. in principio, num. 26. & 68. de alienatione feudorum paronati. Rolandus in consilio 90. numer. 49. libro primo, Olfascus decisione Piedmontan. 166. numer. 13.

51 Ex quibus infero intellectum ad famosam legem de Valladolid, si appareat aliqua donatio Regia confirmata sine solemnitate illius legis. Et virtus confirmationis non operatur, nisi secundum potentiam causæ efficientis, secundum Baldum in l. si certarum, §. si miles, ff. de militari testamento: & Papa, confirmando generaliter privilegia, non videtur confirmare ea, quæ sunt contra ius; ut per Iasonem in l. ultima, num. 10. fol. 89. ff. quod quisque iuris; & generalis confirmatio statutorum non extenditur ad statuta abrogata, vel inuvalida, secundum Bartolum in dict. l. si quis prior, ff. ad Trebellianum, Ripa respon. 2. num. 4. Etiam si confirmatio facta sit ex certa scientia, ut probat Rolandus conf. 29. num. 32. & 34. libr. 1. & consilio 99. num. 8. lib. 2. & ubi-
cunque dispositio inutilis est confirmata, ut agatur ex confirmato, non ex confirmante, et dispositio confirmans inutilem dispositionem, non requirit eandem solemnitatem, quam requirebat prima dispositio confirmata, secundum Aretinum in l. heredes palam, §. si quis post, ff. de testamentis, Antonius Gabriel in libr. 6. de commun. opinione. tit. de regulis iuris, conclus. 3. num. 38. pag. 324.

52 Et confirmationes non extenduntur ad casus inuvalidos in præiudicium Tertij secundum Glossam communem in cap. ultim. de confirmatione util. vel inutil. notat idem Ripa respon. 81. num. 16. Roland conf. 2. nu. 143. lib. 1. & tradit in terminis Thomas Grammatic. dec. 66. num. 52. ubi scribit, quod confirmatio testamenti, non extenditur ad testamentum quod nullum erat.

Nono vrget text. ex cap. multiplici, de decimis: secundum intellectum Glossæ finalis, in verb. contineatur, & in verb. intentionis, ubi probatur, quod privilegium concessum per summum Pontificem, non facta mentione compositionis, quæ aderat inter partes, est subreptitium; quia si Papa sciret de compositione, forte illi derogaret, de quo vide Raphaelen Cuman. in consil. 168. colum. 4. in vers. nam & cum illa conuentio, latè Ioan. Gutierrez in consil. 11. num. 7. cum sequent.

S V M M A R I V M.

- 57 Confirmans nihil dare videtur, & n. 91.
- 58 Si tamen actus erat ipso iure nullus, videtur dare, & num. 92.
- 59 Actus nullus quando possit confirmari.
- 60 Privilegium ipso iure nullum, ex certa scientia potest à Principe confirmari, & n. 79.
- 61 Vltimus possessor maioratus, apud quem bona libera remanserunt, an possit propter defectum vocatorum novas vocaciones facere, & iniungere condiciones.
- 62 Duos titulos qui habet, nouum vnum, veterem alium, ex veteriori possidere videtur.
- 63 Alienatio facta per minorem sine decreto, non censetur reconualescere inhabilitate cessante.
- 64 Concessio nulla propter ætatis defectum à Pontifice facta non roboratur inhabilitate cessante.
- 65 Dispensatio matrimonij propter defectum ætatis à principio subreptitia, non confirmatur superueniente copula & maiori ætate.
- 66 Stipulatio ab initio nulla propter inhabilitatem rei, cuius non est commercium, non roboratur propter inhabilitatis cessationem.
- 67 Cum peccatur in forma, secundum quam consensus debet intrinsece, non sufficit consensus, nec rati-

- bitio postea subsequuta.
- 68 Supplicatio ad legitimacionem impetrandam requisita, non sufficit post legitimacionem impetratam.
- 69 Acta per mandatarium gesta non valent, cum absque alicuius mandato, & eo ignorante aliquid præstitit.
- 70 Falsa principia iustificari non possunt.
- 71 Executio sententia facta non præstita cautione, non reconualidatur per cautionem postea præstitam.
- 72 Datio in solutum facta sine consensu Regio non valet si post dationem Regius assensus sequatur.
- 73 Filiusfamilias si absque consensu patris iudicium sequatur, non sufficit ratificatio postea subsequuta.
- 74 Inter coniunctos ex sola scientia consensus presumitur.
- 75 Dispensatus ad duo beneficia, non censetur dispensatus ad ea quæ iam erant collata.
- 76 Processus factus à Iudice delegato, qui commissionem non habebat, non validatur per commissionem postea subsequutam.
- 77 Licentia Principis ad faciendum testamentum, verificatur in testamento facto ante licentiam, & num. 84.
- 78 Testamentum illius, qui post illud factum, fuit ad mortem damnatus, valet, & n. 95. & 103.
- 79 Electio si alicui in morte concedatur, ille tamen eligat in vita, an & quomodo valeat.
- 80 Confirmatio futurorum inducit confirmationem præteritorum. Et quid in Statutis, n. 82.
- 81 Legatum pro filia maritanda, quæ tempore testamenti iam erat maritata, an valeat?
- 82 De nullitate an possit dici contra sententiam per Superiorem confirmatam.
- 83 Pontifex titulum coloratum confirmans, videtur de nouo dare beneficium.
- 84 Facultas data ad obligandum & hypothecandum bona maioratus pro restitutione dotis, extenditur ad obligationem & hypothecam antea factam.
- 85 Diuisionem inter filios factam si pater in testamento confirmet, talis diuisio est valida.
- 86 Causa noua cum ante acquisitionem dominium superuenit, non irritatur post dominio acquisito.
- 87 Iurisdicctio qualiter dicatur confirmata.
- 88 Privilegia antiqua si Rex confirmet, qualiter de nouo dare videatur.
- 89 Privilegia confirmatoria concessa ab eo, qui potest de nouo concedere, probant ea omnia quæ in eisdem clarè referuntur.
- 90 Consensus alicuius ratione sui præiudicij, sufficit quod postea subsequatur.
- 91 Intellectus ad text. in l. si quis filio exheredato, §. irritum, ff. de iniust. rupt. & n. 97. & 102.
- 92 Testamentum vires recipit in morte.
- 93 Dominus feudi si concedat licentiam vassallo alienandi feudum, non extenditur ad alienationem per vassallum de feudo antea factam, & n. 105.
- 94 Rex videtur statuta ciuitatis confirmare, quando ea seruare iurat.
- 95 Titulus inuualidus per subsequentes præstationes an confirmetur.
- 96 Emphyteuta vendente rem sine licentia domini, si postea dominus consentiat venditioni tanquam faciendæ, consensus non præiudicat, nec pena euitatur.
- 97 Confirmatio Principis non trahitur retro ad initium contractus, sed ad tempus impetrati assensus.
- 98 Consanguinei si intra quartum gradum contrabant, & dispensatio impetretur, an sufficiat prior consensus, aut requiratur nouus, & n. 109.
- Post num. 109. inuenies alia summaria.

Decimo, licet confirmans nihil dare videatur, l. vnum ex familia, §. 1. ff. de legat. 2. fallit quando confirmat actum ipso iure nullum; nam is qui dare videtur, d. l. adoptio, l. legata inutiliter, ff. de leg. 1. l. Tribunus, §. ult. ff. de testamen. milit. Gloss. Bart. & moderni in dict. l. mors

l. mors maiorum, ff. de iurisdictione omnium iud. Decisio Genuen. 17. num. 4. Paris. consil. 140. num. 12. libr. 4. Decius in rubric. de confirmat. vili vel inutil. Aretinus in consil. 128. num. 4. Curri. in l. & quid, quam legit cum dict. l. mors, ff. de iurisdictione omnium iudicum, Rebuff. in dict. l. obuenire 130. pag. 684. ff. de verbor. signification. & alij quos refert Tiraquellus in l. si unquam, in verbo, reuertatur 61. speciali, num. 418. pag. 547. quem vide num. 435. speciali 78. C. de renouand. donation. ubi tractat, an & quando actus nullus et confirmari possit: ad quod addo Andre. de Ifern. in cap. 1. num. 10. per quos fiat inuestitura, & in cap. Imperialem, de prohibita feud. alienat. num. 16. fol. 260. ubi tradit quando alienatio feudi valeat confirmari, & quæ de confirmatione refert dominus Valdes in additionibus ad Rodericum Suarez, allegatione 8. litera G. pagin. 84. & allegation. 27. liter. Z. pagin. 102. Et quod actus nullus non possit ratificari, tradunt Glossa, Bartol. & alij in l. licet ff. de iudicij, Speculator Innocent. quos citat Barth. Socinus in consil. 260. num. 19. lib. 2.

Hinc fit, quod privilegium licet sit ipso iure nullum, ut puta, et quia impetratum fuit ab excommunicato; vel ex alia causa iniustissima, assumit confirmationem, & vires, si ex certa scientia, & sciens Princeps vitium illud confirmauerit, ut probatur in cap. inter dilectos, versicul. cum igitur, de fide instrumentorum, quem ad hoc citat Petrus de Ferrera in formalibell. oppositio contra instrumenta, versic. alterius confirmatorum, numer. 2. pagin. 176. ad quod est Glossa expressa, quam non citat ipse in dict. cap. dudum, in verb. concessio, de decimis. Et ex hac ratione dixit Peraiti in l. 3. §. qui fidei commissam, num. 55. & 56. ff. de heredi. instit. pag. 189. quod vltimus possessor maioratus, apud quem bona libera remanserunt propter defectum successorum, potest facere nouas vocaciones, et iniungere condiciones; quia videtur de nouo talia bona dare: & vide eum in eodem §. num. 246. pag. 259.

Et prædicta faciunt ad quæstionem quotidie contingentem in hoc Regno Granatensi; Maritus constante matrimonio occupauit terras, quas vocamus baldias, vel realengas, quas possedit per multos annos, & postea fuit de illis spoliatus; & post spoliacionem soluto matrimonio se composuit cum Rege, à quo habuit titulum dictarum terrarum? an hæredes mulieris habeant partem in terris compositis, & habitis per illum nouum titulum? Ad quam quæstionem lectores animaduertant ad textum notabilem in l. fundo legato, ff. ad legem Falcidiam, in quo probatur, quod ubi-
que quis et haberet duos titulos, vnum nouum, & alterum veterem, videtur possidere ex titulo veteriori: quem ad hoc notat Bartol. Paul. Imol. Alexand. & alij: idem Bartol. in l. 3. §. ex pluribus, & opposit. ff. de acquirend. possession. notat Anton. Gomez in l. 45. Tauri num. 98. Ad quæ addo, quod ubi-
cunque confirmatio Papæ potest referri ad actum iuridicè factum, & ad non iuridicè factum; in dubio refertur ad actum iuridicè factum, vel volunt Innocentius in cap. dudum, de decim. & ibi Anton. & Bart. in l. honorum, C. qui admitti, quos citat Ioannes Lopius in rubrica de donationibus inter virum & uxorem, §. 7. num. 9. pag. 22.

Vndecimò, et facit text. in dict. l. ultim. C. si maior factus, ubi probatur, quod alienatio facta per minorem sine decreto, non censetur reconualescere, eo quod cesset inhabilitas; puta qui cessauit minor ætas; sed est necesse ostendere de ratihabitione verbis, vel signis, vel de taciturnitate quinquennali, de qua materia legenda sunt quæ notabiliter & eleganter scribit Menochius de recuperanda possessione, remed. 15. num. 150. cum pluribus sequentibus, pagin. 490.

Duodecimò conducit text. in cap. si eo tempore, de rescriptis in 6. ubi concessio nulla facta per Papam, eo quia fuit inhabili data propter defectum ætatis, non reconualescit inhabilitate cessante, quia superuenit maior ætas; cui conueniunt scripta per Decium in consil. 60. n. 21. cum seqq. ubi probat, quod et dispensatio ma-

trimonij, quæ est nulla propter defectum ætatis, non confirmatur superueniente copula, & maiori ætate, si à principio dispensatio fuit subreptitia.

Decimotertio, fundatur ista sententia in l. inter stipulantem, §. sacrum: & in l. continuis, §. cum quis, ff. de verborum obligationibus, & in §. dem iuris, Instit. de inutilibus stipulatis, in quibus iuribus probatur, et quod stipulatio ab initio nulla propter inhabilitatem rei, cuius non est commercium; non reconualescit propter cessationem inhabilitatis facta Superioris: cui conuenit, quod quando peccatum est in forma, secundum quam debet consensus interuenire, non sufficit consensus, nec ratihabitione postea subsequuta; secundum Ioan. Andr. in regula, Ratihabitione; de regulis in 6. Bald. in d. l. obseruare, §. fin. ff. de officio Proconsulis, & alios, quos citat Celsus in consil. 108. num. 7. ubi resoluit, donacionem peccantem in forma: & nullam, non posse postea ratificari: quod caute legendum est propter regulam legis, si donatio, C. de donationibus, & ad Celsum addenda sunt quæ idem scribit in proposito istius materiæ in consil. 73. num. 9. ubi resoluit, quod cum ad obri-
nendam legitimacionem requiritur supplicatio, & mandatum patris, et non sufficit, quod subsequatur post impetratam dispensacionem, per regulam legis, si vero non remunerandi, §. si post creditorem, ff. mandati; & l. si quis mihi bona, §. iustum, ff. de acquir. hereditate, & quia id requiritur pro forma, & per alia quæ scribit; ad quod lector videat Socin. Iunior. in consil. 9. num. 15. lib. 2. idem Socin. Iunior. in consil. 101. num. 2. eodem lib. Alexand. in consil. 138. num. 8. lib. 1.

Decimoquarto, si quis absque alterius mandato cepit nomine illius aliquam litem agitare, vel aliud negotium, ignorans ei mandatum fuisse, et non tenent acta per talem mandatarium, secundum Bald. in l. 1. §. dari ff. de procurat. & in l. qui testamentum domini, ubi Aretin. ff. de testam. & omnes istam opinionem sequuntur secundum Nicolaum Boerium decis. 274. An valeat procuratoriam, & alij quos refert Menchaca lib. 1. controuersiarum, cap. 15. fol. 65. ubi istum punctum ex professo disputauit.

Decimoquinto, adduco sententiam Bald. ex l. ex placite, num. 7. & 8. fol. 131. C. de verum permutatione, ubi vult, quod si actum ex statuto non confirmato, & lite pendente superuenit confirmatio, ex tali confirmatione non potest sequi victoria, quia falsa principia iustificari non possunt, & quidquid præcessit irritum est: citat l. 3. §. sed si filius, ff. de lega. 1. & l. cum filius, ff. de testam. milit. & alia iura.

Decimosexto, executio sententiæ facta et non præstita cautione, non reconualidatur per cautionem postea præstitam, Guido decis. 50. num. 1. quod est singulare ad l. Tolet. quæ de executionibus tractat. Et inquit ad propositum Marth. de Afflictis decis. 335. si præstitus: num. 1. cum aliis, quod si præstitus est assensus Baronis super exequutione, & adiudicatione faciendæ, & in veritate executio iam erat facta, non valet, nec trahitur ad præteritum: & idem Marth. ab Afflictis decisio 335. num. 20. tradit, quod datio et in solutum, facta sine consensu Regio, non valet, etiam si post factam dationem subsequatur Regius assensus, quod reputo notabile pro intellectu text. in l. libero, C. de sententiis & interlocutionibus omnium iud. Et si filius fam. sequatur et iudicium absque consensu patris, non sufficit ratificatio postea subsequuta ad validandum iudicium, secundum Gloss. in d. l. si necessitas, C. de bonis qua liberis Bart. in dict. l. si quis mihi, §. iustum, numer. 8. ff. de acquirend. hereditate, ubi Ias. n. 12. quem punctum latè examinat Petrus Barbosa in l. 3. & 4. numer. 8. cum seqq. pag. 778. ff. solut. matrim. et quod inter coniunctos præsumatur ex sola scientia consensus, probatur in l. si seruus, ff. de donat. inter virum & uxorem, Bart. num. 22. Ias. num. 72. Bologn. num. 130. Barbof. num. 169. pag. 750. in l. qua dotis, ff. solut. matrim. Et Bald. in l. solent, quæst. 15. ff. de officio Proconsulis, inquit per illum textum, quod si Papa donauit mihi quandam iurisdictionem temporalem,

temporalem, conualefcit donatio iurisdictionis, nisi Princeps patiatur vti iurisdictione, quia videtur de nouo concedere. Et dispensatus ad duo beneficia, non censetur dispensatus ad ea beneficia, quæ iam erant ipsi collata, si Papa ignoret, secundum Oldradum *consilii*: 25. *thema questionis*, Ioan. Andreas, & Archid. in *caudum, de electione*. Abbas in *cap. aures de rescriptis*, Rebuffus in *praxi beneficiati*, titul. *de dispensatione ratione atatis, in verbo, conferantur*, pag. 396. & idem Rebuffus in *cap. extirpanda*, §. *qui vero*, pag. 413. *vers. septimo aduertatis, de prebend.* vbi refert text. in *d. l. si iam facta*.

76 Decimo septimo, processus factus à Iudice delegato, qui commissionem non habebat, non validatur per commissionem postea subsequutam, Glof. Bart. Bald. & alij per text. *ibi, in l. obseruare*, §. *ultim. ff. de officio Proconsulis, cum cord.* vt per Vantium *de nullitate, titul. de nullitate ex defectu iurisdictionis, num. 13 pag. 264.* Tiberium Decian. in *praxi criminali*, *tom. 1. lib. 4. titul. 25. num. 27. fol. 193.*

Decimo octauo, si vxoratus contraxit matrimonium cum aliqua muliere; si prima vxor moriatur, matrimonium ab initio nulliter contractum non validatur, secundum Abbatem in *cap. veniens, de sponsalibus*, & alios, vt per Parisium in *consilii*. 52. *num. 6. lib. 4.*

Hanc autem sententiam idem tam latè confirmari; quia pro contraria parte, magna quidem, & non contemnenda faciunt fundamenta, quæ hic inferere & explicare oportet; vt si aliquando hæc res in iudicio contigerit (prout iam de facto fuit) super illa non dubitetur.

77 Et primò contra hanc sententiam vtget casus insignis à Doctoribus vsque ad sidera celebratus, in *l. si quis filio exheredato*, §. *irritum, ff. de iniusto rupto, irritoque fact. testam.* à quo DD. deducit, quòd ille, cui permittitur à Principe, vt faciat testamentum, si iam illud factum habebat, non est necessarium, vt iterum testetur, imò testamentum, quod antea fecerat, confirmatum remansit: per quem text. dixit ibi Paulus Castren. quod si Princeps concessit alicui, quod faciat molendinum in flumine publico navigabili, si tempore concessionis iam factum habebat, potest virtute illius concessionis retinere, nec refert an Princeps sciuerit, vel ignorauerit: Quod magis mirandum est, & idem ipsemet Paulus in *l. & in militibus*, C. *de testamento militis*, & in *l. iam facta, ff. de condit. & demonstrat.* Iaf. in *l. quominus*, *num. 128. ff. de flumin. & confirmat* Ioan. Falcon. *regul.* 380. *num. 7.* Curcius Iunior *consilii*. 103. *num. 7. lib. 1. Nicol. Boer. decisio*. 264. *num. 27.* quorum doctrina notanda est ad intellectum text. in *l. 18. titul. 32. part. 3.* per quam constat, ex cuius licentia debeat molendinum ædificari: & doctrinam Paul. refert & sequitur Chassan. in *consuetud. Burg. rubric.* 13. §. 9. *pag. 1492.* & illum text. in *d. §. irritum*, late exornat Alex. in *consilii*. 146. In *causa & lre*, lib. 5. Hippolyt. in *l. penultim.* *num. 44. cum aliis, ff. de quaestione & in rubri. ff. de fideiuss.* *num. 82. cum seqq.* in quibus locis multa reperies dicta, & decisa per illum text. & doctrinam Pauli in *d. §. irritum*; & alia similia tradit Chassan. in *consuetud. Burgundie*, *rubric.* 13. §. 9. *col. 149.*

Et dicit Gregor. Lopez per illum text. in *l. 18. titul. 1. part. 6.* in glof. *Como seruo*, quòd sicut damnatus ad mortem potest facere testamentum, per *l. Tauri*; fortius sustinebitur testamentum per illum antea factum; & actus gesti, ob damnationem infirmati, reconualefcunt; & instaurantur per restitutionem factam in fauorem condemnati. *dict. l. si quis filio*, §. *quatenus*, vbi Bart. notat: & confirmat Anton. Peregrinus in *tract. de iure fisci*, lib. 5. *num. 26. pag. 310.* & probat Barth. Soci. *conf.* 260. In *causa*, *col. 2. vers. secundò principatiter*, lib. 2. quòd consensus Regius, vt quis possit habere in Regno beneficium, post impetrationem factam, valet, ac si à principio fuisset da-

tus; quem citat Rebuffus in *tract. de pacifico possess. num. 266. pag. 312.* & licentia Cardinali concessa, vt possit testari, porrigitur ad testamentum antea factum secundum Paul. Castren. in *d. l. si iam facta Alex. in d. l. & in militibus*, *num. 3. laf. in aubentic. ingressi*, *num. 11. C. de Sacrosanct. Ecclesiis*, Gozadin. *conf.* 41. *num. 3.* alios quos citat Hieronym. Gabriel. in *conf.* 158. *num. 7.* vbi hoc limitat egregie: quod latius tractat Simon de Prætis *lib. 2. de interpretand. defunctorum volumi. solution. 4. num. 42. cum seqq. fol. 85.* Petrus Gambarà in *tractatu de officio legati*, lib. 10. *num. 257. pag. 312.*

Et si quis, cui commissæ fuit electio in morte eligat in vita, licet pro tunc non valeat electio, iuxta text. in *l. vxorem*, §. *Seinum maritum*, *ff. de legat. 3. l. cum pater*, §. *à filia*, *ff. de lega. 2.* tamen si perseverauerit in electione vsque ad mortem, valet electio: non in vim electionis, sed in vim confirmationis, secundum Bald. & Angel. in *l. vnum ex familia*, in *princip. ff. de legat. 2.* quos citat Peralt. in *d. §. à filia*, *num. 3. pag. 312.* Et titulus coloratus probatur ex confirmatione electionis, quamuis irritæ, secundum Rotam *decis.* 4. *alias 188. in nouis Innocent. in c. inter dilectos, de excessibus pralatorum*, & alios, vt per Ioseph. Mascard. in *tract. de probat. lib. 3. conclus.* 1377. *n. 1. cum seqq. fol. 329.* qui hoc latè tractat, & priuilegia inuolida si fuerint confirmata ex certa scientia Principis, valet, vt per Decium in *conf.* 516. *num. 12. & conf.* 534. *num. 3.* quem citat Olsac. *decisione Pedemontan.* 39. *num. 16.* & confirmatio futurorum inducit confirmationem præteritorum, *l. Politiana*, *ff. de iure codicil.* vbi notat Bald. & Castillo in *l. 59. Tauri*, *fol. 129. col. 4. vers. verum est*, quod est notandum ad eos qui habent ius eligendi, & nominandi ad maioratum post mortem eorum.

Nec minus facit doctrina Bald. in *l. fin. num. 10. C. de sententiis qua sine certa quantitate profer.* vbi vult, quòd si pater legat centum pro filia maritanda, & ipsa erat iam maritata tempore testamenti, debentur ei centum; per *leg. si iam facta, ff. de condit. & demonstrat. & antepenultimam*, C. *de instit. & substitut. tradit Hippolyt.* qui alios refert in *rubrica*, C. *de fideiuss.* *num. 85. fol. 16.* Quibus etiam congruit, quòd si alicui fuerit interdicta bonorum administratio, & alienauit aliqua bona intra tempus prohibitionis administrationis, & post transactum tale tempus tacuit, non potest reuocare talem alienationem, quia per tacitum illum consensum fuit confirmata secundum Romanum in *singular.* 771. *Index Bononiensis*, & Menoch. *de recuperand. possessione, remed.* 15. *num. 170. pag. 492.* Et confirmatio statutorum futurorum, inducit iam factorum confirmationem, secundum Roman. *sing.* 799. *incipit. Confirmatio statutorum Quintilian.* Mandos. in *tract. de inhibitione, quaest.* 22. *num. 9.* qui confirmat ex scriptis per eundem in *regul.* 3. *de impetrando beneficia vacantia*, *num. 2. & 3. fol. 102.* de quo legendus omnino est Tiberius Decian in *praxi crim. lib. 2. num. 18.* Et quando sententia est confirmata per superiorem, non potest dici contra eam de nullitate, secundum Decium post Innocent. *cap. 1. de confirmatione vtili, vel inutili*, Rebuffus in *l. quod iussit, ff. de re iudicat. noiab.* 1. *num. 74. pag. 71.* Gratium in *conf.* 72. *num. 6. lib. 2.*

Et quòd testamentum factum ante obtentam licentiam à Papa, & valet virtute licentiæ superuenientis, tradit idem Mandos. in *tractatu de signatura gratia, cap. de licentia testandi*, *fol. 116. col. 1. vers. occurrit dubium*, qui ad hoc citat Paul. Castren. & Alex. in *l. vt militibus*, C. *de inofficiis. testamento.* Et quod licentia concessa Monacho ad testandum, extendatur ad testamentum ante licentiam factum, voluerunt Bald. in *l. fin. C. unde legit.* & in *aubentic. nisi rogati*, C. *ad Trebell.* & in *l. si quando*, C. *de inofficiis. testamento*, Ludouicus Gozadin. in *conf.* 41. *num. 3.* faciunt plura quæ scribit Hippolyt. in *l. quaestiois num. 45. cum seqq. fol. 137. ff. de quaestioibus.* Et cum dispensatur cum aliquo, vt possit testari de fructibus beneficij, si iam fecerat testamentum, & disposuerat, valet dispositio; vt probat

probat Petrus Gambarà in *dict. tractatu de officio & potestate Legati*, lib. 10. *num. 283. pag. 314.* & prius *num. 256. cum seqq.* & Papa confirmando titulum coloratum, videtur beneficium dare de nouo Glof. in *regul. Cancellaria* 15. *prorogatione* 3. Rebuffus in *tractatu de pacifico possessore*, *num. 14. pag. in. 277.*

86 Ex quibus obtinui; quod si facultas data ad obligandum, & hypothecandum bona maioratus pro restitutione dotis, & extenderetur ad obligationem, & hypothecam antea factam, Et si Princeps concedat bastardo, vt possit habere emphyteusim, potest dispensatus obtinere emphyteusim, quam iam habebat, late probat Caldas Pereira *de nominatione emphyt. quaest.* 22. *num. 85. cum sequentibus*, *fol. 249.* qui punctum late tractat. Et si pater confirmauerit in testamento diuisionem factam inter filios, talis diuisio valida est, *l. ex parte*, §. *fin. ff. familia ercisc.* Parisius in *conf.* 34. *num. 15. lib. 2.* quod confert ad ea quæ scribo *par. 3. quaest.* 17. & vbi quæ ante acquisitum dominium superuenit noua causa, acquisito dominio, illa causa noua non irritatur, *l. debitor*, *ff. de legat. 2. §. quod si in diem*, *Inst. de legat.* notant Barth. Socin. & Iaf. *num. 22. in l. 3. §. ex pluribus*, *num. 73. ff. de acquirend. possessione*, qui *n. 17.* etiam resoluit, quod quando est dubium de prima causa, potest acquiri ex secunda, vt probatur in *cap. post electionem*, *de concessione prebende*, voluit Ioan. Andre. in *cap. cum personam*, *de priuilegiis*, in 6. *Abb. in conf.* 110. quod consilium non inuenio, nisi relatum à Iafon.

89 Et qualiter iurisdictioni confirmata, dicatur de nouo data, tradit Alex. in *dict. l. more maiorum*, *ff. de iurisdictione omnium iudicum*, quem citat Tiberius Decian. in *praxi crim. tom. 1. lib. 4. cap. 60. fol. 208.* de qua materia lector omnino videat quæ scribit Auiles in *capitib. correctorum*, *cap. 17. num. 11. cum seq. late resoluit*, qualiter

90 si Rex confirmat priuilegia antiqua, censetur de nouo dare, & alia plura de nostra materia ad quem addo Matienç. in *l. 3. tit. 10. lib. 5. Recopilat. gl. 17.* vbi in terminis *d. legis* 3. quæ vocatur, *De Valladolid*, tradit, quod confirmans videtur de nouo dare, ex Bart. & Iaf. in *dict. l. more maiorum*: ad quæ addo, quod nullis Authoribus allegatis, tradit in isto proposito Ioan. Garcia in *tractatu de nobilitate*, *glof. 1. §. 1. num. 74. fol. 57.* & quod

91 regulariter confirmans nihil de nouo dare videatur, probatur in *cap. 1. de confirmatione vtil. vel inutil.* & tradunt Glof. in *cap. cum dilecta*, §. *nuper*, eodem titul. in *verbo, confirmationem*, & in *cap. quæ intentionis*, *de priuilegiis*, late Andr. Gail. *lib. 2. obseruationum*, *prima obseruatione*, *num. 3. pag. 120.* qui *num. 16.* id limitat, & quando priuilegium primum nullum erat, ex regul. *dicta leg. adprorio non iure facta*, supra allegata, de qua actum fuit supra *num. 20.* Et quod priuilegia

93 confirmatoria concessa ab eo, & qui potest de nouo concedere, probent illa omnia, quæ in eisdem clare referuntur probatur in *cap. Abbate sane*. vbi Antoninus notabilis *d. de verborum significatione*, & voluit Innocent. in *cap. inter dilectos*, *de fide instrumentorum*, & alij quos citat Ripa *responsio* 174. *num. 2.* & possidens Ecclesiam non canonicè, si postea obtineat dispensationem, iuste obtinet, secundum Rebuffum in *praxi beneficiati in formula dispensationis, de non promouendo*, *n. 8. pag. 432.*

Et quòd vbi quævis consensus non requiritur per modum autoritatis, sed ratione sui præiudicij, sufficiat, quod postea subsequatur, resolunt Bartol. & Imol. Aretin. & alij, præcipue Iaf. qui communem dicit in *l. si quis mihi bona*, §. *iussit*, *ff. de acquirend. heredit.* Ioan. Andre. & alij in *cap. 1. de rebus alien. non alienan.* Imol. & Abb. in *cap. cum nos*, *de his quæ sunt à Prelat.* sine *consensu*. *Cap. Fanus in tractatu de pignoriibus part. 2. membro 4. num. 42.* & alij quos citat Petrus Surdus *decision.* 99. *num. 14.* Ex quibus confirmatur quædam sententia Tellii in *l. 4. Taurina*, *num. 1.* vbi tenet, quod testamentum si illius, qui post confessionem eius fuit damnatus, valet, quemadmodum si post damnationem factum fuisset, quam tenet contra Parisium in *conf.* 46. *n. 15. lib. 3.* & alia doctrina Bart. in *l. murilegali*, C. *de mu-*

relegulis, *li. 11. vbi dicit*, quod stante statuto quod res non possit alienari in forensem, si res deferatur forensi ex aliquo titulo, & postea sit effectus cuius, illam tenere potest.

Sed ille text. in *d. §. irritum*, in *l. 6. ff. de iniust. rupt.* & ea, quæ illius argumento adducta sunt (videri meo) nostræ opinioni non obstant: quia ille text. procedit, quando ex certa scientia testatoris, vel contentis, datur, & conceditur licentia testandi, & actus pendet à voluntate testantis, vt est testamentum; nimirum si talis licentia extendatur ad testamentum antea factum; quod clare probatur in *d. §. irritum*, in *ultimis verbis*; ibi. *Et si militari iure ei testandum sit, dubitare non oportet, quin si voluerit id valere, fecisse id credatur.* Ecce ergo legem clare probantem, quòd si non esset casus, qui solum penderet à voluntate testantis, testamentum antea factum non esset confirmatum, nec valeret iure testamenti & illum text. intellexit Cinus in *dict. l. si iam facta* vbi Ioan. de Imol. & Socin. & alij, idem Cinus in *l. cum vxori*, C. *quando dies legati cedat*: In nostro verò casu, non solum agitur de præiudicio imperantis licentiam ad vendendum bona maioratus, sed etiam de præiudicio successorum in aioratus, quæ habent maximam & probabilem spem succedendi, vt supra toties probatum est; sed & testator, qui bona vinculauit, maxima etiam sit iniuria, cum alienentur bona, quorum alienationem ipse prohibuit: & ideo cum de plurium præiudicio tractetur, nihil refert consensus illius, qui licentiam ad alienationem petiuit.

Et quod vbi quævis consensus fuit nullum, non procedat regul. text. in *d. §. irritum*, voluit Albericus, & Imol. in *l. 1. §. 1. ff. de legat. 3.* quos citat Simon de Prætis, qui materiam tractat *lib. 2. de interpretand. defuncl. volumi. solutione* 4. *num. 16. fol. 85.* & si falsus procurator fuit missus in possessionem, possit per dominum ratificari, tradit Ripa *responsio* 61. *num. 9.* Et qualiter quis possit ratificare sententiam latam, nullam ex defectu mandati in procuratore, tradit late Natra in *consilio* 142. *num. 1. cum sequentibus*, *libro 1.* & dicit Alexander in *consilio* 95. *num. 10. libro 7.* post Paulum Castrensem in *dict. l. si iam facta*, quod testamentum confirmatur, siue sciuerit, siue ignorauerit Papa; quia secundum eum, licet tempore datae literarum, factum esset testamentum, tamen non habet vires testatoris viuentis, sed eas recipit in morte; *cap. cum Marthe*, *de celebratione Missæ*. & sic censetur tempore mortis fieri, cum tunc vires assumat; ideo verba futuri temporis propter hoc, ad iam factum testamentum videtur trahi, ex quo pendebat à voluntate testatoris illud reuocare, vel firmum facere; argumento *l. talis scriptura*, *ff. de lega. 1.*

Vnde ad propositum nostrum infert Alexand. quod rescriptum datum per Papam de certa summa filia; vt nubat, danda de bonis patris, sententiam mortis, & publicationem passæ, non valet si filia erat iam nupta, quia contractus matrimonij iam erat factus, & consummatus, nec pendebat à voluntate mulieris dissolueri. Quæ etiam ratione dicit Paul. Castren. in *d. l. si iam facta*, *num. 3.* quod si dominus feudi concedat vassallo licentiam alienandi feudum, non extenditur talis licentia ad alienationem per vassallum de feudo factam: quæ doctrina videtur expressa pro decisione istius quaestiois, de qua vide Chassan. in *consuetud. Burg. rubric.* 3. §. 8. *num. 8. pag. 486.* Quibus congruit elegans, & optanda doctrina Bald. in *consilio* 86. *per statutum*, *lib. 3.* vbi per text. in *l. cum pater*, §. *filius matrem*, *ff. de legat. 2.* tradit, quod Rex videtur confirmare statura ciuitatis si quando inrauit ea seruare, quod dicit bene notandum Rebuffus in *concordat. in rubrica, de Regia ad Pralat. nomi. facta*, §. *monasteriis*, *pag. 196.* Et ratificatio sequens non facit possessionem captam ante ratificationem, esse iniustam, secundum *decisionem* Rotæ 150. *Licet amicus*, in *nois*, Bellamera *decisione* 379. *Castador. decisione* 8. *de causa possess. & propriet.* Gratius *consilii* 36. *num. 56. lib. 1.* Gozadin. in *conf.* 14. *num. 64. lib. 2.*

Quint. Mandof. in tract. de inhibitione. quæstion. 26. num. 4. fol. 11. Quin mo titulus inualidus tacite confirmatur per subsequentes praestationes, secundum Bart. col. 2. Florian. num. 9. in l. cum de in rem verso, ff. de res. is, quos citat Menoch. in tractatu de praesumpt. lib. 3. praesumptio. 131. num. 1. pagin. 456. vbi punctum late tractat.

Sed opinio Cini, & aliorum, etiam confirmatur ex text. in l. mater, ff. de inoffi. ioso testamento, & in l. qui cum tutoribus, ff. de transact. cum quibus concordat l. 19. tit. 6. par. 6. de quorum iurium materia tractant Bart. in l. Pomponius, num. 19. ff. de neg. gest. & in authent. qui se mel. num. 13. C. de testib. tal. in l. quando, num. 13. C. qui admitti. & in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 33. ff. de acquir. possessioe, & in l. ultim. num. 13. C. de iuris & facti ignorantia, & in l. 1. num. 4. ff. de condit. indebiti, & in l. si a substituto, in princip. num. 12. ff. de legat. 1. & idem Bart. in l. ultim. §. idem quaesuit, ff. de condit. indebit. Hippoly. in rubrica. ff. de fideiuss. num. 38. & Episcop. Couarru. resolut. lib. 2. cap. 4. num. 5. Tiraquel. post leges comuiales, glof. 8. num. 179. fol. 46. f. & dicitur etiam intellectum Cini, & aliorum ad text. in d. §. irritum, tenet etiam expressè Alex. in cons. 95. Requisitus super dispensatione, num. 10. lib. 5. facit text. in l. si ita legatum, ff. de cond. & demon. & l. si ita scriptum, §. si pater filium, ff. de legat. & quod notat Bald. in l. ultim. C. de sententiis, que sine certa quant. profer. & Alex. in cons. 146. In casu & lite inter nobilem Raphaelem, libr. 5. num. 12. & facit etiam quod notat Bald. in d. l. obseruare, §. profici. in 4. quæstione ff. de officio Proconsulis, & in l. C. de rei vend. tal. in l. nec eis, §. hares instituitur, ff. de acquir. hered. & est bonus text. in l. in totum omnia, ff. de reg. iur.

Præterea, Socin. in d. l. si iam facta, num. 15. fol. 141. laborando in intellectu text. in d. §. irritum, dicit, quod in d. l. positioe illius text. licentia Principis concussa ad faciendum testamentum, extenditur ad testamentum, quia iam factum, quia iam testamentum fuit factum ab habente potestatem testandi, quam nonquam amittit, quia in sententia, per quam amittere debebat facultatem testandi, talis potestas fuit illi reseruata, & sic ibi tractatur de testamento valido confirmando; secus secundum Socinum, si ageretur de testamento inualido confirmando, quia non censetur ex tali licentia confirmatum, argumento notatorum in l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.

Et ex hoc dixit Paulus Castren. in dict. §. irritum, 104 num. 4. f. quod si emphyteuta vendat rem emphyteuticam absque domini consensu, & postea dominus consentit venditioni tanquam faciendæ, hoc non sufficeret, & quod fortius est, non euitaret poenam, l. ult. C. de iure emphyteuti. notat Gregor. Lopez in l. ultim. tit. 18. part. 5. in glof. in verbo, Que no la quiera, in vers. quid si facta: quod non est ob aliam rationem, quam quia alienatio facta per emphyteutam absque domini consensu, est ipso iure nulla, vt tradunt omnes in l. 2. d. l. ultim. C. de iure emphyt. & in c. potuit, de locato. & idem vult Paul. in feudatario, & Matth. de Afflictis in d. decisioe 355. vbi tradit, quod assensus f. à feudatario præsticus super alienatione faciendâ, non prodest, si alienatio erat prius facta, domino inscio; de quo lege Barth. Socin. in consil. 15. num. lib. 1. quem citat Parisius in consil. 14. num. 6. lib. 1. post Bald. in cap. Imperialem, de prohib. feud. alienat. per Federicum; inibi Paris. num. 1. cum segg. alia ad propositum adducit; & Castellum in dict. l. 39. Tauri, fol. 126. colum. 4. vers. hinc dicit Paul. & addo Andream de Ifern. in d. cap. Imperialem, nu. 14. fol. 250. vbi additio Nardi Lip. Et assensus, & confirmatio Principis f. non trahitur retro initium contractus, sed ad tempus impetrati assensus, vt probat Barlatius in cons. 45. num. 9. ex Abbate, Innocent. & aliis, in cap. super eo, de condit. apposit. Aret. cons. 142. Alex. consil. 78. num. 24. lib. 5. de quo supra latius scripsi, & quod assensus ad alienandum feudum sufficit quod

præstetur anve feudi alienationem, vel post, tradit ex communi Burlat. cons. 50. n. 28. lib. 1.

Igitur ad rem nostram, cum alienatio facta per possessorem bonorum maioratus f. sit ipso iure nulla, (vt supra probatum est) non censetur confirmata Principis facultate: & quod nullum est, confirmari nequit, vt supra docui. Iste etiam congruit doctrina Nauarri in manuali Confessorum, cap. 22. num. 87. vbi resoluit, quod si consanguinei intra quartum gradum contrahant inter se matrimonium, si impetratur dispensatio, non sufficit prior consensus vt matrimonio valideret, sed nouo consensu opus est, cum scientia dispensationis; quem refert & sequitur Episcopus Sarmiento lib. 6. secl. larum interpret. cap. 17. num. 5. fol. 28. quod & voluit Aretin. in l. 1. §. si filius, ff. de legat. 3. tal. in l. Gallus, §. in situens, ff. de liber. & posth. quos citat Anton. Perugin. in tractatu de iure fisci, lib. 3. tit. 18. num. 85. pagin. 179. tradit latius Caldas Pereira in tract. de nominatione ad emphyteuf. 9. 21. num. 92. fol. 250. vbi agit de d. l. 42. Taurina, & ista fuit opinio Antonini in cap. super eo, de condit. appositis, quem citat & carpit Gregor. Lopez in proemio tituli 6. part. 4. in glo. in verbo, En manera de vando. Quod f. autem in matrimonio non requiritur, quod consensus præstetur simul, & eodem tempore, sed satis est, quod vnus consentiat prius, & dicitur in eodem proposito, & alterius consensus possit ex post facto intervenire, resoluit Hostiensis in capit. ex literis, in 2. de sponsalibus, Hostiensis, & Cardinalis in capite, si inter eodem titulo, & alij, quos citat Ioannes Lopius in rubrica de donationib. inter virum & uxorem, §. 50. num. 20. pagina 153. vbi Barahona in additionib. Episcop. Couarru. in epitome de sponsalibus, part. 2. cap. 4. in principio, num. 7. de quibus etiam legenda sunt quæ scribit Michael de Palacios in tractatu de contractibus, lib. 5. pag. 497.

S V M M A R I V M.

- 110 Intellectus ad Capitulum Curiarum, quod prohibet Ciuitatibus montes donare.
- 111 Sententia nulla, sit valida in vim pacti, & num. 120. & 121. Et qualiter debeat consensus intervenire, num. 122. Quid si sit nulla ex defectu iurisdictionis, num. 123.
- 112 Index appellationis potest confirmare sententiam nullam, cum constat, quod de nouo esset danda.
- 114 Consensus omnium de populo, vt fiat defensa in terminis publicis, & communibus, valet in vim pacti, etiamsi alius non valeret.
- 115 Dominus vassallorum cum populi consensu potest condere statuta, penas imponendo pro conseruatione terminorum, atque defensionum.
- 116 Debet tamen talis consensus esse expressus.
- 117 Quid si error in tali consensu interueniat.
- 118 Error illius, qui credebat aliquem esse suum filium, ob quem filius erat in quasi possessione filiationis, non præiudicat, si de errore appareat.
- 119 Conuentiones qualiter per sententiam confirmantur.
- 123 Translatio non valens in vim translationis, an valeat in vim pacti, & n. 124.
- 125 Testamentum nullum, ex consensu partium an confirmetur.
- 126 Mandatum super exequenda lite quando confirmet antea acta, & n. 127.
- 128 Cum aliquis permittitur, consentur permissa quæ ad illius confirmationem veniunt.
- 130 Confirmans trahitur ad tempus confirmati, non è contra.
- 131 Ratificatio trahit ad tempus actus gesti.
- 132 Si aliquis vt Canonicus (qui tamen Canonicus non erat) diu in Choro stetit, & postea à Pontifice Canonicatum impetrauit, noua possessio non requiritur.
- 133 Quæ sunt ad conseruandum, presunt ad acquirendum.

- 134 Possessio qua erat prima facie attentata, ex Breui superueniente sustinetur, & n. 139.
- 135 Elitio, quibusdam absentibus facta ab eisdem presentibus potest ratificari.
- 136 Auctoritas cum ad perficiendum actum requiritur, sufficit in ipso actu, vel post.
- 137 Rex si donet alicui terras, quas iniuste possidebat, non habet necesse nouam possessionem apprehendere.
- 138 Pater si faciat meliorationem in filium rei, quam iniuste possidebat, non tenetur filius nouam possessionem accipere ad hoc, vt maioratus sit irrevocabilis.
- 140 Titulo nouo superueniente, detentatio in possessionem iustam mutatur.
- 141 Possessio antiqua & noua cum inimicem compatiuntur, ex utraque videtur quis possessionem capere.
- 142 Animus continuanda possessionis nouam acquisitionem inducit, & n. 149.
- 143 In Ecclesiis vbi habet locum optio, & assensus, seu permutatio præferatur, an fiat transitus de vna ad aliam absque nouo titulo.
- 144 Ius superueniens in persona auctoris, prodest singulari successori, habenti causam ad acquisitionem de nouo.
- 145 Per nouum titulum qualiter quis ab antiquo recessisse videatur.
- 146 Origo possessionis, non eius continuatio est inspicienda.
- 147 Habens possessionem beneficii ex titulo iniusto si validus superueniat, non tenetur de nouo possessionem accipere.
- 148 Possessio etiam ex titulo inualido potest adipisci.
- 150 Detentationem in possessionem potest quis mutare sine noua apprehensione, dummodo de animo suo constet.
- 151 Auctoritas Pontificis in celebrando Concilio, sufficit quod interueniat post Concilium factum.
- 152 Titulus immunitatis inualidus ex cursu temporis an confirmetur.
- 153 Possessio bonorum maioratus, qua per 145. Tauri, in successorem maioratus transfertur, an sit noua, vel eademmet, qua erat apud antecessorem.
- 154 Titulus nullus & vitiosus toleratus à Superiore, qui poterat illum infirmare, qualiter per usum, & longam obseruantiam confirmetur.
- 155 Possessor mala fidei qui dominium præscribere non potest, an possit dominij confirmationem præscribere.
- 156 Cum de tituli confirmari inualiditate constat, confirmatio non tribuit iustum titulum ad præscribendum; si autem non appareat, sufficit confirmatio ad præscribendum.
- 157 Tolerantia Pontificis qualiter habeat vim dispensationis.
- 158 Pavia sunt aliquid ab initio esse tale, vel tale fieri ex post facto, seu qualitatem postea superuenire.
- 159 Sigillatio instrumenti sufficit quod reperiatur facta tempore quo agitur.
- 160 Ratihabitio non nocet Tertio, cum ius quaesitum medio tempore fuit.
- 161 Possessio, vt ratificanti prodest, ratificatio debet in tempore habili fieri.
- 162 Assensus Regis super alienatione feudi non trahitur in præiudicium Tertij.
- 164 Filius natus ante factum matrimonium, an præferatur filio secundogenito nato post subsequutum matrimonium in successione primogenitiue.
- 165 Plures filij naturales eiusdem matris si per subsequens matrimonium legitimentur, maior debet ius primogenitura obtinere si alicui non erat ius quaesitum.
- 166 Infinitio donationis post mortem fieri non potest.
- 167 Bona maioratus si quis alienet, & post eius mortem heredes alienationem à Principe confirmet, talis confirmatio non præiudicat successoribus, qui post mortem ultimi possessoris factus fuit possessor, & dominus bonorum maioratus.

- 168 Assensus an post contractum, & obligationem possit interuenire.
- 169 Confirmatio inualidans inualidum, facit illud à confirmante nominari.
- 170 Legitimatio filij facta extra territorium legitimariis valet; patre ratificante.
- 171 Consensus patroni sufficit quod interueniat post presentationem factam.
- 171 Habens facultatem alienandi bona maioratus si alienet, valet, talis alienatio, etiamsi in instrumento de tali licentia non fiat mentio.
- 173 Inferitur ad provisionem Regni Granatensis, quod nullus possit facere furnum absque licentia Regali.
- 174 Limitari potest h. c. provisio in locis, in quibus furni Ecclesie non sunt sufficientes.
- 175 Priuilegium non subito concessum, quod ex post facto dedit concedentem præter eius intentionem, resoluitur ipso iure.
- 176 Omnis qui non prohibetur, potest de iure communi furnum facere.
- 177 Prescriptio, quod vnus habeat molendinum insingitur tempore necessitatis publicæ.
- 178 Inferitur ad leges qua dicunt, quod ciuitates non possunt facere statuta absque Principis licentia & numer. 181.
- 179 Generalis dispositio an extendatur ad ius confirmationem, per habentem potestatem derogandi iuri communi.
- 180 Deducitur intellectus ad 146. Tauri.
- 182 Intellectus ad l. 16. tit. 1. lib. 6. Ordinantum.
- 183 Inferitur ad provisionem, qua extat Granata, quod non possit Ciuitas aquam donare absque licentia Regia.
- 184 Deducitur etiam ad l. 11. tit. 7. lib. 7. Recop. prohibentem vendi donari, & alienari res Ciuitatis.
- 185 Inferitur etiam ad Pragmat. dotium, hodie l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordin. & num. 187.
- 186 Deducitur iidem intellectus ad l. fori, & 50. Taurinam.
- 188 Princeps confirmando maioriam in forma communi, non videtur supplere defectum licentia.
- 189 Confirmans, seu ratificans debet videre prius scripturam, quam ratificat, vt ei ratificatio præiudicet.
- 190 Ratificatio non extenditur ad ignorata.
- 191 Princeps sciens defectum licentia, maioratum tamen confirmans, omnes defectus supplere videtur.
- 192 Si confirmet aliquem actum cum causa cognitione, sententiam videtur pronunciare.
- 193 Alienatio rei prohibita alienari, qua propter alienationem ad Tertium pertinere incipit, non confirmatur per facultatem Principis postea subsequutam, & numer. 195.
- 194 Maioratum si quis sine Principis licentia instituat, postea tamen eam impetret, maioratus valet.
- 196 Alius confirmatur per dispensationem postea concessam ex iure superueniente quoad exceptionem.
- 197 Approbationis natura est, dispositionem non ampliare.
- 198 Ratihabitio non prodest vbi forma non seruatur.
- 199 Contractum si quis faciat bona maioratus alienando, & permittens impetrari facultatem Regiam pro contractu, talis contractus nullus est, si facultas non impetretur.
- 200 In beneficiis vna pars, altera inuita, poterit retrocedere à concordia facta, saluo beneplacito Sedis Apostolicæ, ante Pontificis confirmationem.
- 201 Conditione pendente de licentia impetranda, an possit à contracta transactionis recedi.
- 202 Superueniens dispensatio an prodest bastardo quoad emphyteusim iam obtentam, vt illam retinere valeat.
- 203 Pontifex ex certa scientia, personam, vel locum, sub titulo dignitatis, vel præminentia nominans, quam tamen antea non habere noscitur, per talem nominationem conferre non videtur.
- 204 Habitatio persona, vel solemnitas, cum est de substantia actus non sufficit quod sequatur, sed vbi selum ad solennitatem

nitatem adfuit, superuenientia solemnitate actum validat, & cum actus substantia non in principio, sed in fine consistit.
205 Licentia si petatur à Rege ad alienandum subrogandum, vel hypothecandum bona maioratus, & detur ad aliqua bona alienandum, &c. in reliquis videtur de-negata licentia.
206 Intellectus ad pragmat. dotium, hodie l. i. tit. 2. lib. 5. Recop.
207 Actus approbatio ipsam actum non extendit.

EX dictis inferitur intellectus ad cap. t. Curiarum Caroli Quinti Imperatoris conditum Pincia anno 1542. quo cauetur ne ciuitates, villæ, aut loci huius Regni, possint facere donationem montium, quos Valdios, vocamus, absque eo quod præcedat Regalis licentia, hodie l. i. tit. 7. lib. 7. Recopilation. Nam si Princeps, concessis iam per aliquam ciuitatem montibus alicui personæ, daret licentiam eidem ciuitati vt in aliam personam posset facere donationem aliquorum montium, ex tali licentia Regali non erit confirmata donatio facta per ciuitatem absque noua Regali facultate: quod aperte constat ex dict. cap. in quo probatur, quod debet licentia præcedere: & ex alio verbo eiusdem legis, ibi: No pueden dar, quod verbum (non possunt) inducit nullitatem actus contra facti & ipso iure remouet potentiam ab actui, secundum Gloss. quam totus mundus sequitur, in regula: Beneficium, in verbo, non potest, de regulis iuris, in 6. notat Barr. in l. i. ff. de iniusto, rupt. lal. in l. non dubium, numer. 60. C. de legibus, & in l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, & in l. Gallus, in principio, num. 14. ff. de liberis & posthum. de quo latè per Tiraquellum post leges connubiales, gloss. 2. in principio. Gloss. Parisien. in consuetud. Parisiensi. l. 1. §. 1. gloss. 3. & Episcopus Segouienis in cap. quamuis pactum, de pactis in 6. 2. part. relectionis, §. 4. fol. 89. col. 3. in vers. sed aduersus. Ex quibus apparet, quod dictus §. irritum, non contradicit nostræ opinioni. Et faciunt quæ scribit Rebuffus in præfatione ad tit. de causa possessionis, pag. 244. col. 2.

Secundo principaliter t. contra opinionem prædictam vrger tex. iuncta Gloss. in l. 2. C. commun. vtriusque iudic. quæ dicit, quod si partes confirmant sententiam nullam, talis confirmatio, licet non valider sententiam, induxit tamen obligationem de nouo, vt obseruetur vi pacti, vel contractus; quem tex. dicit vnicum ibi Bald. & commendat Bart. Bald. Paul. & communiter DD. & alij in l. 1. C. qui pro sua iurisdictione, & alij quos refert Ant. Gom. in l. 4. §. 1. Ferrar. in pract. in forma sententia diffinitiva, in vers. nos Bernardi, n. 54. pag. 194. in vers. vifâ que litis contestatione, nu. 3. pag. 195. Vant. de nullitat. tit. quibus modis sententia dici possit nulla, num. 17. cum duobus seqq. Carol. Ruin. in conf. 87. nu. 2. & 3. lib. 4. Abb. in c. dilecti filij n. 18. de arbitris, fol. 170. & in c. de causis, n. 8. fol. 74. de offic. Delegati, Areti. in conf. 56. nu. 2. & plura scribit Felin. in d. c. de causis, n. 7. fol. 182. Iaf. in conf. 98. col. ult. lib. 1. facit l. 3. tit. 12. p. 5. & late Bertazol. in l. si quis maior, C. de transact. n. 749. Ioan. Guttier. de iuramen. confirmat p. 2. c. 6. n. 6. & p. 3. c. 4. nu. 5. domin. Ant. de Padilla in l. si causa cognita, C. de transact. n. 16. pag. 142.

Et confirmo, quia Iudex t. appellacionis potest confirmare sententiam nullam, si constat, quod de nouo esset danda: & sic, quod qui eam obrinuit, fouer iustitiam secundum Innoc. Io. Andr. & alios in c. 1. de confirmatione utilis, vel inutili, eundem Innoc. in c. super literis, in gloss. in verbo, forsan, de rescript. Barr. & Gloss. in finalibus verbis, in l. 1. C. quando provocare non est necesse, vbi Bald. & Salicet. Barr. & alij in l. si expressio, ff. de appellat. cum concordant. vt per Alex. conf. 111. n. 2. cum seqq. lib. 5. & in conf. 67. lib. 6. qui loquitur in sententia lata per Iudicem recusatum, quod potest confirmari per Superiorem; & Vant. de nullitate, tit. quibus modis sententia nulla defendi possit, num. 25. pag. 732. & nu. 129. cum seqq. pag. 811. & tit. de nullitate ex defectu processus, num. 8. pag. 621. Ant. de Fano in tr. de pignori, part. 3. membro 2. numer. 23. fol. 67. Hieron. Gabr. in conf. 49. n. 5. & conf. 50. n. 8.

Sed conclusio Gl. in d. l. 2. C. commun. vtriusque iudic. t. 3 fallere videtur in sententia lata, nulla ex defectu iurisdictionis, quia talis sententia etiam in vim pacti confirmari non potest, vt ex Areti. in c. at si Clerici, de iudiciis, notat Azuc. in l. i. tit. 5. De las exceptiones, lib. 4. Recop. num. 12. fol. 74. & regula d. l. 2. C. commun. vtriusque iudic. in materia, quæ non dependet à consensu partium, secundum Barth. Socin. in consil. 118. Abbat. & Dec. in c. examinata, de confirm. utili, vel inutili, quos citat Curt. Iun. in conf. 60. num. 11. Sed illud consil. Socii quod citat Curtius, non inuenio: t. & consensus omnium de populo, vt fiat defensa in terminis publicis, & communibus, valet in vim pacti, qui aliam non valeret, vt per Glo. in d. l. 2. tradit Auenda p. 1. de exequend. mandat. c. 12. num. 32. fol. 91. & prius num. 30. & idem c. 13. sequenti, ante numerum primum, scribit, quod t. dominus vassallorum cum consensu populi potest condere statuta, pœnas imponendo pro conseruatione terminorum, atque defensarum populi; & alia statuta, & ordinationes valent in vim pacti; quod tamen declarat Aym. Crauet. conf. 270. ult. dubio, Natta conf. 573. num. 33. lib. 3. Menoch. conf. 270. num. 18. lib. 3. Dec. in cap. de causis, n. 8. fol. 92. de officio Delegati, debet tamen t. talis consensus esse expressus; & tacitus non sufficit, secundum Calder in conf. 8. tit. de re iudicata, Barthol. Socin. in consil. 104. column. 3. & conf. 107. & consil. 220. column. 3. versiculo, nec huic conclusioni, lib. 4. quos citat Aymon consilio 29. num. 6. & idem Socinus consilio 40. num. 4. libro 1. & materiam explicat eleganter Purpuratus in rubrica, C. de transactionibus, num. 7. Anton. Gabriel. libro 2. communium opinionum, titulo de sententiis, conclusionem 2. num. 8. pagina. 128. column. 1. & si error t. interueniat, non præiudicat talis consensus; vt ex Bald. in l. error. in fine. Cod. de iuris & fact. ignor. & l. 1. Cod. de iurisdic. omnium iudic. tradit Alexand. in consilio 123. numer. 7. lib. 1. & late Roland. in consilio 43. num. 44. cum sequentibus libro 1. Iafon. in l. is qui putat, num. 5. folio 67. ff. de acquirenda hereditate.

Quod confirmo per aliam doctrinam singularem, quam vidi in practica in grandi negotio, traditam per Parisiun in consilio 11. num. 144. libro 2. vbi tractat, quod error in aliquo, qui credebatur aliquem esse suum filium, & errore ductus erat t. in quasi possessione filiationis, non præiudicat, docto de errore; & idem vult Anton. Gabriel non relato Paris. consilio 12. num. 44. per leges quas dicit expressas in l. eam quam, C. de fideicommissis, & in l. paterfamilias, ff. de hered. instit. & probatur in l. nemo, §. 1. vbi Glossa & Bart. eodem titulo l. si pater, C. eod. titulo, & tradunt inter alios Auditor Lara de Cordoua in l. si quis à liberis, §. si vel parens, num. 1. ff. de liberis agnoscend. Petrus Surdus in conf. 1. num. 6. & decisione 83. num. 1. Franciscus Mantica de coniectur. mente defuncti libro 4. titulo 6. num. 3. folio 68. Iaso in lege 1. n. 6. Cod. de his quibus vt indignis, & l. cum proponas, num. 1. C. de hered. instit. & conf. 127. num. 7. lib. 4. & de conuentionibus, t. quæ confirmantur per sententiam, legendus est Pinellus in l. 2. Cod. de rescindenda venditione, part. 2. cap. 2. num. 23. fol. 88.

Sed vt ad propositum reuertamur, prædicta fundamenta etiam non obstant: quia, vt ex prædictis patet, sententia non valet in vim sententiæ, t. sed in vim pacti; & idè nimirum, si actum, quem partes de nouo poterant celebrare, non stante sententia, quod possint consentire in sententiam nullam, cum de illorum præiudicio tantum tractetur: cum consensus sit in vim pacti, & non sententiæ; vt tradit Aretius in consil. 56. numer. 2. & ad hoc est expressa sententia Baldi in consilio 427. In causa spectabilis militis lib. 1. vbi tradit, quod sententia à partibus approbata, non dicitur sententia, si non fuit substantialis solemnitas obseruata in procedendo; t. sed habet vim pacti: quod, non relato Baldo ita intelligendo dict. legem 2. voluit Gloss. Paris. in 2. parte, consuetud. Parisiens. §. 56. num. 2. fol. 133. Augustin. Berouis in conf. 171. num. 22. lib. 2. & in conf. 30. num. 1. & 17. lib. 2. ad quos addo Ancharran-

in conf. 67. num. 9. concludentem, sententiam ipso iure nullam, propter ordinem iudiciorum non seruatum, non posse per partes confirmari, & consentiri; & tradit Castillo in dict. l. 59. Tit. iuris, fol. 116. col. 4. versiculo, adde not. & dictam legem 2. Sic etiam intelligit Abbas in cap. 1. num. 23. fol. 49. de re iudicata: Et quod consensus t. debeat esse expressus, vt sententia habeat vim pacti, tradit Cephalus in conf. 236. num. 22. lib. 2. Et regula dicta legis 2. C. commun. vtriusque iud. procedit in materia, in qua habent partes potestatem disponendi, vt declarat Decius post Abbatem in cap. examinata, column. 2. versiculo, & notandum est, de confirmatione utilis, vel inutili: & in conf. 475. in causa num. 33. Siluan. consil. 71. num. 17. Et quod transactio, quæ non valet in vim transactionis, quia fuit facta post rem iudicatam, t. valeat in vim pacti, probatur in l. iuris gentium, §. si paciscar, ff. de pact. tradit Carolus Ruinus in conf. 109. num. 10. lib. 1. faciunt tradita per Hostiens. Cardin. Abbatem, & Decium in cap. de causis de officio Delegat. Aluar. Valascus de iure emphyt. quæst. 6. num. 17. fol. 12. faciunt scripta per Anton. Peregrinum in tract. de fideicommiss. artic. 51. num. 4. fol. 487. circa confirmationem Glossæ in d. l. 2. Et an si non valet transactio in vim transactionis, t. valeat in vim pacti, tradit Carolus Ruinus consil. 132. num. 6. lib. 1. ad quem addo Abbatem in cap. per tuas, num. 16. de arbitrariis, & Petrum Surdum decis. 53. num. 22. vbi ex Glossa in d. l. 2. C. communia vtriusque iud. & aliis resoluit, quod testamentum nullum t. confirmatur ex consensu partium, de quo legi debet Flores de Mena lib. variarum, cap. 1. num. 71. cum sequent.

Tertio pro hac sententia induco text. in l. Iulianus ff. qui satisfat. cogant. vbi probatur, quod t. satisfactio præstita illi, qui sine mandato, nomine alieno agere caperat, non corrumpit, nec euanescit, superueniente mandato; imò magis confirmatur, quia mandatum implet causam, pro qua satisfactio fuit interposita. Ex quo text. Doctores ibi etiam deducunt, quod mandatum super profectuenda lite, operatur confirmationem t. quæ prius gesta sunt: de quo tractat ibi Iason, & in l. 3. in princip. num. 27. ff. de acquir. possess. Sed hic text. etiam non obstat: quia procedit, & locum habet, quandoque ille, qui mandatum dedit alicui, sciebat omnia, quæ tam acta erant, nam tunc confirmare videtur, quæ suo nomine gesta sunt; secus autem si ignorat: quem text. ira intellexit Ioann. Andre. in additionibus ad Speculatorem, titulo de procuratore, §. 1. versiculo, sed nunquid procuratorum ad dicendum, in Glossa, in verbo, in fine, fol. 81. column. 1. quem sequuntur Paul. & Iaso. num. 3. in dict. l. Iulianus, Alexand. in conf. 112. Super eo dubio, libro 5. num. 5. & idem Alexand. in dict. conf. 146. In causa & lite, lib. 5. num. 12. referunt dict. mater, ff. de inofficioso testamento, & l. qui cum tutoribus, ff. de transactionibus, addo Decium in conf. 72. Vso puncto, num. 5. Decisio Genuens. 22. num. 4. vbi tractat, an ordo superueniens confirmet iam factum? Et quando assensus Regis ad alienanda bona primogenituræ, sufficit quod subsequatur? tradit Matth. ab Afflictis in consil. Neapol. lib. 3. rubr. 5. num. 75. fol. 266. vbi allegat Andre. de Ifernina in cap. Imperialem, quod est memorizandum mandandum. Et quando aliquod t. est permittum, censetur permittum quæ ad illius confirmationem veniunt, secundum Glossam in Authentica. vt liberi de cetero, §. 1. in verbo, ingenti, Federicum in conf. 216. Menochium de recuper. possessione, rem. 1. n. 365. pagin. 350.

Cum igitur Princeps ignoret t. alienationem factam rerum maioratus, nullatenus dici potest quod ex licentia sit confirmata alienatio antea facta; & hoc modo intelligendum est, quod tradunt Hostiens. Innocent. Ioan. Andre. & Abb. nu. 11. in cap. innotuit de electionibus, vbi dicunt; quod confirmatio superioris superueniens confirmat electionem inualidam; quod ibi declarat Abbas; & quod confirmatio facta de actu valide trahatur retrò, voluerunt Bald. in authentica, si

qua mulier, in fine, C. ad Velleianum: Cephal. consilio 170. num. 51. libro 2. qui confirmat per doctrinam Bartoli in dict. l. obseruare column. 1. ff. de officio Proconsulis, Dec. in l. quod initio, ff. de regulis iuris: quæ confirmatur; quia confirmans trahitur ad tempus t. confirmati, & non è contra: l. si fundus, in principio, ff. de pignori-ribus: l. vero ff. de soluisio. l. fin. C. ad Macedonianum, cum concordantibus, vt per Signorolum consilio 19. num. 8. Seraphinum in tractatu, de priuilegiis inuamenti, priuilegio 71. num. 7. pagina 356. & ratificatio trahitur t. ad tempus actus gesti, licet, ff. de iudiciis: l. vitima, C. ad Macedonianum, cum pluribus concordantibus adductis per Petrum Surdum decisione 245. num. 1. latissimè Tiraquellus in tractatu de viroque retractu, lib. 1. §. 1. glossa 10. num. 60. pag. 240. faciunt scripta per Martienqum in l. 23. tit. 11. lib. 5. Recopil. gloss. 1. n. 5. fol. 400. Quarto adduco egregiam sententiam Baldi, quæ ad multa prodesse potest, in l. 2. column. 9. numero 57. in versiculo, sed pone, aliquis diu steterat in Choro, Cod. de seruuit. & aqua, vbi dicit, quod si aliquis diu steterat in Choro, & Capitulo, vt Canonice, sed non erat, & Papa dispensauit postea secum, & conuulit illi Canonice, t. quod non requiritur noua possessio: quia fit ipso iure quædam conuersio, & quædam mutatio ex causa superueniente, refert l. quædam mulier, ff. de acquirenda possessione, & §. inuadum, Institution. de rerum diuisione. l. 2. C. de acquirenda possessione, cui adde Interdum, ff. de acquirendo rerum dominio, & l. 47. titulo 28. part. tertia, vbi Gregorius Lopez in glossa, in verbo, el seniorio, citat istam doctrinam Bald. & Aymon Craucta consilio 171. num. 1. vbi ex aliis eleganter declarat num. 19. confirmat Carolus Ruinus in consilio 28. numero 11. libro 4. pro quibus facit regula iuris, quod t. quæ sunt ad conseruandum, profunt ad acquirendum, vt per regulam dicta legis secunda, C. commun. vtriusque iudic. tradit Olfascus decisione Pedemontana 34. num. 8. & possessio, quæ prima facie erat t. attentata, sustinetur ex Breui superueniente, vt resoluit Lancellorus in tractatu de attentatis, 2. parte, cap. 4. de attentatis lite pend. in præfatione, num. 405. pag. 7. allegat notata per Socinum in lege 3. §. ex pluribus, ff. de acquirenda possessione, & in conf. 131. num. 4. lib. 1. & electio facta aliquibus absentibus potest t. ab illis ratificari, vt per Ripam responsio 49. num. 1. & 5. Et vbiunque authoritas requiritur ad perficiendum actum, satis est ipso t. actu interueniat, vel post: l. 1. §. fin. l. si conditionalis, ff. de auctor. rit. tut. tradit Bursatus conf. 110. num. 2. vbi num. 3. 17. & 18. tractat qualiter Papa possit confirmare acta facta in Conciliis; quam doctrinam Baldi habui in facto, inter quosdam Capellanos Capellæ Regiæ istius ciuitatis; & confirmo ex pluribus, quæ scribo sup. in l. p. 4. 33. Et ex hac doctrina infero obiter duo notabilia. Primum, quod si quis habebat occupatas aliquas terras Regales, vel alicuius t. ciuitatis, & postea Princeps illi donet dictas terras, quod non est necessarium illi, de nouo apprehendere possessionem illarum terrarum, sed illam continuare potest absque aliqua apprehensione: quod in facto, in negotio maximi momenti euenisse scio. Secundum quod, si filius habebat occupatam aliquam rem patris, quam absque iusto titulo & violenter possidebat, si postea t. pater illius rei facit meliorationem in eundem filium, quod ad hoc, vt talis melioratio sit irrenocabilis, non erit necesse filio de nouo accipere possessionem talis rei: quia secundum Baldum fit ipso iure quædam conuersio, & quædam mutatio ex causa superueniente: ad quod est animaduertendum.

Quod confirmo ex singulari doctrina Rob Lancell. in tract. de Attentatis p. 2. c. 4. de attem. lite pend. in præfatione, n. 40. pag. 70. vbi vult, quod possessio, quæ facta fuit sine Breui Apostolico, reputatur bona, & sustinetur ex superuenientia Breuis, t. nec dicitur attentata, per doctrinam Socini in l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. poss. & in conf. 131. n. 4. lib. 1. Et ita dicit fuisse obtentum in vna Maioricens. Canonice, licet contra postea arguat, & Jacob. Pur. lib.

lib. decisionum, decisione 170. num. 15. pagina 60. ponit
 140 pro regula, quod superueniente nouo titulo, et detentato mutatur in possessionem, per quasdam doctrinas Pauli Castrensis & aliorum, quas citat; & adduco notabilem sententiam, & extraordinariam Bartoli, consilio 207. num. 4. libr. 1. ubi vult quod si ille, qui habet aliquam possessionem, quam non potest retinere iuste, nisi ex causa hereditaria sibi superueniente, illo titulo incipit possidere illa mutatione facta; per textum quem dicit expressum in l. non solum, §. 1. ff. de usufructibus.

141 Et quando possessio est antiqua, & noua inuicem comparantur, ex utraque quis videtur capere possessionem secundum Paul. de Castro in l. qui bona, §. quod scriptum, ff. de acquirenda possessione, Iacob. decisione 170. num. 14.

142 libro 1. Et animus continuandæ et possessionis inducit nouam acquisitionem, etiam si quis prius non possideret, vt per Guillelmum Cassad. in bono casu, decisione 2. de reservatione num. 1. qui citat Bartol. Bald. Angel. Imol. Iason. & Doctores in d. l. 3. in principio, ff. de acquirenda possessione, & tradit Olfacus decision. Pedemontan. 34. num. 8. Iaso. in d. l. 1. qui putat num. 5. ff. de acquirenda hereditate, & legendus est etiam Augusti. Beroius in cons. 111. n. 6. libr. 1. qui refert Baldi doctrinam in d. l. 2. & eam declarat.

Quod confirmo per doctrinam Bartoli in l. gerit, num. 32. ff. de acquirenda hereditate, ubi vult, quod animus retinendi hereditatem, inducit aditionem, etiam si prius hereditas adita non fuisset; quem sequitur Imol. ubi in fin. Cornuus in cons. 165. num. 62. libro 2. quod disputat Mantica de centetur. ment. defuncti, libro 12. in folio 12. num. 16. pagina 610. & faciunt scripta, per Zulium in cons. 9. num. 24. libro 1. sed idem Cassad. decisione 17. titulo de prebendis, num. 2. pagina 381. tradit quod in Ecclesiis, et ubi habet locum optio, & ascensus, seu permutatio prebendarum, sit transitus de vna ad aliam absque nouo titulo, & absque noua prouisione, seu collatione in virtute prouisionis habitæ in prima, refert Archidiano. & Ioan. Andre. in cap. fin. de consuetud. in 6. ex quorum autoritate tradit Rebuffus in tractatu de pacifico possessore, num. 162. pagina 296. quo per optionem factam per beneficiarium, non extinguitur antiquus titulus, nec nouus quaeritur; qui dicit mirabile, & refert Cassador. decisione 17. de prebendis. Quinimo si ius superueniens in persona auctoris, prodest singulari successori habenti causam ad acquisitionem de nouo, l. proinde ff. si certum petatur, l. si Titio ff. de rei vindicatione, l. rem alienam, ubi Bart. ff. de pignorat. act. cum concordant. vt per Aymon in cons. 206. num. 6.

145 Et qualiter et quis per titulum nouum, censetur recessisse ab antiquo, eleganter explicat Romanus in 146 cons. 350. num. 13. ad quem addo, quod origo possessionis, et non continuatio possessionis est exquirenda: l. clam possidere, in princ. ff. de acquirenda possessione, Olfacus decision. Pedemont. 34. n. 14. qui allegat Romanum in cons. 314. Erista dicta comprobantur etiam ex sententia Comæ Guimier in titulo de pacifico possessore in verbo, coloratum, ubi inquit, quod si quis sit in possessione beneficii virtute tituli colorati, inualidi, aut nulli, si superuenit titulus coloratus, aut validus, et non requiritur alia possessione noua, virtute tituli validi: & idem tradit Chastaneus in consuetud. Burg. rubrica 7. le mort saist, §. 1. fol. 288. col. 1. in vers. pro decimo tercio, hodie, pag. 904. & idem tenet Rebuffus in pract. beneficiis, titulo de rescripto, Etiam, & Perinde valere, n. 52. pag. 317. ubi dicit, quod si quis adeptus fuerit possessionem ex prima prouisione, licet inualida, non debet eam iterum ex valido titulo capere; et quia possessio etiam ex inualido titulo potest adipisci, l. 1. §. si vir ff. de acquirend. posses. quem citat Menoch. de adipiscend. posses. remed. 6. num. 41. pagina 154. col. 2. & possessio per superuenientem titulum nouum mutatur, nisi adit animus mutandi; vt per Barth. Socin. in cons. 131. col. 3. libr. 1. quem citat Decius in l. doris, num. 3. C. de collat. & Gomezus in regula Can-

cel. reg. de trienna. q. 46. pagin. 866. ubi tamen refert textum in l. qui Louis. §. fin. ff. de acquir. possessione, probantem, quod est necessaria noua possessio quoad effectum acquirendi nouam, ubi Paul. Raphael Curian. & Alexand. inquit istam esse conuincunt opinionem contra Barth. Socin. in l. 3. §. ex pluribus, versiculo tercia conclusio, eodem titulo, de quo etiam lege Iacob. Putc. dict. decisione 170. num. 13. cum sequentibus parte 1. Socium Iuniorum in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 180. folio 58. ff. de acquirenda possessione, ubi doctima Barr. in l. quod vulgo, ff. pro emptore, tradit, quod animus retinendi possessionem, et operatur animum ad acquirendam possessionem, & tradit notanter Iacob. Putc. decisione 170. parte 1.

Ex quo etiam inquit idem Rebuffus, tomo 3. ad consil. Regius; tractatu de causa beneficii possess. articulo 1. glossa unica, num. 8. pag. 291. quod si quis acceperit possessionem ex titulo colorato, & prosequutus fuerit processum intra annum, si demum post annum habeat verum titulum, non est necesse nouam adipisci possessionem, nec tempore poterit excludi, eo quod non acceperit possessionem intra annum computandum ex vero titulo. Et quis potest mutare detentationem et in possessionem, sine noua apprehensione, dummodo consistet de animo suo, l. non solum, §. quod vulgo, ff. de usufructu, tradunt notanter Rebuffus in rubrica, de causa possess. et proprietatis in presertione, pagina 250. columna 1. versiculo, quando superuenit: & notatur per eundem Rebuffum in Concordat. in §. concordantes, in verbo, successores, & refert Ancharan. in regna. de regulis iuris, in §. 1. sed non citat doctrinam Baldi in dict. lege 2. quæ est expressa, & loquitur in fortioribus terminis. Et hæc confirmantur etiam, quæ scribo in 1. parte, questione 33. a num. 5. & per doctrinam Rebuffi in dict. tractatu, de pacifico possessore num. 14. pag. 277. tradit, quod Papa confirmando titulum coloratum, videtur de nouo beneficium dare: & quod in celebrando Concilio sufficit, et quod auctoritas Papæ interueniat post factum Concilium, ex pluribus probat Bursatus in consilio 110. num. 3. cum sequentibus libro 1. Quinimo titulus immunitatis et inualidus confirmatur excursu temporis secundum Barr. in l. licitatio, §. eorum, ff. de publica. Balbum in tractatu prescriptionum, secunda parte 5. partis, questione 5. quod eleganter explicat Menoch libro 3. presump. 1. §. 1. num. 36. pag. 452.

Et ex istis obiter infero intellectum, ad quaestionem disputatam per Molinam, libro 3. de primogenitura. cap. 12. numer. 22. folio 88. ubi resoluit, an possessio bonorum maioratus, quæ per l. 45. Tauri, transferatur et in successorem maioratus, sit noua, vel eademmet, quæ erat apud antecessorem? & faciunt quæ scribo supra 3. parte, questione 17. a num. 18. & quod scribit Matiençus in l. 8. tit. 7. libro 5. Recopilat. glossa 5. num. 7. folio 188. & interesse superueniens post factam stipulationem vel promissionem, licet tempore promissionis non interfit stipulantis, sufficit & ipsa reconuadatur si postea interfit, secundum Guillelm. de Cuneo, Bart. Bald. & Salicet. in l. 1. C. de pactis, Cinus, & Salicetum in l. pacto successorum, C. de pactis, & alios quos citat Iason in dict. l. 1. numer. 18. folio 160. Et qualiter titulus nullus, & vitiosus toleratus a Superiore, qui poterat illum infirmare, confirmetur et per usum & obseruantiam longam, resoluunt inter alios Roland. in cons. 99. num. 25. lib. 2. Cephal. in cons. 148. num. 17. Curtius in tractatu de feudis, parte 1. num. 9. & 10. Anton. Peregrin. in tract. de iure fisci, libro 6. rit. 8. num. 27. pag. 88. Quod reperto notabilissimum ad donationes Regias, contra quas opponitur de nullitate; ad quem addo notabilem doctrinam Baldi in l. vltima, C. de tempor. appellat. quam citat Tiraquel. in lib. de legibus conubialibus, gloss. 1. verbo ex prez, num. 77. fol. 309. Menoch. in tractatu de presump. lib. 3. presump. 1. §. 1. num. 38. & sequentibus. Et licet possessor malæ fidei non possit præscribere et dominium, potest tamen præscribere confirmationem domini, secundum Baldum in cons. 253. Ad euentiam, libro 2.

libro 2. dubio 2. per legem, in bello, §. si quis seruum, ff. de captiuis, de quo consilio agunt Fabian. in tractatu de emptione, questione 3. septima quaestio principalis, Balbus in tractatu de prescriptionibus, parte 5. questione 3. num. 4. pagin. 501.

In qua quaestione animaduertit ad singularem doctrinam Abbatis in cap. dudum, num. 13. folio 153. de decimis, ubi determinat, quod vbiunque apparet, de inualiditate tituli confirmati, et confirmatio non tribuit iustum titulum ad præscribendum; si autem non apparet de nullitate tituli confirmati, sufficit confirmatio ad præscribendum, quam doctrinam citat Balbus in dicto tractatu, parte 3. questione 9. numer. 8. pagina 153. ad quem addo Rebuffum in tractatu de decimis, quest. 13. num. 89. pagin. 50. Decium in cons. 161. num. 11. Et qualiter tolerantia Papæ habeat et vim dispensationis, resoluit idem Abbas in cap. nisi essent, num. 7. de prebendis, Felinus in capite 1. num. 7. de treuga et pace, Gomez in cap. 1. numer. 132. de consil. quos, & Siluan. refert Menochius libro 1. de arbitrariis, questione 90. numer. 57. ad quem addo quæ refert Vantius in tractatu de Nullitate: quibus modis sententia nulla defendi possit, numer. 44. pagina 747. faciunt tradita per Bursatum in consilio 177. in fine, de tolerantia Superioris. Et est regula iuris, quod paria sunt et aliquid ab initio esse tale, vel tale fieri ex potest, seu qualitatem postea superuenire, l. nihil refert, ff. de condiç. sine causa cap. si pro Clericis pauperibus, de prebendis in 6. ubi Gemin. post Ioannem Andre. tradunt in variis casibus: Paul. de Castro in consilio 228. Videtur quod dicta sententia, libro 2. Petrus de Bellapertica, Cinus, & Alexand. in l. si rem meam, in fine ff. de verborum obligation. & alij plures, quos notanter cumulat Imol. consilio 201. numer. 26. cum sequentibus, ubi inter alia plura tradit, quod sigillatio et instrumenti sufficit, quod reperitur facta tempore, quo agitur; per regulam leg. qui fundum, ff. de contrahenda emptione, l. in venditione, §. de tempore, ff. de bonis arb. iudic. possid. l. 1. §. meminisse, ff. de ventre in poss. mittend. & alia iura. Ex quibus infero intellectum ad dict. l. 3. titulo 15. libro 5. Recopilation. statuentem, quod scriptura census regitrentur, sub certa pena; sed ista omnia suas particulares habent rationes, quas longum esset hic referre, nec prima opinioni obstant.

Et pro limitatione doctrinæ Baldi in d. l. 1. animaduertant lectores egregiam doctrinam Aymon. Crauet. in consilio 171. num. 19. ubi dicit, quod doctrina Baldi procedit, nisi ante superuenientiam veri tituli, sit alij ius quaeritum: quia tunc nouus, & iustus titulus non prodest, per legem 2. §. merito, et §. si quis a Principe, ff. ne quid in loco publico. Et generaliter et rati habitio non nocet Tertio, cui quaeritum medio tempore fuit, l. pactum, §. fin. quemadmodum seruitus amittatur, l. potior, §. si colonus, ff. qui potior in pign. habeantur, tradit Natta in consilio 291. numer. 8. libro 2. & prius numer. 8. & idem Natta in consilio 153. & faciunt quæ tradit Curtius Iunior in consilio 55. numer. 10. et consilio 74. numer. 9. et cons. 76. numer. 6. libro 1. Parisius in cons. 14. numer. 3. libro 1. et in cons. 12. numer. 17. libro 4. Cephalus in cons. 440. numer. 47. libro 3. Augustin. Beroius in cons. 174. numer. 78. et in cons. 46. numer. 9. et in cons. 201. num. 18. et consilio 204. numer. 19. et in cons. 183. numer. 29. libro 3. et in consilio 46. numer. 35. et in cons. 73. num. 19. libro 1. et in consilio 13. numer. 9. libro 3. & plures refert Cognolus in l. semper qui non prohibet 60. numer. 20. ff. de regulis iuris Tiraquel. in tractatu de Constitut. parte 3. limitatione 30. num. 2.

161 Et possessio vt prodest et ratificanti, debet fieri ratificatio tempore habili, vt per Aymonem in cons. 5. numer. 17. Pro qua doctrina est egregia sententia Matthæi de Afflicis decisione 286. numer. 3. et 4. ubi probat, quod assensus et Regius super alienatione feudi

non trahitur in præiudicium Tertij, qui ad hoc refert Andre. de Isernia in cap. Imperiale, in fine principij, de prohibita, fendi alien. per Federicum, dicentem, quod si habens feudum, alienauit, & non tradidit, & mortuus est ille, qui alienauit, si ille cui fuit alienatum feudum, post mortem alienantis impetrat assensum Regium, non nocet heredi alienantis, allegat l. bonorum, ff. rem ratam haberi; et l. seruos, ff. de manum. testam. Quod ex pluribus confirmat Roland. cons. 2. numer. 145. cum sequentibus, libro 1. et in cons. 63. numer. 52. libro 4. Paris. in cons. 18. numer. 17. libro 1. Et qualiter dispensatio ad duo et incompatibilia beneficia, habeat locum in iam obtentis, tradit Rebuffus in tractatu nominationum, questione 15. numer. 34. et in l. verbum presens 8. pagina 84. ff. de verborum significatione, qui etiam refert notasse in praxi beneficiis, parte 2. de dispensatione. Nec minus conducunt scripta per Tiraquellum in tractatu le mort, parte 5. declaratione 3. numer. 5. pagina 130. et parte 2. declaratione 5. numer. 5. pagina 70. Tiberius Decianus in pract. libro 9. capite 38. numer. 1. cum sequentibus, folio 308. & per Cellum, qui loquitur in quadam causa maioratus grauis, intra quod tempus debeat ratificatio fieri in cons. 120. num. 75.

Et quod si res non est in primo statu, aliquid ratificari non possit, tradit in quadam donatione primogenituræ, Menochius in cons. 442. numer. 33. libro 5. post Bolognum in consilio 39. Paulum Parisium in cons. 12. numer. 112. libro 2. Socinum in cons. 77. numer. 115. libro 1. notabiliter Alexander ubi Gloss. Parisien. in cons. 110. numer. 3. libro 1. Tiraquellus in tractatu de Constitut. parte 2. ampliatione 17. numer. 4. folio 45. notanter Matiençus in l. 10. titulo 8. libro 5. Recopilat. glossa 3. numer. 12. cum sequentibus, folio 240. ubi disputat ex hoc illam altam, & difficilem quaestionem, an filius et natus ante factum matrimonium, præferatur filio secundo genito nato post subsecutum matrimonium in successione primogenituræ? quibus congruit, quod legitimatio ad primogenituram non trahitur retro in præiudicium illius, cuius quaeritum fuit; vt concludunt omnes in l. Galus, §. et quid si tantum, ff. de liber. et posthuma. Gloss. Paris. in consuetudin. Paris. 1. parte, §. 8. glossa 1. numer. 38. folio 108. ubi ex hoc concludit, quod si sunt plures filij et naturales eiusdem matris, qui legitimaui fuerunt per subsecuens matrimonium, solus maior et antiquior obtinere debet ius primogenituræ, dummodo alij non sit ius quaeritum; faciunt tradita per Suarez libro 1. communium opinion. verbo, legitimatus, numer. 144. Paris. cons. 2. libro 2. Curtius in tractatu de feud. parte 3. questione 17. numer. 39. et sequentibus, Siluan. cons. 3. numer. 49. Bursatus cons. 76. numer. 48. lib. 1.

Ex quo fit, quod rati habitio, quæ superuenit, postquam ille, qui nomine meo ceperat possidere, desit possidere, nihil operatur, secundum Antonium de Butrio in capite cum venisset, de restitutione spoliatorum, allegat dict. l. bonorum, & quandam decisionem Rota tradit Carol. in consilio 124. numer. 10. libro 5. Gomezus in regula, de annali possessore questione 49. pagina 604. et 605. et in regula, de trien. possess. questione 59. pagin. 901. & faciunt scripta per Tiraquellum libro 5. de retractu, §. 1. glossa 10. numer. 66. pagina 24. & Quintilian. Mandos. loquentem in terminis Antonius de Butri. & aliorum, de annali possessore regula 34. questione 36. numer. 5. folio 165. & per Tiraquellum in materia primogenituræ, in l. si vnquam, Cod. de renouand. donat. in verbo, suscepit liberos, numer. 64. pagina 342. et in tractatu de primogenitura, questione 34. numer. 65. pagina 254. & insinuatio et donationis non potest fieri post mortem: quia extrema non sunt habilia, vt resoluunt Rebuffus tomo 2. ad cons. Regias, titulo de donationibus instruendis, articulo 1. glossa vltima, num. 4. pagina 380. faciunt scripta per Ripam responsio 61. numer. 8. et 9.

167 Ex quibus doctrinis infertur, quod si quis fecit alienationem bonorum & maioratus; & post mortem alienantis hæredes eiusdem eandem à Principe confirmaverint; quia ad hoc tenebatur ille, qui alienationem fecit, talis confirmatio non præiudicat successoribus, qui per mortem ultimi possessoris factus fuit possessor, & dominus bonorum maioratus; quod est notatu dignum.

Quintò volunt Iacob. de Arenis, Ricard. Cinus, Bart. & Angel. in l. cum non solum, §. necessitatem, C. de bonis qualib. quod consensus patris datus in iudicio, etiam post conclusionem in causa, validat iudicium; confirmat Matth. de Afflictis decisione 180. Filiusfamilias, num. 1. cum sequentibus.

168 Sextò faciunt quæ scribit Episcopus Sarmient. lib. 6. selectarum, cap. 13. folio 22. ubi miratur de dispositione text. in dist. 1. 42. Taurina; & generaliter & assensus potest intervenire post contractum & obligationem, ut per Socium Iuniorum consilio 97. numer. 2. libro 2. Euerard. consilio 8. quos citat Burlatus consilio 32. numer. 12. libro 1. ad quem addo Abbatem in cap. cum vos, num. 8. fol. 66. de his quæ sunt à Prælati sine consensu Capituli.

169 Septimò, confirmatio validans & inualidum, facit illud denominari à confirmante, secundum Glossam finalem in §. fin. Inst. de tutelis, Anton. & Imol. in cap. quoribus, per illum textum, de pactis, & alios, quos citat Felin. in cap. qualiter & quando, in principio, numer. 16. versiculo, item ad prædicta, de accusationibus; in quo numer. refert id, quod supra dictum fuit, ex Innocent. & aliis in cap. novit, de electionibus, & inibi etiam tradit latè, contra sententiam à Superiore confirmatam opponi non posse de nullitate. Et legitimatio, & seu dispensatio filij facta extra territorium legitimantis, est valida, patre ratificante, ut per Iacob. Pute. decis. 222. in una Regensi, parte 2. Et consensus patroni & sufficit quod interueniat post præsentationem factam, secundum Cardin. in cons. 62. In 3. dubio: Roman. in cons. 356. Felin. in cap. cum Bertoldus, de re iudic. Decius in cons. 272. n. 2.

170 Ex quibus tandem fit, quod prima sententia, de qua supra actum est, vera existit: quam paucis verbis, quali non esset tam difficilis, ut ex superioribus constat, tenet Molin. libro 4. de primogeniis, cap. 5. num. 34. folio 161. Et istis addere libet doctrinam Episcopi Sarmient. de rebus Ecclesiasticis, parte 4. cap. 4. numer. 1. ubi vult, quod si quis habeat licentiam testandi, licet in testamento nulla sit facta mentio indulti, aut licentiæ, testamentum sustinetur: quem citat Burlat. in cons. 178. num. 9. libro 2. Ex quo inferri potest, & idem dicendum esse in eo, qui habet facultatem ad alienandum vel obligandum bona maioratus, nam si obliget, vel alienet alia bona, cum ad id præcessisset licentia, & facultas, licet de tali facultate non faciant mentionem, valet alienatio, vel obligatio bonorum maioratus.

171 Et ex superioribus obiter infertur ad quandam provisionem vel privilegium, quod habent Ecclesiæ & huius Regni Granatensis, per quod eisdem concesserunt Domina Regina Ioanna, & Carolus Quintus illius filius, quod nullus in Regno possit facere furnum, nec edificare, absque expressa Regali licentia, ut in dicto privilegio caveretur: nam si aliquis faciat furnum, non interueniente Regali licentia, posteaque impetret Regiam facultatem ad furnum faciendum, ex tali licentia non potest obtinere iam factum; quia privilegium resistit, & remouet potentiam ab actu; & cum fuerit concessum in fauorem Ecclesiarum, est ampliandum potius quam restringendum; argumento l. si. C. de sacrosanct. Eccles. cum qua concordat l. 1. tit. 11. p. 1.

172 Sed notandum est, quod hoc privilegium limitari potest, & restringi, si furni Ecclesiæ non sunt sufficientes ad coquendum panes habitantium, & damnum esse evidens: tunc etenim aut est compellenda Ecclesia ad edificandum alios furnos Reipublicæ necessarios,

aut quilibet priuatus potest edificare; & esset hæc iustissima causa impetrandi licentiam Regiam ad faciendum furnum, nam stante prædicto Reipublicæ damno, privilegium incipit esse nociuum, & idcirco non est obseruandum; imò ipso iure reuocatur; cap. suggestum, ubi notant Doctores de decimis, Glossa in c. rescripta, in medio, 25. questione 2. Bart. & Communis, in l. ex factis, ff. de vulgari; per text. ibi: facit l. rescripta, C. si contra ius vel util. pub. & cum his iuribus concordat notabilis l. 43. tit. 8. part. 3. & est text. ubi Ioan. de Platea in l. nemo, C. de dignit. libro 12. & cap. quanto, de censibus. & alia expressa lex 5. titulo 20. par. 2. de quo per Rebuffum in praxi beneficii, in titulo, de differentiis inter privilegium & rescriptum, pag. 99. numer. 44. & in tr. de decimis, questione 14. numer. 40. & 51. Oratorum in tractatu, de Nobilitate, 4. part. cap. 5. num. 7. cum sequentibus, pagina 309. Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. parte 3. num. 62. folio 105. columna 3. versiculo, sic etiam. Et privilegium Principis non est seruandum, & perdit vires suas, cum primò reuincit in iniquitatem, iuxta Glossam in c. rescripta, 35. questione 2. Et privilegium & concessum non subdito, quod ex post facto lædit concedentem præter eius intentionem, resoluitur ipso iure, ut per Felinum in c. nouit, columna vltima, versiculo, 2. limita: de iudiciis, Ripa libro 2. respons. 7. responsi in 8. dubio: Et ad ista vide plura singularia quæ cumulat Roland. in consilio 1. num. 160. cum pluribus sequentibus, libro 2. trado supra, hac parte, questione 1. limitatione 1. num. 39. Pro quibus etiam facit; quia privilegium est ita interpretandum, ut minus noceat quo sit possibile, cap. dilecti, & cap. ex multiplici, de decimis, & ex cap. ex parte, in princip. ubi Abb. numer. 3. eodem titulo, notat Iason. in l. quoribus, Cod. de precibus Imperat. offerend. numer. 3. Decius in cap. super eo, numer. 4. de officio Deleg. Hippolyt. sing. 295. & 403. Loazes in tractatu, de noua conuers. paganorum Regni Valentia, columna 64. num. 6. quod aliis in locis tracto; maximè quia omnis ille, qui non & prohibetur, potest de iure communi furnum facere, ut per Ioan. Fabrum in §. æque si agat. Inst. de act. & Guid. Pap. decisio 288. vtrum quilibet, ubi scribit, quando, & quo tempore possit præscribi ius habendi furnum, stante prohibitione in contrarium.

Hanc sententiam mirum in modum fulcit quædam Doctrina Baldi in l. item lapilli, questione 3. ff. de rerum diuisione, ubi eleganter inquit, quod licet quis possit præscriptione acquirere, quod nullus nisi ipse habeat molendinum, quando prohibuit, & prohibiti prohibitioni & acquieuerunt; tunc talis præscriptio potest infringi tempore publicæ necessitatis; & refert ad hoc text. in l. vltima, in fine, C. de seruis. Quod confirmo, quia ubicunque vertitur publica utilitas, vel fiscalis, potest dominus prohibere, ne alij construunt noua molendina, vel furnos, secundum Iacobinum in sua inuestitura feudali, §. & cum molendinis, vers. quid dicendum, Bald. in cons. 410. Queritur vtrum dominus: libro 5. Narram in cons. 106. num. 2. & in cons. 227. nu. 2. Egidium Bossiam in titulo de Regalibus, num. 41. Anton. Thesaurum decis. Pedemontan. 16. num. 13. quem lege pro intellectu doctrinæ Ioan. Fab. & d. §. æque si agat: quæ conclusio est notabilis ad ea quæ habentur in l. quo minus, ff. de flumin. & in l. 18. titulo 32. part. 3. & ad dominos, qui prætendunt se præscripsisse ius habendi furnum, vel molendinum, & alia huius generis.

Deducitur etiam ex istis intellectus ad quæstionem, quam tradit & Gregor. Lopez in l. 52. titulo 9. part. 6. in glossa, in verbo, no valdra, column. penultima, versiculo, Item nota, ubi tradit, si quis primogenium instituit sub ea conditione, si Princeps illud confirmauerit, an valeat confirmatio facta post mortem institutoris; quam quæstionem latè disputat Molina lib. 2. de primogeniis, cap. 7. num. 39. folio 274. ubi scribit aliqua ad propositum eorum; quæ hic tractantur.

173 Et ex istis inferri etiam potest, quod cum hodie ciuitates, vel villæ non possint facere statuta sine Principis facultate,

facultate, ut est opinio Gregor. Lopez in l. 3. tit. 1. p. 5. in glossa, in verbo, villa, & idem videtur tenere l. 12. tit. 1. p. 1. refert l. 8. tit. 1. part. 1. & cap. 16. in cap. correctorium, hodie l. 14. titulo 6. libro 3. Recopilat. quod si forsitan aliqua ciuitas faciat statuta, & post consecutionem illorum, petat à Principe facultatem faciendi statuta, non facta mentione quod iam erant facta; non erant confirmata talia statuta: de quo legenda sunt plura scripta per Parisium in consilio 20. numer. 7. 8. & 11. libro 2. Tiberium Decian. in præct. crimin. libro 2. cap. 37. num. 18. folio 74. ad quod addo, quod generalis & dispositio non extenditur ad ius confirmatum per habentem potestatem derogandi iuri communi, secundum Ioan. Andre. in additionibus ad Speculatorem, tit. de testament. Dominicum in cap. 1. de filiis presbyterorum lib. 6. Ripam respons. 37. num. 5.

179 Et in his omnibus est considerandum, quod si Princeps certus fieret, quod eius iniussu aliquid factum fuit, ad quod faciendum postea petitur licentia, id minime concederet propter contemptum, & sunt subreptitiæ omnes licentiæ non facta mentione de tali contemptu. Et quod subreptio non sanetur ex actu superueniente, tradit Iacob. Puteus decisio 97. num. 4. libro 2. per notata per Innocentium & Abbatem in cap. cum Dec. de re iudicata.

180 Et ex istis etiam infertur intellectus ad text. in l. 2. C. de fund. limit. libro 11. & ad l. 7. & 11. tit. 4. lib. 4. ordinament. & ad l. 46. Tauri maximis pœnis prohibentem nequis possit facere Castellum, Fortalitium: vel domum fortem, sine Regali licentia: & idem constat ex pragmatica Regni, folio 60. in cap. correctorium, ubi: Oro si, que no consentan. nam si quis turrim edificauit iniussu Principis, & postea impetret facultatem ad edificandum, non exponendo Principi, quod illum iniussu edificauerit, licentia non operabitur aliquid, & est subreptitia; nisi esset edificata in tempore, quo valde Regno expediebat, attento aliquo repentino periculo, de quo Rex consulinon posset, quamuis de hoc, bene esset quod etiam Princeps fieret certus.

181 Ad intellectum & etiam prædictarum legum, (ut obiter hoc etiam tractemus) vltra Doctores in d. l. 46. vide Gregor. Lopez in l. 1. titulo 18. part. 2. in glossa, in verbo è los castillos, & in l. 3. tit. 9. p. 6. & Nicola Boetius decisio 220. ubi tractat qualiter Castrum possit edificari sine licentia Superioris: & an muni possint reparari sine Regali licentia vide eundem Gregor. Lopez in l. 2. tit. 11. part. 2. & text. egregium in l. intra urbem C. de operibus publicis, & l. 1. in fine tit. 10. part. 1.

182 Infertur præterea intellectus ad l. 16. tit. 1. libro 7. ordinamenti, quæ prohibet: ciuitatibus imponere collectam vltra tria millia motopetitorum, sine licentia Regali & idem statutum est in cap. correctorium, in capite, quod incipit, Oro si, que no consentan fazer, ni fagan derramas, hodie l. 25. titulo 6. lib. 3. Recopilat. ad quas leges vide Boetium decisio 90.

183 Infertur etiam & ad provisionem Regalem Caroli Imperatoris, datam Vallisoleti anno 1527. qua statutum est, quod hæc ciuitas Granatæ non possit concedere aq. am alicui personæ absque Regali licentia, & facultate: ubi additur, quod si concessa fuerit non valet, ut latius dicta prouisio statuit.

184 Deducitur etiam intellectus ad l. undecimam, titulo 7. libro 7. Recopilacion, & prohibentem vendere, donare, alienare res ciuitatis; de cuius legis intellectu, latè agit Ioan. del Castillo, libro 1. de controuersis iur. capite 54. numer. 18. cum sequentibus, folio 241. Infertur etiam intellectus & ad pragmaticam dotium, hodie legem 1. titulo 2. libro 5. ordinamenti noui; nam si dotiam constituta in filiam, obtineatur licentia; & facultas Regia ad illius dotis constitutionem, non facta mentione quod dos prius fuit constituta, talis facultas non confirmat illam dotis constitutionem. Infertur etiam & intellectus ad l. fori & 50. Taurinam, hodie legem 2. titulo 2. libro 5. Ordinament. noui, statuentes non posse maritum dare in arrhis mulieri vltra decimam bonorum par-

tem, si fuerit impetrata facultas in derogationem prædictæ legis post arrhas constitutas. non facta de hoc mentione. Sed & infertur & intellectus ad eandem legem 1. titulo 2. libro 3. ordinament. noui, quantum taxat joyas, quas maritus potest vxori dare: & ad alia similia inferri potest intellectus, quæ omitto, ut materiam nostram prosequamur, & prædicta dixi, quia sunt practicabilia, & pro intellectu legum Regalium occasione dicti textus, in dict. §. irritum.

187 Et ex his omnibus addenda est doctrina Gregor. Lopez in lege 2. titulo 18. part. 3. in glossa in verbo, confirmat, ubi per illum textum tenet, quod si Princeps & confirmet maioriam in forma communi, quæ fuit facta sine illius licentia, non videtur suppleri defectum licentiæ nisi Princeps sciret defectum licentiæ; pro quo facit cap. ex parte, ne constitur. dict. cap. dictum, de Decimis, & quæ notabiliter scribit Decius in rubrica, de confirmatione utili, vel inutil. numer. 3. ad quod facit doctrina Cardinal. in consilio 44. pro domino Christo: columna 2. versiculo, sin autem accipiamus, vb. vult, quod confirmans & seu ratificans, debet videre prius scripturam quam ratificat, ut ei ratificatio præiudicet, & idem volunt Barthol. Socin. in cons. 358. In causa Vicaria, num. 8. & 9. lib. 2. Iacob. de Sancto Georgio in l. 3. C. si in communi eademque causa, & alij, ut per Burgos de Paz in cons. 2. numer. 62. qui ad hoc allegat bonam l. 28. tit. 11. par. 3. ubi; Fasti que cauen las palabras que son hiescritas y puestas, & l. 2. tit. 18. par. 3. faciunt quæ latius scribit Tiraquellus lib. de leg. conuubial. gloss. 8. de son marit, num. 183. fol. 346. & Seraphinus in tractatu de privilegiis iuramenti, privileg. 83. numer. 69. pag. 501. qui plures citat.

188 Quæ confirmantur per doctrinam Bald. in dict. l. obseruare, §. proficisci, quest. 4. ff. de offic. Proconsul. ubi ponit regulam gneralem, quod & ratificatio non extenditur ad ignorata, de quo per Parisium in cons. 100. nu. 77. libro 1. Lancellot in tractatu de attentatis part. 2. cap. 4. de attentatis lite pendente, limitat. 27. num. 17. pag. 143. & traditur per Parisium in cons. 49. numer. 1. libro 1. Alciatus in tractatu de presumpt. regul. 1. presump. 42. numer. 7. Caualecan. in tractatu de iur. & curat. tom. 8. numer. 246. fol. 342. col. 1. & faciunt scripta per Hieronym. Gabrielem in cons. 36. num. 60. & in cons. 146. num. 14. Iacob. Pute. decis. 197. part. 2. numer. 2. Menoch. in cons. 209. numer. 20. lib. 4. Si vero & princeps sciens defectum licentiæ, maioratum confirmauit, omnes defectus suppleri videtur, maximè si scriptura in facultate fuerit inserta, argum. cap. vltim. de confirmat. util. vel inutil. quod in facto vidi. Et quod princeps & confirmando aliquid actum cum causæ cognitione, videatur sententiam pronuciare, tradit Robert. Lancellot. in tract. de attentatis p. 3. cap. 29. de purgatione attentatorum. n. 65. & faciunt scripta per eundem p. 2. cap. 12. de attent. appell. pendens. limit. 52. per totam, præcipue n. 44. & 61. quo in loco multa scribit ad propositum istius materiæ. Et quod Princeps confirmatio non solum roborat actum confirmatum; sed extendat vltra id quod in eo continetur, volunt Bald. in cap. ex parte, de consit. & in l. nominationes, C. de appell. Carol. Ruin. in cons. 109. n. 6. lib. 4.

189 Ex illis etiam quæ scripsimus in princip. istius quæstionis, infertur, veram esse sententiam Pauli Castrensi. in l. si iam facta, ff. de condition. & demonstrat. ubi probat, & quod alienatio rei prohibita alienari, quæ propter eius alienationem ad Tertium incipit pertinere, non confirmetur per facultatem Principis postea subsequutam: & idem probat Matth. de Afflict. decis. 286. Pinel. in rubric. C. de rescindend. vendit. num. 13. Telus in l. 3. part. 2. num. 9. faciunt quæ de rescripto, Perinde valere scribunt post antiquos Parisius in cons. 44. lib. 4. Rebuff. in praxi beneficii, sit. de rescripto, Perinde valere, pag. 311. cum seq. Quint. Mandol. de signatura gratia, i. Perinde valere, fol. 59. Et in materia est magni facienda doctrina Ioan. Lopij in cap. per vestras, de donat. inter virum, §. 11. num. 1. pagin. 313. ubi scribit, quod si quis fecit & maioratum sine licentia Principis, 194

& postea impetravit licentiam, valebit maioratus ut ex nunc, non autem ut ex tunc; ubi legi debet *Barona*, & facit doctrina Speculat. tit. de action. seu emptione super petitionibus, vers. Quid si scholaris, ubi vult, quod si laicus impetravit beneficium, & postea tonsuretur, literæ sumunt vigorem: & is, cui scribitur, providere tenetur: quod latius tradidit Paris. in cons. 125. n. 8. lib. 4.

Ex quibus infertur, quod si quis possessor bonorum maioratus alienaverit rem maioratus, propter cuius rei alienationem, vel ex iure, vel ex dispositione testatoris dominium fuit statim translatum in sequentem in gradu, secundum ea quæ scripsi in 3. p. 9. n. 1. cum aliis, si facta alienatione postea à Rege petatur licentia ad confirmationem talis alienationis, talis facultas non potest præiudicare vocato in casu contraventionis, cui ius ex alienatione quaesitum fuit, quod est notatu dignum, & pro hoc facit quod scribo supra, hac quaest. in vers. Tertio pro hac sententia, & vers. Ex qua doctrina infertur, quod si quis, & plura singularia & extraordinaria circa materiam confirmationis tradit Quintil. Mandos, in tract. de signatur. Grat. folio 71. col. 4. vers. Confirmatio.

Et in prædictis non est omissenda singularis doctrina Cumanii in l. cum vir, col. 3. ff. de usufructu. ubi tradit, quod licet actus confirmetur per dispensationem postea concessam ex iure superueniente, solum valet quoad exceptionem, non quoad actionem; quem citat Anton. Gamma decis. 355. n. 3. Et quod natura non approbationis, & confirmationis, sit non ampliare dispositionem, nec aliquid concedere de nouo, resoluit ex pluribus Aimon cons. 247. num. 4. & in cons. 144. num. 15. Et quod rati habitio non profit, ubi forma non est servata, voluit Bart. in l. executorem, n. 15. C. de execution. rei iudic. Decius in l. semper, num. 17. ff. de regul. iur. Mandos, regul. 25. quaest. 4. num. 9. fol. 32.

Et istis est addendum, quod si quis fecerit contractum, alienando aliquo titulo bona maioratus, & permittendo impetrari facultatem Regiam pro confirmatione talis contractus, si facultas non impetretur, quod contractus nullus est; ut probatur in cap. 1. in fine, quod sit inuestitura, Bald. & Andreas de Isernia in cap. Imperialem, §. calidis, num. 10. folio 99. de prohib. feud. alien. Ioan. Faber in §. non solum, Institut. de leg. & alij, ut per Cephalum in consilio 118. libro 1. Rolandum cons. 7. num. 6. libro 3. Bursatum cons. 56. num. 21. lib. 1. & adest decisio singularis Iacob. Pute. 353. par. 1. quæ concludit, quod in beneficialibus una pars, altera inuita, poterit retrocedere à concordia facta, salvo beneplacito Sedis Apostolicæ ante confirmationem Papæ, ex traditis per Abbatem & Cardin. in cap. super, de conditionibus appostis, de quo supra. p. 1. q. 2. licet in contrarium faciant scripta per Alex. cons. 40. lib. 5. quem citat Paris. cons. 11. m. 129. lib. 1. volentes, quod obligatus impetrare ratificationes & confirmationes, teneatur impetrare, & non est in sua potestate infringere contractum; imò si non impetraverit, teneatur ad interesse; ex regul. l. stipulationes non dividuntur, vers. Celsus, ff. de verbor. sign. Et quod

conditio pendente de impetranda licentia non potest recedi à contractu translationis: quæ sunt notanda in nostra materia ad eos qui se obligant impetrare Regias licentias, & facultates ad faciendum maioratus, vel ad obligandum, hypothecandum, vel subrogandum bona maioratus, & de his tracto in aliis locis istius lectionis.

Et ista etiam conducunt ad decisionem quaestionis singularis disputatæ novissime per Caldam Pereiram de nominatione emphyteut. quaest. 22. numer. 85. folio 249. ubi disputat, an superueniens de dispensatio pro fit bastardo quoad emphyteusim iam obtentam, ut illum liberè retinere valeat, quo in loco facit mentionem d. l. 42. Taurina, & plura notabilia scribit oblitus de istis. Et quod valeat rescriptum Principis ex certa scientia, confirmans donationem non inli-

nuatam, voluit Abbas in consilio 84. illud, num. 5. libro 5. Alciatus regul. 3. praesumption. 11. numer. 9. Rebuff. de non tollendo iure quaest. glossa 6. num. 26. pagina 267. in practica beneficiis. Et addo in materia, egregiam doctrinam Romani in cons. 180. num. 4. ubi resoluit, quod si Papa etiam ex certa scientia personam aliquam, vel locum, sub titulo dignitatis, vel alicuius præminentiæ nominet; quam tamen antea noscitur non habere, per talem nominationem dignitas aut præminentiæ conferri non videtur; quod est notandum pro illis quos Rex vocat Licentiatos, aut Doctores, & non habent tales gradus; & pro aliis similibus casibus.

Et in materia presentis quaestionis libuit lectores animadvertere, quod ubi habitus personæ, vel solemnitas est de substantia ipsius actus, non sufficit quod sequatur; sed ubi solum abfuit ad solemnitatem, superuenientia solemnitatis validat actum, qui poterat irritari, & idem vbi cumque substantia actus non consistit in principio, sed in fine, ut latè tradit Felinus in cap. cum dilectus, num. 2. de accusation. per l. precipimus, §. fin. vbi Bald. C. de appellation. & inibi plura singularia scribit ad propositum. Et addo, quod si petatur à Rege licentia ad vendendum, alienandum, vel subrogandum, vel hypothecandum bona maioratus, & detur licentia ad alienandum vel hypothecandum aliqua bona, in cæteris bonis denegata videtur licentia, ut probatur per doctrinam Bart. Dyni & aliorum in leg. legata inutiliter, ff. de legatis primò, Bald. in l. fin. numer. 14. C. de edicto Diui Adriani, Matth. de Afflict. decis. 298. num. 4. de qua etiam legi debet Bolognin. in cons. 31. Cor mundum, columna 5. Tiberius Decianus in pract. crimin. tome 1. libro 2. c. 37. num. 19. fol. 74.

Et ex his omnibus, quæ in ista quaestione tractata sunt, infero etiam intellectum ad Pragmaticam doctum, hodie l. 1. titulo 2. lib. 5. Recopilat. circa quam tradit Ayora libro de partitionibus, cap. 26. numero 82. folio 149. quod si sit data dos mulieri vltra quantitatem legitimæ, conualescit propter legatum factum in testamento de eadem dote, per leg. legata inutiliter, ff. de legat. 1. & d. l. si quis à filio, in principio, l. seruo alieno, §. penultimo, eodem titulo, l. p. v. & l. si ceteri, ff. de leg. 3. melius faciunt supra citata, quod vidi in facto. Et non omitto in ista quaestione, quod approbatio actus, non extendit ipsum actum, l. Aurelius, §. testamentum, ff. de liberatione legata, voluit Alexan. in consilio 122. libr. 4. Iaso. in l. more maiorum, num. 141. ff. de iurisdictione omnium iudicum, Aymon consilio 217. & alij plures, quos citat Antonius Peregrinus in tract. de fidei commissis, articulo 51. num. 39. folio 486. & quod in ista materia non sufficiat assensus Regius, tradit Mathæus ab Afflictis in consit. Neapolitan. libro 3. rubrica numero 174. folio 265. per doctrinam Bald. in dist. l. observare, §. post hac, ff. de officio Consulis. Et de confirmationibus plura notabilia referunt Rodericus Suarez allegatione 8. & 12. & vtrouque Valdes pagina 84. & 87.

Q V Æ S T I O III.

An obligatis semel bonis maioratus cum licentia, possint absque licentia vendi.

S V M M A R I V M.

1. Quaestio decisio.
2. Data licentia ad obligandum rem minoris, vel Ecclesie, potest postea per creditorem absque noua licentia vendi, & n. 23.
3. Mulier si constituat procuratorem cum solemnitate statuti, postea dum procurator contrahit, non est necessaria noua licentia.
4. Prohibita alienatione bonorum, prohibita censetur obligatio.

5 Infertur

- 5 Infertur ad Capitulum Curiarum anni 1555. Vallisoleri, quod prohibet minoribus & filiis familias contrahere absque licentia parentum & tutorum.
- 6 Laudum à compromisso descendit, & est illius executio.
- 7 Iudex potest secundum decretum contra bona feudalia interponere, quando in obligatione Regius assensus præcessit.
- 8 Assensus Regius super contractu principali præstitus, trahitur ad omnia necessaria pro illius executione.
- 9 Licentia quando requiritur ad integrandam personam, sufficit illam in genere præstare.
- 10 Consensuens actui, ipsius executioni consentire videtur.
- 11 Assensus Regius semel præstitus in concessione feudi pro dote, non requiritur amplius in restitutione facienda soluto matrimonio.
- 12 Vno extremo concessio, causa videlicet cognitio, aliud, nempe definitio venire debet.
- 13 Licentiam ad alienandum bona maioratus in certa quantitate, quis impetret, vendere potest bona in eadem quantitate, absque eo quod creditor executionem faciat.
- 14 In licentia data ad alienandum bona maioratus an requiratur quod specificentur.
- 15 Venditio ob executionem facta, voluntaria dicitur, & gabella debetur.
- 16 Creditores habentes bona maioratus cum Regali facultate, possunt petere executionem in fructibus bonorum maioratus, & quod vendantur proprietates bonorum in quantitate necessaria ad totius debiti solutionem.
- 17 Substitutio ad vendendum bona maioratus qualiter requiratur.
- 18 Ciuitates non possunt montes & alia bona publica vendere.
- 19 Nec hypothecare.
- 20 Licentia fit detur ad hypothecandum pro aliquo debito bona maioratus, & de prioritate inter creditores tractetur, attenditur tempus licentia obtenta, non instrumenti crediti.
- 21 Obligata bona sua pro aliquo debito, non censetur obligare bona maioratus, nec restitutioni subiecta.
- 22 Ecclesia grauata per fideicommissum alienare, an possit alienare absque solemnitate.
- 24 Decretum Iudicis in alienatione bonorum maioratus qualiter valeat, cum non fuit rectè interpositum.

Tertio quarto, Princeps, concessit facultatem ad obligandum bona maioratus pro certa quantitate; & quia non soluitur illa quantitas, creditor facit executionem; an ad vendenda, bona maioratus sit necessaria noua licentia? In quo puncto breuiter tenendum videtur, quod non exigatur noua licentia, & quod virtute licentiæ datæ ad obligandum bona maioratus, possunt bona vendi, l. tutor verum, ff. de administratione tutorum, l. si pupillorum, §. 1. ff. de rebus cred. ubi probatur, quod si iudex causa cognita, & decreto interposito decernat, quod res minoris obligetur, potest postea creditor, virtute talis licentiæ, absque solemnitate aliqua, vendere rem minoris obligatam virtute decreti; qui textus est ad plura singularis; per quem dicit ibi Baldus, determinatam fuisse quaestionem de facto, quod si Ecclesia obligauit prædium creditori cum decreto Episcopi, & solemnitate requisita, potest creditor alienare postea prædium non seruata solemnitate aliqua; & idem voluit expressè Bart. quem moderni non referunt, in authent. hoc ius porrectum, num. 10. fol. 26. C. de Sacrosanctis Eccles. & voluit Decius in cons. 479. num. 4. Menochius de arbitriis iudicum, lib. 2. casu 171. num. 30. Caldas Pereira in l. si curatorem habens, C. de integritate restitutione minorum, in verbo, contractum fecisti, num. 42. pag. 1167. Petr. Surdus decis. 278. num. 5. Menochius in cons. 110. num. 58. lib. 2. Decius in l. singularia, num. 10. ff. si

certum petatur, fol. 65. Augustinus Morla titulo 2. de inuentione omnium iudicum, num. 68. fol. 71. Antonius de Fano in tract. de pignoriibus, p. 6. membro 1. n. 15. fol. 131. & in bonis maioratus expressè hoc decidit Felician: in tract. de censibus, lib. 2. cap. 3. num. 20. fol. 162. & idem dicit Petrus Rebuffus in titulo de literis obligatoriis, tom. 1. ad consuet. Regias, art. 3. glo. 2. num. 16. quod facta executione in bonis minoris, cuius bona erant obligata non seruatur maior solemnitas, quam quæ obseruabatur in bonis maiorum; quia creditor non vendit nomine pupilli, sed iure proprio; citat textum in dict. l. si pupillorum: & ex aliquibus confirmat Menchaca, lib. 1. controuersiarum, v. 32. n. 14. fol. 97.

Et hæc opinio confirmatur ex doctrina Campegij in tractatu de dote, part. 5. quaest. 108. ubi dicit, quod stante statuto, quod mulier non possit contrahere absque consensu propinquorum, si mulier constituat procuratorem cum solemnitate statuti, postea dum procurator contrahit, non est opus alia solemnitate statuti: quod dictum refert Ioann. Lopus in rubric. de donationibus inter virum & uxorem, col. 384. in vers. Sed vera: quod confirmatur ex traditis per Alexan. in cons. 117. num. 1. lib. 5. & ad propositum eorum quæ hic tractantur, multa scribit Tiraquellus de legib. connubial. glossa 8. de sonmarit, num. 184. cum aliis, folio 386.

Hinc est, quod prohibita alienatione bonorum, prohibita censetur obligatio, secundum Bart. in l. cum lex, ff. de fideiussor. Bartholom. Socin. in cons. 242. circa principium, col. 4. vers. Præerea, lib. 2. Rebuff. in volumine suarum repetitionum, in cap. postulatisti, de Clerico excommunicato, pag. 472. colum. 2. faciunt quæ scribo supra, in hac 4. parte, q. 7. à num. 16. cum sequent.

Ex quibus infertur intellectus ad cap. Curiarum Pintia, anni 1555. hodie l. 22. tit. 11. lib. 5. Ordinamenti noui, quo cautum extat, ut minor habens curatorem, & filius familias, non possint emere merces pecunia credita, & in diem soluenda, ut latius ibi statutum est. Nam si pater concedat filio familias licentiam ad contrahendum, vel curator minori in contractu, quem postea facit pro executione sententiæ datæ per patrem, aut curatorem, non est necessarium quod in ipso actu contrahendi, iterum præstent licentiam & executores testamentorum possunt vendere & alienare bona pupilli, etiam absque decreto, & eo non vocato, ut tradit Alexander consilio 62. nu. 1. lib. 2. per leg. prædium, C. quando decreto opus non est, l. 1. ff. de rebus eorum, & alia quæ tradit.

Et inquit notanter ad propositum Andreas de Isernia in constitutionibus Regni, quod super compromisso de re feudali debet interuenire assensus Regis, & non in laudo; quia laudum descendit ex compromisso, & confirmat per plura ad propositum Mathæus de Afflict. decis. 285. nu. 15. & 16. & idem Math. de Afflict. in constitution. Neapolit. libro 3. rubrica 5. de renouatione alienationum, num. 55. folio 264. & tradit idem Afflict. decis. 335. num. 19. ubi dicit, quod si in obligatione præcessit Regius assensus, iudex potest interponere secundum decretum contra bona feudalia absque alio assensu Regis. Et sufficit consensus matris in promissione de quietando, seu liberando, licet in executione illius promissionis postea non interueniat, quæ facta est ad implementum & executionem promissionis, ut probat Aymon cons. 11. num. 2. ex doctrina Baldi in l. fin. §. fin. autem, C. de bonis qua liber. Barthol. Socin. cons. 82. col. 3. lib. 3. Cornei, & Decij, quos etiam citat.

Et quod assensus Regius præstitus super contractu principali trahatur ad omnia quæ sunt necessaria pro illius executione, resoluit Amedeus de Aponte in tractatu laudemiorum, quaest. 37. col. 3. & 4. Freccia in tractatu de fundo, lib. 2. quaest. 2. num. 11. & alij ut per Bursatum cons. 29. nu. 18. & cons. 30. num. 26. & 29. Petrus Surd. decis. 220. num. 52. & 53. ad quod etiam

etiam faciunt scripta latè se. Iasonem in l. 1. §. ite n acquirimus num. 4. ff. de acquirend. posses. vbi Barthol. Soc. num. 11. & per eundem Socinam in cons. 52. Viso instrum. mento fundicatus, lib. 4. & Marian. Socin. in cons. 112. & in cons. 172. Errorem duplicatum, lib. 1. Hippolyt. singul. 225. & quod scribit Bart. in l. si quis mihi bona, §. sed verum, ff. de acquirenda hereditate: † vbi dicit, quod quando licentia & consensus debet interuenire ad integrandam personam alicuius, sufficit quod talis licentia præstetur in genere, absque eo quod deueniatur ad specificationem individuorum; pro quo multa refert Alexand. in cons. 199. num. 3. cum aliis, libro 7. vbi Gl. Paris. pro quibus est hodie expressa l. 58. Tauri, & in dist. cons. Alexand. num. 4. cum aliis; plura adducit pro confirmatione decisionis istius & est egregia doctrina Romani in cons. 394. præsupposito quod vna voce, vbi licet non possit se obligare sine licentia propinquorum, si mulier reddat marito quietationem rerum paraphernalium, valet talis quietatio facta sine consensu propinquorum; quia ad id tenebatur ex lege, refert textum in l. 1. §. quanquam, ff. de contra. iud. iure. & ad hoc vide latè Tiraquellum libro 2. de retractu in fine, numer. 2. cum aliis, pagina 968. cui adde Ludovicum Gozadinum in cons. 15. & ad hæc facit doctrina Baldi in l. ultima, §. si autem, num. 6. C. de bonis qua liber. vbi inquit, quod consentiens actui, † censetur consentire executioni ipsius actus: puta si pater consentit dare curatorem filio, poterit curator exequi, & facere quæ pertinent ad eius officium absque alio consensu patris: quem citat Aymon in quæstione quam scripsit post tractatum de antiquitate temporum. num. 43. fol. 21. vbi pro hoc citat textum in dist. l. si pupillorum, & Barthol. Socinus in cons. 82. column. 3. lib. 3.

11 ad hoc facit quod scribit Capicius decisione 182. num. 12. vbi resoluit, quod assensus Regius † semel præstitus in concessione feudi pro dote, non requiritur amplius in restitutione facienda, soluto matrimonio; per doctrinam Imolæ & Romani in l. usufructu, ff. soluto matrimonio. Et natura extremorum est, quod sint connexa, l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemper. l. 3. §. si minor, ff. de minoribus. Et concessio † vno extremo, scilicet cognitio causæ; debet venire aliud, scilicet definitio; Gl. in l. vbi adhuc, Cod. de falsis, notat Rebuffus in c. cum super, de causa possessionis & proprietatis, versic. vige simo quinto, pag. 325. col. 1. ad finem.

Ex quibus resultat, veram esse conclusionem, quam tradidi in principio huius quæstionis, quam etiam tenet Molina lib. 4. de primogeniis, capite 5. num. 1. & 2. fol. 157. Felician. de censibus libro 2. capite 3. numer. 20. fol. 162.

13 Imò ille qui impetrauit † licentiam ad alienandum bona maioratus in certa quantitate, vendere potest bona in eadem quantitate, absque eo quod creditor faciat executionem quod ex prædictis constat.

Ex his etiam infertur, quod in licentia data ad obligandum bona maioratus, † non requiritur quod talia bona specificentur, sed sufficit, quod simpliciter dicatur, quod possint obligari bona maioratus: quod aperte probatur ex doctrina Bart. in dist. §. verum, & ex aliis supra relatis ad quod etiam faciunt quæ ego scribo in prima parte huius operis, quæstione 46. & in eadem prima parte, quæstione 3. Sed contra doctrinam Bartoli facit expressa sententia Baldi in rubric. C. de contrahend. emptio. quam sequuntur Decius in cap. omnes, de constitutionibus, & in consilio 142. column. fin. versic. Et in simili, Roland. in cons. 90. num. 28. lib. 1.

Infertur etiam ex superioribus confirmatio doctrinæ à curioso & docto Auendaño cap. 13. num. 6. vbi ex pluribus probat, quod venditio † facta ob executionem, dicitur voluntaria, & debetur laudemium, & eadem ratione debetur gabella.

Infertur etiam aliam nouam & singulatam conclusionem, quæ, vt aiunt, dabit commodum & honorem, & non animaduertitur ex incuria partium & Aduocatorum; quod creditores qui habent bona † maioratus obligata cum Regali facultate, non solum possunt

petere executionem in fructibus bonorum maioratus, prout ordinariè fit; sed quod vendatur proprietates bonorum maioratus in quantitate necessaria ad totius debiti solutionem, & cum minore præiudicio bonorum maioratus; quod est animaduersione dignum. Et quod in casibus, in quibus requiritur licentia, ea debeat esse expressa, tradunt Lapus allegation. 86. num. 3. qui recentiores refert, Tiraquell. de legibus connubialib. gloss. 5. num. 8. quos citat Menochius de arbitrariis iudicium, casu 443. num. 14. Quod est notandum ad plura quæ in ista materia contingere possunt, & scripsi supra quæstione 2. & tradit Auendaño in titul. de las excepciones, numer. 39. folio 155. & in dictionario, in verbo, Orogamiento, folio 196. Et qualiter requiratur † subhastatio ad vendendum bona maioratus tradit Molina libro 4. capite 3. num. 46. fol. 146.

Ex his etiam decisa fuit quæstio, quod sicut Ciuitates non possunt montes & alia bona publica † vendere, ex l. 1. titul. 7. libr. 7. Ordinamen. noui, & aliis legibus Regni; eodem modo non possunt † talia bona hypothecare, cum per hypothecam facile perueniri possit ad venditionem.

Vnum etiam memorabile & egregium in ista materia animaduertitur, quod si detur licentia ad hypothecandum pro aliquo debito, vel casu † bona maioratus, & tractetur contra debitorem de prioritate, vel prælatione inter creditores, attenditur tempus licentiæ obtentæ, non instrumenti crediti, vt in licentia data ad obliganda bona feudalia, tradunt Freccia in tractatu de feudis, 2. part. quæst. 3. per totam. fol. 158. Paris. in cons. 18. lib. 1. quos citat Butlat. in cons. 31. n. 19. lib. 1.

Sed animaduertitur, quod obligans simpliciter bona sua pro aliquo debito, † non censetur obligare bona maioratus, nec alia restitutioni subiecta, secundum Speculatoem in titulo de pignoribus, §. 1. versic. Sed numquid, in fin. Bart. in l. codicillis, §. instituto, ff. de leg. 2. & alios quos citat Fanus in tract. de pignorib. par. 2. membr. 2. num. 41. cum sequen. fol. 10.

Animaduertitur etiam in ista quæstione de singulari doctrina Lapi allegation. 16. num. 4. vbi vult, quod Ecclesia gravata † per fideicommissum alienare, potest sine solemnitate alienare: & idem volunt Baldus in cap. causa, num. 4. de re iudicata, Felinus in cap. in præsentia, num. 52. de probat. Hippolyt. in singulari 132. in alienatione rerum Ecclesie, Rebuff. in tractat. de alienatione rerum Ecclesie, num. 30. pag. 73. Et idem est in minore, † qui ex prouisione patris facit alienationem, quia non requiritur decretum, nec alia solemnitas, vt probatur in l. apud Iulianum, ff. ex quibus caus. maior. & in l. 1. C. quando decreto opus non est, tradunt Grammat. in cons. 15. in fine, & alij, vt per Scraphinum in tractat. de priuileg. inuam. priuileg. 83. num. 37. pag. 492. Et qualiter valeat decretum iudicis † in alienatione bonorum maioratus, vbi cumque fuit data licentia ad alienandum, vel obligandum bona maioratus, si decretum non fuit rectè interpositum, resoluit rectè Alexan. in cons. 189. num. 4. libro 7. per regulam dist. leg. si pupillorum, §. si Prator, ff. de rebus eorum, vbi legenda est Gloss. Paris.

QVÆSTIO IV.

Licentia data ad alienandum bona maioratus ex causa iusta, si cesset, an alienatio reuocetur.

SVM M A R I V M.

- 1 Decisio quæstionis sub distinctione traditur, & n. 2.
- 3 Qui creditur pecuniam dominum non tenetur, si à principio debiores erant idonei, & postea efficiuntur non soluendo.
- 4 Effectus consummatus, & in esse productus, non cessat, quamuis causa cesset.

Quartò quæro, Princeps dedit licentiam ad extrahendum aliquam rem à maioratu, ex causa quæ eo tempore iusta apparebat, ex utilitate maxima, quæ inde resultabat; an si postea eadem utilitas, non continetur, licentia sit reuocata? Nam pòne, quod fuit licentia impetrata ad obligandum bona maioratus pro dote filia, & antequam realiter obligentur bona filia aliunde dotata est, an nihilominus ille qui licentiam impetrauit, possit illa vri? In quo sic distinguo, † nam siquidem antequam licentia vtatur, & re integra cesset causa, ex qua licentia concessa fuit, & tunc cum omnia sint integra, & causa cesset, debet cessare effectus, secundum iura vtilitatis, ad quod proprius facit doctrina Abbatis in cap. super literis, col. 6. in versic. Quoad tertiam regulam, de rescriptis, ad finem illius versiculi, & ibi quoque August. Berol. vbi dicunt, quod gratiæ causa cessante, cessat gratia, per textum in l. generaliter, C. de Episcop. & Cleric. & facit textus in cap. suggestum, de decimis, notat Tiraq. in tract. de cessante causa, par. 1. num. 112. fol. 43. col. 2. & innumeris antecedentibus & sequentibus, alia similia adducit.

2 Sin autem durante causa † & necessitate, pro qua licentia concessa fuit, & licentia executioni tradita, ex aliqua causa postea utilitas vel necessitas cesset, nihilominus obligatio, vel alienatio valet, licet causa non duret, argum. text. notabilis in l. sed an ultro, ff. de negot. gest. cum concordant. l. 28. tit. 12. par. 5. notat Ias. in l. cum qui, §. in pupillaribus, num. 4. ff. de iurciu. ran & l. 1. §. Prator ait, ff. ne quis eum: facit l. lictis, §. si pecunia, ff. de neg. gest. vbi ille qui creditur † pecuniam domini, non tenetur si à principio debitores erant idonei, & postea efficiantur non soluendo, l. alienum, C. de negot. gest. l. sine hereditaria, ff. de neg. gest. notat Decius in cons. 533. num. 3.

Item quando est alicuius quæsitum ex causa existente, licet causa postea deficiat, ius tamen illud quæsitum retinetur, l. si post mortem, §. 1. l. non putant, §. sed si post mortem, ff. de bonorum posses. contra tab. l. cum uxori, C. quando dies leg. ced. & quando effectus causæ iam est consummatus, & in esse productus, † quamuis cesset causa, non cessat effectus, l. vltim. in princip. ff. unde liberi, l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbor. obligat. vbi Iaso. num. 4. & alij, quos ad verumque dictum refert Tiraq. in dist. tractat. de cessante causa, l. 1. & 2. fol. 134. & faciunt quæ scribo supra par. 2. q. 6. & per Molinam libr. 4. de primog. cap. 7. nu. 13. & verumque citat Barbof. in l. si constante, num. 33. pag. 523. ff. solut. matrim.

QVÆSTIO V.

Si non appareat quid prius præcesserit, facultas ad alienandum bona maioratus, vel alienatio, quid præsumatur prius præcessisse.

SVM M A R I V M.

- 1 Quæstionis decisio, & num. 3.
- 2 Quid in feudo & emphyteusi.
- 4 Licentia ad obligandum, vel alienandum bona maioratus ad debita soluenda, non porrigitur ad debita contraria post licentiam impetratam.
- 5 Verbum, licentia, quid operetur.

Quintò quæro, si fortè non appareat quid prius præcesserit, facultas data ad alienandum bona maioratus, vel ipsa alienatio, quid præsumatur prius præcessisse? in quo etiam breuiter agendo, videtur præsumendum, quod prius præcessit licentia † ad faciendum talem alienationem, vt probatur ex textu in l. cum in testamento, vbi Bald. & Imola, ff. de testam. per quem textum inquit ibi Bald. quod si testamentum dicit, quod pater donauit filio, & quod eum emancipauit, præsumitur emancipationem præcessisse, vt donatio valeat; sequuntur Alex. in l. 2. §. si prius, ff.

de vulgari, Decius in cap. constitutus, column. 2. de rescriptis, confirmat Aymon in consilio 52. nu. 3. vnde dixit Alexand. in consilio 81. libro 4. col. 8. quod si à superiore fuit data licentia Prælato dandi in feudum, vel emphyteusim aliquam rem, & eadem die fuerit data tam licentia, quam datio in feudum, præsumitur quod prius † licentia præcesserit; de quo per Felinum in cap. Pastoralis, in versiculo, ad idematem, de rescriptis, Alciarus in tractatu præsumptionum, regula 3. præsumptione 42. pagin. 399. vbi tradit, quod si non constat, an actus eadem die sit gestus, quando non apparet dicta præsumptio præsumitur illud præcessisse, quod faciat rem valere; notat Ias. in l. admonendi, n. 230. ff. de iureiurando, & in l. hac consulti ssima, in principio, C. qui testamenta facere possunt, ad quod vide eundem Iasonem in l. 1. num. 19. ff. de verborum obligation. Petrum de Peralta in l. statu liberum, num. 5. & 6. pagina 147. ff. de legat. 2. vbi reprehendit Iasonem in dist. l. per textum in l. filios familias, C. de iure delib. & alia iura; & hoc tenet in terminis Anton. Gomez per plura iura, & autoritates, quas refert in l. 42. Tauri, num. 2. & 3. qui hoc latè confirmat.

Et hæc maximè procederent, † si in alienatione enuncietur, ipsam fieri virtute Regalis licentiæ; sic concludit Molina lib. 2. de primogeniis, cap. 7. n. 51. fol. 275. quod præsumitur præcessisse licentiam, ad faciendum maioratum, ipsi maiorati, quibus est addendum, quod licentia data ad alienandum, † vel obligandum bona maioratus ad debita soluenda; non porrigitur ad debita contracta post licentiam impetratam, vt colligitur ex scriptis per Alexand. cons. 2. num. 13. cum pluribus sequentibus, libro 4. & in decisione Pedemontan. 171. num. 22. & trado infra quæstione 11. numero 16.

Et ad declarationem maiorem istius quæstionis, necnon præcedentium, & sequentium, obiter lectores animaduertitur, quid operetur † hoc verbum, licentia; quod constat per l. 32. tit. 4. pag. 1. vbi Gregor. Lopez, de qua lege meminit Auenda, in dictionario; verbo, licentia, fol. 193. col. 2. & tradit Abbas in cap. cum ad hoc, num. 4. fol. 23. de Clericis non residentibus, qui ad hoc citat Bart. in Extrau. ad reprimendam, & in l. alio ff. de aliment. legat. & idem Abbas in cap. Clericos, eodem titulo, num. 2. & addo l. 17. tit. 16. par. 6. de qua per Auendañum in dicto dictionario, in verbo; Orogamiento; fol. 196. col. 2.

QVÆSTIO VI.

Princeps vtrum reuocare possit licentiam datam ad alienandum bona maioratus.

SVM M A R I V M.

- 1 Princeps potest reuocare licentiam datam ad alienandum bona maioratus, dummodo non sit executioni tradita, & ius Tertio acquisitum.
- 2 Quid in priuilegio.

Sextò quæro, an postquam Princeps concessit seu licentiam ad alienandum bona maioratus, † possit illam reuocare? Et planum est, quod eam reuocare potest, modò non sit executioni tradita, & ius alicui Tertio quæsitum, cap. conquestus, vbi Glossa, 9. caus. quæst. 3. cap. fraternitatis. 16. quæst. 1. Innocent. & Doctores in l. priuilegia, C. de Sacrosanct. Eccles. in quibus locis habetur, quod Princeps etiam sine causâ potest reuocare priuilegium, † quod subito concessum fuit, de quo latius tracto ad aliud propositum in prima parte huius operis, quæstione 10. vbi videndum, & (prout dixi) hoc fallit, nisi res non esset integra, & alicui Tertio præiudicium fiat, quia fuit licentia executioni mandata, tunc enim non licet reuocare; argumento text. in l. vltima, ff. de pactis, & quod tradunt Doctores in l. qui Roma, §. Flavianus, ff. de verborum

rum obligat. prout ego latius scribo in 1. p. vte huius operis, quaestione 24. per totam: faciunt l. 17. & 22. & 44. Tauri, in illis verbis, O el contrao fuere hecho con otro terreo, iunctis praecedentibus, & sequentibus.

QVÆSTIO VII.

An ex diuturnitate temporis licentia praesumatur.

SVMMARIVM.

1 Licentia Regalis ad extrahendum aliquam rem à maioratu, ex temporis diuturnitate praesumitur.

Septimo quaero, an ex diuturnitate temporis praesumatur interuenisse licentia Regalis ad extrahendum aliquam rem à maioratu? Et videtur, quod sic, & ex dispositione l. si filius, C. de petitione heredit. cum materia; de quo puncto videnda sunt quae scribo in prima parte huius operis, in quaestione 45. & in hac 4. parte, quaestione 20. & quae scribit Iaso in consilio 176. num. 2. libro 2. vbi ex doctrina Bart. in disputatione incipient. Mulier habens amplum patrimonium: Alexand. in l. qui in aliena, in principio ff. de acquirenda hereditate; & in consilio 12. libro 4. & per alia plura probat, quod etiam per lapsum temporis centum annorum, non praesumitur consensus Domini in alienatione feudi, quae sententia salua pace tanti viri falsissima mihi videtur, ex his quae scripta sunt in dictis locis.

QVÆSTIO VIII.

Quando declarari possit licentia data ad extrahendum rem aliquam à maioratu.

SVMMARIVM.

1 Licentiam ad extrahendam rem aliquam à maioratu, & illam vendendam, potest Princeps declarare.

Octavo quaero, an postquam Princeps concessit licentiam ad extrahendam rem aliquam à maioratu, & ad illam vendendam, possit declarare talem licentiam; & videtur, quod hoc licitum sit, dummodo obseruentur ea, quae etiam scribo in prima parte huius operis, quaestione 44. per totam.

QVÆSTIO IX.

Principi an sint exhibenda clausula maioratus, ut iuste possit dare facultatem ad alienandum bona illius.

SVMMARIVM.

- 1 Solutio quaestions, & n. 3. & 8. Quid in fideicommissio, num. 4. & 7.
2 Prohibitio testatoris expressa fortior est quam tacita.
5 In impetratione legitimatis ad succedendum in fideicommissio, debet fieri mentio quod testator filios legitimos vocauit.
6 Generalis dispositio non refertur ad ea qua pendunt ex testamento.

Nono quaero, an quando quis vult impetrare facultatem Regiam ad extrahendum rem aliquam à maioratu, teneatur exhibere Principi clausulas maioratus, in quibus prohibita est alienatio bonorum, quae quis petit, ut alienentur; Et certè si rectè considerentur omnia, quae in principio huius quarta partis tractata sunt, & in prima limitatione, & sequentibus, & quantum leges studeant seruare ultimas defunctorum voluntates, ma-

xime in his casibus, vt docui in principio secunda partis huius operis, vbi latissimè de hoc egi; necessarium videtur exhibere Principi & clausulas constitutionis maioratus; facit l. inciuile, ff. de leg. l. vt responsum, C. de transaction. ibi: Insere pacti exemplum; & hoc adiuuatur ex sententia Raphael Fulgos. in consilio 20. Pro pleniore, columna 4. in versiculo sed & secunda, vbi hoc in terminis decidere videtur, affirmans, quod ad hoc, vt valeat Principis licentia data ad alienandum bona restitutioni subiecta, requiritur, quod Princeps sciuerit conditiones, & leges positas rebus donatis, ex iustis supremis dispositionibus; vt scilicet, quod res ipsae non possint alienari in extraneas personas, & quae non sint de familia & domo testatoris: verisimile namque est, & iustissimum, Principem nolle facere irritas defunctorum voluntates; & confirmo per doctrinam Iasonis in consilio 127. num. 8. versic. nec fuit satis, lib. 4. vbi tradit, quod in impetratione legitimacionis non sufficit perfunctoriè facere mentionem de fideicommissio, sed debent omnes qualitates sigillatim exprimi; & hoc fortificatur, quia cum certum sit, quod est maioris efficaciae prohibitio testatoris expressa, quam tacita, tam in prohibitione alienationis, quam in aliis rebus, vt explicant Doctores in authentica, res quae, C. communia de legatis & in l. filius familias, §. Diui, ff. de legat. 1. Alex. in cons. 56. num. 3. lib. 1. Suarez in l. quoniam in prioribus, 2. limitatione, C. de inofficioso testamento, & alij quos citat Episcopus Couarru. resolutionum lib. 5. c. 6. num. 10. in versiculo 3. vt quibusdam; cum hæc prohibitio expressa potius mouere possit Principem, & illos, qui de hoc iudicaturi sunt, æquum est, quod omnes clausulas, vincula, & grauiamina à testatore adiecta Princeps examinet, & introspiciat; ad quod etiam facit doctrina Bald. in l. 1. C. de furtis, Alex. cons. 195. lib. 2. nu. 5. & in cons. 60. n. 22. eod. lib. quem citat Barth. Socin. cons. 63. num. 4. in fin. lib. 3. & confirmatur ex pluribus quae scripsit Roland. cons. 7. num. 73. cum aliis, lib. 3. vbi ex text. in Authent. de alien. emphyt.

Et ex doctrina Bald. in c. 1. §. 1. de cap. Corrad. & aliis pluribus probat, quod vbi concurrat ad prohibitionem alienationis, prohibitio legis, & hominis; dicitur Principi subreptum, si de hoc non sit certificatus; & licentia alienandi rem subiectam fideicommissio, concessa per Principem, dicitur subreptitia, non facta mentione & fideicommissi & non valet sine speciali clausula, non obstante; & non sufficit clausula, ex certa scientia; nec, de plenitudine potestatis, vt ex Regula leg. de his, ff. de transact. & ex doctrina Abb. & Felin. & aliorum; probat Carol. Ruin. in cons. 108. n. 25. lib. 2.

Quae confirmantur per doctrinam Ias. in d. cons. 127. num. 8. lib. 4. vbi resoluit, quod in impetratione legitimacionis & ad succedendum in fideicommissio, debet fieri mentio, quod testator vocauit filios legitimos, & si de hoc non est facta mentio, legitimatio erit subreptitia; quod tradunt etiam Curt. lun. cons. 83. num. 9. Menoch. lib. 2. de arbitrar. iudic. centuria 3. casu 203. num. 10. vbi alia similia scribit, & sic vidimus quod in aliquibus facultatibus datis ad extrahendum bona à maioratu, reperitur clausula, in qua fit relatio, quod inspecta fuerunt testamenta, & dispositiones maioratus prius quam licentia concederetur.

Nec minus facit tex. in l. non est ferendus, ff. de transact. & quod notat Barth. Socin. in cons. 128. lib. 2. & Glos. & DD. in l. tres fratres, ff. de pact. vbi dicunt, quod generalis & dispositio non refertur ad ea, quae pendunt ex testamento, notat Barr. in l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verb. obligat. & quod notat Parisien. in cons. 23. num. 150. lib. 1. vbi egregiè probat, quod ad alienationem rei feudalis, debet fieri mentio specialis de agnatis, & debent nominari in facultate; nec sufficit generalis expressio: quod est notandum ad ea quae scribo in prima quaestione huius 4. partis, & ad id, quod disputat Molin. lib. 4. primogen. cap. 3. num. 29. fol. 148. vbi resoluit an sit facienda Principi mentio in impetratione facultatis ad alienandum bona maioratus, de clausula, quod

quod bona non possint alienari & etiam cum facultate Regia; cuius resolutio mihi placet attentis superioribus, de quibus Molina non meminit. Et an in legitimacione sit necesse facere mentionem substitutionis, & fideicommissi, in specie tradit Bart. Socin. in d. cons. 63. n. 5. lib. 3. Episcop. Couarru. in epitome de sponsalibus, part. 2. cap. 8. §. 9. num. 8. folio 147. Et ad istam quaestionem concludunt quae scribo in hac 4. parte in principio, limitatione 2. & quae ex Alex. Paulo, & Curtio, tradit Gratus in cons. 140. n. 36. lib. 1. quod ad legitimacionem sunt exhibenda verba.

quod bona non possint alienari & etiam cum facultate Regia; cuius resolutio mihi placet attentis superioribus, de quibus Molina non meminit. Et an in legitimacione sit necesse facere mentionem substitutionis, & fideicommissi, in specie tradit Bart. Socin. in d. cons. 63. n. 5. lib. 3. Episcop. Couarru. in epitome de sponsalibus, part. 2. cap. 8. §. 9. num. 8. folio 147. Et ad istam quaestionem concludunt quae scribo in hac 4. parte in principio, limitatione 2. & quae ex Alex. Paulo, & Curtio, tradit Gratus in cons. 140. n. 36. lib. 1. quod ad legitimacionem sunt exhibenda verba.

QVÆSTIO X.

An licentia data per Regem ad extrahendum bona à maioratu, expiret per mortem Regis concedentis.

SVMMARIVM.

- 1 Ratio decidendi ad l. 43. Taurinam. & num. 9.
2 Gratia, & executio illius, non expiret per mortem concedentis. & n. 3.
4 Gratia est perfecta solo verbo quantum ad quidditatem; & substantiam gratia. & num. 62.
5 Lex durat, Principe mortuo.
6 Mandatum Principis, eo mortuo durat.
7 Dispensatio morte concedentis non expiret. & numer. 8. & 11.
10 Ea quae sunt sub nomine dignitatis, per mortem concedentis non expiret.
12 Licentia legitimandi filios spurios an expiret per mortem Regis qui illam concessit.
13 Privilegia confirmata fortiora sunt, & num. 16.
14 Donationes Regales confirmatione Regis successoris indigent.
15 Privilegia etiam non confirmata, valent.
17 Privilegiorum confirmatio an sit de consilio, aut necessitate.
18 Officia per Regem concessa, quando per Regis mortem expiret, & num. 19. 21. 25. 27. & 28.
20 Quid si sint officia iurisdictionis ordinaria.
22 Pacientiarum officium non expiret Pontifice mortuo, & num. 16.
23 Inquisitore generali mortuo, durat officium Inquisitorum minorum.
24 Voluntas Principis post eius mortem ob publicam utilitatem durat.
28 Princeps an absque causa tollat officium semel concessum.
29 Officialis ad beneplacitum dicitur perpetuus, & numero 32.
30 An possit intemere interdictum vti possidetis.
31 Pro Ordinario, qui est in possessione Ordinarij, praesumitur.
33 Tabellio semel ad aliquod officium electus non potest absque causa renouari.
34 Rex non debet tollere officia qua antecessor illius dedit.
35 Successor in dignitate tenetur exequi mandata antecessoris.
36 Licentia data à Principe non expiret per eius mortem.
37 Officia in Regno Francia sunt perpetua, quando dantur à Rege, vel ab eis qui sunt de sanguine Regio.
38 Officialis semel electus quando possit per superiorem renouari cum causa, vel sine illa, & num. 44.
39 Corrector an possit sine causa tollere officium datum Locumtenenti.
40 Hæredes patroni an possint mutare Sacerdotem, vel alium institutum à predecessore.
41 Successor in Regno, vel maioratu, renouare non potest officia perpetua.
42 Prælati, aut Episcopi potest Vicarium ad libitum renouare.
43 Quid si iuro non renouatum.

- 45 Assensus Regis datus ad alienandum est gratia.
46 Decisio quaestions & num. 5. 2. 57. & 59.
47 Mandatum Conseruatorum privilegij Apostolici expirat morte mandantis. & n. 54.
48 Licentia testandi an expiret morte concedentis. & numer. 66.
49 Actus odiosi morte mandantis extinguuntur.
50 Litera iustitia amplianda sunt.
51 Licentia data per Regem ad alienandum feudum qualiter expiret Rege mortuo.
53 Morte omnia finiuntur.
55 Dispositio odiosa restringi debet, non ampliari.
56 Privilegia immunitatis an habeant locum post mortem Regis concedentis.
58 Intellectus ad tex. in c. si super gratia, de offic. deleg. in 6.
60 Donatio ad certum tempus, & ultra ad voluntatem donantis; donatio regulariter transacto tempore expirat, nisi donans voluntatem declarat.
61 Rex si ante Regiam dignitatem adeptam contractum aliquem faciat, Rex in eo effectus non potest talem contractum alterare, nec contra eum venire.
63 Commendam si Pontifex Ecclesia concedat, quousque super hoc aliud ordinauerit, & absque vlla ordinatione decedat, concessio an duret.
64 Licentia ad instituendum maioratum an sufficiat per verbum, Fiat; aut requiratur, literarum expedire.
65 Officiales creati, in dubio perpetui dicuntur.

Decimo quaero, an licentia data per Regem ad extrahenda aliqua bona à maioratu, expiret per mortem Regis, qui illam concessit, re integra? In quod videtur quod ex dispositione legis 43. Tauri, non expiret per mortem Regis, qui illam concessit, sed certè hæc & lex non admodum conuincit, quia facere maioratus, est res fauorabilis, vt patet ex l. 2. tit. 16. p. 2. & ex dict. l. 43. quamuis l. 42. praecedens faciat in contrarium, sed alienare res maioratus, est res odiosa, vt pote quia est contra voluntatem testatoris, & legum dispositiones, qui alienationem prohibuerunt, ne maioratus dissoluatur, in quorum conseruatione agitur de fauore publico; & strictè hoc est agendum, vt supra latius probatum est in aliis quaestionibus; & argumentati de constitutione maioratus, ad illius reuocationem, siue in parte, siue in toto, non est iusta argumentatio.

Magis vrget tex. in cap. si super gratia, de officio Delegati, lib. 6. vbi exequutor à Sede Apostolica deputatus ad exequutandam gratiam, potest illam exequutari; etiam si Papa re integra, & ante exequutionem factam defunctus sit rationem ibi Pontifex assignat, quia exequutio & est accessoria ad gratiam, & sicut gratia non expiret per mortem concedentis, ita nec exequutio ipsa. Qualiter autem dicatur res integra in dict. c. si super gratia, vt obitet hoc dicant, expomt Staphileus de literis gratia, & ius stitia, in verbo, de gratiis expeclatiuè, c. 1. n. pag. 397. dico quod est Nicol. Gimont, in volum. Staphilei, & in rit. quibus modis, expirent litera, n. 1. cum seqq. pag. 202. Melius Cardin. in Clem. ult. de procurat. n. 5. qui plura in nostra Matetia scribit, & Rebus in Concord. in rubri. de mandatis Apostol. §. 1. §. 491. qui disputat idem, quando dicatur res integra, pag. 490. Marcus decision. 1172. num. 4. Salicet in l. inter causas, n. 6. ff. manda.

Quod autem gratia non expiret per mortem Papae concedentis, probatur & aperte in dict. cap. si super gratia, & in dict. cap. si cui de prabend. in 6. notat Bald. in l. humanum, C. de legib. vbi dicit, quod si post gratiam factam etiam solo verbo, Papa moriatur, gratia non expiret, Felin. & Decius numer. 3. qui plura referunt in cap. relatum, de officio Delegati Iacob. Portius in cons. 98. numer. 15. qui late profequitur, & in notabili casu hoc tradit Speculator, 4. par. tit. de locato §. si nunc aliqua, num. 77. fol. 12. Capicij decisione 136. per totam, vbi resoluit idem; & an gratia expiret, & beneplacitum Regium concessum à Prorege, expiret finito

Proregis officio, vel per mortem Regis: ad hoc legendus; in qua materia est attendenda doctrina Bald. in l. fin. num. 7. C. sententiam rescindi non posse, fol. 71. vbi resoluit, quod gratia est perfecta solo verbo, quantum ad quidditatem, & substantiam gratiæ; & inter alios hoc tradit Rest. ur. Castal. in tractat. de Imperatore, q. 114. num. 3. fol. 245. Iaf. in l. more maiorum, num. 10. ff. de iurisdictione omnium iudi. facit text. in cap. institutioni, 25. q. 2. & notat idem Petrus Rebuff. in praxi beneficii, tit. de gratia ration. Congruu, num. 2. & 3. pagin. 360. vbi post Bonifacium in proæmio Clementinarum, §. nunc igitur, num. 16. dicit, quod istud procedit in Principe seculari, & notat idem Rebuffus in tit. de differentiis inter rescripta gratiæ, & iustitiæ, num. 33. pagin. 111. qui alios concordantes refert, & quandam decisionem Rotæ, quam materiam omnium latissimè examinat Anton. Gabriel. tom. 2. communium opin. tit. de prebendis, conclusi. num. 1. cum aliis, pagin. 391. Et in licentia testandi hoc tradit Bursat. in conf. 178. num. 1. & in aliis casibus Ioann. Guttierrez lib. 2. canonicarum, cap. 17. n. 8. pag. 322. ad quod etiam facit l. 35. tit. 18. par. 3.

Et confirmatur ex alia ratione, quia sicut lex durat mortuo Principe, l. humanum, C. de legibus, cum concordantibus, ita & vox viua, quæ pro lege iudicatur, quale est mandatum Principis, l. ult. C. de legibus, cap. in causis, de re iudicata, §. quod Principi, Inst. de iure naturali. gentium, & civili. l. 2. tit. 18. p. 3. Nec minus famosum dicit Bald. in l. mandatum, num. 4. C. mandati; vbi dicit, quod mandatum Regis, vel Principis, non expirat morte mandantis, etiam re integra; & pro ista sententia faciunt plura quæ scribit Roland. in conf. 38. num. 1. cum segg. lib. 3. Et materiam tractat hoc referens Ioan. Guttierrez in pract. q. 9. lib. 1. q. 73. per totam, & q. 74 & lib. 3. q. 11. num. 11. cum segg. Azcued. in l. 3. tit. 5. lib. 3. Recopilat. n. 1. pag. 112.

Et quod dispensatio non expirat per mortem concedentis, nec possit per successorem reuocari, volunt Archidiacono Ioan. Andr. & Francus, n. 4. in cap. cum ex eo de electione in 6. Oldrad. in conf. 238. Ioan. Andr. in cap. licet canon. de electione in 6. & in additionibus ad Speculator. rubr. de sequestratione, vers. ad secundum, de quo lector omnino videat Alberi. in l. digna vox, C. de legibus, text. in cap. si cui de prebend. lib. 6. Matth. ab Afflicto decif. 392. n. 16 & n. 26. Et quod licentia testandi non expirat per mortem concedentis, etiam re integra volunt Paris de Puteo de feudi reintegracione, cap. 84. in fine, Freccia de feudo, lib. 2. q. 27. col. 2. Sarmiento in tract. de redditibus Ecclesiasticis, p. 4. c. 4. n. 2. Bursatus conf. 29. n. 19. lib. 1. & in conf. 20.

Licet contrarium, quod si gratia ad executionem non sit deducta, expirat per mortem concedentis, teneat Socin. Iunior conf. 39. n. 32. lib. 1. & Felin. in c. licet vndique in princip. col. 2. de officio Delegati, quem citat Episcopus Couat. in cap. cum in officio, n. 8. fol. 157. vers. quæ ration. de testam. faciunt scripta per Ioann. Francisc. in tract. de Baronibus pragmatic. 7. num. 20. Castaldum in tractat. de Imperatore, q. 115. Et quod gratia mandata per executori non expirat per mortem concedentis, secus si non detur merito executori, sed collatori, voluit Bald. in d. l. mandatum, 4. oppositio. C. mandati, quod eleganter explicat Rebuff. in libr. Concord. in d. rubric. de mand. Apostolic. §. 1. pag. 489. vers. licet quidam DD.

Igitur, vt ad superiora redeam, ille qui vult vt licentia Regali per ad alienandum bona maioratus, hoc facit pro executione gratiæ illi datæ, & sit hoc tanquam quid accessorium, potest illa etiam vii, Rege defuncto, qui illam concessit. Quod fortificatur, quia hæ licentiæ semper conceduntur expresse nomine per Dignitatem, nam in illis dicitur: *Pro el Rey*, quod verbum, vt obiter hoc dicam, quid operetur, vide omnino Capi. decif. 121. n. 6. vbi alia scribit in ista materia.

Certum autem est, quod si Papa alicui concedit, vt beneficia quæ tempore promotionis obtinebat, & nunc obtinere possit, expresse nomine Dignitatis vsque ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, quia Sedes Apostolica

non moritur, nec expirat concessio, aut potius dispensatio: nam in dispensatione proprie loquitur ille text. nec mirum est, cum regulariter ea, quæ facta sunt sub nomine Dignitatis, non expirat morte, quoniam Abb. de offic. Delegati, & est egregia l. 47. in vers. Empero si el Rey comballe, tit. 18. p. 1. vbi Greg. Lop. in gl. verbo, *El nombre de aquel*, facit text. in l. si seruus communis, ff. de stipula. seruorum, & quod notat Alex. in l. 3. §. filius col. 2. ff. de liber. & posth. Bald. in l. 1. q. 2. C. de liberis præteritis, Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, p. 4. n. 351. ff. ad Trebell. Episc. Couat. in c. requisisti, n. 1. cum aliis, fol. 82. de testamentis, qui tamen non refert dictam legem Paritæ, latè DD. præcipuè Felin. & Dec. in d. c. quoniam Abbas, & facit dictum Abb. in c. ult. de offic. Delegati, qui refert Montal. in l. 8. tit. 12. lib. 3. fori. glo. *No la puede*: & quod scribit Molin. lib. 4. de primogen. cap. 5. num. 38. fol. 162. Et quod dimissoria, quas vocamus, *Reuerendas*, ad ordinandum, & gratia ad matrimonium, & dispensaciones per ad irregularitatem, & ad defectum ætatis, vel natalium, non expirat morte illius, qui eas dedit, colligitur ex Cardinal. in Clement. fin. n. 9. de electionib. Nauarr. in §. in Leuitico, notabili 31. num. 36. Petro Augustino Morla, part. 7. tit. de iurisdictione omnium iudicum, n. 108. fol. 79. Et quod in connexis concessio ad absoluendum non expirat per mortem committentis, tradit notanter Felin. in c. quoniam Abbas, n. 2. de rescriptis, quem citant Hippolyt. in l. 1. §. diuus, n. 6. ff. de questionibus, Fuluius Pacia. in tract. de probationib. lib. 1. cap. 26. num. 49. fol. 68. Et fauore Scholarium, mandatum etiam re non integra, non expirat, Clemens. singular. 143. Hippolyt. singular. 45. Rebuff. in tract. de priuilegiis scholarium, priuilegio 80. Et quod licentia legitimandi per spiritus non expirat per mortem Regis, qui illam concessit, nec sit necessaria confirmatio Regis successoris, probat per plura Matth. ab Afflicto, decif. 128. *Fuit dubitatum n. 1. cum aliis*, præcipuè n. 12. vbi post Cinum in l. priuilegia, C. de Sacrosanct. Ecclesiis, Bald. conf. 96. lib. 3. tradit, quod confirmate priuilegia per Regem successorem, est de consilio, non necessitate, tradit idem Matth. de Afflicto. in constit. Neapoli. lib. 3. rubri. 3. de iure Curia obseruando, num. 7. fol. 259. & Ant. Gamma decifione 283. num. 3. vbi Menna in addit. Alex. quem isti non referunt, in conf. 3. num. 16. lib. 5. per text. in Authent. constit. qua digni. ad finem, & in regula dicta, de regul. iuris in 6. quod fallit in casu l. 15. in versic. Porque se pueda mejor saber, tit. 26. lib. 9. Recopilat. & l. 2. 6. & 27. tit. 18. Et quod scribit Ioann. Guttierrez, practicar. quæstion. lib. 3. q. 28. n. 11. cum segg.

Et scribit etiam Rebuff. in tom. 3. ad constit. Regias, tit. de appellationibus, art. 2. glo. vnica, num. 16. pag. 488. quod in Francia seruatur in praxi, quod si priuilegium non est confirmatum non valet, de quo legi etiam debet quod scribit Nicola. Boerius in tractat. de custodia Clauium, num. 77. Et quod priuilegia confirmata habeant maiorem vim, volunt Abbas in c. 1. de confirmatione vtili, vel inutili: Ripa responsio 179. n. 8. Et quod donationes Regales indigeant per confirmationem successoris Regis, docet l. 5. tit. 15. p. 2. ibi: *E au estonces no las puede auer, ni dene usar dellas, sino solamente en vida de aquel Rey que se las otorgo, o del otro que se las quisiere confirmar*. Et priuilegiis non Regalibus ciuitas vitur, licet non sint confirmata, vt per Gamm. decifione 282. num. 3. Sed & idem Rebuff. tom. 2. ad constitutiones Regias tit. de restit. art. 1. gl. 1. nu. 13. pag. 117. tradit salubres esse tales confirmationes, & faciunt quæ de confirmatione priuilegiarum scribit Otalora in tract. de nobilitate, p. 4. n. 10. pag. 198. ad quæ ista addenda sunt pro declaratione illius quæstionis, & Bartol. Bertazol. in tract. clausularum, clausula 22. glo. 1. num. 2. fol. 121. & quod volunt glo. Abb. & Dec. in c. 1. de confirmatione vtili, vel inutili. Socin. Iun. in conf. 76. num. 15. lib. 1. Bursat. conf. 25. num. 18. volentes, quod priuilegia etiam non confirmata valeant; & traditur etiam per Azcued. in l. 2. tit. 3. libr. 2. Recop. Ioan. Garcia in tractat. de nobilitate, glo. 1. §. 1. n. 66. fol. 56.

Sed

16 Sed quod priuilegium confirmatum habeat per maiorem auctoritatem, præbatur in c. qui nesciat, 11. distinction. c. quamquam, 23. distinct. c. si aduersus, de hereticis, notat Ripa responsio 176. num. 9. Et quod sit credendum confirmacionibus factis per Principes succedentes, licet non ostendatur confirmatio originalis, tradit Glo. Paris. in consuetud. Paris. p. 1. §. 5. num. 73. fol. 82. ex Speculator. in tit. de instrumentorum editione, §. nunc autem videndum, num. 3. de quo per Glo. in c. si Romanorum, 19. distinct. Abbat. in c. inter dilectos, de fide instrumentorum, num. 9. Iaf. in l. more maiorum, num. 34. fol. 72. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Et quod priuilegiarum confirmatio sit de per consilio, & non infirmitur, resoluit Matth. ab Afflicto, decif. 128. Et ista seruatur pro decisione istius quæstionis, quam disputat Otalora in tract. de nobilitate, p. 4. c. 4. n. 9.

In contrarium retorqueri potest d. l. 43. quæ ponit pro casu speciali, quod licentia data ad faciendum maioratum, non expirat per mortem Regis, qui illam concessit. Contrarium ergo sentit Alex. in aliis licentiis, quæ non dantur ad constitutionem maioratum. Et est regulare, quod mandatum re integra morte mandantis expirat, l. 5. ff. de iurisdictione omnium iudicum, d. c. relatum l. 23. tit. 5. p. 3. l. 21. tit. 4. p. 3. quod latius tradunt Ioan. Faber. in §. item si adhuc, Inst. mandati, Roman. sing. 215. Hippolyt. sing. 44. Angl. in §. is qui, de procurat. Iaf. in l. nulla, n. 4. eodem tit. Dec. in c. relatum, n. 2. de offic. Delegati, Alex. conf. 128. lib. 6. Bart. Socin. in conf. 112. lib. 1. latissimè Ant. Gabriel. lib. 2. communium opinionum, tit. de procurat. conclusi. 2. num. 1. cum segg. Duchas regul. 87. decif. Pedem. 150. num. 4. Mascard. in tractat. de probat. lib. 2. conclusi. 1015. num. 8. fol. 277. Episcopus Couat. in pract. q. c. 11. in princip. & num. 1. qui non refert ad. l. par. Decifio Rotæ in nouis, 12. & 17. tit. de officio Delegati pag. 93 & 97. & facit in simili, l. 20. tit. 13. p. 2. vbi probatur, quod officia per Regem concessa expirat per mortem Regis

19 per concedentis, ibi: *Entregandole luego de los oficios, y de las tierras*.

Quæ lex (vt obiter hoc scribam) non procedit in illis, qui habent officia iurisdictionis ordinariæ: quia non expirat per mortem Regis concedentis, l. nemiisse, ff. de offic. Proconsulis, vbi Guillel. de Cuncto & Bald. & probatur in l. 2. tit. 3. lib. 2. Ord. quæ est hodie dict. l. 2. tit. 3. lib. 2. vbi Azcued. alia sequens tanquam superflua non inuenitur. Et qualiter per officia Auditorum Demorum expirat per mortem ipsorum tradit Petrus Barbof. in l. quia tale, num. 93. pag. 353. ff. solut. matrim. & facit l. 21. tit. 13. p. 2. & l. 21. 23. & 24. Et quod officium Pœnitentiarij non expirat mortem Papa, tradunt glo. in Clem. ne Romani, §. eotamen, de electione, Augustini. Beroi. decif. 1. quos citat Auendañ. p. 1. de exequend. mand. c. 3. num. 3. fol. 35. Marcus dict. decifione 1278. num. 4. Et quod Inquisitor generalis mortuo duret officium Inquisitorum minorum, tradit Simancas de institut. Catholicis, cap. 34. num. 15. fol. 159. Et materiam explicat Ioan. Francisc. in tractat. de Baronibus, pragmatica 7. num. 20. cum segg. pag. 101. post Capici. decifione 136. Mascard. lib. 1. de probationib. conclusi. 188. Barbof. in l. diuortio, §. quod in anno, num. 20. pag. 1019. ff. solut. matrim. tom. 1. Ioannes Guttierrez in quæstionibus Canonicis, quæst. 15. numer. 23.

Et ob publicam utilitatem est statutum, vt voluntas per Principis post mortem duret, vt per Capici. dict. decifione 116. Vant. de nullitate ex defectu iurisdictione ordin. num. 104. fol. 396 & facit. l. 24. tit. 2. lib. 7. Ordinarum. & tradit, Azcued. in l. 3. tit. 5. lib. 3. Recopil. num. 11. pag. 212. post Capici. quem citat decifione 116. num. 3. Neque in institutoribus deputatis a Rege ad negociaciones suas, vel ad actus iudiciales, vt tener Gregor. Lopez in dict. l. 20. in glof. in verbo *De los officios*, refert. l. si quis mancipiis, §. ult. ff. de institutor. de quo text. argunt DD. in l. eius qui in pronuncia, §. placebat, ff. si certum petatur, præcipuè Iac. Butrigar. Abb. Panorm. Bart. Bald. Rom. Alex. & Dec.

Et ibi etiam Gregor. Lopez refert Guillelm. Benedic. in cap. Raynuntius, in verbo, *duas habens filias*, num. 38. fol. 16. dicentem, quod in Regno Franciæ semper consuevit nouus Rex confirmare officia, quæ prædecessoris morte finiuntur, nisi cum ex causa legitima alios instituit, & idem credit seruari in Hispania; & ibi Guillel. Benedic. refert plura, & singularia exempla ad probandum qualiter Principes debent conseruare Officiales antiquos, & quod officium Pœnitentiarij non expirat per mortem Papæ, tradunt Glof. in Clementina, ne Romani, §. eo tamen, de electione, Auendañ. p. 1. de exequend. mand. c. 3. num. 3. fol. 35. Rebuff. in Concordant. rubric. de mandat. Apostolicis, §. 1. pagin. 490. ad quod addè Salicetum in l. inter causas, num. 3. ff. mandati, Couat. in pract. q. 99. cap. 4. num. 4. Angl. Aret. in d. §. recte, num. 4. fol. 184. Inst. mandati, qui ponit singularem doctrinam in Marchionibus, & aliis Dominis, an mortuis illis Officiales illorum Dominorum possint exercere talia officia? & legenda sunt quæ scribit latè Molina in tractatu de primogenitura, lib. 1. cap. 2. num. 7. cum segg. fol. 180. Auiles in cap. 4. correctorum, num. 3. & 13. fol. 112. notanter Marcus decif. 1278. Castillo lib. 2. controuersiarum quæst. c. 29.

Et quod Principis rescriptum, quod emanauit de plenitudine potestatis, & de illius mera voluntate, per expirat per mortem Principis, resoluit Anton. de Butrio in cap. cum venisset, de iudiciis, & Alciatus conf. 5. num. 18. de quo post Anton. Peregrinum in tractat. de fideicommissis art. 52. num. 157. fol. 519. melius Albericus in l. more maiorum, num. 19. ff. de iurisdictione omnium iud. & Guillelm. Benedic. refert etiam Petrus Rebuff. in tractat. de nominatione, q. 12. num. 36. pag. 179. vbi meminit de eadem Francia consuetudine; & dicit quod extra mortem, vel renuntiationem, vel dictum, non solet Princeps tollere officia, quæ semel dedit: & refert Francisc. Marcum in decifione Delphinali 19. p. 2. & tradit Ioann. Guttierrez. vbi hoc refert lib. 2. practicarum quæstion. q. 11. & faciunt scripta per Anton. Gamma decif. 353. num. 1. cum segg. Et pro hac sententia, quod Princeps absque iusta causa non possit tollere officium, quod semel alicui dedit, est elegans l. 2. tit. 10. p. 2. ibi: *La primera, poniendo a cada vno en su lugar qual le conuene por su linage, o por su bondad, o por su seruicio. E orrisi mantienelo en el, no faciendo por que lo deuiesse perder*. Vbi Gloss. in verbo, *Mantenerlo*, & tradit Nicolaus Boerius in tractatu de auctoritate magni Consilij num. 154. pag. 848. & hoc rectè explicat, & tenet Vitalis de Camp. in tract. clausularum, in clausula generalis, Non obstantibus, l. 2. per totam fol. 21. col. 1. Ioann. Guttierrez. in l. nemo potest, num. 177. ff. de leg. 1. pag. 6. Restaur. in tract. de Imperat. quæst. 114. num. 3. & eleganter tradit Arius Pinel in 1. p. rubric. C. de rescind. vendit. fol. 16. n. 1. quo in loco etiam plures refert, qui contrarium tenent. Sed nos seruare debemus d. l. Partita 2. quæ est expressa.

Et per hoc etiam facit, quod Officialis per ad beneplacitum, dicitur perpetuus, secundum Bart. in l. de pupillo §. si quis ipsi pratori, qu. 3. num. 12. ff. de noui operis nunt. vbi Iaf. & eundem Iaf. in l. si Sicum, aut Pamphilum, §. stipulatio, num. 6. fol. 41. ff. de verborum obligat. refert l. iuris peritos ff. de excusatione tutorum, Alexand. conf. 213. num. 6. lib. 6. Capicius decif. 123. num. 4. Mandosius regula 4. ancillaria, q. 7. num. 7. fol. 29. Dominus Anton. de Padilla in l. cum quis, num. 34. pag. 64. C. de iuris & facti ignorantia, Gregorius Lopez in l. 6. tit. 4. part. 3. in glof. in verbo, *Acabaten, ad finem*, Derifio Pedemont. 144. num. 13. Aluarus Valaf. de iure emphyteut. q. 1. 29. num. 4. fol. 176. notanter Chalfanzus in consuetud. Burgund. rubric. 1. §. 6. num. 82. pag. 64. notat Gomezius in regula, de non tollend. iure quæst. q. 4. pag. 88. in versic. hinc est, quod Officialis, Quint. Mandosin proem. glof. facultatem, fol. 4. col. 3. vers. & Officialis. Andr. Gail. lib. 2. obseruationum, obseruat. 60. n. 15. pag. 178. Bursat. in com. 177. n. 32. lib. 2. vbi per regulam dictæ leg. Iuris peritos, & alia tradit, quod

D d 2 paria

patia sunt ad beneplacitum concedere, vel in perpetuum; de quo legenda sunt scripta per eundem Mandosium in d. gloss. facultatem, §. vol. mes, fol. 42. col. 1. Cephal. in conf. 212. num. 2. lib. 2. Fulvium Pacia. in tract. de probat. lib. 2. cap. 27. num. 9. fol. 102. Aquiles in capitulis corrector. c. 2. n. 24. fol. 88. Et an vicarius constitutus cum iuramento de non reuocando, possit reuocari? explicat Ioann. Guttier. de iuramen. confirmator. p. 1. c. 58. num. 14. fol. 162.

30 Et singulariter animaduerto, quod Officialis ꝑ ad beneplacitum, non potest intentare interdictionem Vti possideris, quia non habet nisi nudum ministerium, & administrationem nomine Domini, vt resoluit Glof. Parisiens. p. 1. consuetud. Paris. §. 1. glof. 5. num. 50. fol. 73. Quod difficile mihi videtur, & contra illum facit quæ scribit Nicol. Boër. decis. 150. num. 5. & doctrina Bald. in l. ab ea p. rie. ff. de probat. vbi tradit quod præsumitur ꝑ pro Ordinario, qui est in possessione Ordinarij; quem citat Mascard. in tractat. de probat. lib. 2. concl. 847. num. 7. Et si Princeps creat aliquem Iudicem ordinarium ad suum beneplacitum per mortem Principis ꝑ non definit esse Iudex, quousque per successorem euocetur, Authem. de Quæstorib. §. super hoc, Bald. in l. meminisse, ff. de officio Proconsulis, Paris de Putéo in tractat. de Syndicatu, §. an Officialis successor: versic. si Princeps, & alij, quos citat Menoch. de arbitrarij iudicium, lib. 1. quæst. 69. num. 9. Et Tabellio semel electus ꝑ ad aliquod officium, non potest absque causa remoueri, secundum Bald. in l. 2. C. quomodo, & quand. iudex, & alios, vt per Dec. in c. quoniam contra, num. 9. de probat. de quo lege egregium conf. Roma. 467. & Notarius electus per Archiepiscopum pro vita ipsius Notarij, non potest per successorem remoueri, vt resoluit Matth. de Afflict. decis. 101. & vide ad hæc Francisc. Marcum decis. 780. & 795. p. 1. Rebuff. in tract. de nominat. q. vii. num. 23. Burg. de Paz. conf. 21. per totum. Guillelm. Benedict. in cap. Raynuntius in verbo, duas habens filias, num. 37. vbi resoluit, Regem non debere ꝑ tollere officia, quæ antecessor ipsius dedit: confirmat Menoch. de arbitrarij iudic. lib. 1. q. 55. pag. 72. late Nicol. Boër. decis. 149. num. 14. cum seqq. Aut. Gam. in decis. 354. num. 5.

35 Et quod successor in dignitate teneatur ꝑ exequi mandata prædecessoris, probatur in cap. Pastoralis, §. præterea, de officio Ordinarij, & cap. ea tecum, de rescriptis, tradunt Oldrad. in conf. 257. factum tale est, ante numerum 2. Quintilan. Mardos. in regal. 8. Cancellar. q. 8. num. 10. fol. 46. vbi tradit, quod hodiernus Prælatas est idem qui erat olim; & quod licentia data à Principe ꝑ non expirat per mortem eius, voluit Innoc. in c. quoad translationem, de offic. Delega. Abb. in c. penult. nu. 9. de Clericis non residentibus, Matth. ab Afflict. in c. 1. quæ sint Regalia, nu. 106. fol. 343. Et quod officia ꝑ in Regno Franciæ sint perpetua, quando dantur à Rege, vel ab illis, qui sunt de Regio sanguine, tradit Rebuff. in tract. feudorum, nu. 38. Et quando officialis ꝑ semel electus possit per superiorem remoueri, cum causa, vel sine ea, melius omnibus tractat Felin. in cap. cum venerabilis, nu. 49. fol. 14. de exceptionib. ad hæc legendus, Et ista seruiunt pro confirmatione opinionis scriptæ per Azuec. in l. 11. tit. 5. pag. 220. vbi tenet, quod Corrector ꝑ non potest sine causa tollere officium datum Locum tenenti; quod quotidie contingit; & hoc tenet in terminis Ioan. de Platea in l. 2. num. 1. C. de Profess. & medi. fol. 55. pro quo faciunt scripta per Nicol. Boër. d. decis. 149. num. 20. facit text. & quod ibi notant DD. in l. sufficit, ff. de condit. & indebit. & quæ tradit Dec. in c. ex literis, num. 16. de constit. Istis conuenit, quod ꝑ hæredes patroni non possunt mutare Sacerdotem, vel alium institutum à prædecessore, secundum Hostiensem in c. querimoniam, de iure patronatus per cap. 3. de iure Vicarij, late Lambert. de iure patronatus, lib. 3. q. 9. principali, num. 5. fol. 21. & ad text. in d. l. sufficit, lege Alex. in conf. 216. nu. 6. lib. 7. Felin. &

Dec. in c. ex literis, de constitutionibus, & alios quos citat Tiraquell. lib. 2. de retractu, §. 2. gl. 1. & unica, nu. 39. pag. 885.

Ex quo in nostra materia maioratus dixit Grego. Lop. in l. 2. tit. 15. p. 1. in gl. Sino el hijo mayor fol. 46. colum 1. in vers. & nota; quod ꝑ successor in maioria non potest reuocare officia alijs perpetua, veluti Decurionatum, vel Tabellionatum, vel aliud simile officium perpetuum à prædecessore collatum; refert Bald. in c. unico, qui successor teneatur, & addit Greg. Lopez, quod non tamen poterunt Domini maioratum concedere Castellanijs perpetuas, vel redditus, in præiudicium successorum, quo in loco, vide fundamenta huius opinionis, & hoc resoluit Molin. lib. 1. de primog. c. 25. nu. 57. cum seqq. fol. 183. ad quem addo Alu. Valasc. de iure emph. q. 34. n. 6. & 7. fol. 207. qui tradit quod clausula appositæ in priuilegio, vel gratia Regis, quæ dicat, En quanto fuere nuestra voluntad, non operatur, quod mortuo Rege voluntas expiraret, quia per illa verba exigitur reuocatio voluntatis, quæ per mortem non expirat, quod confirmat Menoch. d. q. 69. num. 13.

Sed legendus est idem Menoch. d. q. 69. nu. 5. vbi plures citat ad probandam, quod beneplacitum morte finitur, vbi inter alia allegat Episcop. Couarr. resolutionum. lib. 3. cap. 15. nu. 1. & 3. & tradit notabiliter Nicol. Boër. conf. 13. num. 18. Et est ad propositum bona. 45. tit. 5. p. 5. quæ disponit, quod in casu illius legis, voluntas morte finitur, vbi Gregor. Lopez gloss. 3. allegat. inter alia, l. 3. ff. de seruis exportand. l. 1. Cod. si mancipium ita fuer. & Menoch. citat Bursat. in consil. 131. num. 62. libro 2. Prælatas autem ꝑ bene potest remouere Vicarium ad libitum voluntatis, secundum Abb. in c. edoceri, nu. 10. fol. 65. de rescriptis, & in d. c. quoniam Abb. num. 10. fol. 79. de officio Delegati, Felin. Franc. & alios, quos citat Lancellor. Corrad. in templo Iudicium, lib. 2. c. 6. §. 2. de officio & potestat. Vicarij, num. 7. fol. 176. ad quem addo Nicol. Boër. decis. 347. nu. 1. vbi hoc extendit, etiam si iurauerit Episcopus ꝑ non reuocare, ex Ioan. Andr. & Buttigar. in cap. sua, de officio Vicarij, Francisc. Cur. conf. 69. vers. tercio mouetur, Francisc. Patavin in tractat. de potestate Capiuli Sede vacante, par. 2. q. 10. vers. nunquid Capiulum, Rebuff. in præiudic. beneficijs, tit. de forma Vicariatus Archiepiscoporum, & aliorum, num. 192. pag. 81. vbi hoc extendit (vt dixi) etiam si Episcopus iurauerit, ex Glo. in c. fm. de procuratoribus, in 6. cum concordant. vbi si Vicarius constituitur, non iuuatur Regula tanquam pacificus possessor, secundum Rebuff. in tract. de pacifico possessore, nu. 91. secundum quem, num. 92. hoc fallit, nisi fuerit à Papa confirmatus: & quod Rex possit tollere ꝑ ad nutum, Capitaneum, & Custodem arcis, Nicola. Boër. decis. 149. Prasuppono, nu. 25. Et qualiter iurisdictioni Vicarij extinguitur mortuo Episcopo, tradat Petr. Barbof. in d. l. quia tale, n. 94. ff. fol. matr. post Episc. Cou. quem citat in pract. q. 9. q. 4. n. 4. Et qualiter noui Notarij possint creati in præiudicium antiquorum, tradit Chassanæ. in consuetud. Burg. rubr. 13. des forestis, §. 2. nu. 17. pag. 1453. Et non est silentio prætereundum in ista materia, quod assensus Regius ꝑ datus ad alienandum, est gratia secundum Andr. de Iser. in c. 1. de inuestitura de re aliena facta, Frec. lib. 2. q. 4. nu. 20. Petr. Surd. decis. 189. nu. 17.

Vt igitur ad rem redeam, quod licentia data ad alienandum aliquam rem maioratus, ꝑ expirat per mortem Regis, qui illam concessit, re integra, facit doctrina Angel. in d. l. & quia, num. 3. ff. de iurisd. om. iud. vbi dicit, quod mandatum conseruatoris priuilegij gratiæ ꝑ Apostolicæ, quia est odiosum expirat morte mandantis; & doctrinam Angel. refert ibi Ias. nu. 11. quam & l. & quia, legit simul cum l. mare maiorum, & idem tenet Purpurat. ibi num. 119. qui tamen non refert Angel. nec Iason. sed solum Guid. Papæ in conf. 151. Et ex hoc dixit Socin. Iunior in d. conf. 89. num. 37. lib. 1. quod licentia testandi concessa à Romano ꝑ Pontifice

48 ꝑ Pontifice cessat re integra, morte Pontificis concedentis, Quod dicitur mirè congruit ad propositum nostræ quæstionis: & quod licentia de non residendo in beneficio, expirat per mortem concedentis; tradit Abb. in cap. cum ad hoc, num. 9. fol. 23. de Clericis non residentibus. & dicit generaliter Gloss. in cap. a nobis, in principio, in verbo, non nisi, in fine. de sententia excommunicationis, quod actus odiosi extinguuntur ꝑ morte mandantis, quam Glossam sequuntur ibi communiter DD. & est text. in l. vltim. ff. de penis, notat Abb. & Felin. in cap. ex literis, de constit. & Nauarr. quem refert Episcop. Couarr. in cap. cum in officijs, num. 8. de testamentis, & opinio gloss. in dict. cap. a nobis, est communis secundum Imol. libi: Rota in antiquis decis. 9. incipien. Camerarius Papa, & plura ad propositum scribit Roland. in dict. conf. 38. num. 6. cum seqq. lib. 3. & ideo etiam dicit Dominic. in c. quamuis, de præbend. in 6. quod literæ iustitiæ sunt ampliandæ, quia ꝑ non minuunt iuris dispositionem. Et qualiter mandatum datum ad faciendam pacem, non expirat morte mandantis, tradit Speculat. in tit. de homicidio, vers. sed pone, Iul. Ferrer. in tit. de seruis, num. 94. fol. 129. Et qualiter licentia ꝑ data per Regem alienandi feudum expirat mortuo Rege, tradunt Matian. Frec. d. q. 27. lib. 2. Carol. Ruin. in conf. 7. lib. 2. Capici. decis. 21. n. 7. Gabr. conf. 83. n. 66. Corbul. in tractat. de iure emphyt. ampliation. 6. de prination. fendi, num. 7. fol. 79.

Cum igitur licentiæ datæ ad alienandum bona maioratus sint odiosæ, quippe ꝑ quæ rescindant vltimas voluntates, & maioratum constitutiones, ex quibus tot resultant vtilitates, sequitur aperte, quod tanquam odiosæ non debent habere locum vbi cumque, re integra, & antequam ad executionem tradantur, Rex defunctus fuit: Et etiam est regulare, quod omnia ꝑ morte finiuntur, vt latissime vltra omnes cumulat Hippolyt. in l. vlt. num. 19. cum alijs, ff. de quæstionib. & Superioris præceptum illius morte finitur, vt per Dec. in rubri. de mand. Principum, num. 11. & 12. & alia ad propositum scribit Dec. in conf. 108. num. 2. Socin. Iun. conf. 63. num. 12. lib. 2. idem Hippolyt. in rubri. de probat. num. 270. Episcop. Couarr. lib. 3. resolut. cap. 15. num. 1. & 3. vers. secundus casus, & alij, quos citat Menoch. de arbitrarij iudicium, lib. 1. dict. quæst. 60. num. 5. pag. 86. vbi materiam late tractat. Et quod officium Conseruatoris ꝑ expirat, re integra, per mortem Papæ concedentis, tradit Guid. Pap. dec. 247. an Papa. Quintilian. Mandos. de signatura gratiæ, vers. Conseruatoria, fol. 123. col. 3. & regulariter omnis dispositio odiosa debet restringi, ꝑ & non ampliari; l. cum quidam ff. de liber. & postum. l. 1. §. sed si incertum, ff. de ventre in possessione mittendo: Barr. in l. 1. ff. de verborum significatione, de quo alios concordantes retuli in 1. par. huius operis, q. 18. num. 3. Et inquit Ias. in l. si procurator: & in l. vltim. ff. de noui operis num. quod prohibitio facta per prædecessorem, expirat eius morte; & Matth. de Afflict. decis. 361. in fine, num. 42. & 43. inquit, quod abdicatio iurisdictionis facta per Regem Iudicibus Regni non transit ad successores.

56 Rursus, quod priuilegia immunitatis ꝑ non habeant locum post mortem Regis concedentis, probat l. 10. tit. 18. p. 3. de qua per Burg. de Paz. conf. 45. num. 6. & facit l. 34. d. tit. 18. Et est notabilis l. 5. tit. 15. p. 2. in vers. T. aun emonces no las puede auer, & qualiter si quis confirmauit aliquid ad tempus pro arbitrio suo, expirat mortuo Iudice, tradunt Bald. in p. omio Digestorum, & sic etiam Felin. in cap. ex literis, de constit. Hippolyt. in rubric. de probation. num. 25. Auilef. in c. correctorum, vers. Ordenanças, nu. 22. fol. 19.

Ex quibus apparet, quod hæc quæstio dubitabilis 57 est; inquirere igitur oportet quid tenendum est; ꝑ Ego atenta dispositione text. in cap. si gratiosè de rescriptis in 6. iudicio distinguendum esse, an licentia Regalis data ad alienandum bona maioratus, concedatur sub nomine Dignitatis Regiæ, prout plerumque fit, vt supra dixi; nam in hoc casu licentia non expirat

per mortem Regis, qui illam concessit; & idem, si concessa fuerit ad beneplacitum Regis, quia tunc morte filius non expirat; quod fortificatur ex text. in d. cap. si super gratia, quia in effectu post licentiam impetratam non restat, nisi illam executioni tradere; & idem ille, qui impetrauit illam, tanquam executor, eam potest ad executionem deducere. Nec obstat Glo. in d. cap. a nobis, de sent. excommunicat. Quia cum ad hanc sententiam sint casus expressi in dict. c. si gratiosè, & in d. cap. si super gratia, cessant omnia argumenta.

Et est aduertendum quod d. cap. gratiosè (vt supra dixi) vere loquitur ꝑ in dispensatione, & non in gratia; quamuis text. ille vocet gratiam, quod in vi comprehensiuæ est dispensatio; quia in casu illius text. fuit dispensatio, vt quis possit habere plura beneficia, quæ secundum ius habere non poterat, c. de multis, de præbend. cum concordantibus, & fuit etiam dispositio illius text. specialis, & contra ius commune, quia fuit concessum Episcopo, vt possit habere beneficia quæ ante consecrationem habebat, contra c. cum cunctis, de præbend. & contra Episcop. Couarr. & Socin. Iun. expressè tenet Episcop. Sarmient. qui plura ad propositum adducit, lib. de redditibus Ecclesiasticis, par. 4. cap. 4. num. 1. fol. 57. ad ista legendus.

Ex quibus mihi videtur, quod ꝑ hæc conclusio est certa, & in nostro proposito tenenda; secus autem erit, vbi cumque talis licentia concessa fuit sub nomine ipsius Regis, qui licentiam præstitit: nam tunc expirat re integra morte Regis concedentis, vt apparet ex superioribus; de quo vide quæ scribit Aluar. Valasc. de iure emphyt. d. quæst. 34. num. 7. fol. 207. Quint. Mandos. in tract. de inhibitione, q. 76. fol. 14. vbi post Speculator. tit. de locato, §. nunc aliqua, quæst. 150. vers. quid si dominus Papa, tit. de action. §. super petitionibus, vbi Io. Andr. Bald. in l. post dotem, ff. solut. matrim. & alios, quos citat ponit conclusionem, quod Beneplacitum expirat morte, & ibi addit, quod Beneplacitum etiam expirat per remotionem ab officio, ex Bald. in l. centesimo, §. vlt. ff. de verborum obl. & alijs quæ citat; & conf. Menoch. 32. num. 128. vbi post Laudens. in tract. de Principe, qu. 32. scribit, quod si legetur aliquid Regiæ sub nomine dignitatis, non debetur successoribus. Et ad ista videndus est Bald. in conf. 217. & 218. lib. 3. qui plura in ista materia notanda tradit, & Ioann. Francisc. in tr. de Baronibus, pragmat. 7. num. 20. 21. & 22.

Et in hac materia non est silentio prætereunda conclusio singularis, quod si forsan Dux, ꝑ Marchio, vel Comes, dedit alieni officium, vel aliam rem ad certum tempus, & vltra quandiu fuerit voluntas; transacto illo tempore, nisi declarat voluntatem, regulariter donatio transacto tempore expirat, vt est singularis doctrina Matth. ab Afflict. tit. quibus modis feudum constitui potest, num. 6. fol. 87. de qua per Socin. Iunior. in conf. 63. n. 8. lib. 2. de quo legendi sunt Dec. conf. 108. Anton. Gabr. tit. de præbend. concl. 11. de quo puncto legi debet omnino decis. Petri Surd. 189. vbi late tractat quanto tempore duret licentia data ad alienandum bona feudalia.

Et animaduerto etiam, quod si Rex ꝑ ante adeptum 61 Regnum, & Regiam dignitatem, fecerit aliquam contractum, postea factus Rex non potest alterare contractum, nec venire contra eum, vt colligitur ex l. per adoptionem, vbi Bald. ff. de adoption. l. Senatoris filius ff. de Senatoribus, l. exceptores, C. de numerarijs, actuarijs, lib. 12. Curtius Iunior, conf. 275. num. 77. lib. 2. de quo lector videat text. & ibi Abb. in tertio notabilis, in cap. 3. in principio de iure iurand. Calderinum conf. 3. tit. 1. de iure iurand. c. cum venisset, de institution. Felin. in c. 1. n. 6. de probationib. & legi debet Gama decis. 354. & de materia istius quæstionis legenda etiam sunt quæ scribit Petrus Barbof. in dict. l. quia tale, 14. num. 80. pag. 345. ff. solut. matrim. tom. 2. & materiam tractat nouissimè, & latissime Restaurus Castald. in tractatu de Imperatore, q. 115. num. 1. cum sequentibus, fol. 248. & qualiter ꝑ gratia dicitur perfecta, etiam solo verbo, probatur in cap. constitutionis, vbi Gloss. 1. 25. q. 2. tradit Mandos. regul. Cancellar.

cellar. 8. quæst. 1. numer. 3. fol. 42. & quæst. 11. numer. 2. fol. 47.

Ad omnia addo doctrinam singularem Dominici in 63 *dist. cap. si gratiose. num. 8.* dicentes, quod si Papa concessit Ecclesiæ Commendam, quousque super hoc aliud ordinaverit, si Papa mortuus sit, nulla ordinatione facta, concessio durat; quod ex aliquibus confirmat Menoch. in *cons. 360. numer. 9. & 10. lib. 4.* quod est notandum ad clausulas maioratum, & meliorationum, quæ semper repetuntur sub dicta forma. Et quod mortuo Papa durent officia Camerariorum, & Auditorum, probatur in *cap. 2. de officio Delegati. lib. 6.* & tradit Mandol. in *gloss. facultat. em. fol. 60. colum. 4.* & de materia tractat Francisc. Marcus *decis. 778.* & an sufficiat, quod licentia ad faciendum maioratum concessa fuerit per verbum *fiat*, vel an requiratur literarum expeditio: tradit Molina *lib. 2. de priv. genit. cap. 7. num. 51. fol. 276.* Anton. Gabr. *dist. titul. de probationib. conclus. 1. numer. 2. pagin. 391.* Petrus Gambar. in *tractatu de officio Delegati lib. 6. num. 639. pag. 199.* Et quod in debito Officialis creati dicuntur perpetui, tradit Gregor. Lop. in *l. 6. in verb. acabaten su tiempo. part. 3. Burgos de Paz. consil. 21. num. 6.* Et quod licentia vendendi, & disponendi in 66 *ultima voluntate*, expiret mortuo Prelato, qui illam concessit, volunt Hieronymus Gabriel *cons. 83. per totum. Natta. cons. 647.* Corbulus in *tr. de iure emphyteutico. in parte, de prinatione ob alienationem. ampliation. 6. num. 6. fol. 78.*

QVÆSTIO XI.

Licentia data per Regem ad extrahendum bona à maioratu, an expiret per mortem illius, cui data fuit.

SVMMARIVM.

- 1 Privilegium reale est ad heredes transitorium,
- 2 Et in dubio, reale presumitur.
- 3 Concessio facta à Principe realis presumitur.
- 4 Licentia testandi morte concedentis an expiret.
- 5 Dispositio an sit realis, vel personalis, qualiter cognoscatur.
- 6 Privilegia civitatis concessa sunt realia.
- 7 Verbum, Successores, amplum est, & omnes successores comprehendit.
- 8 Rescriptum impetratum ab eo qui decessit antequam illud in iudicio produceret, ad heredes actiue & passivè transit.
- 9 Pater si licentiam legitimandi filium à Principe obtineat, & ante legitimacionem decedat, an talis voluntas sit iusta causa legitimandi.
- 10 Dispositio ignoranti an acquiratur.
- 11 Hæres exequi potest quod defunctus poterat.
- 12 Res si in emphyteusim concedatur pro aliquo, & duobus aliis quos nominabit; si primus emphyteuta absque nominatione decedat, hæres illius potest talem nominationem facere.
- 13 Privilegium etiam non acceptatum ad heredes transfertur.
- 14 Pater & filius, natura ipsa, vna eademque persona reputantur.
- 15 Privilegia & honores data parentibus ad filios transeunt.
- 16 Licentia data alicui ad successorem an extendatur. Quid si nominatum concedatur. n. 48.
- 17 Assensus Regius an possit post mortem alienantis præstari sententia affirmans. n. 17. Contraria. n. 20.
- 18 Fideicommissum nomine proprio relictum an cum hæredibus intelligatur.
- 19 Quid in maioratu, & num. 21.
- 20 Privilegium personale cum persona extinguitur.
- 21 Facultas ad alienandum bona maioratus est restringenda.

- 24 Licentia data per Dominum feudum ad alienandum feudum, est strictè interpretanda.
- 25 Hæres an veniat in privilegio, si non nominetur.
- 26 Habilitationes sunt strictè iuris.
- 27 Alienatio bonorum maioratus facta precedente Principis licentia, in qua obreptio fuit commissæ, est nulla.
- 28 Licentia data ad alienandum bona feudalia, ob as alienum urgens tempore supplicationis, non trahitur ad debita postea contracta.
- 29 Conditione non impleta, dispositio non sumit effectum.
- 30 Licentia ubi datur ad alienandum, eius forma & qualitas præcisè est servanda.
- 31 Quid in feudo.
- 32 Licentia data sub aliqua conditione, censetur renovata sub contraria conditione.
- 33 Consuetudo alienandi utile dominium Ecclesiæ certo modo non potest ad alium modum extendi.
- 34 A forma decreti non est recedendum.
- 35 Inferitur intellectus ad facultates, quæ dantur ad faciendum maioratus, vel ad alienanda aut obliganda bona illorum pro dote, arrhis, & aliis similibus. Vbi opinio quedam Molinæ examinatur. n. 42.
- 36 Dilectio, tantummodo, conditionem facit.
- 37 Condicio habet vim causæ finalis.
- 38 Verba, con tanto, idest dummodo, conditionem important. & n. 40.
- 39 Forma est, quod Principi placet.
- 40 Consensus cessat conditione non impleta.
- 41 Cum aliquid de necessitate non requiritur, quantum interveniat, non vitiat.
- 42 Quæstionis decisio.
- 43 Quid in feudo.
- 44 Privilegium qualiter duret, vel non, cessante causa, ob quam concessum fuit.
- 45 Pater an possit committere filio quod alienet rem, ad quam alienandam habebat facultatem Regiam.
- 46 Possessor bonorum maioratus, si cum Regia facultate bona vendidit, nondum tamen tempore mortis pretium acceperat, an illud pretium vinculaum maneat.
- 47 Mortuo alienante rem feudalem, potest præstari assensus Regius si hæres consentiat.
- 48 Habens licentiam ad alienandum vel hypothecandum bona maioratus, an possit decennio transacto ea vti, & num. 53.
- 49 Quid in feudo.

Vndecimò quæro de quæstione necessaria, an facultas data ad extrahendum bona à maioratu, & ad illa vendendum, expiret per mortem illius cui concessa fuit re integra? Et an hæres, vel successor illius, qui eam impetravit, possit illa vti absque nova Regali confirmatione; In quo prima facie persuaderi potest, quod hæres, vel successor potest ea vti absque nova concessione; quia ubicunque privilegium est reale, est transitorium ad heredes, *in omnibus, ff. de regul. iur. vbi Decius & Cagnolus, l. 27. tit. ultimo, part. 7.* & aliæ concordantes; In dubio autem privilegium presumitur reale, & non personale, secundum Gloss. in *summa, 25. q. 2. cui similis, inq. text. in l. forma, §. quamquam, ff. de censibus*, notat post alios Tiraquel. in *tractatu de primogen. q. 40. num. 72. pag. 282.* de quo legenda sunt quæ scribit Sylvan. *consil. 4. num. 1. cum sequentibus*, facit notabilis doctrina Bald. in *authent. habita col. 2. C. ne filius pro patre*, de quo per Felin. in *cap. cum sit, in princip. de iudicis*; Petrus Surd. in *tractatu de aliment. privileg. 76. num. 5. & 8. fol. 328.* Et in dubio concessio facta à Principe præsumitur realis, secundum Bar. in *l. ultima, ff. de servit. legat.* & Bald. in *l. apud Iulianum, §. si quis alicui ff. de legat. 1. Imola*, & moderni in *l. quia tale, ff. solut. matrimon. latè Deci. in consil. 51. Præsidio, & pro tenui: num. 2. cum seqq. Alex. in consil. 193. num. 3. lib. 2.* vbi Gloss. Paris. plures concordantes refert; & quod licentia testandi non expiret per mortem concedentis, probat per plura Butfatus in *consil. 30. numer. 1. cum seqq.* in re videtur rationalis doctrina Tiraquel. in *tractatu*

Et au de primogen. quæst. 35. 11. pag. 259. vbi vult, quod 5 *utrum dispositio Regis sit realis, vel personalis, cognoscitur pluribus modis.*
 Primò ex forma; nam si tenor scripturæ facit mentionem successorum, ex utraque parte ista dispositio est in rem scripta, & transit in successorem utriusque siue loquamur in successoribus, iure hereditario, *l. iurisdictionum, §. pæctorum, ff. de pæctis*: siue successoribus Dignitatis, vel administrationis, per notata in *cap. 1. qui success. teneant, & in cap. ultimo. Prælatu vices, & in c. Abbate sane, de re iudicata, lib. 6.* & privilegia concessa civitatibus sunt realia, *dist. l. forma, §. quamquam, l. vestigalia*, vbi Bald. C. de vestig. facit *l. civibus, ff. de rebus dubijs*, vbi Paul. & Socin. notat Gregor. Lopez in *dist. l. 27. tit. 7. part. 5. in gloss. in verb. aliqui lugar*; & verba successores amplissima sunt, & omnes successores comprehendunt, *l. quadam §. is autem, ff. de interrogator. action. non tantum, ff. de fideicommiss. libertat. cum concordantibus*, ut per Rebuffum in *l. hæres appellatio. 65. pagin. 447. & in l. hæres appellatio, 170. pagin. 998. ff. de verborum significatione*, Butfatus. *consil. 12. num. 21. & 22. & consil. 31. num. 17. lib. 1. Menoch. consil. 191. num. 10. lib. 2.* Et si ille qui rescriptum impetravit, mortuatur antequam illud producat in iudicio, tale tamen rescriptum transit ad heredes actiue & passivè: *l. 1. Cod. quando lib. princip. datus*: vbi explicant Doctores, præcipuè Decius *nu. 7.* vbi Gloss. Paris. in *addition. & in cap. relatum de officio. Deleg. fol. 113.* & licentia data defuncto, competit & heredibus, secundum Bald. in *l. sicut, §. si debitor, ff. quibus mod. pignus, vel hypoth. soluit*, quam citat Chassan. in *consuetud. Burgund. tit. des Rentes, rubr. 5. §. 1. numer. 14. pagin. 807.* ad quod conducit singularis sententia Iasonis in *consilio 127. numer. 4. lib. 4.* vbi inquit, quod si pater vivens dicebat, quod volebat filium legitimare; vel si Principi supplicauerit pro causa legitimacionis, & legitimandi licentiam obtinuerit, licet postea pater decedat legitimacione non impleta, tunc est causa iusta legitimandi, & præiudicandi agnatis, refert Bald. in *l. in testamento, q. 9. C. de testament. milit.* confirmat Aymon in *tractatu de antiquitate temporum. p. 1. num. 22. fol. 15.* & plura ad propositam scribit Boerius in *cap. quoniam Abbas, numer. 14. de officio Delegati, Capici. decis. 121. num. 19. Alciat. respons. 19. num. 2. & 3. Francisc. Marcus. decis. Delphin. 513. num. 3. & 5. & decis. 515. in fine*, Mehedan. *decis. 76. Mandol. regul. 12. Cancellaria, de revocationib. q. 5. num. 2.* Butfatus in *consil. 30. num. 2. cum sequentibus. lib. 1.* & adducit etiam singularem doctrinam Ioan. Fab. in *§. si quis rem, num. 2. in fine de legat.* vbi resoluit, quod dispensatio acquiritur ignorantibus, eo ipso quod concessa fuit, & quod assensus Regius possit impetrari post mortem testatoris, tradit Capicius *decis. 115. nu. 1.* & pondero etiam vbi *l. 1. Cod. quand. libell. Princip. dat. text. not. post medium.* Et pro hoc etiam facit, quia hæres regulariter reputatur eadem persona cum defuncto, & potest exequi quod defunctus exequi poterat, *authent. de iureiurand. à morient. præstit. §. 1. l. hæredem eiusdem, ff. de regul. iur. l. 24. in fine, tit. 13. part. 5.* notat Decius in *consil. 61.*
 Ex quo confirmatur quod scribit Burg. de Paz in *l. Tauri, relictione 1. num. 428. cum sequentibus. folio 123.* vbi resoluit quæstionem singularem: concessa in censum, vel emphyteusim aliqua re pro aliquo, & duobus aliis quos nominaverit; si primus emphyteuta decedat absque eorum nominatione, quod hæres illius potest facere talem nominationem: ad quod est doctrina Baldi in *l. 1. in fine, ff. de pæctis*, quam refero in *p. q. 48. in fi.* & factum per personam representantem, censetur factum per personam repræsentatam, ut est textus notabilis in *l. si Titia cum testamento, §. ea conditione, ff. de leg. 2.* & privilegium etiam non acceptatum transmittitur ad heredes, *l. apud hostes, Cod. de ius & legit. hæred. notat Barthol. Socin. in consil. 153. num. 14. vers. respondetur & secundo, libro 2.*

Et ista maiori ratione locum habere videntur, quando ille, qui prætendit facere istam alienationem, non solum est hæres testatoris, sed etiam filius: nam patet & filius, natura ipsa, & reputantur vna eademque persona, *l. ultima, C. de impuberum, & aliis sub. abunde Tiraquel. in l. si unquam, in princip. C. de renocan. donation. quod probat l. 1. tit. 15. part. 2.* faciunt quæ scribo *p. 1. q. 39.* & privilegia, honores, & beneficia data parentibus, transeunt ad filios, *l. emancipatum, ff. de Senatoribus: l. milites, vbi Cynus l. Dino Marco, C. de quib. l. Decurionum, C. de pœnis, cum concordantibus*, ut per eundem Tiraquellum in *tract. de primogen. dist. quæst. 40. numer. 45. & 46. pag. 276.* & filij sunt pars corporis patris, secundum Aristotelem *lib. 5. Ethicor. cap. 5.* & patet ex *l. scimus, §. ultim. C. de agricol. & censitis, lib. 1.* & plura scribit Mascard. in *tract. de probat. lib. 3. conclus. 1151. nu. 1. cum sequentibus. fol. 46. & in sequenti, Menoch. de arbitrariis iudicium, casu 459. n. 5.*
 Et magis in terminis Andr. de Ifern. in *cap. Imperialem, in princip. num. 11. fol. 97.* vbi Marth. de Afflict. *num. 77. de prohib. feud. alienat. per Federic.* vbi vult, quod si habens feudum impetravit licentiam vendendi personis fidelibus, & illud non vendidit, & mortuus est relicto hæredè, hæres eius virtute dictæ licentiæ vendere potest per regulam, *l. sicut, §. si debitori, ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur: & l. passum, ff. de probat.* confirmat Roland. in *consil. 6. num. 21. lib. 3.* & quod hæres teneatur habere ratam facultatem Regiam datam ad obliganda bona feudalia, resoluit notanter Grammat. *decis. 103. num. 120.* ad ista legendus; & quod licentia data alicui, tunc extendatur ad successorem per *dist. §. si debitori*, tradit Bald. in *consil. 493. Quando data licentia, lib. 2.* & hoc tradit in terminis Ioan. Francisc. de Ponte, prædictis non relatis, *consil. 64. num. 17.* qui ad hoc refert Andr. de Ifern. in *r. 1. §. sed nec est alia iussio, num. 38. in versic. nec est contra hoc; quæ sit prima causa beneficij amittend.* Et quod tunc assensus Regius possit præstari post mortem alienantis, resoluit idem Franciscus de Ponte *consil. 81. num. 34. cum sequentibus*, & quod facultas eligendi ad emphyteusim duret mortuo electo, resoluit Anton. Gama, *decis. 383.* in qua materia est memorabilis doctrina Cyn. & Bald. in *l. eam quam, num. 21. C. de fideicommiss.* qui volunt, quod ubicunque fideicommissum relictum Berto, nomine proprio, videtur loqui cum hæredè, *l. si servus, §. qui margaritam, ff. de legat. 1.*
 Contrarium tunc aperte tenet Gregor Lopez in *l. 6. tit. 11 part. 6. fol. 84. colum. 1. in gloss. no valdra, in versic. item adverte*, vbi dicit, quod successor in maioratu non potest vti licentia, quæ data fuit tunc ad extrahendum rem aliquam à maioratu: refert ad hoc Bald. in *§. Marchio, colum. 1. num. 4. fol. 6. de his qua feud. dare poss.* vbi tangit quæstionem de Papa, qui concessit per privilegium cuidam Abbati, & Capitulo, quod possint de nouo in feudare quoddam prædium, quod successor Abbatis non potest facere absque nova Papæ licentia, refert Bald. notata in *l. & qua, ff. de iurisdiction. omn. iudic.* & idem Gregor Lopez in *l. 47. tit. 18. par. 3. in gloss. ultim. Molin. libro 4. de primogen. cap. 5. num. 37. folio 162.* & plura ad propositum scribit Butfatus in *consil. 131. numer. 34. cum sequentibus. libro 2.* & quod mortuo tunc alienante non possit impetrari assensus Regius ad confirmandam alienationem sine hæredis assensu tradunt Afflict. *decis. 286. numer. 2. & 3. Capici. decis. 115. num. 4. Cephalin. consil. 118. num. 22. libro 1.* & plura tradit Roland. in *consilio 38. numer. 6. cum sequentibus. libro 3.* licet prius aliqua in contrarium retulerit, ad quos addo Iferniam *dist. cap. Imperialem, num. 16.* Sed tunc pro Gregor. Lopez facit etiam alia magna ratio, quia quavis privilegia potius præsumantur realia quam personalia (ut supra dictum fuit) contrarium patet ex *Gl. in cap. cum venisset, de institut. & cap. sua, de his qua sunt à prelat.* notat Alexand. in *consilio 86. In causa Daciorum, libro 1.* vbi plura ad hoc refert, & ibi Gloss. Paris. Decius in *l. in omnibus, de regulis iuris, num. 3. Egid. Bos-*

sius in volum. pract. crimin. situ. de Principe, n. 171. & iterum n. 43. Nicol. Boerius decis. 227. num. 18. Matth. ab Afflicto in constit. Neapol. libr. 1. rubric. 9. num. 32. fol. 42. & lib. 2. de exception. Host. rubr. 19. nu. 15. fol. 222. & lib. 1. de quibus causis. rubr. 32. num. 4. fol. 94. & lib. 1. de officio magistrorum, rubr. 37. num. 22. fol. 99. & pro hoc est quasi expressa l. 27. tit. 9. part. 6. & privilegium ꝑ personale extinguitur cum persona, vt probatur in dict. l. in omnibus.

Pro hac sententia etiam facit, quia similes facultates, ꝑ quæ conceduntur ad alienandum bona maioratus, potius sunt restringendæ, quam ampliandæ; & ideo dicit Glof. in cap. Imperialem, in princip. de prohib. feud. alienat. quod licentia data per ꝑ Dominum ad alienandum rem feudalem, est strictè interpretanda, notat Ludouicus Gozad. in consil. 16. In causa illustriſſimorum, numer. 44. Burſat. consil. 44. num. 45. lib. 1. & dixi supra, q. 1. limit. 1. & tradit Molina lib. 4. de primogen. cap. 5. num. 38. fol. 162. faciunt scripta per Natta in consil. 164. num. 1. cum sequentibus lib. 1. & quæ scribo supra, q. 1. limit. 1. confirmat idem Natta consil. 165. num. 3. vbi tradit, quod licentia alienandi feudum non transit ad hæredem, ex Ruyno conf. 19. libr. 1. & in privilegio, hæres ꝑ non venit, nisi expresse nominetur, secundum Bart. in l. 1. ff. de constitut. Princip. Cynum in l. hæredem, C. ad Velleian. refert & confirmat idem Natta in consil. 164. num. 10. & hic addenda quæ in propria quaestione tradit Molin. dict. cap. 5. num. 37. fol. 161. Et si Ecclesia concedat feudum Comitatus, per suum privilegium, quod non extantibus filiis femina in Comitatu succedat, non extèdatur de vna persona in aliam, sed debeat strictè intelligi, resoluit in bono casu Dec. in consil. 16. n. 26. & quod ꝑ habilitaciones sunt stricti iuris, & personam non egrediantur, tradunt Bald. in consil. 112. lib. 1. Thomas Minad. in consil. Regni Neapol. in tex. num. 35. pag. 45. qui loquitur in femina habitata ad successionem feudi, & ex eo quod dispensaciones sunt odiosæ, & debent strictè interpretari, resoluit notanter Parisius in consil. 137. num. 2. cum seqq. lib. 4. quod bulla, quæ obligauit Episcopum Melitensem ad soluendum, & illius successores, solum comprehendit primum successorem, & non sequentes; in quo est cogitandum propter regulam legis, qui per successionem ff. de regul. iur. & aliorum iurium concordantium: & l. si pactum, de probat. l. veteris, C. de contrahend. stipulatione, l. 1. tit. 14. part. 3. l. 14. tit. 11. par. 5. de quibus per Alexand. in consil. 13. num. 8. & in consil. 8. num. 14. lib. 5. Caldam Pereir. in tract. de nominatione ad emphyteu. q. 9. num. 28. fol. 93. Et hoc puncto legenda sunt omnino quæ in proposito scribit Menoch. de adipiscenda possess. remed. 4. num. 236. pag. 76. & in tractatu, de presump. lib. 3. presump. 47. num. 1. cum sequentibus, pag. 332. Nec est omittenda egregia resolutio Bartoli in l. si sic stipulatus, num. 2. fol. 53. ff. de verbor. obligation. vbi Imol. fol. 77. & faciunt scripta per Caldam Pereir. in tractatu, de nominatione ad emphyteu. quaestio. 7. num. 15. fol. 67.

Noto etiam, quod alienatio ꝑ bonorum maioratus facta præcedente Principis licentia, in qua obreptio fuit commissa, est nulla: quod probatur ex reg. textus in cap. super literis, de rescriptis, & scriptis per Decium in consil. 141. Neuzan. conf. 85. num. 8. & 10. cum sequentibus, & trado in aliis locis: Decis. Pedemont. 174. num. 7. & decis. 171. num. 22. vbi ex Alexan. conf. 2. num. 13. cum sequentibus, lib. 4. addit, quod licentia data ad alienandum bona feudalia propter ꝑ æs alienum vrgens tempore supplicationis, non trahitur ad debita postea contracta, & non vrgentia tempore supplicationis; quod etiam scripsi p. 1. q. 7. & supra q. 5. à num. 2. & conducunt scripta per Parisium in consil. 31. num. 22. lib. 4. vbi ad propositum istius materiæ scribit, quod forma rescripti & gratiæ ad vnguem est seruanda, & conditione ꝑ non impleta, dispositio non sumit effectum; ex cap. cum dilecta, de rescriptis, cap. olim de officio Delegati. l. diligenter ff. mandati: cap. 1. d. illa terra, de sponsalibus, lib. 6. l. conditiones extrinsecus, l. que sunt conditione ff. de conditio.

& demonstration. cum concordantibus. Et vbi est ꝑ data licentia ad alienandum, eius forma, & qualitas præcise est seruanda: l. 1. §. hac verba, ff. de vis fiat ei: & Decius in consil. 395. num. 2. vbi loquitur in ꝑ licentia data ad alienandum bona feudalia, cuius forma diligenter est seruanda, tradit notanter Decisio Pedemont. 167. n. 4. cum sequentibus, vbi ex pluribus Authoribus etiam resoluit, quod licentia ꝑ data sub aliqua conditione censetur reuocata sub contraria conditione; quod reputo notandum Burſatus in consil. 171. num. 26. lib. 2. Parisius in consil. 57. num. 52. lib. 4. & in alienandis bonis Ecclesiæ, Alex. conf. 4. num. 5. & 6. lib. 3. & adduco etiam doctrinam Calder. in consil. 11. rubr. de feudo, vbi resoluit, quod consuetudo ꝑ alienandi vile dominium Ecclesiæ certo modo, non potest extendi ad alium modum; quod refert & confirmat Cephal. in consil. 26. n. 20. facit regula l. vltima, C. de prædiis Decurionum lib. 10. vbi probatur ꝑ non esse recedendum à forma decreti, & conducunt plura quæ scribo supra, q. 1. limit. 1. vbi refertur consil. Decij, & decis. Pedemont.

Ex quibus inferitur intellectus ꝑ ad facultates, quæ dantur ad faciendum maioratus, vel ad alienanda, vel obliganda bona maioratus pro dote, arrhis, vel aliis similibus facultatibus, quæ conceduntur cum aliqua forma & conditione.

Inferitur etiam, periculosa esse opinionem doctissimi Molinæ lib. 2. de primogen. cap. 1. num. 27. fol. 206. & cap. 15. num. 24. cum sequentibus, fol. 156. vbi probare conatur, quod si in facultate Regia concessa ad faciendum maioratum, sit insertum, quod licentia conceditur, dummodo pater relinquat filiis alimenta sufficientia, si pater hoc non obseruet, nec formam in constitutione alimentorum, maioratus non est nullus; & inibi alia similia ex hoc decidit, quæ mihi difficultatem faciunt propter prædicta, vt dixi q. 4. illatione. Et quia dictio, ꝑ dummodo, faciunt conditionem, vt præteriti, de electione libr. 6. Dominicus post Eleazarum in cap. non potest, §. 1. col. vltim. vers. nota bene, de præbendis, lib. 6. Bertrand. consil. 201. num. 5. lib. 1. Guido Papæ conf. 205. num. 23. Ripa lib. 2. responsorum, cap. §. col. 1. maxime cum illa dictio, dummodo, ponitur imperfectè, decisio Rotæ in nouis 231. Ordinata: Rebus, in Concordat. in rubr. de Regia ad prælatum, in verb. dummodo, pag. 233. Conditio autem habet ꝑ vim causæ finalis, & declarat Bart. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. & in l. demonstratio falsa, §. quod autem, ff. de condition. & demonstr. Aymon. conf. 167. num. 10. ad medium Peralta in l. si quis in principio testamenti, nu. 206. pag. 484. ff. de leg. 3.

Præterea illa verba, con tanto, id est dummodo, important formam, ꝑ secundum Bald. in Auhent. mari & auia, num. 3. C. quando mulier tuel. offic. fungi poss. Felin. in cap. cum dilecta, num. 5. vers. secundum signum, de rescriptis, probatur in l. Prator, in princ. ff. de collat. bonor. & volunt Alexand. las. & alij in l. 2. ff. de vulgar. & plures citat Tiraquel. lib. 1. de retractu: §. 1. gloss. 2. l. nu. 13. pag. 328. & lib. 2. §. 2. gloss. 1. & vnica, num. 3. pag. 874. & tradit Curtius in dict. consil. 73. & faciunt quæ scribo p. 2. q. 4. Et forma est, quod Principi ꝑ placuit, secundum Baldum in l. prolatum, num. 12. ff. de sen. & interlocut. cum concordant, vt per Felin. in d. cap. cum dilecta, dict. num. 5. vers. primum signum, Decis. Pedemont. 108. vbi addit; quod dicta verba, dummodo, ꝑ inducunt formam, & ad vnguem debent obseruari; de quo legenda sunt quæ scribo p. 2. q. 4. illar. 8. Quibus omnibus addere libet, quod eleganter scribit Paris. dict. consil. 31. n. 17. lib. 1. vbi dicit, quod si Canonici deputarunt libras quinquaginta Archidiacono, volentes, quod impetraretur confirmatio Apostolica, si non fuit hoc adimpletum, cessat consensus ꝑ conditione non impleta; quod notabis in praxi, ad obligationes & contractus, quos plerique faciunt super alienandis, aut hypothecandis ꝑ bonis maioratus, vel cum super eis transigitur, vel in aliis similibus rebus; quia si facultas nõ impetratur, nihil actum videtur, quasi quod conditio impleta non fuit. Quod mihi moderandū videtur, nisi actus, de quo agitur, sit talis naturæ, & qualitat

qualitatis, quod non sit necessaria confirmatio Regalis, quia tunc non præiudicat, obtentam non fuisse, ex regul. l. testamentum, C. de testam. l. iura dubitationis, ff. de regul. iur. cum concordant, facit regul. l. vnica, in princ. C. de rei uxor. act. vbi quando aliquid non ꝑ requiritur de necessitate, si illud inepte interueniat, non vitiat; de qua per Iasonem in l. vinum, n. 33. ff. si certum petatur, Hippolyt. in l. vnica, §. fin. num. 1. ff. de quaestioib.

Ego in hoc puncto (si veritatem loqui licet) iudico, ꝑ quod in hoc non potest dari certa regula, quia sunt inspicienda, & contemplananda verba privilegij, & causa propter quam privilegium concessum fuit, & an sub nomine Dignitatis, vel Personæ, fuerit concessum; vel fuerit causa in executionem deducta, & alia coniectura, quas tradit Alex. & alij in l. quia tale, ff. solut. marimon. Deci. in d. l. in omnibus; & notatur in dict. consil. 51. & Barthol. Socin. in dict. consil. 54. lib. 1. & in consil. 95. num. 10. & in consil. 116. numer. 20. eodem libro, Egid. Bossi. in pract. criminal. tit. de Principe, num. 343. pagin. 650. Tiraquel. in tractatu, de primogenitura, quaest. 56. ad quod est legenda l. 43. tit. 18. part. 3. vnde dicit Ioann. Faber. in §. aquæ si agat, numer. 6. Insititur de action. quod in privilegiis Principum est inspicendum, an materia privilegij concernat locum, vel dignitatem, vel personam; vnde, vbi concernat locum, vel eius libertatem, & prosperitatem, debet iudicari realis; & quod in licentia data ad alienandum ꝑ feudum, sit in consideratione, ad hoc vt transeat, vel non ad hæredem ista verba, si dicat, ipse, vel per te exerceas, vel alia similia verba, tradit Natta in consil. 163. numer. 7. cum sequentibus, lib. 1. & ad hoc sunt etiam videnda quæ scribit Tiraquel. in dicto tractatu, de cessante causa, p. 1. num. 104. cum alijs, vbi tractat, qualiter ꝑ privilegium duret, vel non duret cessante causa, propter quam concessum fuit.

Ad hoc facit alia doctrina Gregor. Lopez in prædicto loco, fol. 84. col. 2. vers. sed pone quod possessor, vbi tradit quaestio nem de possessore maioratus, qui habuit licentiam ꝑ ad alienandum bona maioratus, qui in vita non alienauit, sed commisit filio suo successori vt id faceret, an id possit facere; Ex cuius dictis colligitur (vt ipse dicit) esse considerandum an duret necessitas in successore, vel non duret; quid enim si necessitas dotandis fororem adhuc duret licentia durare videtur; cui addo text. in l. consilio, in fine, ff. de curat. furios. & in l. cum quis, ff. de verborum obligation. & ea quæ in specie scribit Carol. Ruin. consil. 39. num. 12. lib. 1. vbi tradit, quod licentia data ad alienandum nominatim ꝑ alicui, non transit ad hæredes; & multum quadrat quæ scribit Menochius in tractatu præsumption, lib. 6. præsumpt. 92. num. 1. cum sequentibus, fol. 150.

Ex quibus etiam diffiniri potest alia quaestio, tacta per Gregor. Lop. in l. 32. tit. 9. pag. 6. in gloss. in verb. no valdra, fol. 70. col. 1. vers. notabis tamen. vbi tangit, quaestio nem, quæ iam de facto contigit. Possessor bonorum maioratus habuit facultatem ad alienandum bona maioratus, ꝑ quæ vèdidit, & nondum acceperat pretium tempore mortis, vel si acceperat pretium, nondum consumperat; an illud pretium sit vinculum? & ad omnia prædicta addo singularem doctrinam Andr. de Ictn. in cap. Imperialem, in princip. penult. & vlt. col. de prohibita feud. alien. num. 55. fol. 258. resoluit, quod mortuo alienante rem feudalem, potest præstari assensus Regius, si hæres ꝑ consentiat, & super tali consensu impetretur Regius assensus; quod dictum extollit Capiccius decis. 115. num. 4. Et an Dignitas concessa per Regem, Almerantis, vel similis, expirat per mortem illius, cui dignitas concessa fuit; tradit nouissime Valdes in additionibus ad Suarez, in l. quoniam in prioribus, limit. 11. num. 1. pag. 88. & quod habens licentiam ad alienandum, ꝑ vel hypothecandum bona maioratus decennio transacto non possit ea vti, probatur ex doctrina Matthæ. ab Afflicto in cap. Imperialem, in princip. num. 35. fol. 200. de prohibita feud. alienat. per Federicum, quam decisionem citat Petrus Surdus decis. 189. num. 10. qui ad hoc legi debet, & inibi latè resoluit, qualiter si conce-

datur licentia alienandi feudum ꝑ intra certum terminum; eo transacto non potest fieri transactio; & idem videtur tenere Molina lib. 4. de primogenitis cap. 3. nu. 46. fol. 151. licet se referat ad notata lib. 2. cap. 7. num. 71. fol. 280. In quo vltimo loquitur in facultate concessa ad faciendum maioratum; nostra quaestio est in facultate data ꝑ ad alienandum bona maioratus; & de vna ad aliam longa est differentia; & in nostra materia maioratum hoc tenet Greg. Lop. in l. 6. tit. 11. p. 6 in gloss. in verb. que la non pudieffe vender, col. penult. vers. quid autem. Et in materia summe noto, quod si quis impetrauit facultatem ad fundandum maioratum, vel ad alienandum bona maioratus, vel ad hypothecandum bona, & illis non vitur, non incidit in pœnam; vt deducitur ex gloss. Abbate, & alijs in cap. inter cetera, & cap. ex tenore, de rescriptis, & alijs quæ refert Bertazzolin. l. si quis maior, C. de transactionibus, num. 373.

QVÆSTIO XII.

Vendens rem maioratus, & illam ab emptore redimens, an pœnam euadat.

SVMMARIVM.

- 1 Decisio quaestiois, & num. 3. 4. 10. & 31.
- 2 Contrahentes non possunt recedere à contractu in præiudicium illorum, quibus ius erat quaestum.
- 3 Privilegium impetrans per solam impetrationem præscriptioni an renuntiet, & num. 33.
- 6 Legatum reuocatum censetur, si testator alienet rem, quam legauerat, & num. 8. Nisi affinitas persona contrarium suadeat, num. 9.
- 7 Res recuperata non dicitur esse apud recuperantem eo in re quo prius erat.
- 11 Casus in quibus res redempta iudicatur vt prius erat, & n. 14. 15. 16. & 17.
- 13 Alienatum dicitur quod in breui reuertitur, & alienatum non durat.
- 18 Possessor bonorum maioratus an illa amittat per impetrationem Regia facultatis ad alienandum, quam tamen ad effectum non perduxit, cum in maioratu caueatur, quod si possessor licentiam ad alienandum impetret, ipso iure amittat, n. 20. & 31.
- 19 Verba sunt cum effectu intelligenda.
- 21 Renuntians liti ante litem contestatam, pœnam euitat ratione processus moti.
- 22 Promittens aliquid alienare, quod alienari non licet, non incidit in pœnam, si non alienet.
- 23 Statuto si caueatur quod si quis iurisdictionem declinet, possit impunè offendi, an incidat in pœnam qui exceptionem apposuit, non tamen fuit per ea pronuntiatum.
- 24 Substitutionis commodo filij non priuantur, dicentes testamentum esse inofficiosum, si super hoc sententia non fuit obtenta.
- 25 Sententia legis actum consummatum requirit.
- 26 Intellectus ad l. 4. tit. 4. lib. 1. nouæ Recopilat. & n. 29.
- 27 Pœnam, cum lex actum exercenti imponit, faciens actum, & non exequens, non incurrit.
- 28 Actio non videtur electa, nisi sententia sequuta.
- 30 Intellectus ad l. 13. tit. 1. lib. 4. Recopilation.
- 32 Ius in quum impetrans punitur, licet rescripto non sit usus.
- 33 Licentiam qui impetrauit ad alienanda, aut hypothecanda bona maioratus, ad filiam dotandam, vel ad aliam similem causam; an possit filia inuita, aut persona interessata tali licentia non vti.

Vndecimo quæro, si possessor bonorum maioratum, ꝑ postquam vendidit rem maioratus, illam ab emptore redimit, excusetur à pœna in quâ incidit alienando rem maioratus, contra legis & testatoris prohibitionem? In quo puncto ꝑ mihi videtur, quod hoc non obstante, non potest pœnam redimere, nec ab ea relequatur.

relevatur. Quod determinari potest exemplo deducto ab emphyteuta, qui si semel rem alienavit, non excusatur à caducitate, quamvis postea illam redimat sine ex intervallo, siue incontinenti, secundum Dinum & Albericum in l. ultim. C. de iure emphyt. vbi l. 1. 15. plures citat ad hanc opinionem, & dicit esse communiorum, & idem sequitur Decius in conf. 86. nu. 3. Ripa respons. 169. num. 10. & alios refert Tiraq. lib. 2. de retract. convent. §. 3. gloss. 1. & unica, num. 21. pag. 909. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. q. 13. num. 6. pag. 143. Aluar. Valasc. de iure emphyteu. q. 38. num. 11. Ioan. Gutierrez. lib. 2. practicarum quæst. q. 113. num. 6. & pro hac sententia facit l. ult. ff. de pact. l. si post mortem, §. ult. ff. de bon. poss. contra tabul.

Ex quibus legibus apparet, quod contrahentes possunt se recedere à contractu, in præiudicium illorum quibus ius quæsitum erat; de quo latè agit Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 18. num. 36. pag. 359. ex quibus dicunt Bald. Angel. Imol. & recentiores in l. insulam, §. ultim. ff. de verbor. obligation. quod si duo Nobiles fecerunt pacem, & promiserunt illam non rumpere sub certa pœna applicanda Ecclesiæ, si illi rumpant, quamvis facta pace reconcilient se, & omnem iniuriam remittant, non præiudicant Ecclesiæ, cui iam erat pœna acquisita. Cum igitur successori in maioratu ius acquisitum fuerit ex illicita alienatione possessorum rerum maioratus (vt late probavi in 3. p. huius operis, q. 9.) ab hoc privari non debet propter redemptionem: iam enim semel in pœnam incidit.

Et pro hac sententia facit, quia mutatio status, vel rei de qua agitur, non perimit, nec extinguit iura prius in illa acquisita tertiæ personæ, cap. peruenit, l. 1. q. 1. cap. ex tuarum, de auctorit. & vbi pallij; quam regulam ponit & declarat Ancharr. in conf. 44. num. 15. & in specie, in alienatione facta rei prohibet alienari cum pœna, quod facta alienatione res transeat in consanguineum, & consanguineus admittatur, quamvis postea alienatio retractetur; tradit Anton. Gama, licet prædicta non referat, decis. 111. ad quem addo Innocent. & Abb. in cap. veniens, num. 19. fol. 43. de presumptionib. vbi resolunt, quod impetrantes privilegium, videntur renunciare se præscriptioni per solam impetrationem, per illum textum, quia solus animus sufficit; & faciunt scripta ibi per Felin. num. 3. fol. 63; ad hæc facit, quod cum legatum reuocatum censetur, quod cum testator alienavit rem, quam legauerat, l. rem legatam, ff. de adimend. legat. cum concord. quæ scripsi in 1. p. q. 43.

Ista conclusio ampliatur, etiam si testator redimat rem, quam male alienavit, l. cum servus, ff. de adimend. legat. vbi Bart. Bald. num. 3. Paul. Castren. num. 4. in l. 3. C. de legat. & alij, quos citat Francisc. Mantica de coniect. ment. defunct. lib. 12. tit. 6. pag. 598. Et pro ista conclusione nostra, plura ad propositum scribit Menoch. in consil. 278. num. 15. cum sequentib. lib. 3. & res se recuperata non dicitur esse apud recuperantem eo iure, quo prius erat: l. si à me, vbi Bart. ff. ad legem Falciad. qua de re plura scribit Marienço in l. 7. gloss. 8. tit. 8. num. 6. & libro 5. Recopilat. fol. 370. Burlat. in consil. 6. num. 26. & 27. Et cum res legata se vltro alienatur, legatum extinguitur, etiam si postea redimatur, dicit l. cum servus; ff. de adimend. legat. nisi affinitas personæ se suadeat contrarium: l. filia, §. Titia, ff. de condition. & demonstration. notat Tiraquel. de privileg. pia causa, priuil. 40. quod est notandum ad ea quæ scribo p. 1. q. 43. & facit resolutio Iasonis in l. fin. num. 135. C. de iure emphyteut. Gratian. in conf. 133. num. 2. lib. 2. Iason. in conf. 129. lib. 2. Cæp. in l. quis sit fugitivus, n. 6. ff. de adilit. edit. Iul. Clar. in §. emphyt. q. 13. quos Authores, hanc opinionem tenendo in terminis maioratus, se sequitur Vincent. Carroc. in tract. de locato, tit. de possessore maioratus, quæst. 2. pag. 116. Quod fortius procederet vbiunque in ordinatione maioratus cautum extaret, quod possessore alienante aliquam rem maioratus, ipso facto ius ad sequentem in gradu devolueretur.

Sed hæc conclusio limitatur, si recuperatio & redemptio facta fuerit ante traditionem, secundum Alua-

rotum in cap. 1. Quid iuris se post alienat. feud. vel nisi recuperatio fiat in continenti, quia alienatum non dicitur, quod in brevi reuertitur: l. vltima, in fine, ff. de bonis liber. l. cogi, §. hi qui solidum, ff. ad Trebellianum. l. 1. in fine, ff. de dinori, qua de re plura videre licet apud Andream, Tiraquellum in l. si unquam, in verb. si seceperit liberos, num. 143. C. de reuocand. donat. & Gloss. Parisien. in 2. part. consuetud. Parisien. §. 55. gloss. 1. num. 165. fol. 98. & addo eundem in eodem §. gloss. 3. num. 28. & veralta in l. 3. §. qui fideicommissam, num. 34. pag. 163. ff. de hered. institut. & alienatum non dicitur quod non durat alienatum, vt per Roman. in conf. 290. Prohibetur forens. Quintilian. Mandosius in regul. Cancellar. regul. 32. quæst. 13. folio 113. quibus iungo Petrum Lusitanum in tractatu mercatorum spe. 4. part. num. 28. Decisio, Gemens. 101. late tractantes, quod si nauis capta sit ab hostibus, & recuperetur à nostris, an assureatores teneantur soluere assurecationem.

Tertio limitatur, nisi venditor se retineat ius redimendi; quia in isto casu ius & actio redimendi est pars rei venditæ, & non censetur alienata: l. qui actionem, ff. de regul. iur. traditur per eandem Gloss. Parisien. in prima parte consuetud. Parisien. §. 11. num. 29. folio 131. qui refert Decium in conf. 88. dicentem, quod res sic redempta, eodem modo transit ad hæredes proximiorum, ac si non fuisset vendita: quod latè in propria materia & quæstione tradit nouissime Petram in tractatu de fideicommissis, quæst. 10. nu. 88. pag. 231. qui in numeris præcedentibus varia ad propositum scribit ad ista legenda.

Quarto limitatur, nisi ille, qui alienavit, sit minor, & aduersus omnia restitutionem petat: l. si sine, per totam legem, & l. minor, & l. sequens, ff. de minorib. de quo tamen lege Aymonem Crauetram conf. 193. num. 1. cum alijs, & quæ scribo supra par. 1. q. 4. iilat. 8.

Quinto, nisi venditio sit facta cum pacto se legis commissoria, vel adiectionis in diem, aut de retrouendendo, vt constat ex doctrina Decij in dicit. conf. 88. col. 2. vers. ex quo datur intelligi, & alijs quæ scribit Tiraq. lib. 2. de retractu, in fine, numer. 153. ex quibus confirmatur, quod scribit Gloss. Parisien. vbi supra.

Sexto se limitatur, nisi bona alienata reddantur ad pristinum statum, vel reuerla sint ad alienantem, antequam quis dicatur læsus, vt ex conf. 169. Super puncto supra scripto, colum. vlt. Carol. Ruin. conf. 109. numer. 16. lib. 2. Decius conf. 584. in fin. Aym. conf. 245. colum. penult. vers. octavo, & alijs probat Sim. de Prætis lib. 4. de interpret. vlt. vol. dubit. 4. num. 33. fol. 452. Quod confirmo per ea, quæ scribit Marcus Cucch. in tractat. de Legitima, vers. verum quia, num. 57. fol. 32. col. 1.

Sed est quæstio, in pluribus maioratibus cauetur, quod si possessor maioratus impetrauerit licentiam ad alienandum bona maioratus, ipso iure amittat bona quæ possidet, quidam possessor bonorum maioratus impetrauit à Rege facultatem ad alienandum, vel obligandum bona maioratus, non tamen ad executionem perduxit, fortè morte præuentus, vel ex alia consimili causa; an ex sola impetratione facultatis perdat bona maioratus? Qua in re in primis sunt inspicienda verba prohibitionis, ex quibus si non possit sumi certa definitio, ad mentem est recurrendum; quibus cessantibus, videtur, quod ex sola impetratione facultatis executioni non madata, non incidit impetrans in pœnâ adiectâ.

Primo, quia verba sunt intelligenda se cum effectu l. 19. §. hac verba, ff. quod quisque iuris: cum his, quæ latè ibi adducit Iul. num. 7. & in l. cum quadam puella, §. fin. ff. de iurisdict. omnium iudic. Alexand. conf. 34. libro 1. & quod regulariter ex sola impetratione se quis non puniatur, probatur in Clement. 1. de rescriptis, Decius in cap. ex tenore, numer. 4. fol. 74. vbi Abb. & alij, notat Rebuff. tom. 1. ad consil. Regis, tit. de rescriptis, artic. 3. gloss. 3. pag. 51. vbi refert notata in Concordat. §. 1. de mandat. Apostolic. pro quibus est etiam consilium Alexand. 108. num. 7. lib. 6. & conf. 59. num. 10. lib. 4. Barthol. Socini. conf. 55. num. 2. lib. 1.

Secundo per text. in l. libertus, ff. de in ius vocand. ibi, Neque

Neque qui libellum Principi, vel Præsidi dat, in ius vocare patronum videtur: & ad lucrum consequendum ex vi statuti non admittitur quis, si lis contestata non fuit, secundum Bald. in l. 1. m. 24. C. de furris, facit notabilis l. vlt. tit. 2. part. 4. ibi, Siguiendo pleyto fasta que fuisse dada la sententia por el. Et confirmo per sententiam Angeli in l. qui ea mente, ff. de furtis: vbi vult se quod renunciatus liti ante litem contestatam, euitat pœnam ratione processus moti, de qua per Cyn. in l. nullus, Cod. de exhibent. reis, Alexand. in l. quamvis, num. 3. de in ius vocand. pro quibus facit text. in l. si quidem, C. de iniurijs, & in l. quæsitum, ff. de adulter. & in l. quæsitum, ff. ad Turpillianum, & l. siue meus, C. de adulterijs, & plura notabilia scribit ad propositum Lucas de Penna in l. si quis decurio, col. 3. vers. contrarium, folio 44. Cod. de decur. lib. 10. quibus congruit quod promittens aliquid alienare, quod non est licitum alienare, non incidit in pœnam, si non alienavit; vt ex pluribus resoluit Roland. consil. 69. num. 19. cum sequentib. lib. 3. qui consuluit in causa magna Aragonis.

Tertio ex doctrina Bart. in l. cum patronus, ff. de iure patronatus numer. 1. vbi vult, quod si statuto cauetur, quod si quis declinauerit iurisdictionem, possit impunè offendi; si quis opposuit exceptionem se declinatoriam, non tamen fuit super ea pronuntiatum, non incidit in pœnam, per l. qui cum maior, §. accusasse, ff. de bonis liber. idem vult Bald. non relato Bart. in l. si quis in suo, in principio, num. 5. C. de inoffic. testamen. & declarant, & extendunt Alexand. conf. 108. lib. 6. melius in conf. 59. numer. 11. lib. 4. Barthol. Socini. in conf. 55. numer. 2. lib. 1. & substitutionis commodo se filij non priuantur, dicentes testamentum inofficiosum, si super hoc non fuit obtenta sententia, vt singulariter voluit Paul. de Cast. in conf. 11. num. 2. lib. 2. per leg. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoffic. testamen. & alia iura. Et licet sententia hominis requiratur aliquando factum non consummatum, sententia tamen legis se requirit actum consummatum, secundum Ioan. Andr. in cap. perpetua, de elect. in 6. & alios, vt per Socini. Iun. in rubr. ff. solut. matrim. num. 352. pag. 51.

Ex quibus obiter infero confirmationem ad id, quod scribit Episcopus. Conar. in pract. quæst. cap. 33. numer. 6. in fin. vbi dicit se quod l. 4. tit. 4. lib. 1. noua Recopil. qua statutum est Clericum primæ Tensuræ iurisdictionem iudicis secularis declinantem, ipso iure priuatum esse omnibus stipendijs, & muneribus, & officijs publicis quæ à Rege obtinuit, non procedit, vbi super ipsa exceptione declinatoria non fuerit pronuntiatum, nec exceptio habuerit effectum; citat Bald. in l. si quis in suo, C. de inoffic. testamen. Felin. in tractatu, quando donatio, col. penultim. Et confirmo, quia vbi lex imponit pœnam se exercenti actum, faciens actum, & non exequens, non incurrit pœnam, secundum Gloss. in cap. auaritia, verb. eo ipso, de elect. vbi Dominicus. not. num. 9. folio 42. Vbi ex hoc inferi vnum quoridianum, quod constitutio quæ imponit pœnam portantibus vestes prohibitas, non comprehendit facientes fieri tales vestes, & habentes in domo; & actio non videtur se electa, nisi sequuta sententia, secundum Ananiam in cap. in tantum, de collusione detegenda, tradit Anton. Gabr. lib. 2. commun. opinio. tit. de actionibus, conclus. 2. numer. 22. pag. 79. licet referat. in l. ex his, §. quoties, ff. de regul. iur. & plures Authores tenentes contrarium, quod sufficiat liti contestatio; de quo se etiam legenda sunt quæ scribit Felinus post alios quos citat in cap. si diligenti. numer. 34. de foro competen. vbi ista declarat, & limitat text. & Gloss. in cap. placuit. 11. quæst. 1. & ibi latissime Socinus numer. 23. fol. 92. & nouissime decisa quæstio, plura scribit Ioan. Gutierrez lib. 1. pract. quæstion. q. 9. 10. 11. & 12. quæ sunt notanda in practica: licet hodie ex l. 3. tit. 4. lib. 1. Recopil. Contrarium in hoc tantum videatur, in illis verbis, aunque no obrenen sententia, ni lleue el negocio a ella.

Infero etiam intellectum ad l. 13. tit. 1. libro 4. Recopilat. se prohibentem sub grauib. pœnis, ne laici

petant causas remitti ad iudices Ecclesiasticos, & declinare iurisdictionem iudicum secularium: & legenda sunt quæ scribit Azeued. in l. 10. dicit. tit. 1. lib. 4. Recopil. Quintil. Mandos. in tractatu de inhibition. quæst. 96. num. 2. fol. 40. vbi ponit regulam de obtinente citationem, & pedem retrahente, iuxta text. in l. in criminalibus, iuncta Glossa, in verb. inuestito, C. de iurisdiction. omnium iudic. & l. quamuis, vbi Bald. & Alexand. num. 4. ff. de in ius vocando; & lector etiam videat quæ scribit Ioan. Gutierrez. lib. 1. practicarum quæstionum. q. 9. 10. & 11. pag. 35. cum sequentibus, Bertazolom in tractatu clausularum, in volum. legis, si quis maior: C. de transactionib. num. 569. cum sequentibus. fol. 15.

Sed in principali quæstione (vt prædictum est) inspicere ante omnia debent mens & verba dispositionis; postea se considerandum est, an iuste quis impetrauerit facultatem ad alienandum, vel obligandum bona maioratus; & in isto casu procedunt quæ dicta sunt: si verò iniuste impetrauerit facultatem, incidit in pœnam, quamvis vltus non facit, iuxta regulam legis, si quis iniquum, ff. quod quisque iuris: vbi latè Doctores, præcipue Iason numer. 1. & 13. in qua lege probatur, quod impetrans ius se iniquum punitur, licet referri pro vltus non fuerit: ad quod facit doctrina Abbatis in cap. veniens, numer. 19. folio 43. de prescriptionibus, vbi scribit quod sola impetratio privilegij excludit impetrantem, quod non possit vti prescriptione, licet privilegio non vtratum: pro qua sententia pondero textum notabilem in l. 1. Cod. quando libell. princip. dat. Istis congruit quod scribit Menochius in tractatu, de presumptionibus, libro 4. presumption. 80. numer. 3. fol. 135. vbi ex Bald. in l. eam quam, quæst. 9. Cod. de fideicommissis, Iason consilio 127. libro 4. Deci. consilio 179. & alijs Authoribus disputat, si Principi quis porrexit preces, & impetrauit rescriptum ad legitimandum filium, & legitimatione non perfecta decessit, an presumatur, quod pater voluit legitimare; & an ille qui impetrauit licentiam ad alienanda vel hypothecanda se bona maioratus ad dotandum aliquam filiam, vel ad aliam similem causam, possit inuita filia, vel alia persona interessata, non vti tali licentia & illi renunciare: resolutio est sumenda ex l. cum vnus, ff. de bonis auct. ind. possiden. & l. si index, ff. de minoribus, & l. si quis in conscribendo, C. de pactis, & Gloss. in l. illud, §. 1. in fine, ff. de adilit. edit. & doctrinam Bald. in l. 1. C. vt lite pendente, & in l. postquam liti, Cod. de pactis, & aliorum quæ latissime congerit Tiraquell. lib. 1. de retractu in fine, num. 24. cum sequentibus, pag. 762. vbi tractat illam quæstionem, si consanguineus obtinuit in retractu rei consanguinealis, an possit pœnitere, & dicere se nolle vti tali retractu; quod alibi etiam tracto.

QVÆSTIÓ XIII.

An possessor maioratus nulliter rem maioratus alienans incidat in pœnam.

S V M M A R I V M.

- 1 Emphyteuta si nulliter rem emphyteuticam alienet, an incidat in pœnam.
- 2 Decisio quæstionis, & n. 5.
- 3 Contrauentio facti, qua iuris effectum non habet, an ad pœnam sufficiat.
- 4 Contractus contra legem habetur pro facto quo ad modum contrahentium.
- 5 Dominia rerum in traditionibus & vsucapionibus acquiruntur, vbi adest causa idonea ad dominium transferendum.
- 6 Renunciatio nulliter in pœnam non incidit.
- 7 Ex promissione de vendendo non incurritur in pœnam impostam contra alienantem bona maioratus.
- 8 Rem feudalem si quis alienet, illam tamen non tradat, an incidat in pœnam.

- 10 Bona maioratus qui alienavit, an se possit ignorantia excusare, & num. 11.
- 11 Bona maioratus si semel illicitè alienentur, an euitet poenam alienans, si recuperet.

Decimotertio quæro, si possessor bonorum maioratus alienavit rem maioratus, sed nulliter; an incidat in poenam inunctam contra possessorem alienantem bona maioratus? In quo videtur quod non incurrit poenam, per leg. ea quidem, C. si mancipia ita fuerint alienata. & in l. continuis, §. cum quis, ff. de verbor. obligat. ad quos etiam facit doctrina Speculatoris, qui idem t̄ concludit in emphyteuta, qui nulliter alienavit, in tit. de locato. §. nunc aliqua, vers. 95. facit doctrina Bart. in l. ult. §. si autem, C. commun. de legat. & quod scribit Alex. conf. 99. lib. 5. & regul. tex. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. & alia plura quæ tradunt Felin. in cap. ex tenore, de rescriptis, Decius in l. 2. num. 9. C. de successoria edit. Purpurat. in l. edita, n. 103. C. de eden. Hippoly. singulari 274. & 291. & 340. & 342. & 386. & 481. Segura in lex legati causa, num. 1. & 4. ff. de verbor. obligat. & conducunt quæ scribo in 1. p. tractat. q. 48. ad quod etiam conducit alia doctrina Bart. in l. 1. §. si quis bonorum, ff. de leg. praestand. & alios innumeros concordantes refert Gloss. Paris. in consuetud. Paris. §. 22. num. 32. fol. 186. & magis in specie, quod vassallus nulliter alienando rem feudalem non incidat in poenam, voluit Aluarot. in cap. 1. ad finem principij, quid iuris si post aliena. feud. vassall. recup. per doctrinam Baldi, qui hoc determinat in l. 1. C. de Episc. audien. num. 3.

Quibus & aliis similibus non obstantibus, contrarium in isto proposito dicendum videtur. Imo t̄ quod etiam si alienatio sit nulla, alienans incidat in poenam à testatore adiectam, probatur in l. patet, §. Iulius Agrippa, à contrario sensu, ff. de legat. 3. vbi si quis instituit extraneum in re prohibita alienari extra familiam, res venit iure fideicommissi ad ceteros de familia, & hæredes alienantes ea re priuantur, quamvis ea alienatio esset inualida propter testatoris prohibitionem, Idem probatur in l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. quas leges ad hoc notat Corneus in consilio 243. col. 1. in fine, num. 3. lib. 3. conducunt quæ scribo infra, q. 15. Et pro hoc facit quod scribit Ias. in l. ult. §. sed quia nostra maiestas, num. 8. C. commun. de legat. & text in l. legatum, §. pater hortos, ff. de adimen. legat. vbi probatur, quod per alienationem rei legatæ censetur reuocatum legatum, etiam si alienatio sit inutilis; quod tradit Bartholm. Socin. in consil. 104. numer. 111. lib. 3. Imol. Alexand. & Aretin. in l. seruum filij, §. si idem seruus, ff. de legatis 1. quamvis differant Paul. Castren. & Ias. n. 9. quos citant Episcop. Couarru. in rubric. de testam. 3. part. num. 19. cum sequentibus. Franciscus Mantica in tractat. de coniect. ment. defunct. lib. 12. titul. 6. num. 2. pag. 597. Et contrauentio etiam sola facti, licet non habeat iuris effectum, sufficit t̄ ad poenam committendam, secundum Abb. in cap. Rainaldus, col. 4. versic. ultimo induco, de testam. quem citat Simon de Pretis lib. 2. de interpret. defunct. volum. interpret. 2. dubit. 2. n. 5. cum seq. fol. 132. qui plura ad propositum scribit, & quod notat Bart. in l. non dubium, n. 16. & n. 20. C. communia de leg. vbi dicit, quod quando contractus habetur pro infecto, licet non valeat quoad commodum contrahentis, valet tamen t̄ quoad eius incommodum: & sententiam Barroli DD. communiter sequuntur, per leg. liber homo, ff. ad legem Aquilianam.

Et hæc sententia confirmari potest ex pluribus quæ ad hoc propositum cumulat Tiraquell. lib. 2. de retractu, §. 26. glof. 2. num. 8. pag. 619. vbi nume. 7. tractat quæstionem, an retractus locum habeat in venditione nulla. In quo puncto se resoluit Gloss. Paris. in verb. vendit. q. 11. num. 50. fol. 157. dicens, quod quomodocumq; venditio sit nulla, siue ex defectu solennitatis, vel autoritatis requisitæ, siue propter incapacitatem personæ, siue propter dolum dante

causam contractui aut aliud quodcumque vitium, non est locus retractui, & poena posita habet locum in actu nullo, quia de facto fit; vt probatur in l. eum qui duas, C. de adulteris, & tradunt latius Decius in cap. ex tenore, num. 4. de rescriptis, Ripa in l. 1. num. 23. ff. de vulgar. & notanter Aynon in conf. 205. num. 39. lib. 2. & hæc t̄ opinio verior videtur: & pro conferuatione rerum maioratus, amplectenda, quia hoc metu auertentur possessores rerum maioratus ab huiusmodi alienationibus, scientes, quod quamuis nulliter alienent, poenam euadere non debent: Et contra Bald. vbi supra, tenet audacter Curri. in tract. feudorum. p. 4. q. 17. pag. 405.

Quamuis in contrarium faciat, quia cum ex tali contractu nullo non transferatur ius, nec dominium in emptorem, vel donatarium, sed remanet apud ipsum venditorem, iuxta l. nec vilem, ff. ex quibus causis maior. & notatur per Doctores in l. 3. §. in amittenda, ff. de acquirend. possess. & per Ias. in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 79. fol. 169. ff. de verborum obligation. & cum intentum testatoris prohibentis alienationem fuerit, ne dominium bonorum maioratus ad alios quam ad vocatos transiret, videtur quod cum effectu, & substantia non fuerit contrauentum voluntati testatoris, poenam non meretur iste qui fecit contractum nullum. Et cum hæc opinio sit benignior, in dubio est amplectenda: Lea qua: §. in re dubia, ff. de regul. iur. & licet traditionibus, t̄ & vsucapionibus dominia rerum acquirantur, l. traditionibus, ff. de pactis, hoc procedit vbi adest causa idonea ad transferendum dominium, non alias: §. per traditionem, Instit. de rerum diuisione: Gloss. 1. in dist. l. traditionibus, vbi Doctores Et pro ista vltima sententia faciunt aliqua, quæ scribit Tiraquell. in l. comunalibus, glof. 8. de son. marit. q. 24. num. 208. cum sequent. fol. 349. vbi plura ad istum propositum scribit, & legenda etiam sunt quæ scribo part. 1. quæst. 48. vbi obiter ista principalis quæstio tractatur: & quod ille, qui alienavit contra t̄ solennitatem statuti, & sic nulliter, non incidit in poenam, decidit expressè Bald. in l. 2. num. 3. C. de Episcop. Audien.

Est autem notandum, t̄ quod ex promissione vendendo non incurritur poena statuta aduersus alienantem bona maioratus; quæ fuit sententia Baldi loquentis in feudo, cap. 1. in princip. col. 2. in versic. & pro hoc restat illatio, tit. de prohib. feud. alienation. per Federicum, de quo latius agit idem Tiraquell. in lib. 2. de retractu, in fin. num. 45. pag. 982. Et ad hoc & alia quæ tractata fuerunt in quæstione præcedenti, facit doctrina Andre. de Isernia in cap. 1. de prohibita feud. alien. per Lotharium, num. 6. fol. 233. vbi resoluit, quod si quis alienat t̄ rem feudalem, si illam non tradat, non incidit in poenam, vbi confirmat Andr. Liparul. in additionibus Et an ille, qui alienavit bona maioratus, excusare se possit prætextu ignorantie. Vide Abbatem conf. 3. nu. 5. lib. 2. In t̄ nostro casu videtur, quod ignorantia non profit, quia bona maioratus suapte natura sunt inalienabilia; quod in bonis fideicommissis, & restitutioni subiectis tenet Paul. Castren. in conf. 247. num. 5. lib. 1. licet contrarium videatur tenere Carol. Ruin. in conf. 118. num. 12. lib. 2. quem refert & sequitur Hierony. Gabriel in conf. 319. num. 2. Et quod Notarius non puniatur, si ignorans fecit instrumentum, in quo alienabatur res feudalis, tradit Andre. de Isernia in cap. 1. de prohibita feud. alienatio, per Lotharium, num. 10. fol. 234. vbi Andre. Liparul. in addit. & faciunt quæ ego scribo p. 1. q. 51. & part. 2. q. 4. illatione. 8. quod æquius videtur, & magis iudicium: quod Iudicis arbitrio relinquatur, arctis variis circumstantis, t̄ sicut regulariter in ceteris rebus: & in specie ignorantie; tradunt Abb. in cap. cognoscetes, num. 8. ibi Berolius num. 53. & Mantua num. 55. de constit. tradit, & declarat latè Menoch. de arbitrariis iudicium, lib. 2. c. 2. casu 186. num. 1. cum aliis pag. 363. & legendus est in casu 183. Et an si bona maioratus t̄ semel illicitè alienentur, euitet alienans

alienans poenam, si illa recuperet? lector videat quæ referunt Tiraquell. lib. 2. de retractu, §. 1. glof. 7. num. 19. pag. 866. & §. 3. glof. vnic. n. 21. pag. 909. Vincent. Carroc. in tractatu de locato: de locatione emphyteus. q. 5. num. 1. cum sequent. fol. 9.

QVÆSTIO XIV.

Sententia lata contra possessorem maioratus an noceat successoribus.

S V M M A R I V M.

- 1 Quæstionis decisio, & num. 2. 7. 9. 11. 24. & 32. vbi numer. 11. reprobandur Gregor. Lopez & alij contrarium tenentes, & num. 35. duodecim limitationes iraduntur.
- 3 Præclusa via litigatori principali, præcluditur incidenter venienti.
- 4 Sententia lata contra institutum in fauorem creditoris, substituto nocet.
- 5 Ius sanguinis per sententiam tollitur.
- 9 Sententia lata in fauorem fratris quod sit ciuis, aliis fratribus prodest.
- 8 Citatio illorum si sufficit, quibus præiudicium principaliter inferitur, et præiudicat illis, de quorum præiudicium secundario tractatur.
- 10 Sententia in iudicio contradictorio inter comendentes de feudo, domino præiudicat, secus si sit voluntaria.
- 12 Sententia lata contra heredem fideicommissario an præiudicat: Et ibi an sententia lata contra primum substitutum, præiudicat secundo substituto.
- 13 Successor in maioratu opponens se liti prædecessoris, tenetur assumere litem in eodem statu, in quo erat tempore oppositionis, & n. 14.
- 14 Vocatus ad primogenituram an possit interesse iudicio, causa adesse, & probationes offerre, possessore inuito.
- 15 Sententia lata super iactationem qualiter præiudicat.
- 16 Sententia lata in causa maioratus contra aliquem, qualiter profit Tertio qui non litigauit.
- 17 Sententia lata contra possessorem maioratus, sicut in suis casibus successoribus nocet, eodem modo in suis casibus successoribus prodest.
- 18 Minor se opponens liti per prædecessorem maioratus mota, an habeat restitutionem ad probandum per eodemmet articulos, & directio contrarios sub distinctione traditur, & n. 19. 22. & 24.
- 20 Præscriptio cum defuncto incepto an currat contra minorem.
- 21 Quæ à patre geruntur non licet filiis pro disciplina militari ad irritum reuocari.
- 22 Minor an possit petere restitutionem aduersus tempus, in quo pater posuit petere bona feudalitiam alienata.
- 23 Priuatio habitum præsupponit.
- 25 Tertius qui vult impedire sententiam latam in bonis maioratus, qualiter sit admittendus.
- 26 Restitutio aduersus declinatoriam fori, aut contra sententiam interlocutoriam, an competat minori.
- 27 Minor qui non supplicauit aduersus decretum, per quod illi mandatum fuit litem sumere in statu in quo eam reperit, an possit restitutionem in integrum petere contra non interpositam supplicationem.
- 28 Et an sententia assumere litem in eodem statu in quo eam inuenit.
- 29 Authoris sententia.
- 30 Et quid in causis Nobilitatis.
- 31 Sententia cui non nocet, nec acta nocere debent.
- 33 Minor vel persona priuilegiata si restitutionem petant, an possint primi colligantes in causa procedere.
- 34 Successor in maioratu qui se liti opponit, an possit in causa appellacionis, vel reuisionis, testes producere per eodemmet articulos, & directio contrarios; cum antecessor fuit negligens in probatione.

- 36 Sententia lata per confessionem non nocet successoribus in maioratu. Authoris sententia, n. 41.
- 37 Confessiones dominorum litigantium cum vassallis super impositionibus, non nocent successoribus in maioratu.
- 38 Cum aliquid prohibetur, prohibitum censetur omne id, per quod peruenitur ad illud.
- 39 Alienatio cum prohibetur, censetur prohibitum quod ex alienatione sequitur.
- 40 Res inter alios acta, aliis nocere non debet.
- 43 Confessio facta absente parte an probet.
- 44 Confessio per fideicommissarium facta an illi, & hæredibus præiudicat.
- 45 Verba enunciativa in aliquo instrumento prolata, præiudicant illis qui habent causam à contrahente, siue enunciant.
- 46 Si ex Principis confessione constet de privilegiis & concessionibus, an talis confessio sufficiat parti, et contra heredem agat.
- 47 Probatio facta quod bona fuerunt in bonis testatoris, an præiudicent habentibus causam ab eo.
- 48 Confessio facta in transactione per possessorem maioratus qualiter præiudicat.
- 49 Antecessor in maioratu si confiteatur se non iuste percipere à vassallis aliqua iura, & mandet successoribus ea non exigat, an teneatur successor stare tali confessioni. Et an possit reuocare talem confessionem prætextu erroris, num. 51.
- 50 Bonam fidem qui agnoscit non est culpandus.
- 53 Maritus si emat fundum pro uxore ex pecunia quam ipse asserit esse uxoris, non est illius assertioni standum, nisi appareat quod uxor verisimiliter hanc pecuniam habuerit.
- 54 Dubia probatio facta super titulo suppletur per confessionem aduersarij. Post num. 54. inuenies alia summaria.

Decimoquarto circa hanc huius tractatus partem resolvere oportet quæstionem, cuius inuestigatio in practica est necessaria, & quotidie contingibilis, an sententia lata contra possessorem maioratus præiudicat successoribus in maioratu? In quo puncto ex dispositione l. ex contractu, ff. de iud. & l. 1. §. denunciari, ff. de venire inspiciend. cum qua concordat notabilis l. 17. tit. 9. par. 6. Videtur t̄ quod regulariter sententia præiudicat tali vocato, quia sufficit agere iudicium cum primo instituto, licet non tractetur cum aliis sequentibus successoribus: quæ fuit sententia Imol. Cuna, Alex. Ias. Cror. & Rip. in l. filiusfamil. §. diuisi, ff. de leg. 1. quorum opinio communior est secundum Episcop. Couar. in pract. quæst. q. 13. num. 6. fol. 61. post Felin. in cap. pensit. n. 16. de re iudicata. Tiber. Decian. respos. 18. num. 33. lib. 2. Carol. Ruin. in conf. 202. num. 15. lib. 2. qui omnes etiam concludunt, quod sententia lata contra heredem, vel aduersus eum, qui fuit prohibitus bona alienare, & alteri restituere, nocet substituto, & fideicommissario, etiam si non fuerit citatus.

Ex quibus inferit Episcop. Couar. vbi supra, quod sententia lata t̄ contra primogenitum, præiudicat successoribus, etiam si citati non fuerint; quem citat Ant. Thesaur. decis. Pedemont. 194. num. 5. & idem tenet Oldradus conf. 94. in 3. dubio, quem citat Andr. Liparul. in additionibus ad Andre. de Isernia. in pralud. feudorum, in additione, quæ incipit. num. 23. q. 1. num. 33. fol. 5. Dominus Anto. de Padilla in l. vnum ex familia, §. si de falcidia, num. 3. pag. 293. ff. de legat. 2. Et resoluit ex pluribus Marzarius in tract. de fideicommissis, q. 72. vbi refert Roderic. Suar. allega. 27. & Couar. in pract. quæst. q. 13. Et Valdes refert Marzarius in dist. allegat. 27. pag. 101. & Marzarius ibi tradit qualiter in isto casu appellari possit; & Mantica de coniect. ment. lib. 11. tit. 6. n. 6. fol. 274. Et id receptum est; & in practica seruatum secundum Simanc. lib. 8. de primogen. cap. 23. & idem tenet Anton. Góm. in l. 40.

Tam, num. 77. fol. 124. Aluar. Valasc. de iure emphyteu. 9. 10. num. 3. fol. 64. Tiraquel. in tract. de primogenitura, 9. 3. num. 17. pag. 258. & in practica, hoc Iudices fequi tenentur, secundum Gregor. Lopez in l. 20. tit. 22. part. 3. in gloss. in verb. Pero cosas ay, & in dict. l. 17. gloss. in verb. mas propinquos, vbi inducit illum textum pro hac opinione & hæc est verior, & communior opinio, secundum Ariam Pinel. in l. 1. C. de bonis matern. part. 3. num. 48. folio 102. & est communior opinio secundum Socinum Iunior. in d. l. filiusfamilias, §. diu. ff. de legat. 1. num. 115. fol. 190. Parlador. libr. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. part. 5. §. 9. num. 22. pag. 349. quibus iunge Bartholom. Socin. in consil. 37. num. 9. lib. 3. licet in contrarium plures citeat Roland. consilio 100. num. 154. lib. 4. qui nu. 34. refert Episcop. Couarru. in dicto cap. 13. Menoch. in consil. 424. num. 25. lib. 5. & faciunt scripta per Iacob. Puteum decisione 181. libr. 2. vbi resoluit, quod instantia transit in primogenitum: & quod sententia lata contra patrem Regem præiudicat filio primogenito, tenet Albericus in l. donationes quas dicitur, num. 4. in versio. pro parte filiorum, fol. 256. C. de donationibus inter virum & uxorem, per cap. cum inter, de re iudicat. & alia iura, laudissime in proemio Digestorum, §. discipuli, num. 17. fol. 7. Et præclusa via ꝑ principali litigatori, intelligitur præclusa alij incidenter venienti, secundum Bartol. in l. si eo tempore, C. de remissione pignorum, Matth. ab Afflic. decis. 235. Innocen. in cap. cum super, de re iudicata, & alios, vt per Quint. Mandol. in part. commissionis admissio, in re, fol. 31. col. 1. pro quibus est text. notabil. in l. 1. ff. de except. rei iudic.

4 Et sententia lata contra ꝑ institutum in fauorem creditoris, nocet substituto, secundum Bart. in l. in diem, ff. de aqua pluuiæ arcend. per iura supra citata: Alexan. in consil. 156. num. 3. lib. 2. vbi confirmat; & Nicol. Boer. decis. 204. num. 42. & decis. 255. num. 12. col. vlt. qui notanter loquitur, Calcan. cons. 62. quem & Oldrad. in consil. 94. citat Rebuf. in lib. Concordat. rubr. de collatione, pagin. 259. & ius etiam sanguinis ꝑ tollitur per sententiam, l. si sine, in princip. ff. de liber. agnoscend. l. 3. §. sed & si de conditione, ff. de iur. iurand. notat Alberic. in 2. par. statutorum, §. 103. num. 2. fol. 3. & sententia lata contra Prælaturam Ecclesiæ præiudicat successoribus, secundum Oldrad. in dict. consil. 94. col. penult. & alios, quos citat Aymon consil. 10. num. 8. & sententia lata ꝑ in fauorem fratris, quod sit Ciuis, prodest alteri fratri, secundum Angelum in authen. matri, & auia, §. ad hæc, in fin. Bertachin. in 3. p. reperi. in verb. sententia effectus, vers. 65. Aymon cons. 106. n. 7.

7 Et hæc opinio in iudiciis practicatur, & est æqua, ne ꝑ iudicia procedant in infinitum, & sint illusoria, & malitiosi, fraudibus & dilationibus via aperitur; & pro ea faciunt plura, quæ scribit Tiraquel. in tractatu, Res inter alios acta, pag. 2. cum pluribus sequentibus, vbi plenissime docet, qualiter ꝑ solum requiritur citatio illorum, quibus præiudicium principaliter infertur, non etiam illorum, de quorum præiudicio secundario tractatur; vbi plura repetens ad propositum, quæ hic desunt; & in Episcop. Couarr. Anton. Gom. & Pinel. Et quantæ auctoritatis sit sententia lata ꝑ in ista materia, docet text. singularis, qui à nullo refertur, in leg. seruo 65. §. cum prator ff. ad Trebell. ibi, publice interesse restitui, propter rerum iudicatarum auctoritatem; quem textum nouissime adducit Anton. Peregrin. in tract. de fideicommiss. art. 53. num. 32. fol. 524. per illum notans, quod sententia lata probat fideicommissum esse, vel non esse; quem lege, quia plura notabilia in ista materia scribit, oblitus, de Molina, quem sæpè in aliis materiis citat.

10 Et faciunt quæ scribit Glof. Paris. in consuetud. Parisien. §. 92. fol. 67. fol. 92. de sententia lata in iudicio ꝑ contradictorio inter contendentes de feudo, quod domino præiudicat, secus in sententia voluntaria, vel transactione; & idem quod Episcop. Couarr. & alij tenent; sequitur Episcop. Sarmien. in d. l. vnus ex familia, §. si de falcidia, num. 4. fol. 172. ff. de leg. 2. nisi is, qui denuo litigare vult, alio iure veniat ad litem, & hoc est ꝑ tenen-

dum, quamuis idem Gregorius Lopez immemor aliarum glossarum, & tanta illarum mole impeditus, in l. 10. tit. 26. part. 4. in gloss. in verb. No le empece tiempo, fol. 71. col. 1. post medium, in contrariam partem videatur inclinare, ex doctrina Andre. de Ifern. in cap. 1. §. si vassallus, vbi Afflic. num. 9. si de feud. fuerit controuersia inter dominum & agnatum, & aliorum quos ipse refert, & Afflic. citat Menoch. in cons. 307. num. 69. num. 4. vbi tradit, quod quando feudum est ex pacto & prouidentia, sententia lata contra patrem non præiudicat filiis, & Andre. de Ifern. sequuntur alij, quos citat Decif. Pedemont. 257. num. 6. quæ hanc secundam opinionem magno conatu defendit, dicens, quod sic fuit in praxi obtentum, Roland. in d. cons. 100. num. 154. lib. 4. Celsus in consil. 20. n. 70. cum seqq. quem citat Bursat. in cons. 64. num. 40. Et non est omissenda notabilis remissio Iacob. Put. decis. 91. num. 2. part. 3. qui refert plures Doctores tenentes, quod licet valeat sententia contra hæredem super fideicommissio, non tamen nocet fideicommissario non citato: & Curtius in tractat. de feud. p. 7. q. 9. numer. 29. pagin. 526. post alios quos citat, concordat opinionones.

12 Lectores etiam animaduerto de quadam doctrina Socin. Iun. in consil. 108. num. 89. lib. 2. vbi vult, quod 12 sententia lata contra hæredem, præiudicat ꝑ fideicommissario; secus quando profertur contra substitutum: quia tunc non præiudicat secundo substituto, quem refert Matzar. ad hoc legendus de fideicommiss. q. 72. fol. 62. & idem tradit dict. Decif. Pedemont. 157. num. 18. Socin. Iun. consil. 181. num. 95. lib. 2. Simon de Pret. lib. 5. de interpretand. defunct. volunt. dubit. vltim. num. 17. fol. 572. vbi num. 12. & 15. refert Episcop. Couarru. in dict. loco, quæst. 13. & tenet contrarium, contra quem tenent etiam Bursat. cons. 203. num. 19. lib. 2. vbi ex Bart. & Alexand. in l. de vnoquoque, ff. de re iudicata, eodem Alexand. cons. 84. num. 10. lib. 3. Anton. Gabr. lib. 2. commun. opinion. tit. de citatio. conclus. 1. num. 310. Cephal. cons. 279. num. 15. lib. 2. Hieronym. Gabriel. cons. 43. num. 3. 4. & aliis pluribus Authoribus concludit contra Episcop. Couarr. & tenet, quod sententia lata contra vnum; licet alij noceat, non potest contra eum exequi: & prius num. 17. ponit resolutionem à pluribus receptam, quod sententia lata contra hæredem non præiudicat legatariis seu fideicommissariis ius de presenti habentibus non citatis: & plures citat Iacob. Put. d. decis. 91. n. 2. lib. 3. vbi post alios concludit saltem esse citandos fideicommissarios pro proclama, vt sententia illis præiudicet; & sententia lata contra institutum præiudicat substituto scienti causam agitari, non alias; secundum Alexand. in cons. 86. col. 2. num. 4. & in cons. 186. lib. 2. n. 6. Iaf. in l. decem, ff. de verb. oblig. n. 42. qui communem dicit Curt. Iunior in cons. 23. num. 8. Menoch. in cons. 311. num. 24. lib. 4.

14 Ex prædicta priori & practicata opinione oritur practica, quæ etiam seruatur in hac Regali Cancellaria, quod si successor in maioratu se opponat ꝑ liti per prædecessorem inceptæ, tenetur assumere litem in eodem statu, in quo illam reperit tempore oppositionis, siue viuat adhuc ille, qui illam inceptit; siue mortuus sit; & hoc modo est intelligendum quod scribit Anton. Gom. in prædicto loco, dum dicit, quod vocatus ad primogenituram poterit interesse in iudicio, & adesse causæ, & probationes offerre, etiam inuito possessore; per text. in l. principaliter, in fine, C. de liberal. caus. Nam ita demum ꝑ ad probationem admitti debet, si lis sit in statu probationis, non alias. Et in hac materia lector animaduertat ad peregrinam doctrinam Pauli Castren. in cons. 389. Dubitatio: lib. 1. vbi vult, quod in examinatione testium super fideicommissio probando, viuente ipso grauato, citari debent non solum ipse, cui prætenditur factam fuisse substitutionem, sed etiam hi, qui ab intestato successuri sunt; quem refert Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 1. num. 56. pag. 11. ff. ad Trebellian. & quando sententia lata super iactationem ꝑ præiudicet, vltra Sigismund. Neapol.

pol. in cons. 10. feuda. num. 7. quem citat Pinell. in d. l. 1. C. de bonis maternis, part. 3. versio. limitatur 5. n. 50. fol. 90. & lege Iacob. Put. decis. 118. num. 5. p. 2. qui loquitur in quadam sententia lata super successione status Comitiss de Puñoenostro.

16 Et qualiter sententia in causa maioratus ꝑ profit Tertio qui non litigauit, lata tamen fuit contra alium, probatur in l. posthumus, §. si quis ex his, vbi Barr. Bald. Alberic & Paul. ff. de inoffic. testament. In quo puncto animaduerto ad conclusionem singularem, quod 17 sicut sententia lata ꝑ contra possessorem maioratus nocet in suis casibus successoribus, eodem modo prodest successoribus, vt probatur in l. si te, §. Iulianus, ff. de exceptione rei iudicat. & vult Gloss. in l. exceptio, eodem tit. ad quod sunt expressæ leges 19. & 21. tit. 22. part. 3. faciunt scripta per Rodericum Suarez in l. post rem iudicatam, ff. de re iud. extens. 1. num. 10. pag. 279. Parlad. in cap. fin. part. 3. §. 3. num. 1. pag. 269. Rebuff. tom. 1. ad constitut. Regias, vlt. 1. glof. 9. num. 28. pag. 72. Iacob. Put. decis. 12. num. 4. pag. 6. p. 1. quod vidi in graui negotio.

18 Sed circa hoc vidi in practica dubitari, si successor in maioratu liti se opponit, sit minor ꝑ vigintiquinque annos, an habeat restitutionem ad probandum per eodemmet articulos, & directo contrarios? Minor etenim, vt est vulgare, & in praxi receptissimum potest facere probationem, restitutione obtenta, per eodemmet articulos, & directo contrarios post publicationem, vel in gradu appellationis, aut supplicationis; quæ fuit sententia Innocentij in cap. auditis, de in integrum restitutione, Bartol. & aliorum in l. 1. §. nunciatio, ff. de noni oper. nunciat. quem punctum late examinauit Bartol. Socin. in consil. 110. libr. 4. quem lector (si res egerit) omnino videat: In quo dubio 19 ꝑ sic distinguendum est; Nam si antecessor, qui litem proferebatur, erat minor illo tempore in quo probationem fecit, tunc admittitur successor ad probandum per eodemmet articulos, & directo contrarios, iuxta prædicta: sed vbi cumque antecessor in maioratu erat maior vigintiquinque annorum, tempore, in quo facta fuit probatio; non potest successor illius, quamuis minor, facere probationem per eodem articulos: l. Amilius, ff. de minor. vbi probatur, quod 20 præscriptio cæpta ꝑ cum defuncto currit contra minorem, nec habet restitutionem contra factum quod fecit antecessor, qui erat maior; quam legem notanter declarat Cald. Pereir. in si curatorem, C. de in integrum restitut. minor. verbo. sua facilitate, num. 49. pag. 1221. Petrus August. Morla in empirio iuris, p. 1. de restitutione in integrum, numer. 12. fol. 22. & est notabilis casus in l. ea qua à patre, C. de restit. milit. vbi dicitur, quæ à patre geruntur, non licet à filiis 21 ꝑ pro disciplina militari ad irritum reuocari, & est, egregia. l. 9. tit. 19. part. 6. notatur in l. vltim. C. de in integrum restitutione; & facit resolutio Curtij Senioris in cons. 82. num. 4. vbi probat, quod minor ꝑ potest petere restitutionem aduersus tempus, in quo pater potuit petere bona feudalia alienata, tradit Mauritius in tractatu de in integrum restitutione, c. 15. per totum, & cap. 102. & 103. Et cum minor in prædicto casu nullum actum fecerit, vel omiserit, non est de quo illi restitutio concedatur, quia minoribus ideo restitutio conceditur, quando aliquid faciunt, vel omittunt, quod facere, vel omittere non debebant, propter eorum imbecillitatem, vel propter curatorum, vel procuratorum, vel sollicitatorum negligentiam; quæ cum minime concurrant in isto casu, restitutio est eis deneganda: nam priuatio ꝑ præsupponit habitum. Et ita feci practitari, & est notabile, & ad hoc pauci animaduertunt; cum tamen in iudiciis sit summè necessarium: quod in terminis fundat Matth. de Afflic. decis. Neapol. 212. & ita moderanda & intelligenda sunt quæ scribit Burgos de Paz cons. 18. num. 9. cum 24 sequentibus. Et hanc meam ꝑ conclusionem tenet in

terminis Oldrad. in d. cons. 94. num. 6. in fine, per regulam dicta l. qua à patre, & l. 2. C. si aduers. vendit. pign. & l. Polla, C. de his quib. vt indig. faciunt scripta per Sforciam Oddi in tract. de in integr. restitut. p. 2. g. 86. art. 2. nu. 10. cum seqq. pag. 893. & qualiter in ista materia sit admittendus Tertius, qui vult impedire sententiam ꝑ latam in bonis maioratus, constat ex Matth. de Afflic. in cap. Imperialem, §. praterca inter duos, num. 67. de probib. feud. alien. per Federic. Granatio in additionibus, ad praxim Vestry, cap. vlt. nu. 26. Ioseph. Ludou. decis. 26. n. 12.

25 In qua materia animaduerto etiam ad vnum notabile, quod licet sit antiqua, & ingens controuersia, an minori ꝑ competat restitutio aduersus declinatoriam fori, aut contra sententiam interlocutoriam, de quo per Innocen. in cap. coram, de in integrum restitutione: & nouissime per plures modernos, specialiter Episcopum Couarru. in pract. quæst. cap. 26. num. 4. vers. quinto, Molin. lib. 3. de primogen. cap. 13. num. 61. Caldum Pereir. in l. si curatorem habens, in verb. vel aduersarij dolo, num. 11. fol. 152. C. de in integrum restitut. minor. Azeued. in l. 1. tit. 5. lib. 4. Recopilat. Mauritium in tract. de in integrum restitut. cap. 53. pag. 39. & dict. cap. 102. pagin. 67. Bellamer. in cap. ne vira tertiana, numer. 13. de testibus, Sforciam Odd. in tractatu de in integrum restitutione, part. 2. artic. 12. num. 83. pagin. 763. si forsitan contra minorem, qui se liti opposuit in causa maioratus, pronuncietur decretum, per quod mandetur sumere litem in statu, in quo eam reperit si in tempore debito non supplicauit, cum in effectu sit hoc pronunciat, quod sententia, & acta præiudicent, potest ꝑ petere in integrum restitutionem contra non interpositam supplicationem. Et ex his infertur intellectus adea, quæ scribit Episcopus Couarru. in pract. quæst. c. 14. n. 3. ex cuius lectura constat, an minori ꝑ in isto casu assumere debeat litem in eodem statu, in quo eam inuenit: cui adde Matth. ab Afflic. decisione Neapol. 216. Gloss. Parisien. in additionibus ad Alexand. in cons. 82. num. 6. lib. 1. in additione, qua incipit, Statu, vbi gl. Paris. post alios, citat, probat sententiam Glossæ in l. si parentes, C. de euilian. verb. ex persona, enentis: quod minor opponens se liti, quæ inter alios vertitur, non tenetur eam sumere in statu, in quo tempore oppositionis reperitur; sed quod de nouo audiendus est; etiam si veniat ad coadiuandum; quam glossam notat Barthol. Socin. in cons. 91. numer. 10. lib. 3. Otalora dicens in practica obtentum, in tractatu de Nobilitate, 2. p. 3. part. cap. 9. num. 5. pag. 214. Ioseph. Ludouic. decisio. 26. num. 5. qui citat Episcopum Couarru. vias in dicto loco: de qua opinione dubitat dictus Episcopus Couarru. in dicto num. 3. propter l. 3. tit. 8. libro 4. Ordinament noui, folio 235. decidentem, minorem debere restitutionem petere intra quindecim dies à die factæ publicationis: quem sequitur Ioann. Gutierrez libro 1. practicarum quæst. 965. pagin. 113. pro quibus facit doctrina Bartol. in l. cum filius, §. in hac, ff. de verbor. obligation. & aliorum quos citat Matthæ. ab Afflic. decis. 212. ad quod etiam vrget. l. 5. tit. 5. & l. 5. tit. 9. lib. 4. Ordinament. quæ magis si iungunt, quæ leges verè loquuntur in minore prius litigante: & non vbi se opponit liti, quod ex dictis legibus clarè patet; vt facile est videre. Et si concludens esset dubitatio dicti Episcopi, nullam specialitatem contineret. Glossa dicta l. si parentes: & de doctrina dicti Episcopi agitur per Parladorium p. 2. rerum quotidianarum, cap. 11. num. 5. & dict. glossam, & Episcopum Couarru. refert & sequitur simpliciter Petrus Barbof. in l. maritum 13. num. 84. pag. 278. ff. solut. matrimon. tom. 2. qui sequitur Glossam in dict. l. si parentes.

27 Et si aliquid mea sententia prodest, ꝑ ego admitte- rem minorem de nouo ad probandum, quando constaret id malitiosè non fieri, & de negligentia illius, quem minor adiuuare vult, maximè in causis maioratus,

ratus, in quibus omnia exactè, & cum magna diligentia tractanda sunt, & negligentia vnus, alteri nocere non debet, l. hereditarium, in fine, ff. de eiusd. tradit in ista materia Menoch, lib. 2. de arbitrariis casu 182. numer. 48. & 49. Et idem erit in causis Nobilitatis. Et pro ista mea opinione faciunt plura quæ scribit Burg. de Paz in consil. 18. num. 6. cum sequentibus. & Matth. ab Afflict. decis. 114. Azueved. in l. 3. tit. 8. lib. 4. Recopilat. num. 26. fol. 131. Et pro ista sententia faciunt quæ scribit Matth. ab Afflict. decis. 15. & quod dicitur in Regni, sunt exorbitantes, nec trahi debent ultra casus, in quibus loquuntur: facit etiam resolutio communis, affirmans quod illi, cui non nocet sententia; nec acta nocent: vt notant Bart. in l. 2. ff. iudica. solui. & in l. si mater, §. item si rem, ff. de except. rei iud. Alexand. cons. 61. num. 9. lib. 2. & in consil. 208. num. 16. & in cons. 33. num. 7. eodem libro, Vincent. de Franch. decis. 345. num. 10. Peregrin. in propria materia, dicto artic. 53. num. 31. & 36. & alij quos citat Egidius Bossius in practica. crimin. tit. de partu suppositi. n. 23. pag. 382. Matth. de Afflict. decis. 5396. n. 2. Ioan. Guttier. cons. 1. n. 4.

Si igitur ex regula text. in dict. l. ex contractu, ff. de re iudicata, in illis verbis, Nisi culpatoris; & alijs supra traditis, sententia lata possessorem maioratus non nocet successori, si ob negligentiam lata fuit, eadem ratione acta nocere non debent, vbi antecessor exactissime non fuit litem persequutus, quia ex actis deuenit ad diffinitiuam; & pro ista sententia legenda omnino sunt quæ scribit Burgos de Paz in dict. cons. 18. num. 1. cum sequentibus.

Et in ista materia animaduerto ad vnum singulare, quod tradit Lancellorus in tractatu de Armentis, part. 2. cap. 17. de armentis, num. 130. pag. 352. vbi scribit, quod Tertius venit ad causam pro suo interesse, & si minor, vel alia persona priuilegiata, petat restitutionem possunt primi colligantes procedere in causa, nec restitutio petita illam retardat, decis. Bisigniani 4. Tres veniunt, de iudicijs, in decis. Iacob. Putei; & de intellectu prædictorum, legenda omnino sunt quæ scribit Ioan. Guttier. lib. 3. pract. quæst. q. 37. n. 1. cum sequentibus, pag. 391.

Et ex superioribus & regul. Bart. in dict. l. 2. ff. iudicat. solui; & aliorum concordantium, ex facto in practica singulariter inferebam, posse successorem in maioratu qui se opponit, si antecessor fuit negligens in probatione, quam fecit, producere in causa appellationis, vel reuisionis, testes per eundemmet articulos, & directo contrarios, etiam si non sit minor, quod arbitrium erit iudici, attenda negligentia possessoris litigantis, & alijs circumstantijs traditis in regul. l. 2. ff. de re iudicat. cum concordant. Ad quod animaduertendum est, quod in hac Regali Cancellar. sæpè hoc agitur, & nunc Indices sequuntur vnam opinionem, nunc aliam. Et de isto puncto legenda sunt quæ scribit Ioan. Guttier. libr. 1. pract. quæst. q. 66. numer. 2. cum sequentibus, & quod scribit Oldrad. in cons. 255. Contra pronuntiationem.

Et nouem elegantes limitaciones ad prædictam sententiam, quæ habet quod sententia lata aduersus possessorem maioratus præiudicat successoribus, cumulat Pinel. in d. loco, & l. 1. n. 50. cum alijs, inter quos ponit vnam notabilem, quando sententia contra possessorem fuit lata ex confessione possessoris maioratus; quia tunc successoribus non præiudicat per leg. qui testamentum, ff. de probat. & alias illi similes, quas exornant Dec. in cons. 184. in fine, & consil. 131. num. 2. latè Tiraquell. lib. 1. de retractu, glo. 18. num. 85. cum seqq. Quibus adde singularibus l. 3. tit. 14. p. 3. & istam opinionem tenet in terminis Oldrad. quem Pinel. non refert in dict. cons. 64. num. 22. & Burlat. cons. 151. num. 19. lib. 2. ponit regulam generalem, quod non statur confessioni illius, qui prohibetur alienare; & magis in terminis Anton. Peregrin. dict. art. 53. num. 37. & 61. faciunt tradita per Anton. in cap. penult. de re iudicata, Imol. in l. facta, §. si hæres, ff. de re iudicata, Bart. in l. sapè, ff. de re iud. vbi Alexand. n. 127. fol. 102.

Ex quibus infertur, quam parum operentur confessiones factæ per multos Dominos huius Regni, qui cum vassallis ligant super impositionibus, & alijs similibus rebus. Nam quemadmodum tales Domini nihil exstantibus possunt alienare in præiudicium successorum, ita nec confiteri aliquid, quod successoribus præiudicet, cum per hoc possint ad alienationem deuenire: pro quo facit insignis doctrina Barthol. Socin. quam habui in practica, in inquam in consil. 95. num. 5. lib. 3. scribit, quod cum de iure, vt valeat actus vniuersitatis, sit necessarium, quod sint præsentibus duæ partes vniuersitatis, iuxta regulam leg. plane, & l. nulli, ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, vbi Bart. & DD. cum concordantibus, si ipsi de vniuersitate confiteantur, quod in actu qui geritur sunt duæ partes vniuersitatis, talis confessio non præiudicat, quia cum prohibeantur alienare prohibiti sunt & confiteri; & per regulam dict. legis, qui testamentum, ff. de probat. & induco bonum text. in l. ius autem, ff. de pactis, & in l. 1. & in l. nec si volens, C. de liberali causa, & in l. cum simus, C. de agricol. & censuris, lib. 11. & tradita per Quintilia. M. ndol. in tractatu, de signatura gratia, in verbo, coadiutores, fol. 70. colum. 3. qui tractat de confessionibus Prælatorum, & aliorum Beneficiorum: & est regula generalis, quod quando aliquid prohibetur, prohibendum censetur omne id, per quod peruenitur ad illud; l. oratio, ff. de sponsalibus. cum alijs; & est regula vulgaris, quod qui prohibetur alienare, tunc quoque interdicitur id ex quo alienatio sequitur, l. codicillis, §. matre, vbi Bart. ff. de legat. 2. vltim. C. de legitima tutela cum concordant. quæ refert Tiraquell. lib. 1. de retractu, §. 1. glo. 14. num. 14. pag. 300. Et indices cautè has confessiones custodire debent, cum tractetur de præiudicio possessorum. Et res inter alios acta, tunc alijs nocere non debet; quæ regula procedit etiam in confessione, l. certum, §. sed an ipsos, ff. de confessis, de quo latius per Alex. in l. sapè, num. 132. fol. 202. ff. de re iudicata.

E contrario autem, confessio possessoris maioratus confitentis, quod aliqua res est maioratus, maxime proderit, secundum quod probat Burg. de Paz cons. 9. n. 1. motus ex doctrina Baldi in additionibus ad Speculatorem, tit. de feudis, §. 1. vers. porro, in additione incipien. Instrumentum, & aliorum, quos ipse refert, & Curtius Junior. consil. 140.

Moderandum tamen esse existimo, vbiunque tunc confitentis tantum præiudicio agitur, non successorum, vt probatur ex scriptis per Aymon. cons. 200. num. 7. vbi ait, quod illa regula, quod hæres tenetur stare facto defuncti, procedit quando defunctus poterat ex bonis, de quibus agitur, disponere, non alijs. Quod est notandum ad ea, quæ supra scripta sunt: & facit regula l. à sententia, ff. de appellat. cum concordantibus.

Hæc tamen limitatio sublimitatur, nisi talis confitens habeat causam, & titulum ab eo, qui confessus fuit, quia tunc confessio præiudicat etiam singulari successori, secundum Ioan. Andre. in additionibus ad Speculatorem, tit. de testamentis, §. nunc tractemus; probatur in l. idemque, §. vltim. ff. pro socio; & tenet in fortioribus terminis Abbas cons. 38. num. 1. lib. 2. Roman. cons. 228. fin. colum. Cephal. in consil. 683. num. 2. lib. 5. in confessione facta in libello Principi porrecto: Et hoc confirmatur, quia sicut probationes factæ contra authorem, nocent singulari successori, secundum Bart. in l. si à re, §. fin. ff. de exceptione rei iud. & in l. si superatus, §. vltim. ff. de pignorijs, ita etiam confessio partis, vt tradit singulariter Aretin. consil. 36. Quod maxime procedit si sit facta in aliqua scriptura, & in reatibus, quia tunc licet alijs regulariter confessio facta absente parte, non probet, tunc fallit quando est facta super dominio, secundum Bart. in l. non solum, §. liberationis, ff. de liberat. legat. Aretin. dict. consil. 36. Et quod talis confessio præiudicet, & ex ea probetur fideicommissum, volunt etiam Curt. Junior. consil. 184. Aymon in cons. 29. Roland. in consil. 82. num. 40. lib. 2. eleganter Carol. Ruin. in consil. 50. num. 13. lib. 1. & in cons. 108. num. 19. lib. 2. qui expressè, & in indiuiduo

indiuiduo loquitur in confessione facta per fideicommissarium, quod præiudicat ipsi, & hæredi eius: & idem erit in facta confessione, vt per regulam d. l. si superatus, tradit Dec. in cap. at si Clerici, num. 13. de iudi. Purpurat. in l. 2. num. 135. C. de edendo, qui declarat: de quo etiam legenda sunt quæ scribit Cephal. consil. 377. n. 83. lib. 3. Et quod ex confessione domini probetur bona non esse feudalia, & tradunt Matthæus ab Afflict. decis. 129. Curtius Junior in cons. 140. num. 5. Aymon. cons. 61. n. 3. Iacob. de Sanct. Georgio in tract. de homagijs, col. 5. vers. probatur, Burlat. cons. 46. n. 31.

Prædicta confirmantur, quia etiam verba enunciativa tunc prolata in aliquo instrumento, præiudicant illis, qui habent causam à contrahente, siue enunciante, siue sit successor singularis, siue vniuersalis; & sicut probant contra authorem, probant etiam contra eius successorem; secundum Bart. in l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebellian. Aretin. consil. 112. in fine, Barth. Socin. consil. 11. colum. 1. & in consil. 13. col. 2. & in cons. 82. col. 2. vers. secunda conclusio, lib. 3. Anchar. cons. 44. colum. 2. & alios plures quos citat Aymon in tractat. de antiquitate temporum, part. 1. num. 79. fol. 46. De quo etiam legenda sunt quæ scribit Simon de Præiudic. l. 1. solutione 5. numer. 21. folio 17. vbi post Bald. cons. 389. lib. 4. Cuma. cons. 155. & alios plures quos refert, tradit similes confessiones præiudicare successoribus, etiam singulari, & tradit idem Simon de Præiudic. l. 5. dubitatione 4. & vltim. num. 356. fol. 55. Marteng. in l. 6. tit. 8. lib. 5. Recopil. glo. 7. num. 11. & idem in l. 1. tit. 9. lib. 5. Recopil. glo. 2. num. 4. fol. 258. qui loquitur de confessione mariti confitentis feudum fuisse lubrogatum; & quod confessio Principis præiudicet suis hæredibus tradit Carol. Ruin. cons. 131. nu. 7. lib. 1. vbi scribit, quod si in confessione Principis constat de priuilegijs, & concessionibus, talis confessio sufficit parti, vt contra hæredem agat, tradit Ioseph. Mascard. in tractatu, de probatione, lib. 1. conclusio 376. numer. 4. qui num. 7. Barth. Socin. cons. 187. col. 3. lib. 2. Aretin. cons. 42. Albenf. cons. 65. num. 38. tradit quod si Princeps confiteatur talem rem esse alterius, tribuitur

ius, & præsumitur illi donasse. Et quod probatio facta, quod bona fuerunt in bonis testatoris, siue per testes siue per confessionem, præiudicat contra quoscumque habentes causam ab eo; non solum titulo vniuersali, sed etiam titulo singulari, volunt Bart. in l. si superatus, ff. de pignorijs, Aretin. in cons. 36. num. 3. Barth. Socin. 89. num. 16. lib. 1. Carol. Ruin. in cons. 128. num. 19. lib. 2. & alij, quos citat nouissimè Iacob. Mascard. in tractatu de probationibus, lib. 2. conclusio 778. num. 38. folio 106. ad quem addo Felinum in cap. inter dilectos, num. 22. de fide instrumentorum, Barthol. Socin. in cons. 68. n. 6. lib. 4. Carol. Ruin. in cons. 108. num. 23. lib. 2. Ripa in l. si aliquam rem, num. 42. vers. Intellige vt non probet, ff. de acquir. possessione, Aymon in cons. 29. n. 11. Natta cons. 460. num. 9. lib. 2. Roland. cons. 82. num. 38. lib. 2. Iacob. Put. decis. 225. p. 1. num. 4. & 5. Menoch. in tract. presumptionum, lib. 3. presumptione 101. n. 16. pag. 389. Et qualiter præiudicet tunc confessio facta in transactione per possessorem maioratus, lector videat egregiam resolutionem Dominici in cap. 1. de officio Delegati, in 6. n. 8. fol. 88.

Considerandum tamen est, quod si antecessor in maioratu tunc confitetur se non iuste percipere à vassallis aliqua iura, & mandat successori, vt ea non exigat à vassallis, tenetur talis successor stare confessioni, & declarationi, & præcepto facto per prædecessorem, si sit illius hæres; alijs secus, vt constat ex notabili doctrina Guidonis Papæ in cons. 118. Circa distinctionem, num. 7. Et non est culpandus tunc qui bonam fidem agnoscit, l. Quintus, ff. mandati, l. quoribus, §. sicut, ff. de administratione tutorum, l. qui solidum, §. etiam, ff. de leg. 2. latè Tiraquell. lib. 1. de retractu, §. 1. glo. 18. num. 63. cum alijs, pag. 360. & l. si inquam, in verbo, donacione largitus, num. 202. C. de reuocand. donationibus, Baëga de decima tutorum, cap. 1. num. 109. fol. 26. Sed an successor possit reuocare, talem confessionem prætextu erroris, lector resoluet ex traditis per Matth. de Afflict. decisio 233. quam de-

cisionem, & alia ad propositum prædictorum scribo supra, par. 2. q. 5. & par. 1. q. 64.

Et est etiam animaduertendum circa dictam sententiam Pinelli, quod licet verum sit, quod sententia lata contra antecessorem in maioratu non præiudicet successoribus, vbi lata fuit ex confessione possessoris; id procedit, quando sententia fuit lata ex sola confessione, secus si cum confessione concurrerent aliæ verisimiles probationes, ex quibus Iudices moueri possent ad sententiandum simul cum confessione. Quod probat ex regula text. in l. non epistolis, C. de probatione. & sententia Salice. in l. mater, C. de contrahend. emptione, vbi dicit, quod si tunc maritus emit fundum pro vxore ex pecunia, quam ipse asserit esse vxoris, non est standum huic assertioni tanquam suspectæ, per regulam d. l. qui testamentum, nisi ex aliqua verisimili præsumptione appareat, quod vxor verisimiliter hanc pecuniam habuerit; sequitur Alex. in cons. 18. Consideratis lib. 3. Et est notabile consilium Bald. 66. Inter virum & vxorem, lib. 1. & hanc opinionem ex multis corroborat Tiraquellus in dict. l. si vnquam, in verbo; donacione largitus, num. 100. cum sequentibus, pag. 218. C. de reuocand. donationibus, & pro hoc faciunt quæ tradit idem Tiraquell. lib. 1. de retractu §. 1. gloss. 18. num. 80. & 87. Aymon. cons. 275. num. 9. & cons. 158. num. 6. Roland. cons. 9. num. 13. lib. 2. Deci. cons. 95. vers. secundo principaliter, Menoch. de resup. possess. reuoc. 14. num. 355. pagin. 506. Auend. lib. 2. de exequend. mand. cap. 29. num. 12. Ioan. Guttier. de iuramento confirmat. part. 1. cap. 5. num. 21. & lib. 3. pract. q. 96. num. 7. Aymon. de antiquitate temporum, part. 1. num. 38. fol. 72. Alciatus de presumption. regul. 1. præsumpt. 16. num. 1. & cons. 423. num. 4. & 584. numer. 5. Ioseph. Mascard. qui loquitur in confessione Prælati, in tract. de probationibus lib. 1. conclus. 367. numer. 13. & 24. fol. 230. & faciunt quæ idem scribit conclus. 305. numer. 38. fol. 219. & conclus. 362. num. 14. & 362. num. 1. & conclus. 30. numer. 8. & conclus. 75. num. 18. Petrus Surdus decis. 315. numer. 6. Patlad. lib. 2. rerum quotidianarum, cap. 14. numer. 3. pag. 121. & tradit latè Parisius cons. 10. lib. 2. Greg. Lop. in l. 9. tit. 14. part. 2. in glo. in verb. seyendo, Aymon. de antiquitate temporum, p. 1. num. 215. fol. 106. idem Gregor. Lop. in l. 3. tit. 14. part. 3. in glo. vlt. vbi est bona lex; eleganter Bald. in l. 1. num. 64. in repetitione Rubr. C. de sacrosanct. Eccles. Menoch. de arbitrarijs iudic. cent. 2. lib. 2. cas. 137. pag. 297. & istam limitationem vult, & sentit expressè in terminis Oldrad. dict. cons. 94. n. 5. & eleganter in cons. 93. n. 12. Et dubia probatio facta tunc super titulo, suppletur per confessionem aduersarij, secundum Glossam singularem in cap. pena, in verbo si non appareat, de rescriptis in 6. cum concordantibus, vt per Rebuff. in tract. nominationum, q. 1. n. 14. Et qualiter confessio fideicommissarium præiudicet hæreditati, lege decisionem Gemens. 209. n. 1.

S V M M A R I V M.

- 55 Sententia lata ex confessione in causa Nobilitatis, non nocet successoribus.
56 Res in iudicium deduci non potest à prædecessore, in præiudicium eorum qui iure successorij sunt.
57 Confessio facta per eum qui principaliter litigabat, non nocet se opponenti liti maioratus, si de errore appareat.
58 Quid si resultet ex productione tacita alicuius scriptura.
59 Confessio testatoris faciens fideicommissum, in qua dicit bona esse sua, an præiudicet hæredi & successoribus.
60 Sententia lata per Iudices arbitros contra possessorem maioratus, successoribus an præiudicet.
61 Arbitri Iudicibus æquiparantur.
62 Sola prima sententia lata contra possessorem maioratus, non nocet successori nisi confirmata extiterit, & n. 63. & quare.
64 Negligentia præsumitur in eo qui non vitat remedijs opportunis.

- 65 *Dolum committit qui non appellat, cum appellare potest.* & n. 67. & 78.
- 66 *Sententia lata aduersus heredem grauatum qui non probauit, vel aduersus primum fideicommissarium, sequentibus substitutis non nocet.* & n. 70.
- 68 *Non comparere, aut comparere, & non defendere se legitime, paria sunt.*
- 69 *Sententia successoribus non præiudicat, cum litigans super maioratu se vinci passus fuit.*
- 71 *Desertio appellacionis videtur quadam translatio.*
- 72 *Transactio facta cum vno ex agnatis, aliis non nocet.*
- 73 *Sententia lata contra institutum, substituto non præiudicat, si heres institutus non appellat.*
- 74 *Renunciatio appellacionibus adhaerentibus non præiudicat.*
- 75 *De præiudicio heredis cum agitur, non potest heres factio suo præiudicare substituto voluntariè.*
- 76 *Causam defendisse non dicitur, qui boni viri arbitratu non defendit.*
- 77 *Non defendere, & male defendere, paria sunt.*
- 79 *Colludere dicitur qui non producit scripturas necessarias, & quas in sua potestate habebat.*
- 80 *Sententia lata in causa maioratus an possit rescindi ob instrumenta de nouo reperta, sub distinctione traahitur, & n. 82.*
- 81 *In causis feudilibus sententia potest retractari per instrumenta de nouo reperta. Quid in fideicommissis, numero 84.*
- 83 *Rem indicatam non nocere, in dubio est pronuncian- dum.*
- 85 *Verba sententia in fauorem Rei sunt in dubio interpre- tanda.*
- 86 *Exceptio rei iudicata de necessitate debet concludere. Et de ea euidenter constare, n. 88.*
- 87 *Sententia lata in causa Nobilitatis per Iudices de hijos- dalgo contra patrem, in qua plebeius fuit pronunciatus, filiis præiudicare non potest, si non fuit à patre appel- latio interposita, & apud supremum Auditorium pro- sequuta.*
- 89 *Vocatus ad maioratum appellare potest à tempore scien- tia & noticia sententia infra quinque dies.*
- 90 *Tertius admittitur pro suo interesse in causa appella- tionis.*

Post num. 90. inuenies summaria quæ desiderantur.

55 **E**X dictis etiam obiter infertur, quod sententia lata ex confessione illius, qui litigat super Nobilitate, non præiudicat filiis, & successoribus; quod ultra prædicta, comprobatur ex ratione text. in l. 3. ff. de interditiis, & relog. & l. locatio, §. earum rerum, ff. de public. & l. 2. tit. 11. part. 2. in illis verbis: *Porque les viene de luene como heredad*; & per ea quæ in specie traduxit Oratoria de Nobilitate, 2. part. 3. part. capit. 9. num. 7. cum sequentibus, dominus Anton. de Padilla in *transfacione matris*, num. 5. folio 118. C. de *transfacione*. & ex communi opinione, quæ habet, quod quis non potest rem in iudicium deducere in præiudicium illorum, qui in ea re successuri sunt; l. ait Prator §. 2. circa medium, ibi: *Est enim absurdum ei, cui alienatio interdicitur; ff. de iure deliberand.* notat Decius in *consil.* 445. col. 8. num. 24. Socin. Iunior in *dist. consil.* 81. n. 92. lib. 2. qui in nostra materia maioratum scribit. Et causæ Nobilitatis sunt graues, & maximi præiudicij, vt cauetur in *legibus de Madrid*, §. 35.

57 **E**t summè notandum est, quod si quis se opponat liti maioratus, non nocet ei confessio facta per eum qui principaliter litigabit, secundum Barr. in l. si per litorio, §. 1. num. 4. ff. de appellat. notat Felin. in *cap. penult. nu. 14. de re iudicat.*

58 **E**x superioribus autem facillè cognosci potest, quod quemadmodum confessio sola expressè facta per possessorem maioratus, super bonis maioratus, non præiudicat successoribus, si de errore appareat; multo minus præiudicat confessio facta per possessorem maioratus litigantem, quæ resultat ex productione facta ali-

cuius scripturæ, quia tacitum non debet operari magis; licet regulariter scripturam producens videatur confiteri omnia contenta in scriptura esse vera, vt est aurea doctrina Innocentij, quæ quotidie est in ore Ad-uocatorum in *cap. cum venerabilis*, vbi omnes Doctores, de *exceptionibus*, quam vberimis allegationibus ornat nouissimè Ioseph. Mascard. in *tract. de probat. lib. 2. conclusio* 915. num. 1. fol. 207. Omitto Aymonem, & alios plures, quia non est præsentis speculationis; quod notabis, quia sæpè in practica de hoc dubitatur; Ad quæ addo aliud etiam singulare, quod vidi in causa maioratus, quod si contra confessionem factam per litigantem super bonis maioratus sit lata sententia, non oberit eimet successoris talis confessio secundum Glof. in *c. suborta*, in *verbo*, *reprobasse*, de *re iudicata*, cum DD. concordantibus, vt per las. in l. si ita stipulatus fuero §. Chrysothoni, num. 47. ff. de *verb. oblig.* Roder. Suar. in l. post rem indicatam, ad declarationem *legis Regni*, p. 1. In *euidencia*, num. 21. de quo legenda sunt scripta per Bernard. Diaz, & Additio, *regul.* 142. Ioan. Garc. Falcon. *regul.* 87. & *regul.* 382. num. 12. Mascard. in *tract. de probat. lib. 3. concl.* 1236. num. 17. fol. 172. Et illud etiam est animaduersione dignum circa prædicta, quod confessio testatoris facientis fideicommissum, in qua dicit bona esse sua, præiudicat heredi, & successoribus; secundum Bald. in *consil.* 89. *Dominus Thom. lib. 1. Cephal. consil.* 386. n. 29. Mart. r. de *fideicommissis*, §. 5. Anton. Ferrer. in *eodem tract. de fideicommissis*, art. 44. n. 20. fol. 409.

Animaduerto etiam singulariter, quod ea quæ dicta sunt in sententiis prolatis per Iudices ordinarios, vel delegatos, an præiudicent successoribus, procedunt in sententiis prolatis per iudices arbitros, quia tales Arbitri iudicibus æquiparantur, iuxta regul. l. 1. ff. de *arbitris*, 62. & l. 2. tit. 4. p. 3. quod perpetuo notandum est, & maxime aduertendum, pro intellectu eorum quæ scribo de iudicibus arbitratoribus *infra*, hac 4. p. 922. à n. 15.

Et est etiam sciendum in hac materia, quod videtur facta meo, non omnis sententia lata contra possessorem maioratus, nocere debet successoribus, quam nos vocamus *renuisionis*, quæ profertur in Regalibus Cancellariis; nam siquidem lata fuit sententia contra possidentem bona maioratus pro aliquem iudicem inferiorè, & possessor bonorum maioratus propter negligentiam, aut quia timebat liti sumptus, & vexationes, appellare noluit à sententia contra ipsum lata, vel appellacionem interpositam deseruit, aut non supplicauit ex sententia visionis, quod est facile; videtur quod nequaquam hoc debet nocere successoribus, argum. text. & eorum quæ ibi traduntur per Bart. & alios in l. *Herennius*, in §. *Caia*, ff. de *enclit.* l. 36. in *vers.* El sereno es, tit. 5. p. 5. vbi late Greg. Lop. & explicat post alios Episcopus Couar. lib. 3. *resolut.* c. 17. num. 9. & arguitur negligentiam in eo, qui non vitatur remediis ad negotium opportunis, vt tradit Bart. Soc. *consil.* 263. col. 4. lib. 2. per c. licet Episcopus, de *præbend.* in 6. & alia iura notat Aym. *consil.* 132. n. 4. & dolum committit qui non appellat, cum appellare potest; l. si *procuratorem*, §. si ignorantes ff. *mandati*, ibi: *Ceterum dolo versati sunt, si non prouocauerunt; & l. dolum*, ff. *cod. tit. ibi: Dolum est si quis nolit persequi, quod persequi potest.*

Quinimò sententia lata aduersus heredem grauatum, qui non probauit, vel aduersus primum fideicommissarium, non nocet sequentibus substitutis, vt resoluunt Petrus Rebuf. *consil.* 176. n. 31. relatus per Peregrin. in *tract. de fideicommissis*, d. 9. §. 3. n. 63. & fin. & sufficit docere, dolum intervenisse recipi, vt quia iustam causam quis agebat; si tamen fuit condemnatus, & habebat potestatem prouocandi, & non prouocauit, vt per Rebuf. *ro. 3. ad constitutiones Regias*, tit. de *appellat.* art. 3. gl. 2. num. 14. pag. 485. de quo plura scribit Seraph. de *privilegiis iurament. privileg.* 31. num. 53. pag. 175. Bæcæ de *decima tutorum*, c. 2. num. 174. fol. 33. Et paria sunt non comparere, & comparere, sed non se defendere legitime, l. qui *repu- diantis*, §. fin. ff. de *inoffic. testam.* l. si *ideo*, ff. de *enclit.* l. 1. *præf.* C. de *pignor.* tradunt Bart. in l. cum *filius*, in *prin- cip.* ff. de *verb. oblig.* Alexan. in *consil.* 84. num. 4. lib. 3. & facit

69 **F**acit l. vlt. §. illud, in *verbo*, *Summa*, C. de *tempor. appellat.* & scripta per Aymon. *consil.* 21. n. 10. Et quod vbiunque ille, qui litigauit super maioratu, passus fuit se vinci, sententia non præiudicat successoribus, tradit Tiraquel. in *tract. de viroque retract.* §. 1. glo. 10. pag. 257. per doctrinam Alberi, in l. 3. §. item *queritur*, ff. de *rebus eorum*; & ista sententia fulcitur ex Pragmatica Cordubensi, hodie l. 8. tit. 11. lib. 2. *Recop.* in *vers.* *Quanto a las sentencias*, in illis verbis: *De que nos fue suplicado*. Et ibi: *O de solas las sentencias*. Et ibi: *Si que interuiniessen las sentencias de los dichos nuestros Oydores*; in hoc casu potest habere locum opinio illorum, qui dicunt, quod sententia lata contra possessorem maioratus, non præiudicat successoribus. Et cum fuerit in culpa non prosequendo litem successoris ex hoc non est præiudicandum; maxime quia cum iudicia hominum sint tam diuersa, sæpè contingit quod habens duas sententias contra se, postea in vltima sententia obtinet, etiam ex eisdem actis.

Et in terminis, quod vbi possessor Baronie, cum quo fuit liti mota, non fuit appellacionem prosequutus non nocet eius negligentia successoribus; quia fuit in culpa non prosequendo appellacionem; concludit Dec. notanter in *d. consil.* 445. num. 36. ex doctrina Alex. in l. *sapè*, in *vers.* *Nono* & *vt. n. 83. ff. de re iudicat.* & quia facta desertio appellacionis videtur quadam translatio, l. in *summa* ff. de *condict. indebiti*. Et transactio si sit facta cum vno ex agnatis, non nocet aliis, secundum And. de Isern. in c. 1. §. si *vassallus*, de *feud. col. penult. vers. quid autem*, num. 13. §. si *de feudo fuerit controuersia inter domin.* & agnat. de quo vltimo latius tracto in q. 22. in hac 4. p. Quod sententia lata contra institutum non præiudicat substituto, si hæres institutus non appellauit, dicitur Alex. in *consil.* 126. num. 4. lib. 2. per l. si *seruus plurimum*, §. 1. iuncta Glo. quæ incipit, *quod appellauit*, ff. de *leg. 1.* vbi Dyn. Bart. & Angel. & renunciatio appellacionis non præiudicat adhaerentibus, secundum Bald. in l. 1. C. si *vnus ex pluribus appellauerit*, tradit Rebuf. *tom. 3. ad consil.* *Regias*, tit. de *appellacionib.* art. 16. gl. 1. n. 10. pag. 523. per dictam doctrinam Bald. & c. ex *parte*, de *rescriptis*; & facit quod traditidem Rebuf. in *dist. de appellat.* ar. 5. gl. *unic.* n. 20. pag. 496.

Et etiam ad hoc egregia sententia Barth. Socin. in *consil.* 51. n. 13. lib. 2. vbi dicit, quod quando agitur de præiudicio hæredis, etiam principaliter in iudicio necessario, contra eum principaliter intentato, non potest hæres factio suo præiudicare substituto voluntariè, sed tantum legitime defendendo causam suam, & substituti; & hanc sententiam nostram tenet Molin. d. c. 8. n. 10. fol. 179. & in *amotacione*, n. 18. hoc extendit ad secundam supplicationem ad Regiam Maiestatem, & non dicitur factam defendisse, qui eam non defendit boni viri arbitratu, & paria sunt non defendere, & male defendere, vt in terminis d. l. ex *contradictis*, tradit Zafius lib. 2. *singular.* *intelle.* fol. 43. col. 1. Quibus omnibus sit et addenda egregia l. 21. tit. 22. p. 3. in *vers.* *Fueras ende, ibi: Fueras ende si aquellos que le quieren acusar nueuamente, raxonan, y dizen, que el primero acusador anduiera en el pleyto engaño, samente, mostrando de fuero que le acusaua, è dando prouenas que no sabian de fecho, porque se quito el demandado: ca. si esto se pudiere aueriguar, &c.* quæ lex est singularis ad probandas collusiones, quæ in ista materia quotidie allegantur; quibus addenda sunt quæ scribo in q. 40. *infra*, hac 4. p. & Menoc. *consil.* 175. n. 17. & de his vide etiam Pinel. *vbi sup.*

In qua materia est aduertendum ad vnum rarum & singulare, quod ille qui non producit scripturas necessarias & quas in sua potestate habebat, dicitur colludere, vt tradit Rebuf. in *tr. Concordat.* in *rubr. de collat.* §. *voluntus*, pag. 434. *vers.* & *colludere dicitur*, quod vidi in practica in grandi negotio, in quo Marchio prætendebat non obtinere ei quandam rem iudicatam, latam contra patrem in lite magna quantitaris, & reditus; & facit quod ex *Menoch.* scribo *infra*.

Et ad hanc rem pertinet notabilis quæstio, quam vidi in causa maioratus grauè, an sententia lata in causa

maioratus possit rescindi ob instrumenta de nouo reperta. In qua quæstione distinguendi sunt duo casus, Primus, quando sententia fuit lata contra maiorem viginti quinque annorum, tunc licet regula iuris sit quod sententia transacta in rem iudicatam, non possit rescindi per instrumenta nouiter reperta, sub specie *c. de re iudica.* l. 19. ti. 22. p. 3. cum *concordant.* est speciale in causis feudilibus, quas multi æquiparant causis maioratus, quod sententia retractari possit per instrumenta de nouo reperta, secundum Caton. Sachum in *l. admonendi*, n. 4. ff. de *iureiur.* citatus à Sforc. *Odd. in tr. de restitutio. in integrum*, p. 3. q. 73. ar. 2. n. 23. pag. 814. & ex aliis limitationibus quas ponit ad prædictam regulam, ista sententia iustificari potest Secundus est casus in minore, in quo verissima est conclusio, retractandam fore sententiam per instrumenta de nouo reperta; vt colligitur ex *Mauritio in tr. de in integrum restitutio. c. 293. in si. pag.* & ex his quæ scribit Sforc. in *d. tr. p. 2. q. 73. ar. 2. nu. 1. cum seqq.* pag. 811. quo quibus est expressa l. 3. & *vt. tit. 25. p. 3.* & addenda sunt tradita per *Menoch. casu. 15.*

Et est notandum, quod in dubio est pronuncian- dum, rem iudicatam non nocere, secundum Dec. in *d. consil.* 445. n. 44. *Cephal. consil.* 374. n. 28. lib. 3. *Soc. Iun. in consil.* 49. n. 29. lib. 2. *Aymo. consil.* 188. n. 2. & 8. *Menoch. in tract. de presump. lib. 2. presump. 90. num. 7. p. 225.* Probatur in *l. nec enim*, ff. de *suspens. iur.* Et in quodam fideicommissis traditur per eundem in *d. consil.* 181. n. 85. lib. 2. Et notat Casar Genuenfis in *l. vnic. C. si de momenta possit limita* 27. num. 10. pag. 487. *Menoch. in consil.* 307. nu. 64. & 65. lib. 4. *Burlat. in consil.* 203. num. 14. lib. 2. *Alexan. in consil.* 190. num. 35. lib. 6. & in *consil.* 129. num. 9. lib. 4. & in *consil.* 46. num. 2. lib. 5. Et quod verba sententiæ factæ interpretanda in fauorem rei, notant Alex. in *consil.* 180. & *Ægid. Bossius in pract. criminal. tit. de fauoribus defens.* num. 3. pag. 458. Et quod exceptio rei iudicatæ debeat concludere de necessitate, tradit *Petr. Surd. decis.* 260. n. 631. & de materia plura notabilia scribit *Menoch. in consil.* 110. n. 4. cum *pluribus aliis*, lib. 2. ad conclusionem *Dec. & aliorum omnino legenda*, & tradit *Soc. Iun. in l. naturaliter*, §. *nihil commu.* n. 163. fol. 57. ff. de *acq. poss.*

Et ex his infertur idem dicendum esse in sententiis prolatis in causis Nobilitatis, quia si prolata sententia per iudices *Delos hyosdalgo*, contra patrem, in qua plebeius pronunciatus fuit, non fuit ab eo interposita appellatio à tali sententia, & prosequuta apud supremum Auditorium, talis negligentia quia magna est, & culpabilis, filiis nocere non potest; nec talis sententia, licet sollear pro veritate haberi, rei iudicatæ exceptionem pariet; nam in his rebus, quæ tam præiudiciales sunt, ius filiorum non dependet à patre, sed à genere, vel ab antecessoribus, & ideo cautè, & cum magna diligentia debent lites defendi, vt successoribus, & factio eorum possit præiudicare; facit l. *iura sanguinis*, ff. de *reg. iuris*, l. *ius agnationis*, ff. de *patr.*

Sed de exceptione rei iudicatæ debet euidenter constare, ad hoc, vt obstat, l. si *inter me*, ff. de *re iudicata*, l. quod in *diem*, §. si *rationem*, ff. de *compensacionibus*, per quæ iura hoc voluit Paul. de *Castro*, in *consil.* 62. col. 2. lib. 4. *Petr. Surd. decis.* 260. n. 30. Et talis factio vocatus ad maioratum, appellare potest à tempore scientiæ, & notitiæ sententiæ infra quinque dies, vt ex Alex. in l. *filius familias* §. *diu*, n. 9. ff. de *leg. 1.* & Greg. Lop. in l. 20. in *verbo*, *Pero cosas*, tit. 22. p. 3. & l. 7. tit. 23. p. 3. probat *Burg. de Paz d. consil.* 14. num. 70. Et idem quod Gregor. Lopez tenent *Curt. de feud. p. 7. nu. 29. pag. 526.* Episcopus *Couar. in pract. quæst. cap. 15. n. 2.* Pinel. in l. 1. *vers. limita tertio*; & hoc voluit Felin. in *c. vlt. num.* 16. de *re iudicata*; dicta decisio *Pedemonta*, 157. n. 13. *Roland. elegant.* *consil.* 90. n. 23. lib. 4. qui ad hoc citat *Ripam.* 62. & *Loaz* nu. 128. in d. §. *diu*, *Crot.* n. 39. *Beroi. con.* 30. n. 21. & 63. *Curt. Iun. in consil.* 23. & alios; Quæ notanda sunt; & ad dictos addo *Cephal. consil.* 106. n. 1. cum *seqq.* li. 1. *Dec. in c. sua nobis*, n. 10. fol. 335. de *appel.* *Quint. Mand. in commissione admissiois interesse*, fol. 31. col. 3. *vers. in prima vertitur*, vbi post *Oldr. in consil.* 255. *Contra provisionem*, n. 4. concludit, quod Tertius admittitur

90 mittitur ꝑ pro suo interesse in causa appellationis ; & hoc ibi extendit, etiam si non appellauerit, uel appellationi ad hæserit per text. in cap. super, ubi Abb. & alij de re iudicata, Patif. in cons. 28. n. 20. lib. 4.

S V M M A R I V M.

- 91 Sententia ubi est lata ex conuentione partium, non nocet successori maioratus. Et dicitur per collusionem prolata, num. 94.
- 92 Sententia à partibus approbata, non dicitur sententia, sed habet vim pacti, & n. 93.
- 95 Quisio qualiter probetur, & n. 96. 98. & 100.
- 97 Notificatio an requiratur, ut sententia præiudicet.
- 99 Audiri non debet petens cuius contrarium postulaturus esset.
- 101 Sententia lata contra possessorem pro aliquo delicto condemnatum, non nocet aliis vocatis.
- 102 Sententia lata in causa maioratus cum procuratore, mortuo iam domino qui mandatum dederat tempore prolationis sententia, an præiudicet successori.
- 103 Procurator in causa feudali an possit domino mortuo prosequi litem captam.
- 104 Sententia non nocet possessori maioratus, quando est lata per Iudicem incompetentem.
- 105 Possessor maioratus, qui ex iusta causa Iudicem recusauerat, an possit desistere à recusatone in præiudicium successoris.
- 106 Minor an possit in integrum restitui aduersus non petitam tenentam.
- 107 Quid in iudicio possessorio adipiscenda & retinenda.
- 108 Exceptio declinatoria à partibus omisa, per Tertium potest allegari.
- 109 Litigans super bonis maioratus non potest liti renunciare in successorum præiudicium, & n. 114. & 116. Quid in feudo, num. 117.
- 110 Renunciatio dicitur alienatio.
- 111 Obligatio standi sententia alicuius habet vim tacite renunciationis.
- 112 Appellans non potest renunciare appellationi in præiudicium eorum qui possunt appellationi adhaerere.
- 113 Successor potest causam prosequi, cui antecessor renunciavit.
- 115 Transactio non nocet Tertio qui se opponere uult.
- 118 Sententia lata in iudicio summario, & executio in ordinario, an præiudicent ad hoc, ut qui præiudicet esse bona maioratus & restitutioni subiecta, non possit agere super eisdem bonis in iudicio ordinario.
- 119 Maioratus per sententiam declaratus sequitur naturam maioratum.
- 120 Ius patronatus per prescriptionem constans, sequitur in omnibus naturam aliorum.
- 121 Consuetudo immemorialis an dicatur titulus.
- 122 De feudo prescripto idem est iudicium quod de titulo.
- 123 Præiudicium appellatione an ueniat præiudicium acquisitionis per prescriptionem.
- 124 Sententia lata contra successorem maioratus sicut præiudicat ceteris successoribus, ita prodest.
- 125 Sententia lata pro actore possidente, prodest eius heredibus, & successoribus, ut ipsi in possessione defendantur.
- 126 Acta & probationes an præiudicent successoribus, sicut sententia.
- 127 Sententia lata contra possessorem iuris patronatus, cuius successio primogenitis est deferenda, an præiudicet successoribus.
- 128 Restitutio concessa heredi qualiter ad fideicommissariam transat.
- 129 Sententiam pro se obtinens non potest illi contravenire, nec illius iniustitiam, & turpitudinem allegare. An possit heres talem turpitudinem allegare, numer. 131.
- 130 Contra titulum ex quo ius habet, an quis audiatur.

- 132 Cum quis ex alterius dispositione succedit, potest uenire contra factum eius, cui successit.
- 133 Habens ius supplicandi à sententia lata contra antecessorem, an teneatur supplicare ante decem dies à die notificationis, uel currat à die scientia, & n. 135. & 137.
- 134 Acta præiudicant Tertio, si scit causam agi, & cum non defendit.
- 136 Appellatio, & supplicatio à pari procedunt.
- 138 Prescriptio si allegetur contra eum qui bona maioratus petit, an possit eius filius liti se opponere allegando prescriptionem non obstat.
- 139 Variata instantia, quæ super fideicommissio vertebatur, an possit causa de nouo agi, absque eo quod obstat exceptio rei iudicata.
- 140 Non admittitur quis ad agendum, si sua non interest.
- 141 Successor in maioratu se liti opponens, cum sit maior, an teneatur assumere litem in statu quo eam reperit? sub distinctione resoluitur.
- 142 Principis sententia quando noceat possessori, & successoribus sub distinctione traditur.
- 143 Culpa an possit imputari illi qui non supplicauit à sententia lata per Regiam Maiestatem.
- 144 Restitutio an concedatur contra sententiam Principis.
- 145 Sententia Regis ut legem faciat, qualiter sit pronuntianda.
- 146 Sententia à Principe, etiam cum causa cognitione per errorem lata, potest per eundem, uel illius successorem reformari.

EX prædictis etiam deducitur, quod sententia lata ex consensu litigantium, decernentium quemadmodum uolunt, quod sententia proferatur, iuxta Iurisconsulti responsum in l. si conuenierit inter litigantes quid pronuncietur, ff. de re iudicata, ꝑ non nocet successoribus; nam talis sententia habet vim cuiusdam transactionis, nisi fuerit Principis autoritate ad sedandas lites confirmata; iuxta ea quæ latè scribo in quest. 21. infra eodem; & sententia ꝑ à partibus approbata non dicitur sententia, sed habet vim pacti, secundum Bald. in cons. 427. lib. 1. facit l. 26. tit. 4. part. 3. & l. qualem, ff. de arbitris, ibi: Et ideo si sic fuit in arbitrio compromissum, ut certam sententiam dicat, nullum esse arbitrium; & possessores maioratum, cum quibus lis est super rebus maioratus, non possunt bonam fidem agnoscere, sed debeant expectare sententias, constat ex superioribus; quidquid sit in alia materia, & bonis liberis, secundum ea quæ scribunt Roman. in cons. 329. DD. in l. bones, §. hoc sermone, limitat. 21. num. 8. pag. 243. ff. de uerborum significat. & quod sententia lata ex partium conuentione ꝑ habeat vim 93 pacti, probatur in l. 1. C. commun. utriusque iudi. tradunt Ioann. Andr. in additionibus ad Specular. tit. de executione sententia, Gloss. Parisiens. p. 2. consuetud. Paris. §. 5. num. 2. fol. 123. & constat ex his quæ scribo in 2. quest. supr. hac parte, & hoc in terminis uoluit Mencha. lib. 3. controuersiarum, c. 61. n. 6. ad quod etiam facit quod scribit Gl. Paris. p. 2. consuetud. Paris. d. §. 55. n. 30. per leg. si ductum, §. 1. ff. de enit.

Et sententia lata ex partium conuentione ꝑ dicitur 94 per collusionem prolata, & ideo aliis nocere non debet; ut probat Cephal. in cons. 759. num. 15. lib. 5. ubi plura scribit ad probandum qualiter ꝑ comitet de 95 collusionem: & ibi num. 17. scribit, quod ille, qui omittit allegationes iuris, uidetur facere collusionem per regulam leg. si seruus plurium, §. 1. & §. penult. ff. de leg. 1. Et pondero bonum text. in l. si filia in princip. ff. familia eriscund. ibi: Nam imperitia, inquit, coheredum iurisdictionis formam mutare non potuit, & resoluit Menoch. in cons. 311. num. 25. lib. 4. Et qualiter probetur collusio in ista materia, ꝑ tradit Cephal. in cons. 344. num. 24. lib. 3. 96 ad quem addo Mascard. in tract. de probat. lib. 1. conclus. 322. fol. 193. Et non appellans à sententia uideretur consentire sententiam, ut in propria materia tradit Cephal. in cons. 197. n. 32. lib. 2.

Et

Et quod licet regulariter aliqua sententia ualeat, re 97 quiratur tamen ut Tertio præiudicet, ꝑ quod ei notificetur, uolunt, & distinguunt. Alex. in l. de unoquoque, n. 17. ff. de re iudicata, & in l. decem, in princip. nu. 10. ff. de uerbor. oblig. & in cons. 86. Vitis dubitationibus. col. 1. in fine, lib. 2. Dec. in l. in iure ciuili, nu. 4. ff. de regul. iuris, Ripa in d. §. diui, nu. 62. & 63. quos citat Cephal. in cons. 106. n. 10. lib. 1. Et idem quod Cephal. in d. cons. 197. n. 32. tradit Molin. lib. 4. de primogen. cap. 8. num. 19. quem, & alios citat Menoch. in tract. de presump. lib. 5. presump. 26. nu. 4. fol. 32. 98 ubi ex eodem Molin. & aliis, num. 3. tradit, quod ꝑ colludere uidetur, qui noluit defendere causam, producendo iura quibus illam ueri posset; & confirmo ex his quæ scribo supra, & ex aliis, quæ in propria materia, & in collusione tradit Menoch. in d. cons. 311. nu. 25. lib. 4. Et faciunt quæ scribit: Celsus in d. cons. 120. nu. 71. Marant. in Speculo aureo, p. 6. tit. de inquisitione, num. 50. cum seqq. fol. 138. Mascard. in tract. de probationib. lib. 1. conclus. 322. nu. 1. cum seqq. 99 161. nu. 18. Et qualiter per famam probetur ꝑ collusio, tradit eleganter Iacob. Pute. decis. 118. num. 6. lib. 2. ubi tradit, quod sententia collusiuua non dat bonum titulum; & de probatione collusionis, tractat Cephal. in cons. 345. num. 23. lib. 3.

Item scire expedit, quod sententia lata contra aliquem possessorem bonorum maioratus, qui forsan delictum fecit, per quod dignus fuit, ut condemnatur 101 retur in amissionem bonorum maioratus, ꝑ non præiudicat aliis vocatis ad maioratum; imò admittuntur ad allegandum bona mitri non potuisse, sed successoribus esse reseruanda; quia cum fuerit de solo delinquente prolata, aliis præiudicare non debet, d. l. sapè, & in terminis in alio proposito, tenet Bart. Soci. in cons. 40. nu. 27. lib. 3.

Ex facto etiam agitur in materia presentis quæstionis, notabilem difficultatem, cuius solutio pendet ex superioribus, An sententia lata in causa maioratus cum procuratore, mortuo iam domino, qui mandatum dederat, tempore prolationis sententia, ꝑ præiudicet successori, dubium facit Clemen. fin. de procuratorib. per quam DD. ibi, & in aliis locis concludunt, quod in beneficialibus, & in aliis, in quibus post mortem mandatis, non est aliquis legitimus hæres illius personam representans, expirat mandatum per mortem naturalem, uel ciuilem dominum quod latè comprobatur Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defectu mandati, n. 171. pag. 507. de quo legenda est l. nulla, C. de procuratorib. l. 25. tit. 5. p. 3. & quæ scribit Iaf. in d. l. nulla, cons. 138. lib. 4. Rebuff. tom. 3. ad consuet. Regias, tit. de sententiis, artic. ult. & in glo. unica, num. 10. Ant. Gabr. in tit. de procuratorib. concl. 2. Dueñ. regul. 83. Ofaf. decis. Pedemon. 190. num. 4. Mascard. de proba. lib. 2. conclus. 1015. num. 6. fol. 297. ad quæ addo in nostra materia Ant. Capic. decis. 18. tractantem, & resoluentem, ꝑ procuratorem datum ad causam feudalem, posse, domino mortuo, prosequi litem ceptam.

Præterea dubitari potest, an sententia lata contra possessorem maioratus præiudicet possessori, ubicumque ꝑ lata fuit ab aliquo Iudice, qui in ueritate Iudex non erat, contra possessorem maioratus, dubium oritur ex Glo. in l. si dictum, §. si compromiserit, ff. de enit. in uerb. fecerit, quæ dicit, quod quemadmodum emptor non potest agere de euiditione ubicumque fecit compromissum super re vendita, ita si consensit in Iudicem ordinarium, qui aliàs non erat eius Iudex; quam Glo. dicit singulariter Roma. sing. 12. & notat Bart. ibi Greg. Lop. in l. 36. tit. 5. p. 5. in gl. in uerb. Auemiores. Ex quibus quandoque in practica inferendam, non potuisse possessorem maioratus, qui ex iusta 105 causa Iudicem recusauerat, ꝑ desistere à recusatone in præiudicium successoris, quod est summè notandum.

Quibus non obstantibus adhuc uidetur, quod sententia noceat successori in maioratu, quia consensit in unum, uel alium Iudicem, est parui præiudicij & negotium non diffinitur, argum. doctrinæ Innoc. in c. coram, de integritate restitu. & l. 17. & 18. in legibus de Madrid, l. 15. tit. 3. in lib. 4. Recop. secunda, l. ultim. tit. 9. eod. lib. quæ scribit Curt. in tractat. feudorum, par. 7. quis sit index in materia feudali, numer. 19. pag. 514. Amedeus de Aponte in quæst. ultim. quis sit index in causis feudalibus, faciunt tradita in l. quod iussit, ff. de re iudicat. cum concordantibus, & quæ supra tradidi in uersicul. animaduero etiam. Episcopus Couarruias in practicois quæstionib. capit. 7. ad finem, uers. non ubi lis, & quæ scribit Molina lib. 3. de primogenitiis, cap. 13. num. 60. ubi ex hoc disputat, an minor possit ꝑ in integrum restitui aduersus non petitam 108 tenentam, & idem in annotationibus, n. 15. & 16. Azueced. in l. 1. tit. 5. num. 16. fol. 75. lib. 4. Recop. ad quos addo text. notabilem, in l. minor viginti, quinque annis, cui fideicommissum, ff. de minor. Angel. & Roman. in l. 2. ff. si quis in ius uocatus non ierit: uolentes cum Innocent. in dict. cap. coram, de integritate restitu. quod licet possit appellari à sententia, in qua quis se pronunciauit iudicem competentem, non potest minor, uel Ecclesia petere restitutionem, quia est modica læsio; licet Iaf. son ibi, num. 38. teneat contrarium, post Imol. quibus etiam competit egregia decis. Anton. Capic. 13. per totam. late probantem, quod si minor non faciat probationem in interdito interim in tempore de bito, non est ei concedenda restitutio, quem refert Episcopus. Couarruu. lib. practicarum quæst. cap. 17. num. 4. uers. Sexto, qui in contrarium allegat. Glossam communiter receptam in l. 1. C. si de moment. possess. ubi Bart. & alij dicentem, quod minor restituitur in iudicio possessorio ꝑ principaliter intentato: ad quem iungo 107 Iacob. Put. decis. 59. Item in eadem part. 2. decidit per dictam Glossam, quod minor in causa possessoria adipiscendæ, est restituentus aduersus omissam allegationem, dolo facis, & Episcopus. Couarruu. & Capicium citat Mascardus in tractatu de probationibus, lib. 2. concl. 1274. num. 18. fol. 114. & Calsdam in l. si curatorem habens, in uerbo, uel aduersariis dolo, num. 19. uers. saluis autem prædicta resolutio, C. de integritate restitution. minor.

Quæ conferunt ad decisionem quæstionis maximè momenti, quæ facit in practica in minore, qui intentauit iudicium possessorium Retinendæ, & reus intentauit proprietatem in causa quadam incorporali, cui minor non contradixit tunc, postea autem petiuit restitutionem in integrum, allegando læsionem ex eo, quod non contradixit iudicio & libello proprietatis: & Capicium & Couarruu. in dicto loco, citat Cæsar Contardus Genuen. in l. unica, C. de moment. possesson. limitat. 8. num. 22. pag. 333. & iterum limit. 26. n. 5. pag. 416. & faciunt quæ idem scribit n. 1. cum pluribus sequentibus, in eadem limitat. 8. & legenda sunt quæ scribit Marian. Socin. in cap. significasti, num. 18. fol. 109. de foro competen. ad quos addit elegantem decis. Math. de Afflic. 390. Et faciunt quæ de prorogatione iurisdictionis quod sit modici præiudicij, tradunt Abb. & Decius in Glossa in uerbo, placere, in cap. 1. de iudiciis: ad quæ addo conclusionem notabilem, quod exceptio declinatoria ꝑ omisa à partibus, potest per Tertium allegari, secundum Angelum in l. quidam cura solebat, ff. de re iudicat. Felin. in cons. 49. num. 11. & in quo loco fideicommissum peti debeat, ultra regulam legis 1. C. ubi fideicommissum peti debeat, l. quod legatur, ff. de iudic. lector uideat late Anton. Peregrin. de fideicommissis, artic. 53. num. 1. cum sequentibus, fol. 520. pro concordia doctrinæ Innocentij in dict. cap. coram, de integritate restitu. legenda sunt quæ scribit Ioann. Guttierr. lib. 1. practico. quæst. 952. num. 3. & 4. pag. 115. & addo quod si semel accepit unum Iudicem, non potest variare, ut per Alexand. in l. de die, §. fin. num. 6. ff. qui satisdant cogant. Aluar. Valasc. consultat. 88. num. 9. pro quibus

Ff 3

quibus facit regula *l. sed & si susceperit. ff. de iudiciis*, & in ista materia est magna facienda lex, venditor ex hereditate, ff. de heredit. vel act. vend. maxime pro intellectu, s. si compromisso.

Tandem ex superioribus constat, cum qui litigat super maioratu, non posse liti renunciare in præiudicium successorum; & constat ex doctrina Bart. in *l. si perlorio, §. 1. n. 3. ff. de appell. Cardin. in l. litem. 1. ut lite pendente: Bald. in l. 1. num. 7. Cod. quib. res iudicat. non nocet*, ubi tradit quod renuntiatio vnus cæteris non præiudicat, & adductis per Purpuratum in *l. postquam liti, in fine, Cod. de pact. & notat Pinel. in d. l. 1. vers. Secundo limita*. Pro quo facit, quia renuntiatio dicitur ad alienationem, non solum. §. filius tutelam, ff. de ritu nupt. notat Bart. Socin. conf. 231. num. 2. lib. 2. de quo vide omnino quæ scribit Ripa in *l. si vnquam, quæst. 12. num. 22.* & ibi Tiraquell. in verbo, donatione largitus, num. 196. cum sequentibus. pag. 250. C. de reuocand. donation. & obligatio ad standi sententiæ alicuius, habet vim tacitæ renuntiationis, vt per Nicol. Miles, in verbo, appellare non potest: Lancellor. de attentat. part. 2. cap. 12. ampliat. 2. num. 15. pag. 193. Et qui appellauit, non potest renuntiare appellationi in præiudicium eorum, qui possunt appellationi adherere, secundum Bald. in *l. 1. quæst. penult. C. si vnus ex pluribus appellauer. quem citat Carol. Ruin. in conf. 84. num. 1. lib. 5.* & ex traditis per Bart. in dicto loco, apparet posse successorem causam proseguere, cui antecessor renuntiavit; & hic addenda sunt quæ scribo in quæst. sequenti, & quod scribit Rebuff. tomo 3. ad constit. Regias titulo, de arrest. & oppos. art. 1. glossa 2. num. 17. pagina 562. ubi est textus in *l. a sententia, §. idem rescripserunt, ff. de appellat.* tradit quod Tertius potest proseguere causam, si ille, qui litigabat transigerit, vel causam renunciauerit; faciunt tradita per Gomezium in regula de triennali, quæst. 21. pag. 769.

Et ista confirmantur ex doctrina Baldi in *l. 2. col. 3. num. 8. quibus res iudic. non nocet*, ubi per text. in *l. si te, C. de ingenuis & manum.* vult quod renunciatio liti in causa status cæteris non præiudicat, notat Tiraquellus in tractatu, de nobilitate, cap. 37. num. 13. pag. 522. Et in præiudicium Tertij non potest quis liti renunciare, secundum Baldum in authent. nunc si heres, colum. 2. C. de litig. confirmat Vant. de nullitat. titulo, quæ passit dicere de nullitate, num. 20. pag. 68. Et quod transactio non noceat Tertio, qui liti se opponere vult, tradit obiter Episcop. Couarru. in practic. quæst. cap. 13. num. 2. in princip. quod ante eum tradit Abbas in cap. penultim. num. 5. de appellat. & fol. 138. ad hoc legendus, quod in lite satis magna super bonis maioratus obtentum fuit. Et plura singularia de renuntiatione liti, legenda sunt. in Tiraquell. in dict. *l. si vnquam, C. de reuocand. donat. in verbo, donatione largitus, num. 303. cum sequentibus. pag. 252. ad quem addo scripta per Menoch. in tractatu presumpcionum, lib. 3. presump. 13. num. 70. pag. 279. Episcop. Couarru. resolutionum lib. 1. cap. 7. col. 17. num. 6.*

Et ista confirmantur ex singulari doctrina Ripæ in *l. naturaliter, §. nihil commune, num. 108. fol. 103. ff. de acquirend. possess. ubi probat, quod renunciatio liti feudali, non videtur renuntiare iuri, licet regulariter contrahat, quia feudatarius non potest repudiare feudum nisi in manibus Superioris; ad quod mouetur per decisionem Rotæ in nouis 306. & doctrinam Alexandri & aliorum in dict. *l. postquam liti*, & hic addenda sunt quæ scribo infra quæst. 15.*

Scio etiam rursus tractatum fuisse in practica, in materia nostræ quæstionis, an sententia lata in iudicio summario, & executiuo, præiudicet in iudicio ordinario, vt pura; fuit facta executio in bonis, quæ aliquis prætendit esse de maioratu, & vinculo restitutionis subiecta; & prolata fuerunt sententiæ, per quas pronuntiatum fuit executionem bene esse factam; an dictis sententiis non obstantibus, qui prætendit bona esse maioratus, possit agere super eisdem bonis

iudicio ordinario, petendo ea tanquam vinculata, & restitutioni subiecta? In qua quæstione de iure videtur, quod si in iudicio summario, & executiuo fuerint factæ probationes ordinariæ, & productæ scripturæ ad negotium facientes, & in tali iudicio prolata fuerunt tres sententiæ, quod non potest iterum agi iudicio ordinario, & obtinet in petitorio exceptio rei iudicatæ, vt colligitur ex Bart. in *l. si index, ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Bald. in l. 1. C. de ordine iudiciorum, t. bbas in conf. 50. lib. 1. Bart. in l. si exprefsim, num. 3. de appellat. Iacob. Butr. in l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter, ff. ex quibus causis maiores, elegantur Deci. in conf. 96. per totum, Iaso in l. qui Roma, §. duo fratres, n. 50. ff. de verborum obligat. ubi Ripa n. 1. fol. 288. Natra in conf. 473. n. 35. lib. 2. Anton. Gabr. lib. 2. commun. opin. tit. de exceptionib. conclus. 2. n. 61. pag. 85. Episcopus Couarru. in practicis quæst. quæst. 24. n. 8. Alexand. in l. sapè, num. 81. ff. de re iudicat. Iaso. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, num. 5. fol. 159. ff. de re iudicat. Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 21. de causa possessionis & proprietatis. fol. 387. Hippolyt. singulari 555. Ferrara in pract. Papiens. in parte, forma resumptionis rei, versiculo, quoad impediendum, pag. 114. ubi Additio, faciunt scripta per Egidium Boliu in pract. criminal. titulo, quomodo procedatur per exceptionem, num. 20. pag. 108. Bart. Socin. conf. 255. n. 6. lib. 2. & in conf. 268. num. 15. eodem libro, in qua materia est animaduertendum ad doctrinam Socin. Iun. in d. §. duo fratres, nu. 60. folio 187. quod dicitur plene cognitum respectu modi procedendi, respectu temporis respectu qualitatis. Et de hoc puncto & quæstione lector omnino videat quod nouissime scribit Cæsar Genuensis in l. vnica, si de momentanea possessione fuerit appellatum: limita etiam ratione mixturæ, num. 1. cum sequentibus, pag. 223.*

In materia præsentis quæstionis animaduerto de quodam dicto Episcopi Couar. lib. 3. resolutionum, c. 5. n. 5. versiculo, cæterum: concludentis, quod ubi ex sententia Iudicis patrimonium aliquod iure maioratus defertur familie nomine, aut alicui, ex tali sententia debent in tali maioratu seruari omnes leges, & conditiones aliorum maioratum, & idem est in maioratu de quo constat per prescriptionem; nam in tali maioratu succeditur, sicut in aliis maioratibus, & secundum illorum naturam, vt probatur ex doctrina Baldi in *l. liberti libertaque, in principio, in versiculo, queritur de eo qui prescripsit, C. de operis libertorum, & in l. 1. q. 31. ff. de rerum diuisione, & in c. fin. de seu. dato in vitem legis commiss. & in aliis locis, vt per Alexand. conf. 15. n. 12. lib. 5. Paris conf. 15. nu. 15. lib. 1. eleganter Tiraq. lib. 1. de reuoc. §. 32. glof. vnic. nu. 74. pag. 683. Alex. ab eo non citatus in conf. 15. numer. 12. lib. 5. ubi Moli. & eadem Glof. Paris. in consuetud. Parisiens. §. 7. num. 31. late Curt. in tractatu, de feudo, 2. part. tertie partis principali, num. 61. pag. 294. & idem concludit Bald. in tractat. prescriptio. 4. part. princip. quæst. 5. num. 5. pag. 339. Menoch. conf. 104. num. 7. lib. 1. quod confirmo per opinionem tenentium, quod ius patronatus, de quo constat per prescriptionem, & sequitur in omnibus naturam iuris patronatus, vt Decius in conf. 126. nu. 3. versiculo, & ista opinio, Castador. decis. 7. titulo, de iure patronatus, Rebuff. in tractatu, de nomination. quæst. 8. num. 71. melius in practi beneficiis, titulo, de signatura gratia, part. 3. versic. 8. si ius: num. 23. pagina 168. Et alij, vt per Menochium in conf. 90. num. 83. cum sequentibus. lib. 1. & pro sententia Episcopi Couarru. adduco notabile consilium Alcia Episcopi Couarru. adduco notabile consilium Alexand. 113. nu. 7. lib. 1. Nec minus facit sententia existimantium, quod vbiunque non apparet de concessione feudi, nisi per longissimam prescriptionem seu possessionem, feudum non transit nisi ad illos, qui possident feudum, vel emphyteusis informiter bus competit feudum, vt post alios resoluit Alexand. in dict. consilio 15. faciunt scripta per Auiles in cap. pratorum, cap. 1. num. 10. fol. 23. Et quod in isto casu consuetudo immemorialis non dicatur prescriptio, sed purus titulus,*

titulus, ac si de eo per scripturam constaret; tradit Glof. Paris. conf. 26. num. 24. Et inquit Baldus in cap. 1. de feudo dato in vim legis commissorie, quod idem iudicamus de feudo prescripto, & quod de feudo titulato: & ad hoc etiam facit dictum Baldi in conf. 24. Subtiliter, col. 2. circa medium, lib. 4. Iasonis, in l. sed si possessor, §. item si iurauero, columna 1. ff. de iure iurand. quos citat Aymon in tractatu, de antiquitate temporum 4. part. num. 34. folio 215. col. 2. vbi tractat, an priuilegi appellacione veniat priuilegium ad acquisitionem prescriptionem, quem citat Glof. Paris. in additionibus ad Decium in cap. porro, de priuilegiis; & quod sententia sit nulla, in qua inducitur fideicommissum, si casus, per quem inducitur, non contineat; tradit Gratius in conf. 109. num. 24. lib. 2.

Circa prædicta etiam sciendum est, quod quemadmodum sententia lata contra successorem maioratus præiudicat cæteris successoribus, ita prodest successoribus, vt probatur ex doctrina Abatis in cap. penultim. nu. 34. de re iudicata, & Alexand. in l. sapè, nu. 109. ff. de re iudicata, & aliis quæ scribit Petrus Surdus decisione 256. nu. 2. & Episcopus Couarru. in dict. cap. 13. num. 1. pro quo facit regula legis, exceptio, ff. de re iudicata, l. postulate, ff. ad Trebel. l. miles, §. fin. ff. de re iudicat. l. 19. in versic. Et sote todo dezimos, l. 21. tit. 22. part. 3. quibus est addenda egregia sententia Ioan. Fabr. in §. retinenda, nu. 30. versiculo, sed quid est contra, Insti. de interditiis, ubi vult, quod sententia lata pro actore possidente prodest eius heredibus & successoribus, vt ipsi in ea possessione defendatur, & tueantur, ex l. Titia, §. Celsus, ff. de aqua pluuiæ arcend. & l. si a te, §. vt. ff. de exceptione rei iudicatæ, tradit Menoch. de retinenda, possessione, remed. 3. numero 823. & 824. quæstion. 100. pagin. 249. qui ad hoc etiam citat Francisc. Marc. decis. 321. parte secunda, Capicium decis. 1. numero 6. quod reputo notabile in ista quæstione, & in materia possessoria. l. 45. Taurin. & quod quemadmodum sententia præiudicat successoribus, præiudicant acta, & probationes, ex pluribus Doctoribus docet Mascard. in tract. de probation. lib. 1. concl. 33. nu. 38. pro quo faciunt tradita per Alex. conf. 61. n. 9. lib. 2. & conf. 208. n. 16. eodem lib. & in conf. 35. num. 7. eodem lib.

Sed quæstionis est an ea, quæ dicta sunt in sententia lata in causa maioratus, procedant in sententia lata in successione iuris patronatus, cuius successio primogenitis est deferenda? Et magis videtur idem esse dicendum, quod in præcedentibus dictum fuit in causa maioratus rerum temporalium, ex his quæ scripsi in 1. part. in initio, n. 65. cum certum sit quod in tali patronatu succeditur cum vniuersitate bonorum maioratus, vt probatur ex doctrina Bald. in l. vlt. n. 48. C. de edit. Diu. Adr. toll. & aliis quæ scribo in 3. part. quæst. 11. n. 2. quod ex facto agitur videtur. Et quæstio liter restitutio concessa hæredi transcat ad fideicommissarium, tradit Rebuff. tom. 2. ad constit. Regias, titulo de restitutione in integrum, in principio, n. 22. quod latius explicat Sfortia Odd. in tractat. de integritate restitut. part. 1. q. 46. art. 8. nu. 29. pag. 630. & quæst. 50. artic. 2. num. 34. cum seqq. pag. 655.

Sed nec est ommittendum, quod iam etiam vidi in praxi, quod obtinens sententiam pro se, non potest illi contrahere, nec allegare illius iniustitiam, & turpitudinem: l. si seruus plurimum, ubi Bald. ff. de leg. 1. & Iaso num. 5. fol. 92. notat Aymon conf. 123. num. 8. Ancharran. conf. 82. num. 2. Glof. Paris. in consuetud. Parisiens. part. 1. §. 11. num. 29. fol. 131. Fulgosius in dict. l. si seruus plurimum, Alciatus conf. 44. num. 7. libro 9. alias 492. volentes, quod non potest auditur quis contra titulum ex quo ipse ius habuit, & alij, quos citat Carolus Ruinus conf. 170. num. 12. lib. 4. & idem vult Glossa in l. sed est exceptio, in verbo, opposita, ff. de iustit. notat, & expendit Petrus Surdus decis. 108. num. 10. Antonius Peregrinus in tractatu, de fideicommissis, d. art. 53. num. 33. fol. 524. Sed nec hæres potest talem suspic-

rudinem allegare, l. filios, C. de reuocand. bis qua in fraud. credit. l. si creditoribus, C. de seru. pign. dar. manu. & aliis, vt per eundem Aymon. conf. 125. num. 6. Dom. Anton. de Padilla in transactione, num. 1. fol. 135. C. de transactionib. & faciunt quæ scribo part. 2. quæst. 5. Tiber. Decian. in practica criminali, lib. 3. cap. 19. num. 15. fol. 107. tom. 1. Licet in contrarium faciat quod scribit Claud. in l. filiusfamilias, §. diuis, num. 7. ff. de leg. 1. vbi tradit, quod collusio probari potest etiam per hæredem eius, qui colluserat, quem citat Marzarius in epitome de fideicommissis, part. 3. quæst. 62. fol. 62. qui refert Guidonem Papæ conf. 147. num. 5. Et vbi aliquis succedit non ex mera voluntate sui antecessoris, sed ex dispositione alterius, potest venire contra factum eius cui succedit, l. defuncto, ubi notant Glossa, Bart. n. 6. Salicet nu. 5. C. si in fraud. patron. facit i subemus, §. sanè, C. de Sacrosanct. Eccles.

Ex facto etiam agitur in materia præsentis quæstionis, vt supra conclusum fuit; & legendus est idem Cæsar in eadem leg. vnica, quæst. 15. num. 28. cum sequentibus pag. 590. ubi inter alia plura resoluit, quod exceptio rei iudicatæ non obest, si de incidenti proprietate non sit plene cognitum, vel alio quolibet incidenti, successor maioratus habet ius supplicandi à sententia lata contra antecessorem: dubitatum fuit an ille, qui habet ius supplicandi, teneatur suppli- care intra decem dies à die notificationis, vel currat à die scientiæ? dubium facit l. 1. tit. 19. de las supplicaciones, lib. 4. Recopilat. ubi decem dies: qui dantur ad supplicandum à sententia visionis, computantur partibus, si fuerint presentes à tempore datæ sententiæ, si fuerint absentes à die notificationis: in illi videtur non obstante ista lege, quod decem dies computantur à die notitiæ, si pars fuerit absens; cum idem sit in appellatione, quod dies dati ad appellandum currunt à die notificationis, vel scientiæ; cap. concertationi, de appellationibus, in 6. cum concordant. & regulariter acta præiudicant Tertio si scit causam agi, & eam non defendit, vulgata l. sapè, ff. de re iudicata, voluit Bart. in l. si perlorio, §. 1. ff. de appellat. & alij quos citat Rebuff. tom. 2. ad constit. Regias, tit. de Arrestis, art. vlt. glossa vnica, num. 14. pag. 561. facit ad hoc egregia l. 2. tit. 13. part. 3. in vers. Otro si dezimos, quæ si iuricio fuerit dato, ubi si procurator non appellauit à sententia contra dominum lata, potest dominus appellare intra decem dies à die scientiæ computandos; quæ lex est singularis, & eam commendat ibi Gregor. Lopez in glossa in verbo, supere, eadem conclusio persuadetur per l. 1. tit. de las apelaciones, lib. 4. Recopilat. ubi: Desde el dia que fuere dada la sententia, o recibio el agrauio, y oviere a su noticia. Confirmatur: quia regulariter & appellatio & supplicatio à pari procedunt, l. vltim. §. fin. C. de tempor. appellation. ubi hoc tenet Angel. & Salicetus, Glossa; in l. vnica, C. de sentent. præf. prat. Franciscus Marcus decis. 10. num. 41. Rebuff. tom. 1. ad constit. Regias, tit. de supplicatione, in præfatione, quæst. 10. num. 95. pag. 520. Robert. à Marant. de ordine iudiciorum, p. 6. vers. secundus actus principalis, n. 12. fol. 253.

Et quæ dicta sunt confirmantur ex opinione Alexand. & aliorum quos supra citauit, tenentium, quod successor in maioratu habet ius appellandi à sententia lata contra antecessorem intra quinque dies à die notitiæ: de quo puncto legendus est omnino Socin. Iunior in dict. conf. num. 138. & quæ scribit Zachardus in l. fin. num. 297. vers. ex quibus deprehenditur error, C. de edit. diu. Adrian. Mascard. in tractatu, de probationibus, lib. 1. concl. 114. num. 15. fol. 95. Iacob. Butr. in d. decis. 91. num. 4.

Addo etiam in materia præsentis quæstionis vnum notabile, & quod in practica contigit, scilicet, quod si quis petat bona maioratus, & contra eum allegetur prescriptio, iuxta ea quæ tractantur in q. 12. infra, si habeat filium, siue sit minor siue maior, potest se liti opponere, allegando prescriptionem non

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

obstare; quod ex prædictis constat, & ex pluribus, quæ scribo in principio secunda partis, ubi ex variis probatum fuit, filium primogenitum etiam in vita patris habere ius succedendi in bonis maioratus firmum, & certissimum, & pro ista sentia faciunt plura quæ scribo in fine principij dista 2. partis: Et qualiter variata instantia quæ vertebatur super fideicommissio, possit de nouo causa agi, absque eo quod obster exceptio rei iudicatae; constat ex text. notabili in l. Aurelius, §. fin. ff. de liberation. legat. de quo per Ias. in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 4. ff. de verb. obligat. Bart. & eundem Ias. num. 2. in l. ultima, C. de codicillis, & qualiter Tertio scienti motam litem præiudicet saltem possessio, tradunt Alexand. in l. à diuo Pio, §. si super reb. nu. 24. ff. de re iudicata, Iosephus Ludouicus decif. 26. num. 6.

Animaduerto etiam ad oppositiones, quas quotidie faciunt prætendentes successiones bonorum maioratus, vel alio modo se opponentes litibus profequuntur, quod non admittitur nisi quis ad agendum, si sua non interest, l. si paronum, §. qui fideicommissum, ff. ad Trebel. ubi Angel. & Alex. Decius in l. si ex conventionione, num. 1. C. de pactis, & in consil. 30. num. 4. & alij quos citat Cephal. in consil. 440. nu. 86. lib. 3. Roland. in consil. 3. num. 77. lib. 1. qui citat Bart. in l. posthumus, §. si quis, ff. de inoffic. testam. Felin. in c. ex parte de rebus, tradit Tiraquell. libro 1. de reuactu, §. 1. gloss. 2. nu. 51. pag. 54. & in tractat. de mort. part. 2. declarat. 4. num. 9. pag. 63. & faciunt quæ notanter scribit Vantius in tractatu de nullitate, titulo, quis possit dicere de nullitate: num. 22. pag. 70. Petrus Barbof. in l. qua doris 34. num. 8. pag. 758. tom. 2. ff. solut. matrim. Tiberius Decian. respons. 116. num. 76. lib. 1. Rebuff. tom. 2. ad consil. Regias, tit. de lite dilat. art. 3. gloss. ... Malcard. in tract. de probationib. quæst. 15. lib. 2. nu. 19 pag. 87. 929. n. 13. fol. 115. Celsus consil. 99. n. 1. Surd. decif. 120. num. 11. Mandos. in consil. 510. ad interesse fol. 32.

Et an successor in maioratu, qui se liti opponit, & sit maior, si teneatur assumere litem in statu, in quoniam reperit, præter Episcopum Couarr. in d. quæst. 13. practicarum questionum, legendus est Andr. Gail. lib. obseruationum, quæst. 71. num. 1. cum seqq. pag. 59. qui citando Couarra. in prædicto loco, distinguit inter Tertium comparentem ad excludendum actorem, & reum; & Tertium comparentem ad adiuvandum alterum; & addit, quod in priori casu, est distinguendum inter scientem, & ignorantem; in secundo nihil prodesse scientiam, vel ignorantiam: ad quem iungo Ioseph. Ludouic. decif. 26. Rebuff. tom. 1. de literis obligatoriis, art. 1. gloss. 10. num. 11. Et qualiter sententia Principis, quæ habet vim legis, noceat omnibus: tradunt Alexand. in l. sape num. 74. ff. de re iudicat. Matth. de Afflict. decif. 96. in fin. & decif. 190. in fin. Tiraquell. in tractatu, rei inter alios acta limitat. 29. Rebuff. tom. 1. ad constitutiones Regias, titulo de rescriptis, in præfatione, num. 152. quos citat Menoch. in consil. 413. num. 27. lib. 5. & tradit idem Menoch. in consil. 402. num. 44. eodem lib. & in consil. 424. num. 26. ubi ex Bald. in l. 2. numer. 4. C. quibus rei iudi. non nocet. tradit procedere, quando sententia lata per Principem fuit cum cautæ cognitione, & re bene discussa; non autem quando incidenter fuit facta declaratio: & traditur per eundem Menoch. in consil. 390. num. 39. lib. 4. quod istis diebus contigit, & adhuc sub Iudice lis est, super successione Comitatus de Palma; & resoluit Matth. ab Afflict. in consil. Neapol. lib. 3. rubrica 18. num. 5. fol. 285. & rubrica 24. num. 19. fol. 299. Ias. in l. cum prolatis, num. 4. ff. de re iudica. & in l. 1. num. 26. ff. de consil. Princip. & in l. 1. num. 23. & 24. ff. de feriis, & in l. si se non obtulit, num. 23. ff. de re iudic. in qua etiam materia est magni faciendus text. in l. cum ex literis, de integrum restit. quem ad aliud cito supra, quæst. 1. limitat. 1. in hac 4. par. ad quem text. legi debet consilium Cephal. 163. num. 4. lib. 2.

Et an possit imputari culpa illi, qui non supplicauit à sententia lata per Regiam Maiestatem, lector

decidat per legem 7. tit. 23. part. 3. ibi: Mas si el Emperador, o Rey diesse juyzio, no se puede nadie algardel. Et an restitutio concedatur contra sententiam Principis, tradit Thom. Grammat. consil. 123. num. 8. lib. 2. resoluit Aluar. Valasc. consultat. 160. & scripta per Auiles in cap. correctorum, in proemio, num. 14. & 17. fol. 18. & quod sententia Principis lata in vno negotio, faciat ius inter omnes, tradit Andr. de Isernia in cap. 1. de cap. Corrad. num. 6. fol. 197. ubi Liparulus, Olfac. decif. Pedemont. num. 44. Aluar. Valasc. consult. 128. num. 27. & 28. ubi resoluit, quod ad hoc ut sententia Regis faciat legem, oportet quod Rex ipse eam pronunciet; nec sufficit, quod pronuncietur per Senatores: quæ refert inter alios Tiraquellus in tractatu de primogenitura, quæst. 40. num. 162. Menoch. de arbitrariis, qu. 7. n. 53. Anton. Gam. decif. 307. & facit decifio Matth. de Afflict. 383. Zafij in rubrica, ff. de exceptionib. num. 7. quos refert Menoch. consil. 59. num. 10. & tradit Matth. de Afflict. in consil. Neapolitan. lib. 3. rubr. 18. n. 5. fol. 285. & rubr. 24. num. 19. fol. 299. Quinimo si sententia lata per errorem, potest reformari, per Principem, vel illius successorem, ut tradit Bellame. decif. 723. n. 12.

QVÆSTIO XV.

Successor bonorum maioratus, qui rem maioratus alienauit an eam petere possit.

SVMMARIVM.

- 1 Fun datur opinio quod possessor maioratus, qui rem alienauit, eam petere non possit: a. n. 1. 4. 40. 42.
2 Non potest quis venire contra factum proprium quod ipse fecit.
3 Turpitudinem propriam potest quis allegare ad desistendum, non ad insistendum in ea. Quid si agatur de damno vitando. n. 37.
5 Lex, vindicantem, ff. de euct. an procedat, quando contractus non valet, alterius quam contrahentis fauore, & n. 6.
7 Auctoris sententia.
8 Doctrina quadam Cornici circa intellectum l. 1. C. de donation. reprobatur.
9 Ex causa intrinsecus accedente potest quis possessionem mutare.
10 Agitur de reprobatione cuiusdam doctrine Alexandrij, & de intellectu text. in l. si tibi, C. de euctio.
11 Referuntur plures leges Regni libertati fauentes. Et quod fauore libertatis, potest quis contra factum proprium venire.
12 Libertas est rerum omnium favorabilissima.
13 An liceat opponere de iure Tertij contra petentem bona maioratus ei, qui illa donauit, dicendo pertinere ad proximum vocatum, num. 14. 16. & 18.
15 Nullitas introducta fauore certa persona, non potest allegari nisi ab ea persona, in cuius fauorem est introducta.
17 Intentionem fundatam cum non habet agens nisi in casu alicuius conditionis, tunc excluditur per exceptionem iuris Tertij.
19 Actori petentii aliquam rem potest opponi quod pertinet ad proximorem consanguineum.
20 Iudex an possit agentem repellere, quando ei constat actionem non competere.
21 Hæres an possit turpitudinem principalis allegare.
22 Quando & quibus casibus possit quis opponere de nullitate alienationis, cuius allegatio ad Tertium pertinet.
23 In beneficiis an liceat uti iure prædecessoris, quod est exclusiuum intentionis agentis.
24 Exceptionem opponere an possit quis nomine eius, à quo habet causam.
25 Exceptio de paritate gradus quando possit opponi.
26 Intentio actoris cum est fundata de iure communi, tunc vires exceptionis metimur ex Auctoris persona.
27 In

- 72 In proximum successorem in maioratu transit ipso in re dominium, possessore alienante, si id proximus petierit; & semel facta declaratione licet opponere de iure Tertij, & nu. 29.
28 Intellectus ad Pragm. dotium, hodie l. i. tit. 2. lib. 5. Recopil.
30 Excipiendi de iure Tertij si non possideat, sed ambo in Adipiscenda concurrant, de iure Tertij excipi non potest.
31 De iure Tertij potest opponi, quando opponens habet causam ab ipso Tertio, & iura sunt cessa.
32 Non vocati per testatorem an habeant actionem ad reuocandam rem alienatam.
33 Exceptio. Tua non interest, quando possit opponi.
34 Venire quis non potest contra factum, quod de iure non tenet, Contraria opinio, n. 46. 47.
35 Rescissionem contractuum non potest quis petere, si eius dolo fuit metus illatus.
38 Contractus etiam si nullus sit, contrahentes pœnam incurrun.
39 Res si concedatur Monasterio per testatorem, cum prohibitione alienationis; & quod si alienetur, veniat ad proximorem consanguineum: facta alienatione rei, & tradita, etiam si nulla sit, admittitur consanguineus vocatus in casu alienationis.
41 Possessor bonorum maioratus pro vita sua est dominus bonorum illius.
43 Pater potest donare filio usufructum, quem habet in bonis eiusdem.
44 Traditur contraria opinio contra ea quæ in num. 1. cum alijs dicuntur, à n. 44. Auctoris sententia, n. 85.
45 Pater qui filiam dotauit contra prohibitionem Pragmaticæ dotium, an possit dotationi contradicere.
48 Mulier soluta matrimonio an possit sine licentia mariti fundum vindicare.
49 Virilitas publica oritur ex conseruatione & unione bonorum maioratus.
50 Præiudicia propter publicam utilitatem reuocantur.
51 Legatum qui agnoscit, onus eius agnoscere videtur, & quomodo.
52 Pater qui donauit cum filiis careret, an possit filiis postea natis in vita donationem reuocare.
53 Agitur de vera ratione decidendi leg. quemadmodum, C. de agric. & censit. lib. 11. & n. 84.
54 Publica utilitatis ratione an possit quis contra factum proprium venire, n. 57.
55 Res proprias vendere an quis cogatur utilitatis publica fauore.
56 Voluntas defuncti contra publicam utilitatem seruari non debet.
58 Publica utilitas, & necessitas, qualiter differant.
59 Error non prædest, cum aliquid contra publicam utilitatem vertitur.
60 Alienatio prohibita propter publicam utilitatem an possit præscribi.
61 Legibus introductis ob publicam utilitatem ut delicta puniantur, & vitia reuocentur, renunciari non potest.
62 Statuta quæ excludunt feminas ob masculos, quia publica utilitatem in familiarum conseruatione respiciunt, favorabilia sunt, & n. 67. 80.
63 Decretum Principis, & ordo Ciuitatis, quod non extrahantur alimenta, ratione publica utilitatis, sunt valida.
64 Restitutio ob publicam utilitatem facta an operetur quoad bona in alium translata.
65 Collecta pro utilitate publica potest imponi.
66 Princeps an possit derogare contractibus inter alios factis ob publicam utilitatem, Quid in testamento, n. 82. An imponere tributa, n. 83.
68 Reipublica appellatione quid veniat.
69 Ratio quæ versatur pro publica utilitate, habetur pro expressa.
70 Præiudicium contra publicam utilitatem strictè debet interpretari.
71 Causa publica, & Causa pia æquiparantur.

- 72 Favor publicus est, æe ultima voluntates frustrantur.
73 Probatio contra præsumptionem iuris an admittatur propter publicam utilitatem.
74 In materia stricta & odiosa, propter fauorem publicum extensio an admittatur.
75 Præiudicium generale non includit casum utilitati publica contrarium, & n. 81.
76 Traduntur aliqua in cultura agrorum fauorem, & n. 77.
78 Actio superueniens lite pendente an conualidet iudicium ob publicam utilitatem.
79 Punio delictorum propter publicam utilitatem est materia fauorabilis.
Post num. 85. inuenies summaria quæ desiderantur.

Decimoquinto quarto, an possessor bonorum maioratus, qui alienauit rem maioratus, possit illam petere ab emptore, vel donatario, vel ab alio, in quem illam quomodolibet alienauit: Quæ quæstio satis difficilis est, ut in progressu illius apparebit, quia Doctores in duas classes diuisi sunt. Deus faciat, ut illarum meliorem, feliciterem, & vertiorem eligamus.

Et primo; quod ille, qui rem maioratus alienauit, eam petere non possit, probatur ex regula iuris, quod quis non potest venire contra factum proprium, quod ipse fecit l. post mortem, ff. de adoptionib. l. cum proficaris, C. de reuocand. donat. l. 1. C. de remissione pignorum; l. nemo potest mutare consilium, ff. de regulis iuris, cui regulæ standum est tanquam fundamento, nisi aliud expresse constet, l. ab ea parte, ff. de probationib. notat Decius in l. 1. numer. 10. ff. de regulis iuris, qui plura refert, & quis potest allegare turpitudinem propriam ad desistendum ab ea, & non ad insistendum in ea, secundum Bald. in l. 1. numer. 24. Cod. de ferriis, de qua materia legenda sunt quæ scribit Bernard. Diaz de Lugo, & Salzed. in additionibus regul. 24. per totam.

Secundo quod ad hoc facit l. cum ex familia, §. sed si vna, & §. duobus, ff. de legat. 2. & l. cum pater, §. libertatis, ff. eodem titulo, per quæ iura & alias rationes illam opinionem tenet in terminis, Paul. Castrenf. in consil. 453. De eo, quod primo loco queritur, numer. 2. lib. 1. ubi vult quod facta alienatione rei per vnum ex familia non potest alienans illam petere, licet in familia alius non supersit, qui ius petendi eam habeat: pro cuius sententia est text. in l. cum par. §. illi debet, ff. de regulis iuris, & istam sententiam resoluit in terminis Burlat. in consil. 173. numero 61. lib. 2. & tradit in ista materia Matthæ. ab Afflict. in consil. Neapol. libro 3. rubric. 5. nu. 77. fol. 166.

Tertio facit, l. vindicantem, ff. de euct. quæ lex est fortis pro ista opinione, & eundem regula etiam in hoc casu utilitatis, nec iusta ratio diuersitatis adhiberi potest, cuius legis autoritate plerique tenent, quod in diuisione hæreditatis censetur renunciatum fideicommissio, ubi promissa fuit euctio, ut Roman. consil. 457. num. 2. Curtius Senior consil. 74. Gratus consil. 26. num. 37. lib. 2. & alij, quos citat Menoch. libro 3. de præsumptionib. præsumpt. 113. numero 15. pagina 407. de qua in materia laticius tracto infra, quæst. 35. nec ab ista lege euadi potest, ex quadam Alexand. in consilio 109. Vtso processu, nu. 4. libro 4. ubi dicit, quod dicta lex, vindicantem, non procedit quando contractus non valet alterius quam contrahentis fauore, aut defectu, vel occasione per l. si tibi, C. de euctio. Et ex hoc ipse dicit, quod maritus potest venire contra contractum, quem fecit, alienando rem dotaalem, licet teneatur de euctio: quia contractus ille prohibitus est ratione mulieris, & ne alienetur eius res dotalis: & hanc doctrinam Alex. sequi videtur ibi Glo. Paris. quæ raro Alexandro parcit, in his quæ eidem veta non videntur: qui ad hoc etiam citat Rip. in l. qui Roma, §. duo fratres, col. 8. num. 43. ff. de verb. oblig. & duo Alex. consilia, in quibus Alex. hoc non dicit, & pro Alex. videtur expressa doctrina Bart. in dict. l. post mortem, ubi dicit, quod quando contractus est prohibitus fauore alterius, licet alicui venire contra factum proprium, per l. si creditoribus, C. de seru. pig. dat. manu.

Sed hic text. vt infra dico, procedit fauore libertatis, & tradit Bernard. Diaz vbi sup. fallen. 7. Et certe pro opinione Pauli in consil. nihil expressius adduci potest quam ista Alex. sententia, cum in bonis maioratus alienatio sit prohibita in fauorem omnium descendendum.

6 Et hoc t confirmatur notabiliter, quia regula dicta legis, vendicantem, non procedit, quando res euincitur ex natura rei, secundum Bart. Angel. & Salice. in l. si familia, ff. familia eriscund. vel ex facto auctoris, l. si legati serui nomine, ff. de leg. 1. notat Roma. cons. 503. col. ult. vers. ult. moucor. Rip. in d. l. qui Roma, §. duo fratres, n. 43. & ibi Crot. n. 78. Decius cons. 41. col. ult. & alij plures, quos citat Rol. nd. cons. 51. num. 19. lib. 4. Menoch. in tractat. de presumpt. lib. 3. præsumpt. 115. num. 16. pag. 407. vbi etiam limitat dictam legem, vendicantem, quando facto auctoris sequitur euictio. Boer. de non meliorandis filiabus, c. 34. n. 7. & potest allegare quis actum fuisse factum lege resistentem, secundum Glossam in leg. à Diuo Pio, in gloss. actionem, ff. de ritu nuptiarum, quam Bald. commendat in l. 1. C. plus valere quod agitur. n. 5. & est singularis secundum Iason. in l. inter cetera, n. 12. ff. de lib. & posth. & in l. cum hi, §. eam transactionem, num. 3. C. de transactionibus, & in l. transactione, num. 4. vbi Alexand. & Dominum Anton. de Padilla, num. 3. pag. 135. C. de transactionibus. Et quadrat etiam simile, quod conuentus à venditore rei vendicatione, potest negare illum fuisse dominum, quia hoc negando, non allegat turpitudinem suam, secundum Glossam, & Angelum in l. 1. in glossa, in versiculo, à non domino, ff. de publician. Alex. consil. 43. num. 8. lib. 4. & in cons. 185. num. 5. lib. 5. & in consil. 115. in fin. lib. 6. quem citat Fanus in tract. de pignoriibus, p. 2. membro 3. num. 64. fol. 19. Capic. in tract. de dote, q. 21. fol. 109.

7 Sed t ista quæstio est maiori examinatione digna, quia contrarium voluerunt Bart. in l. si à furioso, vbi Decius num. 8. ff. si certum petatur, idem Bart. & Salicetus in l. cum res, ff. de probation. Bald. in l. siue autem, §. si hereditatem, ff. de publician. idem Alexand. in cons. 28. num. 2. lib. 7. Paul. Castrenf. in l. si alienam, num. 4. & 5. ff. soluto matrimo. Ferrar. in forma libelli ad facti praestationem, in versiculo, recusauit, num. 4. pag. 262. Gloss. Paris. part. 1. consuetudin. Parisen. §. 14. gloss. 6. num. 3. fol. 156. & tradit nouissime Menoch. in tractatu, de praesumptionibus, lib. 6. praesumptione 63. num. 7. fol. 129. Quod confirmo: quia quando fideicommissarius agit contra heredem ad fideicommissum, non habet necesse probare de dominio testatoris, vt tradunt Natta consilio 400. Aymon consilio 61. num. 5. & alij, quos citat Marzarius de fideicommissis, quæstione 6. & quos addo notabilem in ista materia doctrinam Baldi in l. vnic. numer. 7. Cod. de moment. possess. vbi vult, quod in causa possessoria non potest allegari exceptio dominij, quando quis habuit causam à defuncto, vel eius heredibus; & quod quemadmodum quis non potest referre quæstionem dominij, ita nec eius hæres; tradit Iacob. decif. 215. in causa Parmensi, au. 2. par. 2. ex Felino in cap. inter dilectos, cap. penultimo, de fide instrumentorum, & quod emphyteuta non possit referre quæstionem dominij, resoluit Anton. Gamma decif. 9. nu. 1. ex Speculatore, titulo, de emphyteusi, numer. 66. & 67. Guid. Papæ decif. 172.

8 Ex quibus maximè dubito de doctrina Cornei in cons. 110. col. 2. lib. 1. citati ab Episcop. Couar. lib. 1. resolut. cap. 14. num. 6. vers. seruit deinde, dicentis quod volens intentare rei vendicationem t virtute l. 1. C. de donationibus, qua sub modo, tenetur probare aduersus donatarium fuisse dominum rei donatæ; & legenda sunt quæ scribit Cagnol. in l. neque pignus 45. num. 4. cum sequentibus, folio 116. ff. de regulis iuris, Mascard. in tract. de probat. lib. 1. conclus. 336. n. 9. folio 326. Decisio. Genuens. 5. n. 11. & quod assecurator non possit opponere assecurato, quod res non erat sua, tradit Decif. Genuens. 5. n. 11. & quod singularis successor possit referre quæstionem dominij, voluit Bart. in dict. l. si alienam: Cinus in

d. l. cum res, Alexand. in cons. 75. num. 8. libro 7. & tradit punctum idem Mascard. lib. 1. conclus. 456. num. 7. & quod ex noua causa possit quis referre quæstionem dominij, resoluit ex pluribus Aluar. Valascus consultat. 42. n. 3. pro quo faciunt quæ scribo supra hac 4. part. quæst. 1. limitation. 1. Et ex causa extrinsecus t accidente potest quis mutare possessionem, l. cum nemo, Cod. de acquirenda possessione, cum concordantibus, vt per Valascum dict. consultatione num. 6. & latius consultatione 195. & vltima, vbi tractat an possessori maioratus agenti pro iuribus suis possit obijci, & referri quæstio dominij de quo legi debet Tiraquel. in tract. le mort. par. 6. declarat. 1. n. 5. pag. 246.

9 Non igitur obstat t dicta sententia Alex. quæ quamuis singularis sit, falsa mihi videtur, & non tanto homine digna; & credo, quod legendo aliud dixisset, auri sacra fames, quid non mortalia postora cogis? & legem, quam citat Alexand. nequaquam eius doctrinam iuuat: quia lex, si tibi, C. de euict. probat ob fauorem libertatis, in qua illius fauore in casu illius text. quis venire potest contra factum proprium, quamuis tenatur de euictione; & quod ille text. procedat fauore libertatis, & in contrarium sit ius commune, tenent Glossa fin. ibi & Bald. & Salice. & alij, & est communis opinio, quod fauore t libertatis quis venire potest contra factum proprium, quæ etiam probatur in dict. lege si creditoribus, C. de seru. pign. dat. manu. & tenet Glossa in cap. inter dilectos, de donatariibus, & in cap. tertio loco, vbi Abbas de praesumptionibus, & alias consimiles Glossas refert Iaso. in l. iniurandum quod ex conuentione, §. procurator, num. 30. versiculo tertio fallit, fol. 79. ff. de iureiurand. cui adde Fabr. & Angel. in §. 1. quibus ex caus. manum. non licet. Montal. in l. 22. titulo de los testimonios, lib. 2. fori fol. 88.

10 Ex quibus apparet Bart. in d. l. post mortem, in primo membro distinctionis, non rectè intellexisse text. in d. l. si creditoribus, dum dicit, quod in casu illius text. licet alicui venire contra factum quod fecit: quia illud factum erat in præiudicium tertie personæ, & quod in causa libertatis ob speciale priuilegium conceditur, ad alias non est trahendum: l. quod vero contra, ff. de legib. Nec mirari debemus hoc esse speciale libertatis, cum propter illius fauorem alia infinita in iure statuta sint, & de iure nostro Regio sunt plures leges, quæ libertati in vniuersum fauent, vt patet ex proœmio tit. 29. par. 2. & l. 8. tit. 22. part. 4. & l. 4. tit. 5. & l. 6. tit. 13. & l. 5. tit. 14. & l. 17. tit. 22. part. 3. & l. 3. & 45. tit. 5. par. 5. & l. 27. tit. 14. l. 13. tit. vltim. part. 7. l. 2. & 22. tit. 9. l. 7. tit. 8. l. 6. tit. 29. part. 6. l. 2. titulo 12. lib. 2. Ordina. quæ est singularis l. 5. titulo 16. part. 3. t Et libertas est rerum omnium fauorabilissima, vt abundanter scribit Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 329. & 331. C. de reuocand. donat. & tradit idem Tiraquellus in tract. de pia causa, in præfatione. col. 15. vers. item legatum.

11 Quarto t principaliter dicta sententia fulyctur ex eo, quia cum tam ex iure, quam ex dispositionibus maioratus facientium, alienante possessore rerum maioratus bona ad maioratum spectantia, illico transferatur dominium ad proximum successorem in maioratu, iuxta Glossam & communem in l. quoties ab omnibus, C. de fideicommissis, & alios concordantes quæ scripti in 3. parte huius operis, quæst. 9. num. 11. sequitur euidenter, quod cum ille, qui semel alienauit, iam non habebat ius nec dominium: quia iam translatum est in successorem vocatum, illa bona perere non potest, & ex parte illius, qui iam rem vendidit, & eam perere vult, ius meriti debet, l. 1. §. 1. ff. si pars heredit. petatur, & res aliena possidens, licet nullam iustam causam tenendi eas habeat, non nisi suam intentionem implenti restituere cogitur, quæ sunt verba tex. in l. ult. C. de rei vendicatione, notat Paul. Castrenf. n. 13. Alex. n. 23. Iacob. n. 43. Corneo, n. 41. in l. vlt. Cod. de edict. Diui Adrian. toll. Menoch. remedio 4. de adipiscend. possessione, nu. 595. pag. 103. Hippoly. singul. 280. & quod si quis alienauit bona fideicommissi, amplius eam petere non possit, sed sit locus substituto, tradit Natta con. 144. num. 13.

num. 13. per l. peto, §. fratre, & l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2.

12 Licet ad hoc replicare possit, quod licet verum sit, quod dominium bonorum maioratus transferatur ipso iure in successorem, hoc verum est volente, & petente illo, ad quem ius deferretur, non alias; nam licet certum sit, quod potest opponi de iure Tertij, quando est merè exclusiuum iuris agentis, & ipso iure, secundum Bald. in l. bis consequenter, §. 1. ff. familia eriscund. & in l. cum seruum, colum. 2. post Cinum ibi, vbi etiam Aretin. C. de seru. fug. Natta in consil. 393. num. 4. lib. 2. Abbas in cap. venientes, numer. 25. de praescriptionibus, late Quintilian. Mandosii in tractatu regularum Cancel. regula 27. quæst. 15. num. 3. folio 54. Simon de Prætis interpretatione 1. dubitat. 3. num. 23. & 24. in solutione 4. folio 194. Rebuff. in tractat. de nomination. quæst. 14. num. 151. & alios plures; quos refert Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, n. 356. pag. 532. Cod. de renocand. donation.

13 Et quod possessor possit dicere, & allegare t ius Tertij exclusiuum iuris agentis, probatur in cap. cum dilectus, de iure patronatus & resoluit Quintilian. regula 27. de non indicand. iuxta formam supplicationis, quæst. 15. num. 3. fol. 54. faciunt scripta per Fuluium Pacianum in tract. de probation. lib. 1. cap. 7. numer. 60. folio 12. & in additionibus, per Bald. in l. auunculo, in fine, ff. de condit. sine causa, Gregor. Lopez in l. 51. tit. 14. part. 5. in glossa, de la Camara del Rey, de quo puncto etiam legenda sunt quæ scribit Simon de Prætis de interpretatione defunctorum volunt. lib. 5. dubitat. 3. numer. 43. folio 495. & notanter Thesaur. decif. 4. per totam: Ex quo venit, quod etiam in beneficalibus licet successori vti iure prædecessoris, quod est exclusiuum intentionis agentis, secundum Ioann. Andre. Cardinal. Imol. Felin. in cap. mandatum, de rescriptis, Rebuff. in tractatu, de pacifica possessione, num. 184. pag. 299. id procedit, quando quis priuatur ipso iure & cum effectu, secus si effectus priuationis consistat in voluntate Tertij, vt probatur in l. 2. ff. si ager velligalis, vel emphyteut. de quo per August. Berouium in cons. 61. num. 35. lib. 1. & voluerunt Bald. & Aretin. in locis supra relatis, & alij quos citat Tiraquellus in dict. loco, num. 358. ad quem addo additionem Petri de Ferrara in forma libelli, in actione negatoria, in versiculo, spectat. & pertinet ad commune, num. 5. pag. 250. notanter Zasius in l. 2. nu. 8. cum aliis, ff. de exceptione rei iudic. Menoch. consil. 90. numer. 110. lib. 1. Bursat. consil. 14. num. 22. & decretum annullarium tunc demum operatur, si in cuius fauorem apponitur, voluerit, secundum Ioan. Probum in additionibus ad Ioan. Mena in cap. tibi qui, num. 7. de rescriptis in 6. Iacob. Puteum decif. 8. libro 2. ad quem addo, quod nullitas t introducta fauore certæ personæ, non potest allegari nisi ab illa persona, de quo est decifio diuersorum Dominorum de Rota 133. n. 12. lib. 2. & 247. nu. 5. lib. 1. quas citat Lancellotus in tractatu, de attentat. cap. 31. de penis attentatorum, num. 16. folio 120. in noua editione, & facit quæ idem scribit num. 103. & quod scribit Cephal. cons. 152. num. 9. cum aliis lib. 2. vbi late probat, quod cum dispositio d. l. si vnquam, sit introducta in fauorem filiorum; si ipsi filij non reuocent donationem, nec declarent mentem suam, hæredes eorum non possunt reuocare.

14 Hinc etiam venit, quod agnatus volens reuocare feudam & alienationem eius, non potest allegare feudum fuisse alienatum, sine domini consensu secundum Oldradum consilio 139. Ad habendum, dubitat. 6. & Carol. Ruin. cons. 2. col. 1. lib. 1. Alciat. respons. 71. numer. 5. Cephal. consilio 3. num. 12. lib. 1. & alios, quos citat Menoch. consilio 111. num. 67. lib. 1. & in consilio 158. num. 91. libro 2. qui post Cephalum dict. consilio 3. hoc specialiter tradit in primogenitura, cuius priuatio prætenditur, & multa bona in proposito tradit Bursatus in cons. 40. n. 38. cum seqq.

15 Et quod possit t quis allegare ius Tertij, quando opponenti prodest, probatur in l. si cui, vbi Paulus, C.

de non numer. specum. tradunt Ancharran. in consil. 310. Albanus cons. 64. num. 2. Craueta in responsio pro genero, num. 400. Menoch. cons. 1. num. 321. Petrus Surdus decif. 301. numer. 15. & legenda sunt scripta per eundem de visio. 280. num. 3. & 4. Quibus addo, quod quando agens t non habet fundatam intentionem, nisi in casu alicuius ius conditionis, tunc excluditur per exceptionem iuris Tertij, l. si prior, §. Titio, ff. qui potiores in pignore habeantur, notat Aretin. in l. cum seruum, col. 2. C. de seru. fugitiu. & Consilium feudale primum, num. 11. vbi ex hoc probatur quod fratri petenti primogenituram obstat t exceptio, quod est alterius fratris maioris, etiam si talis frater maior nihil petat, nisi ostendatur consensus fratris maioris tacitus, vel expressus: & idem tradit Menoch. cons. 181. n. 92. lib. 2. qui ad hoc citat Bart. in l. 2. versiculo, ad hoc non tendis, ff. de exceptione rei iudicat. Aretin. in d. l. cum seruum, C. de seru. fugitiuis: & quod in isto casu consensus fideicommissarij si producat, cessio fideicommissarij, & ius superuenientis de nouo ei proficit, resoluit Simon de Prætis lib. 2. de interpretatione defunct. volunt. interpretat. 2. dubitat. 2. numer. 82. fol. 514. ad hæc facit, quod scribit Aymon in consil. 144. num. 21. vbi ipse probat, quod contra petentem bona fideicommissi potest obijci, t quod bona pertinent ad alios, qui sunt in pari gradu, nisi ostendatur de cessione, vel repudiatione tacita, vel expressa, allegat l. 2. ff. si pars heredit. petatur: Paul. Castrenf. in consilio 454. lib. 1. numer. 2. & consil. 87. lib. 2. Calcan. consil. 82. colum. 4. & idem Aymon. in cons. 166. numer. 14. vbi ponit regulam, quod actori petenti aliquam rem, obijci potest, quod pertinet ad alium proximiorum consanguineum; & faciunt scripta per eundem Aymoneth in cons. 72. num. 6. & in cons. 191. num. 3; tradit in terminis Petr. Surd. decif. 144. n. 18. qui allegat eundem Aymon. in d. cons. 144. n. 21. & per ipsum notata in cons. 49. n. 19. & ibi ponit regulam, quod obstat exceptio, tu habes parum in gradu, & quod, extat. proximior.

16 Et quod ius Tertij potest allegari à possessore, & vbi-cunque interest opponentis, & faciunt quæ in ista materia scribit Menoch. cons. 395. num. 65. lib. 4. & Roland. in cons. 93. num. 7. cum sequentibus, lib. 1. vbi resoluit, quod quando constat Iudici actionem non competere, Index ex officio t potest repellere agentem; licet dissimulatione non excipiatur, & potest allegari propria turpitudine; allegat Ioan. Andr. cap. inter dilectos, de fide instrumentorum, Bart. in l. iniurandum, §. quod ex conuentione, §. fin. ff. de iureiurand. & alia plura, qui numer. 21. resoluit, quod sicut principalis non potest allegare propriam turpitudinem, t ita neque illius hæres; & t scribo infra, & conducunt scripta per Anton. Gabriel. lib. 5. commun. opinion. titulo, de restitut. spoli. conclus. 1. numer. 43. Ioseph. Lud. decif. 39. num. 4. quibus addendum est egregium consil. Cephal. 133. nu. cum sequentibus, lib. 1. vbi late probat, quando, & in quibus casibus quis possit opponere de nullitate t alienationis, cuius allegatio ad Tertium pertinet; & notabile consil. Cumani 43. in fine, vbi resoluit, quod non potest allegari de iure Tertij, scilicet, quod alius est proximior: quia potuit esse inhabilis ille proximior, vel potuisset repudiare: & quod vbi-cunque lex resistit, & actio, & obligatio tollitur, semper opponi potest de nullitate, & allegari ius Tertij, probatur in l. in testamento, C. ad l. Falcid. & voluit Bart. in l. si non sortem, ff. de condit. indebiti; Abbas cons. 62. lib. 2. & alij quos citat Bursat. in cons. 81. num. 25. lib. 1. Parisius cons. 14. n. 22. lib. 4. Et t in beneficalibus, licet vti iure prædecessoris, quod est exclusiuum intentionis agentis, secundum Ioan. Andre. & Cardinal. in cap. mandatum, de rescript. Imol. & Felin. in cap. Capitulum, eodem titulo, Rebuff. in tractatu, de pacifi. possess. nu. 145. pag. 299.

17 Et quod vbi-cunque ius Tertij excludit ius agentis, ipso iure possit à quolibet opponi: quia non est exceptio, sed negatio iuris agentis, tradit Simon de Prætis lib. 3. de interpretanda defunct. volunt. interpretat. 1. dubitat. 1. solut. 4. num. 24. folio 194. & opponenti prodest, quis opponere

opponere potest de iure Tertij, vt per Abbatem in cap. cum non liceat, num. 15. de prescriptionibus, Ancharan. conf. 4. 10. col. 4. Albanum conf. 64. num. 23. notat Barbo. in l. viro atque vxore 40. num. 24. pag. 83. tom. 2. ff. soluto matrimonio, Menoch. d. conf. 1. num. 121. vbi etiam tradit, quod quis potest opponere exceptionem t nomine eius à quo habuit causam, & quis potest contra alium allegare de antiquiore possessione alterius, secundum Inol. in cap. fin. de prescription. Felin. in cap. si diligenti, num. 4. eodem titulo, faciunt scripta per Anton. Theaur. decis. Pedemont. 4. num. 1. cum seq. vbi resoluit, quando, & in quibus casibus liceat opponere de iure Tertij: & quod hæc exceptio, habes t in pari gradu alium, etsi dicatur de iure Tertij, possit opponi, dicit post alios Menochius in conf. 395. n. 66. lib. 4. vbi refert dicta consilia Paul. de Castro Aymonis, & Calcanei; & eundem Aymonem in conf. 74. in fine faciunt scripta per Petrum Barbof. in d. l. viro atque vxori 40. num. 24. pag. 833. ff. solut. matrim. tom. 2. & quod in Tertium singulare successorem transeat ius excipiendi, quod alienatio fuit, vel non fuit legitime facta; tradit Bertazo. in conf. 75. num. 7. quem citat Anton. Peregrin. in tractatu de fideicommiss. art. 39. n. 4. fol. 355. pro quo faciunt scripta per Aluar. Valasc. quæst. 32. num. 22. fol. 198. facit regula, quod postquam est fundata intentio actoris de iure communi, tunc t vires exceptionis meritur ex persona auctoris. l. militis, §. veteranus, ff. de testamento militis, ita quod non auditur ad excipiendum, nisi sua interest, l. ille à quo, §. si de testamento, vbi Alexand. ff. ad Trebell. Angel. l. 2. ff. de exceptionibus: Gloss. Patien. in consuetud. Paris. §. 1. §. 13. glof. 3. num. 9. fol. 147. Et confirmatur ex scriptis per Carol. Ruin. in conf. 25. num. 14. lib. 2. vbi scribit, quod si legetur res feudalis, hæres hoc contradicere non potest, nec opponere de iure Tertij, scilicet domini, in cuius voluntate consistit alienationi feudi contradicere: quod latissime tractat & nervosè Petrus Surd. decis. 108. num. 1. cum seq. quem citat Ioan. Francisc. in tract. de Baronibus, pragmat. 1. nu. 182. pag. 57.

Ex quorum scriptura & resolutione inferitur in ista materia, quod alienante possessore rerum maioratus, bona maioratus, ita demum transferuntur ipso iure dominium in proximum successorem, si ipse petat, non alias quæ etiam notanter confirmo ex scriptis per Dec. in conf. 323. vbi in materia nostra scribit, quod alienatio rerum subiectarum fideicommissi tenet, nisi à fideicommissario reuocari petantur, quod latius ostendit Olafcus decis. Pedemont. 94. n. 23. & Roland qui plura ad propositum scribit in conf. 100. num. 68. cum sequentibus, lib. 4. Ex quibus vidi vtrum inferri, quod in casu t Pragmatica dotium hodie l. 1. titulo 2. lib. 5. Recapitul. in illis verbis, aya perdido, non amittuntur bona ipso iure, nisi à parte cuius interest petantur, quod reputo nouum, & singulare: sed si semel proximus successor declarauerit se velle bona maioratus, statim illi ius queritur, & alienans illo priuatur, t per sententiam Angeli in Authentic. de non alienand. §. si vero, versiculo, sed tunc pone, nu. 83. fol. 10. & Capol. in conf. 25. colum. 3. versicul. circa dubium tertium, & notatur per eundem in conf. 45. Et si in alijs, col. 1. versicul. tertio dicatur; quæ sunt valde notabilia pro intellectu nostræ materiæ, & ad ea, quæ scribo in 3. part. huius operis, quæst. 9.

Et circa istum punctum, quando possit obici de iure Tertij, notanda est quedam doctrina extraordinaria, & singularis Alexand. in l. vlt. C. de edit. Dini adia. roll. num. 22. vbi vult, quod t si excipiens de iure Tertij non possideat, sed ambo in Adipiscenda concurrant, non potest excipi de iure Tertij: & idem voluit Carol. Ruin. in consil. 129. numer. 2. lib. 2. Menoch. in conf. 585. num. 37. quos contra Paul. sequitur Anton. Peregrin. in tractat. de fideicommiss. art. 48. num. 7. fol. 446. & opponi potest de iure Tertij, quando opponens t habet causam ab ipso Tertio, &

vbi iura sunt cessa, secundum Bart. in l. 2. ff. de except. rei ind. Paul. de Castro in conf. 369. Vifo, & examinato diligenter, lib. 2. Aymonem conf. 166. num. 16. faciunt tradita per eundem Peregrin. in eodem titulo, n. 46. fol. 445. quod reputo notandum pro intellectu nostræ legis 45. Et quod non vocati t per testatorem non habeant actionem ad reuocandam rem alienatam, tradit Moderni, præcipuè Loazes in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat. 1. n. 4. & 72. Bursar. conf. 97. nu. 21. lib. 1. Et quod exceptio, t tua non interest, possit opponi, post, & antelitem contestatam, tradunt Abb. & alij in cap. 1. de accusat. Anton. Beroi. in conf. 30. num. 27. lib. 2.

Quintò ista pars fulcitur ex l. per fundum, ff. de seruit. rust. prædiorum, vbi quis venire non potest contra factum, quod t de iure non tenet; & idem probatur in l. venditor ff. communia prædiorum, & voluit Bald. in conf. 403. Ioan. Simonem, col. pen. lib. 3. Alex. conf. 123. n. num. 6. lib. 1. & 103. nu. 14. lib. 2. de quo plura scribit nouissime Aluar. Vaz conf. 69. num. 14. vbi agit ad doctrinam Glos. Paris. lib. 4. de primogen. cap. 1. num. 21. fol. 116. vnde etiam sic, quod venditor non potest dicere venditionem simulatam fuisse, aut factam in fraudem filii, eo quod diutius in possessione illius mansit, vt constat ex Bart. in l. post contractum, colum. 3. num. 6. versiculo, sed an venditor, ff. de donationib. & in conf. 65. Petr. Nicol. & alios plures refert Tiraquel. in dict. l. si unquam, in verbo, donatione largitus, nu. 46. pag. 216. quem Authorem semper pro communi vtilitate citare non verebor, dicant mordaces quidquid velint; & tradit idem Tiraquel. lib. 1. de retractu, §. 1. glof. 2. n. 15. & glof. 18. nu. 20. & 24. Aretin. Decius & Gozad. quos citat Menoch. in tractatu de presumptionib. lib. 3. presump. 12. nu. 32. pag. 273. Et idè quis notu potest petere t rescissionem contractus, si dolo ipsius motus fuit, l. transactio, C. de transactioibus, cum concord. vt per Ant. Gam. dec. 262. n. 6. qui id exemplificat in marito, qui vxori metù intulit; ad quod concordantes citat Tib. Dec. in præf. lib. 3. c. 19. fol. 107. vbi resoluit, quando quis, vel agendo, vel excipiendo possit allegare t turpitudinem propriam, & est in 1. tom. Iasonis in l. insurandum, quod ex conventionem, §. si procurator, n. 18. ff. de iur. iur. & in l. inuigilantium, §. si paciscar. n. 3. ff. de pact. ad quem addo notabiles resolutiones Aluar. Valasc. consulta. 71. numero 9.

Et quod vbi cumque quis tractat de damno t euitando, possit propriam turpitudinem allegare, contra illum, qui tractat de lucro captando voluit Bart. & alij in l. alias, ff. de iureiurando, Ioan. Lop. in rubrica, de donationibus inter virum & vxorem: §. 5. 1. num. 9. pagina 162. vbi Baraho. Carol. Ruin. conf. 123. nu. 13. lib. 1. vbi etiam tradit, quod sicut quis non potest allegare turpitudinem propriam, ita nec illius hæres, Lancellotus in tractatu de attentatis, par. 3. cap. 31. de penis attentatorum, num. 290. pag. 134. & supra probaui ex Roland. conf. 93.

Sexto induco doctrinam Bart. in l. non dubium, num. 16. & 20. C. de legibus, quam supra reruli in quæst. 13. & cum hac opinione residere videtur Marzarius in lib. de fideicommiss. quæst. 37. folio 29. & plures citat Bursatus in conf. 173. & conf. 63. n. 82. lib. 2. ista confirmantur: quia regula est in iure, quod licet t contractus nullus sit, contraheutes nihilominus pœnam incurrun, l. senatus ff. de contrahenda emptione, l. fin. ff. de damn. infecto, notant Bart. l. nemo martyres, C. de sacrosan. Eccles. Glossa in l. eleganter, in verbo, nullam, ff. de dolo: Bart. in l. bona fide, ff. de depositi, latè Vantius, qui plura cumulat, in tractatu de nullitate, titul. quoties, & intra qua tempor. num. 59. cum pluribus sequentibus, pagina 105. & faciunt quæ scribo supra, quæst. 13. à num. 6. Quæ resolutio est optima pro confirmatione eius, quod in ista materia scribit Anton. Gama decis. 111. vbi resoluit, quod si aliqua res concessa fuit Monasterio per testatorem, t cum prohibe-

itione alienationis, & mandato, quod si alienetur veniat ad proximiores consanguineum; facta alienatione rei, etiam si sit nulla, admittitur consanguineus vocatus in casu alienationis per text. in l. rogo, 2. ff. de fideicommiss. lib. 1. & per notata per Bart. in l. sequitur, §. item Labeo, ff. de usufr. Angel. in consilio 169. Iaso. in l. fin. n. 135. C. de iure emphyt.

Septimò istam opinionem, adducendo aliqua ex superioribus, t & motus præcipue doctrina Bart. in d. l. non dubium, C. de legib. magno conatu defendit Tiraqu. in tractat. de viroque retractu, §. 1. glof. 9. nu. 31. pag. 138. & num. 40. Egidius Bossius in præf. crimin. titulo de Principe, num. 134. pag. 648. ex quibus omnibus hæc opinio iustificari potest ex alijs, quæ scribo in quæst. sequenti, quæ ad longum lector etiam legere potest. Et ista sententia etiam suadet: quia cum possessor bonorum maioratus pro vita sua sit t dominus bonorum maioratus, l. non idè minus, ff. de rei vindicat. cum concord. quæ scripsi in 3. part. huius Operis, quæst. 9. & ad illum pertinentem tempore vitæ suæ, l. peio, §. prædium ff. de legat. 2. Et quamuis dominium facta alienatione transeat in successorem, hoc verum est si successor hoc petat (vt supra probaui) sequitur quod non est iustum vt admittatur ad contraueniendum alienationi rei, t cuius fructibus ipse gaudere debebat, si non alienasset, & quos tacitè remittit rem alienando. Vnde etiam fit, quod t pater potest donare filio vsum fructum, quem habet in bonis eiusdem, vt probatur in l. cum oportet, §. non autem, versiculo, non autem res: idem tenent Bart. Bald. & Salice. & Paul. in dict. §. non autem, notatur per Tiraquel. in dict. l. si unquam, in verbo, donatione largitus, num. 211. pag. 255. C. de reuocand. donat.

Octauò ista conclusio probatur in l. quoties, C. de fideicommiss. per quam vult Decius consil. 498. num. 20. & hoc breuissimè, & vnicò verbo, tanquam si res ista non haberet tantam difficultatem, hoc tenet Molin. lib. 4. de primogen. cap. 1. num. 16. folio 114. ad quem iungo Ioan. Guttier. libro 3. q. præf. quæst. 41. n. 7. & 8. pag. 441. Sed ambo quæstiones non exactè tractant, & potest videri ex superioribus & alijs, quæ infra scribuntur, & addo Corneum in consilio 104. num. 7. lib. 3. Bertrand. consil. 115. lib. 2. in antiquis: Tiraquel. lib. 1. de retractu, §. 1. glof. 9. n. 42. & prius n. 30. & §. 29. glof. 2. num. 6. & de legibus comunalibus, glof. 7. n. 57. Marzarium de fideicommissis, part. 2. quæst. 37.

Contrariam partem t apertè tenuit idem Paul. Cast. qui in paucis sibi ipsi contradicit in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 3. ff. de leg. 1. vbi affirmat, quod res prohibita alienari extra familiam non solam potest auocari per alios de familia, sed etiam per ipsum, qui alienauit, per l. quemadmodum, C. de agricolis & censu, lib. 11. & idem tenent ibi Ambrosius Oppizon. colum. 5. & Ferdinand. Loazes colum. 6. pro quibus est bonus text. in l. ex hoc edito, §. si quis, ff. de alien. iudic. mutand. caus. fact. & ad hoc alias rationes adducit Tiraquel. in dict. loco, num. 31. pagina 137. & idem tenere videtur Arius Pinel. in l. 3. C. de bonis matern. num. 73. in versiculo, nullius etiam reuocetur, Domin. Anton. de Padilla in l. quoties ab omnibus, num. 4. C. de fideicommiss. Peralt. in rubrica, ff. de hered. instit. num. 95. cum sequentibus, pag. 54. Anton. Gam. in bonis maioratus, decisione 222. num. 4. Cephal. consilio 318. num. 89. & num. 101. lib. 3. vbi id extendit ad transactionem factam per prohibita alienare, Baëca de non meliorand. filibus, dict. cap. 34. num. 5. folio 160. vbi ex hoc disputat, an pater qui filiam dotaui t contra prohibitionem Pragmaticæ dotium, possit ipsemet contradicere dotationem. Cuius sententia confirmatur ex præcedentibus, & sequentibus; & tradit idem Cephal. in consilio 272. num. 4. libro 2. & in maioratu, citando Paul. in dict. §. Diui, & alios plures hoc tenet Caldas Pereira in tractatu, de renouatione emphyteu. questione 16. num. 32. folio 151. Ad illud autem, quod tradit Baëca, lector videat Ayoram part. 2. de partitionibus, quæstion. 20. per totam, relatum in propria specie per Ioa.

Guttier. d. lib. 3. præf. quæst. questione 41. num. 16. pagin. 443.

Et regulam, quod quis possit venire contra factum t quod de iure non tenet, tradit Natta conf. 293. nu. 4. lib. 2. & idem tenet Bald. quem prædicti non referunt in l. quoties, la 1. num. ... C. de fideicommiss. vbi dicit, quod si testator reliquit alicui Monasterio aliquid, & alienare prohibuit: si Religiosi fecerunt alienationem contra præceptum testatoris, possunt ipsimet alienationi contrauenire, & hoc confirmat in specie Thom. Grammat. decisione 93. num. 3. & 4. vbi latè sustentat, quod quis potest venire contra factum proprium, quando est nullum; ad quod est Glossa, vbi Bald. in l. 1. C. de liberal. causa, & idem tenet Glossa in d. l. post mortem, in gloss. 1. Andr. de Isernia in cap. Imperialem, de prohibita feud. alienatione, per Federic. in principio, num. 24. folio 99. Iaso in l. si donatione, num. 7. versiculo ego addo, fol. 53. C. de coll. vbi ex hoc confirmat quoddam consilium Federici de Senis 172. dicentis, quod est licitum venire contra propriam donationem, etiam iuratam, quando fuit inualida ex defectu insinuationis; notat Tiraquel. in d. si unquam in verbo, reueratur, num. 406. pag. 545. in speciali, C. de reuoca. donatio. & plenius de hoc agit in tractatu, de viroque retractu, §. 1. glof. 18. n. 25. & 26. pag. 248. quamuis contrarium Gloss. in l. tractatione, in fine, C. de transact. & in l. penultima, C. de restit. militum & in l. successores, C. de solut. quas Glossas citat ad hoc Bursatus in consilio 173. num. 59. lib. 2. in quo consilio in specie disputat, an ille, qui alienauit bona fideicommissa, illa petere possit. Et quod quis possit t venire contra factum, quod de iure non tenet, voluit vltra prædictos Afflic. decisione 335. dubio 2. Menochi. in consilio 89. num. 77. lib. 1. & alij, quos citat Anton. Peregrin. in tractatu de iure fisci, libro 4. titulo 6. num. 30. pagina 221. vbi materiam declarat Petrus Barbof. in l. 1. ff. soluto matrimonio, part. 5. num. 19. pagina 447. qui in numeris antecedentibus, & sequentibus plura scribit in ista materia, & tradit eleganter Aluarus Valascus consultatione 69. num. 4. & 14. ad ista legendus, & resoluit Bursar. in dict. consil. 173. num. 182. Menoch. in tractatu de presump. lib. 3. presumptione 12. num. 32.

Ex quibus confirmatur quod resoluit Baëca in lib. de non meliorand. filibus, cap. 11. num. 9. cum sequentibus, folio 83. vbi probat quod mulier, t soluto matrimonio, sine licentia mariti potest vindicare fundum quod tamen latius tracto in 1. part. questione 1. vbi legendum. Et vxor adiens hæreditatem mariti, potest vindicare fundum mariti à patre alienatum contra prohibitionem legis, l. dotale, §. fin. ff. de fundo dotali facit l. si quis eum, ff. de conditio. & demonstration. & quod notat Guid. Papæ sing. 810. Hæres. latè Burgos de Paz consil. 2. num. 33. & pro dict. Pauli sententia est Glossa expressa, quam nullus refert, per illum text. in cap. si quis Presbyterorum, in verbo, alienatur de rebus Ecclesie, vbi dicit quod regula dict. l. vindicantem, ff. de euit. non procedit, vbi contractus est nullus, quæ Glossa videtur in indiuiduo esse pro ista sententia Pauli, cum vt supra, & in alijs locis dico, alienatio per possessorem maioratus sit ipso iure nulla; & pro hac sententia non parum vrget vtilitas t publica, quæ oritur ex conseruatione, & vnioune bonorum maioratus, iuxta l. 2. tulo 15. part. 2. ob quam summum ius in pluribus remittitur, l. potiores, C. de officio rector. Prouincia, cum similibus, quæ refero in principio secunde partis, vbi hoc tracto Ad quæ addo, quod statuta, quæ vocant mafculos, & excludunt foeminas à successione, sunt facta ob publicam vtilitatem, pro conseruatione familiarum, & dignitatis vt latè scribit Tiraquel. in tractatu de primogenitur. quæst. 24. num. 14. pag. 227. & propter publicam vtilitatem t priuilegia reuocantur, vt latè docet Matth. ab 50 Afflic. in constitutionibus Neapol. lib. 2. rubrica 3. num. 74. fol. 199. & sententiam Glossæ in d. cap. si quis Presbyterorum, approbar, expressam in l. vlt. tit. 14. part. 1. ad quam quadrat Gloss. in cap. veniens, glof. penultima, de transactionibus & quæ vult, quod Rector Ecclesie faciens transactionem

transacionem de re Ecclesiæ, potest eam infringere obtemperata restitutione, si Ecclesia sit læsa de qua quæstione latè, & resolutiue agit Abb. in cap. cum venisset, num. 16. & 17. de institut. & faciunt quæ scribit Felinus in rubrica de rescript. num. 7. & resolutio Antonij Capicij 100. num. 1. & 7. vbi ex pluribus resolutis, quod vendens, & alienans feudum potest illud reuocare. Nec minus conducunt scripta per Caldam Percir. in tractatu de nominat. ad emphyteu. questione 19. num. 72. folio 219.

51 Et confirmo; quia licet ille, qui agnouit legatum, & videtur agnoscere onus legati, l. si ex duobus, §. si centum, ff. de legat. 2. de quo latè tracto p. 1. q. 55. & p. 2. q. 4. illat. 8. intelligitur quando onus de iure apponi potuit, secus si apponi non potest: l. uxorem, §. hares, ff. de legat. 3. l. 1. ff. de condit. institut. l. Cerdonem, ff. de operis libertorum, tradit Stephan. in l. femine, §. si vero plus, n. 6. C. de secundis nuptiis, folio 154. & pro illis etiam facit opinio Glossæ & DD. in d. l. si vngam, C. de reuocand. donationibus, volentes, quod pater, qui donauit, cum careret filiis, potest postea natis filiis ipsemet in vita reuocare donationem; idem volunt Doctores in l. 1. & in l. si totus, C. de inoffic. donat. & alij, quos citat Tiraq. in d. l. si vngam, in verbo, in eiusdem donatoris arbitrio, num. 1. & 2. pag. 555. Hanc etiam sententiam amplectitur maximus vir Lucas de Penna in l. qui fundos, eodem titulo, & idem in l. omnes, in fine, folio 192. columna 2. C. de fundo patris, lib. 11. & resolutio Simon de Prædis libro 5. de interpretat. defunct. volunt. interpretatione 2. dubitatione 2. num. 63. folio 513. qui ad hoc allegat Bart. in consilio 65. columna 10. Decium consilio 587. Barth. Socin. in consil. 79. num. 47. & 48. lib. 4. & alios plures, ex quorum Authorum numero apparet, hanc esse communem opinionem.

Quod tamen nullo concludente fundamento fulcitur: quia textus in d. l. i. quemadmodum, à quo Paul. & cum sequentes fundamentum sumunt, nihil eis ad iudicare potest: quia speciale est in casu illius textus, quod quis possit venire contra venditionem à se factam ob damnum, & præiudicium quod Reipublicæ fit; ex eo quod fiat alienatio hominum adscriptorum sine prædiis, ne prædia remaneant inculta, qui est verus intellectus ad illum textum, secundum Glossam ibi, in verbo, agnitione, quam sequuntur ibi Doctores: præcipue Ioan. de Plac. num. 11. fol. mibi 91. & postquam hoc scripti inueni, quod Bart. expresse in Authentic. de non alienand. & permutan. reb. Eccles. in rubric. num. 6. in versiculo, Nota gloss. fol. 12. dicit quod quis

54 potest venire contra factum proprium ratione publicæ utilitatis; & ita intelligit text. in d. l. quemadmodum, & in l. 1. C. de liberali causa. Ex quo inferri potest Gl. ibi, quod æconomus Ecclesiæ post rem Ecclesiæ per ipsum uet alienatam vindicare; pro qua opinione est expressa l. vlt. tit. 11. part. 3. quæ hoc extendit etiam in alienatione iurata; & facit l. vlt. tit. 14. part. 1. notat Angel. Aretin. in §. 1. inf. quibus alienari licet, num. 7. fol. 78. Quintil. Mandos. in tractatu de commissiõibus, in parte, commissiões super causa profana, versiculo, dicta creatura, fol. 16. columna 3. vbi hoc ampliatur etiam si interueniat iuramentum ex Glossa in d. l. cap. si quis Presbyterorum, & cap. 1. de his que sunt à maior part. Capitul. Decio consilio 134. in fine; dicit etiam Bart. esse casum specialem in d. l. quemadmodum, idem Bart. in l. post mortem, num. 1. fol. 32. ff. de adopt. Et fauore publicæ utilitatis, quis potest cogi ad vendendas res proprias, l. 2. §. qui putant, ff. ne quid in loco publico: tradunt Albericus, & Iaso in l. nec emere, ff. de contrab. empt. Couarru. lib. 3. resolution. cap. 14. num. 6. & non capitur qui ius publicum sequitur, l. nihil, §. 1. l. 16. ff. de regulis iuris, & propter publicam utilitatem potest quis expelli à domo conducta, etiam si promississet conductorem non expellere, vt tradit Valasc. de iure emphyt. q. 22. num. 8. Et contra publicam utilitatem

56 non est seruanda voluntas defuncti, vt in grauato contrahere matrimonium in notabili casu ostendit Simon de Præt. de coniect. mente, lib. 5. interpr. dubit. 1. n. 66.

fol. 481. & quod ratione publicæ utilitatis, possit quis venire contra factum proprium, tenet etiam Gl. in l. iuris gentium, §. si pacificè, in verbo, non liceat; vbi Iaso. n. 4. fol. 162. ff. de pact. Marth. de Afflic. vbi concludit in alienatione feudi in consil. Neapol. lib. 3. rubrica 5. num. 4. fol. 263. Barbof. in l. 2. par. 1. in princip. ff. solut. matrimo. num. 146. pag. 662. Laurent. Calcan. in consil. 129. num. 4. Th. Gram. dec. 12. num. 14.

In quo animaduertitur, quod licet necessitas, & publica utilitas, quoad quid æquiparentur, & tamen in multis differunt, vt tradunt Math. ab Afflic. in titulo, de officio Camerario, Francisc. Marc. decisio 236. & 521. Ioann. Francisc. in tractat. de Baronibus, pragmat. 176. pag. 55. Et quando aliquid vertitur contra communem utilitatem, error non prodest, l. quod non ratione, ff. de legat. tradunt Iason. in l. Barbarius, ff. de officio prator. Anton. Gabriel. lib. 1. communium opinion. titulo de probationib. conclus. 8. num. 18. pagin. 11. & quæ inducta sunt ad communem utilitatem, perpetua debent remanere, cap. 1. & 2. 25. quæst. 1. notat Rebuff. in tractatu de nominatione, quæst. 5. num. 40. pag. 131. Et vbiunque alienatio est prohibita propter publicam utilitatem, non potest præscribi, secundum Baldum in consil. 227. num. 6. lib. 4. per text. in d. l. quemadmodum, & legibus introductis ob publicam utilitatem, vt delicta puniantur, & vitia refrænentur, non potest renunciari, etiam cum iuramento, vt per Aymonem in consil. 229. numer. 12. & de publica utilitate legenda sunt, quæ scribit Auiles in cap. correctorum, cap. 3. numer. 31. folio 105.

Et statuta, quæ excludunt fœminas ob masculos, quia respiciunt publicam utilitatem, vt familiae conferuentur, sunt fauorabilia, l. 1. §. sed si heres, ff. de ventre inspiciendo, l. super statu, C. de quæstionibus, latè Guillemus Benedic. in cap. Raynuntius, de testam. in verbo, duas habens filias, num. 130. fol. 28. & legatum factum ob publicam utilitatem, dicitur pium, secundum Paul. de Caltr. in consil. 194. lib. 2. Tiraquel. in præfatione tractat. de pia causa, col. 19. Menoch. in tractatu de presump. lib. 4. presump. 115. nu. 24. fol. 222. Et valet decretum Principis, & ordo Ciuitatis, quod non extrahantur vinum, bladum, & cetera victualia ratione utilitatis publicæ, secundum Grammat. decisio 100. Marcum decif. 522. & 523. Episcop. Couar. & alios quos citat Bursatus in consil. 8. n. 8. lib. 2.

Et restitutio facta ob publicam utilitatem, operatur etiam quoad bona in alium translata, vt tradunt Menoch. de recap. posses. remedio 10. num. 11. Bursat. in consil. 128. num. 9. libro 2. de quo legenda sunt quæ scribo infra, hac 4. p. quæst. 23. Et collecta potest imponi pro necessitate publica, secundum Bart. in l. 1. §. quod si nemo, ff. quod cuiusque vniuersitat. & in l. 1. & in l. vnic. C. de mulieribus, & in quo loco; Nattam in consil. 215. n. 4. lib. 1.

Et ratione publicæ utilitatis Princeps potest venire contra contractum, secundum Baldum in l. fin. ff. de Senator. Ias. in l. Barbarius, ff. de officio Præsidis, l. uol. in cap. cum M. de constitut. & alios plures, quos citat Anton. Gabriel. de iure quæsto non tollend. consil. 2. num. 14. qui num. 15. hoc extendit, quod Princeps potest derogare contractus inter alios factos ob publicam utilitatem; ex Cardinal. consil. 85. & tradit concl. 6. num. 3. & interest Reipublicæ, & familiarum, quod conferuentur bona maioratus; vt animaduertit Peralt. in l. 3. §. qui fidei commissam, num. 121. pag. 239. (per singularem legem, & omnibus notam in l. 2. tit. 15. part. 2.) ff. de heredibus instit. Et cum illud specialiter sit inductum in fauorem Reipublicæ, sicut alia pleraque in iure, quæ ob publicam utilitatem sunt introducta contra rationem disputandi l. si ita vulneratus, §. multa, ff. ad l. Aquilam, cum concord. quæ omitto, quia de illis latè agunt Felin. in c. nonnulli, fallentia 7. de rescript. Iaso. in l. Barbarius Philippus, ff. de officio Prator. Roman. consil. 31. & alij, quos citat Ludouic. Gomez in regula, de non tollendo iure quæsto, quæst. 19. pag. 128. & scripti supra, quæst. 1. limitat. 2. num. 4. & in princip. 2.

57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76

princip. 2. part. in vers. Princeps tamen ob bonum, publicum, num. 540. & quod veniat Reipublicæ appellatione tradunt Doctores in titulo C. de iure Reipublicæ, libro 11. Azeued. in practica. Pisana, lib. 2. cap. 25. n. 6. fol. 88. & plura elegantia.

Et propter publicam utilitatem Iudex inquirat ex officio, c. qualiter & quando, num. 2. de accusationibus, cum concordantibus, per Quintil. Mandosium in tractatu de inhibitionibus, quæst. 54. num. 3. fol. 19. Marant. in speculo aureo, part. 6. titulo de Inquisitionibus, num. 122. fol. 151. Et ratio quæ versatur pro publica utilitate, habetur pro expressa, vt tradit Quintilian. Mandos. in tractatu, Anales casus, fol. 22. col. 3. versiculo, recentissimus octauus; & vbiunque restitutio in aliquibus casibus fieri debet, denegari debet ob publicam utilitatem, vt tradunt Iaso in l. Dini, fallent. 14. ff. de re iudicat. Corn. in tractatu, Quando spoliatus veniat restituendus, col. 2. limit. 13. Iacob. Put. decif. 329. nu. 5.

Et propter publicam utilitatem, quod est contra publicam utilitatem, strictè est interpretandum, l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quis in loco publico, declarat notanter Rebuff. in l. 3. num. 2. fol. 122. & in l. si quis num. 4. C. de aqua duct. lib. 11. & faciunt scripta per Ripam in l. quæstibus, §. 1. n. 11. fol. 234. ff. de privileg. creditorum, Mascard. in tractatu de probationibus, libro 1. conclus. 224. num. 7. Et causa publica, & causa pia, quæ æquiparantur, & leges pœnales extenduntur ob publicam utilitatem, vt latè resoluit Conradus in Templo Iudicium, lib. 1. cap. 1. de Imperatore, §. haresis exceptio, num. 5. fol. 18. & idem tradit Tiraquel. in tractatu, de cessante causa, limitat. 1. num. 59. & contra regulas iuris introductas propter publicam utilitatem, scribit Rebuff. in l. vnic. C. de sentent. qua pro eo quod interest, num. 72. cum seqq. pag. 352.

Et fauor publicus uentur ne frustrentur vitima voluntates, vt tradit Pinellus in l. 1. C. de bon. matern. part. 3. num. 99. folio 134. & Iudices inferiores, propter publicam utilitatem possunt alterare pœnam, vt tradunt Grammat. decif. 36. n. 7. Aym. in consil. 114. Ioan. Francisc. in tract. de Baronibus, pragmat. 14. n. 41. & facit quod ob publicam utilitatem scribit idem pragmat. 6. num. 20.

Et propter publicam utilitatem admittitur probatio contra presumptionem iuris, & de iure, secundum Iacob. Buttigat. in l. sue possidetis, C. de probationibus, quem & Socin. citat Ioseph. Mascart. in tract. de probat. lib. 1. conclus. 10. n. 74. fol. 12. & ad alia non est trahenda consequentia, l. ius singulare, l. quod uero, ff. de leg. & etiam in materia stricta & odiosa propter fauorem publicum permittitur extensio, secundum Glossam in l. si constans, in verbo, mariti, ff. soluto matrimonio, vbi Doctores cum concordantibus, vt per Quintilia. Mandos. in regula 22. de unionibus quæst. 3. nu. 3. fol. 11. Menoch. in tractat. presump. 189. num. 158. fol. 340. Et priuilegium generale non includit casum utilitatis publicæ contrarium, vt per Roderic. Suar. allegati. 13. num. 48. vbi Valdes in additionibus, pag. 88. Menoch. in tractat. presump. lib. 2. presumptione 9. num. 4. Episcop. Couarru. in practica, cap. 36. & alios, quos citat Valdes in d. l. additione.

in rubrica de fideiusoribus; Anton. de Fano. in tracta. de pignoribus, 2. part. membro 3. num. 49. & plura in fauorem culturæ agrorum tradit Ripa in tractatu de præseruatione contra pestem à num. 206. usque ad num. 236. fol. 17. & notat Laurentius Calcanus in consil. 58. num. 3. Et facit Pragmatica noua promulgata in fauorem agrorum cultorum, quos nos Labradores vocamus, & alia Pragmatica, hodie leges 43. tit. 4. lib. 3. fol. 182. l. 5. & 6. tit. 17. lib. 5. fol. 316. l. 25. tit. 13. lib. 8. fol. 176. Et actio superueniens lite pendente, conuadit iudicium ob publicam utilitatem, secundum Vitalem in tractatu clausularum, clausula, Nihil nouari lite pendente versiculo, hæc uero: Lancellorum Decium in l. non quemadmodum, ff. de iudiciis, Anton. Gabriel. lib. 2. commun. opinion. titulo de iudiciis, conclus. 3. num. 12. pag. 70.

Et materia dicitur fauorabilis, vbi agitur propter publicam utilitatem de punitione delictorum; & leges extendendæ, vt latè prosequitur Aymon. in tractatu de antiquitate temporum, part. 4. num. 99. cum sequentibus. Et Reipublicæ expedit, vt sententiæ latæ in bonis maioratus, faciant rem iudicatam, vt tradit Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis, parte 3. num. 49. fol. 88. col. 4. Et statuta excludentia fœminas à ob masculos, facta dicuntur propter bonum publicum conseruationem familiæ ac domus, secundum Cinum in l. 1. C. de adulteriis, & alios, vt per Tiraquel. in tractatu de primogenitura, quæst. 24. num. 14. pag. 217. Marth. ab Afflic. in cap. 1. qui successores teneantur: num. 13. fol. 57. Et priuilegium non tollit, nec includit causam publicæ utilitati contrariam, vt ex pluribus probat Menochius in tractatu de presumptionibus, libro 2. presumptione 9. num. 4. ad plures Doctores refert Dominus Valdes allegatione 12. pag. 88. Et Princeps ex causa publicæ utilitatis potest derogare testamentis, volunt Roman. Fulgos. & Roman. in l. si testamentum, C. de testament. Decius Episcop. Couarru. quos citat Anton. Peregrin. in tractatu de fidei commissis, art. 5. num. 117. fol. 512. Et quod Princeps ob publicam utilitatem possit imponere tributa, notanter tradit Roland. in consil. 52. num. 64. libro 2. Et quando Reipublicæ interest, admittitur petens, qui alias non admitteretur, secundum Bald. in l. vbi pactum, Cod. de transactionibus, Ioseph. Ludouic. dec. 26. num. 5.

Ex quibus constat quod text. in d. l. quemadmodum, nihil facit pro opinione Pauli & cum hic text. deficiat, in quo Paulus inuenitur prædictæ sententiæ se fundauit, omnia corrumpunt fundamenta, & ad illa facillimè responderi potest. Et si aliquid mea sententia ualere potest, ego secundum prædictam primam opinionem, sententiam ferrem, quia rationes pro ea adductæ sunt urgentissimæ, quæ militantes etiam vbiunque prohibitio alienandi esset expressa, licet Glossa in d. l. cum pater, §. libertis, in glossa affirmet, quod vbiunque prohibitio alienandi est expressa, potest quis venire contra alienationem, secus si tacita fuisset: & ibi Bart. & Doctores, notatur in l. seruo legato, in principio, ff. de legat. 1. notat Iason. in l. cum quid, lectura 2. num. 5. ff. si certum petatur & in l. seruus, nu. 11. ff. de legatis 1. Tiraquel. in libro, deleg. conubial. glossa 7. in verbo exprez nu. 57. folio 307. vbi in numeris antecedentibus & sequentibus plures differentias tradit inter prohibitionem tacitam & expressam: de quo legenda sunt quæ scribo in princip. tit. 4. part. 3. part. 9.

Et aded est vera ista 2. opinio, quod alienans tantummodo obligatur ad restitutionem pretij, vt scribit Thom. Gram. decif. 93. num. 3. quem sequitur Pinel. in l. 1. p. 3. num. 99. in fin. fol. 135. C. de bonis mater. Et ista maxime procedunt vbiunque ille, qui alienauit, ignorauit rem fuisse vinculatam, vt probatur ex notatis per Paul. Castrenf. in l. si ius familias, §. Dini, ff. de legat. 1. vbi Oppizo. column. 5. Loaz num. 18. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 26. glo. 2. nu. 6. & in d. l. si quis presbyterorum, & per Hieronym. Gabriel. in consil. 119. num. 3. vbi

vbi scribit, superueniente scientia illius, qui rem alienauit, si perseueret, & non petat, transferri ius petendi ad proximum vocatum; & faciunt quæ scribo infra.

S V M M A R I V M.

- 86 Alienatio facta Principis auctoritate non potest per faciem retractari.
- 87 Idem est ubicumque fuit iurata.
- 88 Differentia inter alienationem bonorum Regni, & maioratus, & nu. 90.
- 89 Mulier iurans non alienare rem dotalem, si postea alienet cum iuramento, non tenet alienatio.
- 91 Successores alienantis possunt contradicere alienationi iurata à predecesore.
- 92 Contractus etiam iuratus factus per mulierem sine licentia mariti, non valet.
- 93 Licentia qua requiritur in contractibus mulierum, quæ sunt vxorata, est propter præiudicium.
- 94 Hæredes & successores quando teneantur obseruare iuramenta antecessorum.
- 95 Grauius de restituendo in alicuius conditionis euentum, si alienauerit aliquid ex bonis restitutioni subiectis, qualiter possit alienationem impugnare.
- 96 Res maioratus si vendatur in presentia successoris, eadem non præiudicat, nisi dolo taceat, à nu. 96. ad 99
- 100 Maritus si maioratum instituat de re vxoris, & in illius presentia sibi vxor non præiudicat, nisi dolo taceat.
- 101 Successor in maioratu, & possessor si litigent super aliqua re, quam possessor alienauit, præfertur successor.
- 102 Rem qui vendidit, an postea possit eam, ut consanguineus retrahere.
- 103 Vendens rem maioratus qualiter teneatur emptori pretium restituere.
- 104 Fideicommissarius non proueniendo bona fideicommissi petens totum debet consequi, licet fideicommissarii sint plures si det hæredi cautionem de conseruando legataris & fideicommissariis.
- 105 Primogenitus si liti super maioratu renunciat, an præiudicat sibi, vel successoribus, & nu. 106.
- 107 Res donata per Regem alicui, & primogenitis successoribus, cum pacto quod non alienetur si facta, sit alienatio, an bona reuertantur ad Regem, vel ad consanguineos vocatos.
- 108 Testator prohibens alienationem bonorum pæna iniuncta hæredi, quod si alienet ea, in alium, quem vocauit, transeat; censetur etiam ad onus restitutionis grauare.
- 109 Bona maioratus si quis petat allegans, quod possessor conditionibus & grauaminibus à testatore prescriptis contraherit, & rem idem actori obicit, & ambo aequè probent, quis eorum præferatur, & n. 111.
- 110 In pari est pro possessore iudicandum.
- 111 Ex duobus malis minimum est eligendum.
- 112 Rem alienari si quis consentiat, qualiter videatur renunciare spem, quam in bonis habebat.

86 Prædicta autem conclusio limitatur, ubicumque ille qui alienauit, hoc fecit Principis auctoritate; quia licet alienatio sit ex aliqua subreptione, vel alia causa, nulla impeditur tamen alienans, ne illam petere possit, ne qui emit, decipiatur principali auctoritate; iuxta text. in l. 2. C. de his qui veniam aatis impetr. ca. 1. de transactionibus.

87 Item si alienatio fieret cum iuramento, quia licet Regibus permittitur sit reuocare alienationes per ipsos factas cum iuramenti confirmatione, ut probatur in cap. in intellectu, de iurand. vbi DD. plenissime, de quo etiam per Corset. in tractatu de potestate Regia. q. 5. n. 60. part. 5. Et notat Guid. Papæ dec. 239. Rex Francie, Ioan. Gutriet. de iuramento confirmatorio. c. 5. 2. n. 7. fol. 147.

vt supra dictum fuit, hoc in bonis maioratus præcedere non potest, ex cap. cum contingat, de iurand. cap. quoniam pactum, de pactis in 6. authent. Sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem; l. 6. tit. ult. p. 61. 56. tit. 5. par. 5. l. 16. tit. 12. par. 3.

Non obstat tex. in d. cap. in intellectu, quia ibi Rex prius iurauerat non alienare bona Regni, & ideo iustum est, quod quamuis postea iuret non contrahere alienationi, vel donationi, quam fecit, illam retractare possit; & ita intellexit illum text. Glof. in cap. licet mulieres, in verbo, compellendos, de iurand. in 6. quæ dicit, quod si mulier prius iurauerat non alienare rem dotalem, si postea alienet cum iuramento, non valet alienatio; quam glossam sequuntur, & explicant Doctores ibi & Abbas in dict. cap. intellect. & est communis secundum Imol. in dict. cap. cum contingat, n. 81. & Alciat. n. 43. & alios quos refert Episcop. Couar. in dict. cap. quoniam pactum, 2. par. relect. §. 2. num. 2. vbi de intellectu Glossæ late agit Gratian. Falcon. reg. 277. legendus tamen est Quintilian. Mandof. in tractu de signatur. gratia, vers. indiduum locandi, fol. 105. col. m. 3. vbi resoluit, quod si prælatus post factum iuramentum de non alienando bona Ecclesiæ, ea postea alienauit cum iuramento, non potest venire contra alienationem, & ita conclusum fuisse in Rotæ, ex Abb. in cap. cum venisset, num. 24. & 25. de instit. Arctin. in conf. 13.

Præterea magis prohibita est alienatio bonorum Regni propter præiudicium Reipublicæ, quam administrant, & administrare debent ipsi, & successores, & propter necessitates Regales, quam alienatio bonorum maioratus sicuti vulnus capitis est periculosius, quam aliorum membrorum; nam Rex est caput vassallorum, vt patet ex proximo tit. 1. part. 1. & l. 6. eodem tit. Vnde merito dicit in proposito nostro l. 28. dict. tit. 11. part. 3. ibi: *Acrefcer deuen los Reyes en el señorio de su Reyno, y por esta razon si el Rey jurare alguna cosa que sea en daño, o menoscabo del Reyno, no es tenido de guardar tal jura como esta.* Et est alia peregrina, & egregia lex 10. tit. 29. part. 2. ibi: *Esto se entienda de los señorios mayores, porque no menguassen, ni se desfiziesen del todo, que lex ponit differentiam singularem inter dominia magna Principum, & parua dominia, vbi vide Gregorium Lopez in glof. in verbo, Señorios mayores, & l. 5. tit. 15. part. 2. & facit egregia lex 3. tit. 10. libr. 5. Recopilacionis, in illis verbis: *el Rey puede libre y justamente tomar y cobrar los dichos bienes sin algun conocimiento de causa; & per totam legem, vbi legendus est Matienço in glof. 1. num. 60. folio 187. qui tractat qualiter Rex possit reuocare quæ ipse alienauit, & dixi latius in principio istius partis.**

Et ista conclusio, quod successor in maioratu non potest contrahere alienationi bonorum maioratus iurata, sine dubio non procedit in successoribus alienantis, qui alienationi & etiam iurata nequaquam stare tenentur, ex d. c. cum contingat, cum ibi notatis, vbi constat, quod vbi agit de præiudicio aliorum iuramentum non confirmat contractum.

Et ex hoc obiter infertur veram esse sententiam illorum qui dicunt, quod contractus factus per mulierem nuptam sine licentia mariti, non valet, & etiam iuratus, vt tenent Bart. in l. si quis pro eo num. 8. ff. de fideiussorib. & in specie nostrarum legum Regalium, Ioan. Lopez in l. 5. Taur. num. 18. & ibi Castell. Suar. in l. 13. tit. 20. lib. 3. fori. col. 3. fol. 48. & fol. 50. col. 2. Episcop. Couar. qui plenius fundat in epitome de sponsalibus, par. 2. cap. 7. §. 1. num. 3. fol. 89. & alij, quos citat Parlad. par. 2. rerum quotidianarum, §. 4. num. 43. pag. 74. Aucenda. in Diction. in verbo, Otorgamiento, fol. 197. col. 2. Cui adde Simancam idem tenentem in lib. de instit. Cathol. cap. 9. fol. 48. num. 160. Et hoc etiam sentire videtur Tiraquell. in legibus connubial. in glof. 4. & penult. num. 26. fol. 263. Mellia super l. Toleti, part. 7. fundamento 2. nu. 27. fol. 71. Quod est tenendum, quidquid Cifuent. in d. l. 5. q. 4. dicat, & pro hac opinione est etiam conf. Barth. Soc. 126. num. 1.

num. 1. lib. 1. Pro quibus facit opinio tenentium quod licentia, quæ requiritur in contractibus mulierum, quæ sunt vxorata, & propter præiudicium maritorum; vt tradit Tiraquell. in leg. connubiali. glof. 6. Consentement, num. 40. fol. 300. & facit quod scribit glof. 8. de son marit, num. 109. fol. 337. quod in Regno Castellæ verissimum est absque dubitatione.

94 Et de materia quando hæredes & successores teneantur obseruare iuramenta antecessorum, vltra ea quæ scribit Episcop. Couar. in cap. quoniam pactum, de pactis in 6. par. 1. relectio. §. 5. nu. 4. legendus est Quintilian. Mandof. in tractatu de ingratiud. c. 131. fol. 60. col. 1. & in tractatu de Monitoriis, q. 2. 4. fol. 9. cum seqq. Iaf. in l. admonendi, nu. 3. 2. ff. de iurand. & in l. si non fortem, §. si centum, nu. 8. ff. de condit. indebiti, Tiraquell. in tr. de vtroque retractu. libro 1. §. 2. glof. 2. nu. 1. cum seqq. Et qualiter & grauatus de restituendo in alicuius conditionis euentum si alienauerit aliquid ex bonis restitutioni subiectis, alienationem impugnare possit, constat ex Glof. in l. Marcellus, §. res qua, ff. ad Trebell. & in authent. contra rogatus, eodem tit. notat latius Angel. in conf. 159. nu. 2. Et quod alienans in fraudem, possit alienata reuocare, tradunt Bart. in l. post contractum, ff. de donat. Cephal. in conf. 286. nu. 13. lib. 2. qui idem tradit in hærede alienantis.

Item dubitatur an ista conclusio, quod possessor bonorum maioratus non possit petere re maioratus, quam vendidit, procedit ubicumque res maioratus venditur in presentia possessoris, & non contradicit; in quo dubio, primo aspectu, dicendum videtur, quod sibi præiudicat, quemadmodum si ille alienasset, ex Glof. in cap. 1. verbo, permissione, tit. de prohib. feud. alienation. per Lotbar. quæ dicit, quod si domino presente, & non contradicente vassallus feudum vendat, non poterit dominos eam venditionem reuocare, nisi errauerit; quam Glof. sequuntur ibi Jacob. & Bellouif. Mart. Laudenf. Aluaroc. & Cardinal. & est communis secundum eundem Aluarotum in cap. 1. §. præterea, quibus mod. feud. amittatur: & tenent alij, quos refert Tiraquell. in tract. de vtroque retractu, §. 1. glof. 9. nu. 11. 5. pagin. 167. vbi in numeris seqq. istam opinionem latius confirmat: & pro hac parte est etiam Glof. in l. cum proponas f. i. os. C. de pact. quæ dicit, quod si alienetur res prohibita alienari, eo presente, & non contradicente, cuius fauore facta fuit prohibitio, & in quem transferri debebat, sibi præiudicat; vt amplius illam non possit petere nec alienationem retractare, per d. l. cum patre, §. libertis, ff. de leg. 2. & d. l. quoties, C. de fideicommissis, & per illum Glof. sic consuluit Roman. in conf. 457. Et hæc opinio etiam adiuuatur ex l. si quis, §. venditionis, ff. quibus modis pignus, vel hypot. solui. l. creditor, ff. de reg. iur. l. 6. tit. 5. par. 5. l. 9. tit. 13. eadem par. & l. 36. eodem tit. 5. ibi: *Placendole, o no lo contradiziendo; & quam materiam tractat Anton. Fan. in tractatu de pignori. part. 6. membro 3. nu. 12. cum seqq. Tiraquell. lib. 1. §. 1. glof. 2. nu. 56. de retr. Dec. in l. aliud est vendere 120. ff. de reg. iur. & in conf. 475. numero 7. Bursar. in consilio 30. num. 27. Fului. Pacian. in tr. de probationib. li. 1. cap. 29. num. 52. cum seqq. fol. 86. facit l. 35. tit. 1. in part. 7. & tradit Petr. Anton. in tr. de fideicommissis, q. 14. nu. 10. pag. 538.*

97 Quibus non obstantibus (quæ verè & realiter non vrgent) contraria sententia verior est, insèd quod ex hoc non præiudicatur nec possessori, nec successori, qui in maioratu succedere debebat in iure, quod isti competit ad bona maioratus, sed remanet illis nisi vltra presentiam faciat aliquem actum, ex quo consensus arguatur magis explicitus: quæ conclusio probatur in l. si fundum per fideicommissum, ff. de leg. 1. vbi DD. præcipue Alex. & Iaf. & idem Alex. & Iaf. in l. que dotis, ff. solut. matr. & idem tex. in d. l. si fundum, ad hoc refert Glof. in d. l. cum proponas, quæ dum posteriori loco citat tex. in dict. l. si fundum per fideicommissum, potius hanc, quam contrariam opinionem tenere videtur, & in priori dicto Glossæ reprobat, secundum Bald. in l. 1. col. vlt. C. de bonis maternis: & hoc tenent alij plures,

quos refert Tiraquell. in d. glo. 9. n. 158. pag. 177. Dominus Ant. de Padilla in l. quoties ab omnibus, C. de fideicommissis, numer. 3. fol. 57. quem & alios citat Falcon. regul. 191. nu. 1. vbi ex hoc concludit, quod si quis vendat rem patrimonij, & proximior consanguineus sit præfens, sibi non præiudicat, ex doctrina Paul. in l. i. ff. de tribut. Anton. Gomez in l. 70. Tauri nu. 26. Et ad istam sententiam ponderat Peralt. post Alberic. Petr. & Paul. text. in l. Titia cum testamento. §. Lucia, nu. 4. pagin. 421. ff. de leg. 2. vbi hoc ampliat, etiam si fideicommissum sit alicui purè relictum, non tamen refert quæ relata sunt; & pro his facit regula, qui tacet ff. de reg. iuris, quæ translata est in l. 2. 3. tit. vlt. p. 7.

Et est regula receptissima, quod per solam presentiam non amittitur aliquid, tradunt communiter DD. in d. l. si fundum per fideicommissum, & in d. l. cum proponas; & in aliis pluribus locis: quod nouissime in ista materia tradit Cald. Pereir. in tr. de renouatione emphyt. q. 16. n. 47. fol. 135. vbi plura bona scribit: & ista conclusio est magis vera, ubicumque ille, in cuius presentia facta fuit alienatio, est filius familias, vel filia familias, & patet in eius presentia, bona alienauit, quia præsumptio est, quod propter patenam reuerentiam non contradixit secundum Bart. in l. 1. col. vlt. in princ. C. de bonis matern. Capol. in l. si contra. n. 44. ff. pro emptore, vbi n. 45. resoluuit, an filius teneatur denunciare, & protestari emptori ne emat, & pro Capol. multa refert Cald. Pereir. in d. q. 16. n. 55. folio 138. vel si sit mulier vxorata.

Limitatur tamen ista conclusio, nisi possessor maioratus, vel qui in eo habebat ius succedendi, fraude, & vel dolo, vt venditor decipiatur, taceat tempore venditionis, & in quo res venditur; nam tunc excluditur ac si ipse venderet, l. si sine volumare, C. ad Senat. Consult. Velleia. l. feminis, C. eod. tit. l. 3. tit. 12. p. 5. notat Iaf. in d. l. cum proponas, num. 11. & in d. l. que dotis, numer. 8. facit bonus text. in Auth. de nuptiis, §. si vero ab initio, col. 4. auth. ad hec, C. de Lar. lib. tollend. facit l. 1. tit. 5. p. 4. l. 5. tit. 22. eadem par. late Felin. in c. nome, numer. 13. de presump. Et quod notat Anton. de Butri. in c. cum Bertholdus, n. 22. versic. sextus casus, de re iudicata, vbi dicit, quod licet ab statuto tollatur exceptio, non tamen tollitur illa exceptio, quæ dolo aduersarij contingit; sequitur Perus. in c. dilecto, conclu. 52. limitat. 7. de appellat. Dec. in l. si foror num. 6. fol. 95. C. de collation. Et quod ex taciturnitate cum disponitur de fideicommissi bonis, arguatur dolo contra tacentem, tradunt Salicet, & alij in dict. l. cum proponas, quos citat Aymon. in conf. 72. numero 5. & facit quod scribit Mascardus in tractatu de probat. lib. 3. conclusio. 1219. numer. 47. fol. 148. ex l. 2. C. si res alien. & Bald. in l. si seruus hæres, per illum text. Cod. de repud. hæred. Nec minus inducit text. in l. 1. ff. de dolo, Glof. in l. reuocatum, ff. de liber. causa, cum concordan. vt per Gregor. Lopez in l. 35. tit. 14. glof. in verbo, Fazer le, par. 5. Et faciunt alia plura quæ scribo in 1. par. quæst. 23. & quæ scribit Tiraquell. in libro de legibus connubial. glof. 8. de son marit, num. 135. cum alijs, fol. 141. Caldas Pereir. in d. q. 16. n. 55. fol. 138.

Ex quibus etiam infertur limitatio ad id quod scribit in 1. p. huius tractatus, quæst. 23. numer. 74. vbi probatur, quod si maritus in presentia vxoris faciat maioratum de re vxoris; ex hoc mulier non sibi præiudicat, nec ius suum amittit; quia dicta conclusio procedit, nisi dolo mulier taceat, vt generum vel aliam personam, in cuius fauorem maritus vult facere maioratum decipiat; nam tunc mulieri præiudicatur, nec ex dolo suo præiudicium consequi debet, iuxta prædicta, & alia iura vulgata: & pro hoc faciunt scripta per Anton. de Fano in tractatu de pignoribus, part. 6. membro 3. num. 25. fol. 148. Et ista conclusio confirmatur ex pluribus, quæ in propria materia & quæstione scribit Petrus Barthof. in dict. l. que dotis, numer. 167. pag. 749. & l. 1. part. 54. numer. 62. pag. 472. eodem titulo & faciunt quæ scribo infra, q. 16. cum seqq. & quod si contractus bonæ fidei sit initus, is qui dolum fecit, nullum, dicere non potest aduersus illum, cuius fauore nullus est; voluit Glof. in l. h h iuræ

jurisgentium, §. Prator ait, in verbo, dolo malo, vbi Bald. Angel & Iaf. ff. de pabris, & alij plures quos citat Tiraquell. in tractat. le mort: part. 7. declaratione 1. num. 8. pag. 282.

Item ex superioribus quæ dicta sunt inferitur, quod si possessor bonorum maioratus, & alius, qui ex testatoris dispositione vocatus est, veniente casu, in quo fit facta alienatio per possessorem bonorum maioratus, concurrant ad petendum rem maioratus alienatam in aliquem, præferri debet proximus successor vocatus alteri, qui rem alienavit, cum potentius ius habeat quam ille, qui rem alienavit contra præceptum testatoris, & legis prohibitionem.

Et an ille, qui vendidit rem consanguinealem, ipsemet retrahere eam, & petere possit, vide latè Tiraquell. in dist. §. 1. glo. 6. vbi refoluit, & quod ille, qui semel Principi supplicavit, ut confirmaret aliquam alienationem bonorum maioratus, & ad hoc dedit consensum, non possit reuocare talem supplicationem, & consensum, ex pluribus probat Cephal. conf. 91. num. 6. cum seqq. lib. 1. per regulam l. sicut, C. de action. & obligat. l. ab emptione, ff. de pact. cum pluribus concordant. Et qualiter teneatur vendens restituere emptori, qui emit rem maioratus pretium, tradunt Paul. de Castri. in l. fin. §. sed quia, num. 2. C. commun. de legat. Grammatic. q. 93. Pinel. in l. 1. C. de bonis mater. part. 3. num. 96. & 100. illatione 4. & alij quos citat Cald. Perci. de reuocatione emphyt. dist. q. 16. num. 31. fol. 131. Et ad hoc faciunt quæ scribo supra. Et lectores animaduerto, quod si fidei-

commissarius præueniendo alios, petat bona fidei-commissarii, totum ille consequi debet, licet sint plures fideicommissarii, dando hæredi cautionem de conseruando eum indemnem à legatariis, & aliis fideicommissariis, vt tradit Simon de Pret. lib. 5. de interpretand. defuncti. volunt. d. interpretatio. 2. dubitatio. 2. num. 85. fol. 514. Nec est prætereundum, quod scribit Petra in tract. de fideicommissis. q. 15. num. 324. pag. 570. vbi reprehendit Tiraquell. d. glo. 9. num. 69. cum seqq. dicentem, patrem, qui rem alienari interdicitam extitane alienavit, posse reuocare talem alienationem, etiam absque priuilegio obligationis de euictione.

Præterea circa istam quæstionem offert se aliud dubium, an primogenitus qui litigat cum aliquo super bonis maioratus, possit liti renuntiare? In quo sic fit distinguendum, nam quantum ad ipsius præiudicium renuntiare quidem liti potest, cum de illius præiudicio tractetur, & idèd fauori suo potest renunciare, l. si quis in conscribendo, C. de pact. cum concor. maxime quia regulariter, qui liti renuntiat, nullum ius aduersario tribuere videtur, l. si re, vbi Bald. & alij, C. de ingenuis & manu. de quo plenius agunt DD. præcipuè Iaf. Lanc. Dec. Philip. in l. postquam liti, C. de pact. & alij plures quos refert Tiraquell. qui de hoc abundantiè agit in d. l. si vnquam, in verbo don. largitus, n. 203. pag. 252. C. de reuoc. donat. & idèd iste renuncians amplius non admittitur ad litigandum, quânis prætendat, quod bona sunt maioratus, & restitutioni subiecta, nisi se muniat beneficio minoris ætatis, iuxta l. minor, 25. annis omiffam allegationem, ff. de minoribus, facit l. si ad resoluendam, C. de prædijs minorum. Sed licet primogenitus ad suum præiudicium possit liti renunciare, non tamen in præiudicium successorum, l. pacto successorum, C. de pactis, l. si vnus §. ante omnia, ff. eodem tit. l. 1. C. de transact. notant DD. in eisdem locis, Iaf. in l. actionem, & in l. dubitari, num. 4. C. de pact. & res inter alios actæ, aliis regulariter non præiudicant; & hic addenda sunt quæ scribo in quæstione precedenti, & quod de Prælo scribit Abb. in c. 1. num. 8. de deposito, vbi probat, Prælatum non posse liti renunciare; quem citat Rebut. in tractat. de alienatione rerum Ecclesia, num. 66. & doctrina Andr. de Isernia, & Laurentis, Aluar. & Præpos. in capit. 1. §. in qua sit prima causa beneficij amittend. vbi voluit, quod licet alienatio facta per valfallum de parte feudi non valeat, tamen agnatus ipse non obstantè alienatione inualida admittitur ad illam partem.

102
103
104
105
106

Sed quæro pro perfectiori intellectu huius quæstionis, & aliarum quæ supra, & infra scriptæ sunt; Rex fecit donationem cuidam, & filio primogenito & successoribus, cuiusdam fundi, castri, vel villæ, aut alterius rei consimilis, cum pacto, & pœna, quod rem donatam donatarius, nec successores alienare possint in Clericum aut Ecclesiam vel Monasterium, aut aliam similem personam; nec declarauit cui res donata esset applicanda in casu contrauentionis, & alienationis; quæro an ad eam rem admittatur Rex donans, vel eius successores, aut consanguinei, & proximiores illius qui alienationem fecit; quod magis videtur ex doctrina Gl. in cap. 1. §. hoc quoque, in verbo partem suam de successione, feud. quæ dicit, quod in feudo paterno facta alienatione feudum non reuertatur ad dominum, sed agnatis proximioribus defertur; & Glo. sequitur ibi Andr. de Isern. & in c. 1. §. item si fuerint, in tit. quibus modis feud. amittatur. cum concordant. vbi Glof. Paris. in conf. 30. n. 13. lib. 1. vbi Glof. Paris. hoc sequitur, & alios concordantes refert; cui addo Dec. qui istam sententiam latius sustentat in conf. 208. num. 9. & idem voluit Bosius in d. loco, & numero citato; de quo legenda sunt quæ scribo 2. p. illatione 8. & infra hac par. quæst. 19.

Istis etiam addere libuit, quod si testator prohibeat alienationem bonorum maioratus, pœna iniuncta, quod si alienauerit, transeat bona in alium quem vocauit, & censetur eam grauare ad onus restitutionis, licet fundator nihil dicat; quia videtur transferre bona cum eodem onere in omnes vocatos, per regulam l. Cajo in princip. ff. de alim. legat. & in l. cum pater, §. ab instituto, ff. de leg. 2. vbi Bart. idem Bart. in l. peculium, §. fin. ff. de leg. 2. Paul. Castren. in conf. 152. col. 3. in fine, & conf. 326. n. 2. lib. 1. quos citant Hierony. Gabr. in conf. 123. nu. 40. Francif. Manr. lib. 12. de coniect. memo defuncti. tit. 3. num. 3. pag. 591. vbi ponit ad istam regulam quasdam limitationes, quas cautè lector accipiat in ista materia maioratum; & aliam quam ponit Hieronym. Gabr. in d. consil. num. 43. vbi scribit translationem fieri cum onere quando fit purè; ac similiter per l. quærebatur, §. final. ff. de testam. milit. & qualiter petens aliquam rem, & trahens tanquam liberam, possit postea petere tanquam de fideicommissio, & maioratu, & restitutioni subiectam, tradit latè Cephal. in conf. 624. n. 3. cum seqq. lib. 5.

Sed est quæstionis iam de facto agitata; Quidam petiit bona maioratus à possessore, quia contrauenit dispositioni, & ordini fundatoris; possessor obicit, quod actor etiam contrauenit conditionibus, & grauaminibus, à testatore præscriptis, quis obtinere debet? & magis est, pro reo, & possessore esse pronuncandum, per regulam singularem dicta leg. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2. in illis verbis: Eos ad fideicommissum videtur inuitasse, qui iudicio paruerunt alioqui per absurdum erit vice mutua petitionem inducis; scilicet vt ab altero partem alienatam quis petat, cum partem suam alienando perdidit; vbi Bart. notat Alex. in l. si mora, col. 1. ff. solut. matr. facit text. in l. cum pater, in princ. ff. de reg. iur. ibi: Cum par delictum est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa. Et §. vlt. eiusdem legis ibi: Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit, quam supra retuli n. 2. facit regula iuris, quod paria delicta compensatione tolluntur, l. viro atque uxore, ff. solut. matr. l. si vxor, §. iudex adulterij, ff. de adulteriis, l. 1. §. idem ait, ff. ne quid in loco publi. l. si duo, ff. de dolo, l. si vitem, §. si ad ianuam, ff. quod vi, aut clam. Et in pari causa præ possessore est iudicandum, l. in pari, ff. de reg. iur. & hoc dicit in terminis Oldr. in conf. 242. n. 1. ad quem adde Seraph. in tract. de priuilegijs iuramenti, priuilegio 85. num. 7. & 8. pag. 528. qui aliqua ad propositum scribit, & prius priuilegio 74. n. 151. pag. 418.

Et ista etiam faciunt ad quæstionem de facto inter duos Nobiles, & agitaram super quodam maioratu, in cuius fundatione cautum erat, quod non iungeretur cū alio, & ambo, qui prætendebant maioratum, habebant alium maioratum, quis eorum præferendus erat? Ad quam quæstionem vltra prædicta facit regula quod ex duobus

107

108

109

110

111

113 duobus malis, & minimum est eligendum, l. si procurator rei, vbi Glof. ff. de doli mali exception. c. 1. & 2. 13. distin. & facit text. in l. quoties nihil sine captione 201. ff. regul. iuris, ibi. Quoties nihil sine captione inuestigari potest, eligendum est quod minimum habet iniquitatis. Et qualiter si quis consentiat rem alienari, videatur renunciare spem quam habebat in bonis, & sibi præiudicari constat ex l. fundo 4. ff. ad l. Falcid. & scriptis per Barbofam in d. l. qua dotis, n. 150. pag. 738. ff. solut. matrim.

QUESTIO XVI.

Heres alienans rem maioratus an possit eam vindicare.

SVMMARIVM.

- 1 Definitio quæstionis, & n. 7. 10. Et præcipuè à n. 15. 16. 19. 20. 25. 28. 19. 31. & 32.
- 2 Hæres & defunctus vna eademque persona reputantur in parte qua hæres succedit, & ibi quid in successore dignitatis, & n. 18.
- 3 Hæres non tenetur approbare factum defuncti, quando est à iure reprobatum.
- 4 Hæres, inuentario facti, an possit venire contra alienationem à defuncto factam, & n. 6. & 23.
- 5 Et contra factum defuncti inualidum, & an tale inuentarium sit coram Iudice faciendum, num. 47. Quid si alienatio fuit prohibita per contractum, num. 52.
- 8 Hæres an teneatur approbare factum defuncti, quando defunctus poterat de hereditate pro libito disponere.
- 9 Hæres petere potest bona à defuncto alienata, quando testator non poterat de illis libère testari.
- 11 Actum an possit retractare qui de euictione tenetur, & n. 13.
- 12 Hæres an possit reuocare rem feudalem alienatam, & n. 21. Quid in fideicommissio, num. 22. 24. & 26.
- 14 Per filium & hæredem qualiter possit de euictione agi. Quid si euictio veniat ex natura rei, num. 30.
- 17 Filius hæres patris quando possit petere feudum à patre alienatum.
- 33 Regi an liceat venire contra Principis factum, cui successit.
- 34 Hæres venditoris rei maioratus potest alienationem rei reuocare, vbi alienatio in illius fraudem facta fuit. & n. 36. & 39.
- 35 Fideicommissum cum fraude euenti non est permittendum.
- 37 Fraudes obique iura abhorrent & execrantur.
- 38 Filius hæres patris an possit venire contra contractum, & confessionem à patre factam, per quam illum in legitima grauauit.
- 40 Alienatio & dilapidatio bonorum per hæredem grauatum facta presumitur animo dolo euenti fideicommissum.
- 41 Hæres potest venire contra factum testatoris, quando ei non reliquit quod relinquere tenebatur.
- 42 Potest etiam venire contra factum defuncti, quod de iure non tenet.
- 43 Hæres qui potest petere rem à defuncto alienatam, an possit petere debita qua defunctus illi debet.
- 44 Quæ utilitates ex Inuentarij confessione sequantur.
- 45 Hæres an possit petere, quod eius creditum ab hereditate separatur.
- 46 Pater si vendidit rem filii, & postea decedit duobus filiis relictiis hæredibus, filius cui res erat vendita, licet sit hæres pro dimidia, an possit vindicare illam rem pro alia dimidia, in qua defunctum representat.
- 48 Feudum si alienetur, quod potest cum Regio assensu alienari, sed sine illo fuit alienatum, & filius maior hereditatem patris adiuit, an teneatur fratribus ad estimationem.

- 49 Hæres an sit aliquis vel non, standum est illius assensu.
 - 50 Repudiatio hereditatis an inducatur per verba enunciatiua.
 - 51 Euictio an habeat locum, quando res euincitur ex facto & substitutione auctoris.
 - 53 Fideicommissum an comprehendatur hereditatis appellatione.
 - 54 Vindicatio rei per patrem alienata tutior est filio in vita patris, quam eo mortuo.
 - 55 Filius aliqua habet tanquam filius, licet non sit hæres; & aliqua, vt filius & vt hæres.
- Post numer. 55. inuenies summaria quæ desiderantur.

Decimosextò quæro, an successor in maioratu, qui & idem est hæres prædecessoris, possit petere rem à suo antecessore alienatam, pertinentem tamen ad maioratum? Quam quæstionem aggredi certe verebar tam ob eiusdem difficultatem, & amplitudinem; & varietatem Doctorum eam scribentium, quam quia duo in ætate nostra Luminaria, (quos statim citabo) eandem resoluere totis viribus conati fuerunt, quorum opera in scientia & loquentia longè ab istis meis distant. Postea necessitas reddendæ rationis istius provincie, quam debellandam assumpsi, in arenam meam sententiam exponere coegit. Istam igitur quæstionem multis verbis, & ingenti autoritate examinauerunt in terminis duo nostræ nationis professores, scilicet Petrus de Peral. & Arias Pinel. quorum primus magna vi defendit, successorem in maioratu, & eundem hæredem prædecessoris, posse (etiam non confecto inuentario, quod magis mirandum est) reuocare alienationem à prædecessore factam de re aliqua maioratus. Is inquam latissime hoc sustentat in rubri. ff. de hered. instituend. num. 95 cum seqq. pagin. 54. pro qua sententia faciunt scripta per Matth. ab Asti. in consuet. Neapolit. lib. 3. rubric. 5. num. 7. fol. 260.

Secundus hanc quoque sententiam veluti æquiorum amplexus fuit, licet difficile eidem videatur ad obiecta respondere in l. 1. par. 3. num. 99. fol. 134. vers. quod autem à fortiori, C. de bonis matern. quem nouissime citat Guillelm. Redoan. in tract. de alienatione rerum Ecclesia, quæst. 64. pag. 409. colum. 2. Et illum reprobandum per multas rationes Phanurius de Phanurijs in tractatu de Inuentario, in vers. enucleatis, num. 156. fol. 315. 8. volum. tractatum, vbi legi debet Mena in additionibus, fol. 14. Et hanc opinionem latissime confirmat Menoch. in conf. 89. num. 34. cum seqq. lib. 1. Ant. Peregrin. in tractat. de fideicommissis, art. 33. num. 11. fol. 296. qui num. 63. hoc tradit in bonis fideicommissi, post Fulgosi. in conf. 67. qui refert inter alios Socin. Iuniorum in conf. 116. num. 53. lib. 1. Alban. conf. 73. Tiraquell. de retractu conuent. §. 1. gl. 9. n. 50.

Mouentur isti Doctores validissimis iuribus, & rationibus, quæ inibi Lectores legete poterunt; & pro hac opinione est sententia illorum, qui tenent, quod si patet accipiat emphyteusum pro se, & liberis, quam postea alienauit, potest filius, etiam si sit hæres patris confecto inuentario petere rem alienatam, vt est magis communis opinio; secundum Sylluanum conf. 30. num. 33. Anton. Ruben. in l. Gallus, §. quidam recte, num. 190. ff. de liber. & posthum. & alios quos citat Anton. Gama de cessione 8. num. 4. & text. singularis, qui à nullo refertur in l. sicut, §. illud videamus, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solu. ibi: Qui non successoris iure, sed alio modo rem nactus. Et plura ad propositum scribit August. Beroi. in conf. 68. num. 56. cum seq. lib. 1. & tenet Carol. Ruin. in conf. 164. in fin. lib. 3. & punctum licet breuiter, quasi non pateretur tantas difficultates, tradit nonissime Petrus August. Morla in emporio iuris, par. 1. tit. de locata, q. 2. num. 21. fol. 444. & quasdam remissiones citat Zanchus in l. hæres mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. part. 4. num. 458. pagin. 210. & legi debet Tiraquellus in tractat. le mort: part. 2. declarat. 10. numer. 4. & 9.

Et licet regulariter hæres & defunctus reputentur vna & eademque persona, *Aubent. de iureiurand. à moriente. præfuit. in princip. l. 13. titul. 9. par. 7.* cum vulgaribus, successores tamen in Dignitate, non est eadem persona cum defuncto, secundum Abbat. *in c. cura, de iure patron. Greg. Lopez in d.l. 13.* Pro quorum opinione etiam facit doctrina Andr. de Isernia *in cap. Imperialem, de prohibita feud. alienatione,* vbi dicit, quod hæres potest venire contra alienationem à defuncto factam, quando alienatio est inualida, & ibi Additionator: & idem *in c. 1. §. donare, qualiter olim feud. alienari poss. nu. 8. fol. 101.* & notat Bart. Soci. *in conf. 79 libro 4. & alij, quos citat Burg. de Paz conf. 14. num. 71.* Thom. Grammat. *decisione 93. In causa illustri Ducis, numer. 8.* vbi refert Bald. *in conf. 161. libro 5.* dicentem, quod quando alienatio est facta contra legis prohibitionem, hæres non tenetur habere ratum factum defuncti: & idem secundum eum, vbi hæres fecit inuentarium, qui ad hoc citat Dec. *in conf. 175.* & Paris. *conf. 23. num. 201. lib. 1.* Et idem vult Bertrand. *in l. hæc editæ, §. si vero plus, n. 12. Cod. de secundis nuptiis, Anton. Gabriel tomo 2. communium opinionum, libro 6. titul. de regul. iuris, conclusio 11. numer. 27. pagin. 334.* Et quod quando res est prohibita alienari, non habeat locum regula *leg. vindicantem, ff. de euictionibus,* nec euictio possit peti, tradit Matth. ab Afflicto *in cap. si vassallus, num. 5. si de feud. fuerit controuers. inter dominum, fol. 202.*

Et quod hæres non teneatur approbare factum defuncti, quando est à iure reprobatur, fundat Matth. de Afflicto *decisione 240. In causa Cubeli n. 7. per l. quem admodum, Cod. de agricol. & censit. lib. 11. & alia consimilia, quibus iungo Iasonem in conf. 13. lib. 4. n. 5.* qui istud vltimum, scilicet, hæredem confecto inuentario posse venire contra factum defuncti, melius omnibus tenet, rationem adducendo, quia confectio inuentarij ponit hæredem in eodem statu, & gradu in quo esset, si hæreditas adita non fuisset: per legem *vltim. §. in computatione, C. de iure deliberandi, vbi Bald. in 1. oppositio, dicit, quod confectio inuentarij facit hæreditatem esse iacentem; & idem Bald. in l. debitoris, C. de pactis, & quod hæres confecto inuentario possit venire contra alienationem à defuncto factam, plures citando, tenet nouissime Anton. Peregrinus *in tractatu de fideicommissis, art. 33. num. 11. fol. 296.* facium quæ scribit Iacob. Pute. *decisione 264. libro 3.* Et punctum tractat Masuet. *in additionibus ad Ferraram, tit. in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi, in additione, quæ incipit, In contrarium, pag. 292. colum. 1.* Et hoc etiam tenuit Decius *in conf. 345. num. 59. & in conf. 468. numer. 30. & conf. 516. numer. 20. & ante eos Alexand. licet eum non referant in conf. 124. num. 8. lib. 4. & in conf. 28. lib. 5. num. 11. Dec. conf. 208. num. 9. Paris. conf. 10. num. 7. libro 1. & in conf. 100. num. 8. & lib. 4. lal. conf. 59. lib. 3. Rubens conf. 84. num. 7. idem Dec. conf. 184. num. 1. & 4. & in conf. 395. num. 9.* Et plures citat Roland. qui ex professo punctum disputauit *in tract. de inuentario, par. 4. vers. num. quid hæres, num. 4. cum seqq. fol. 187.* vbi refert notata per ipsum *conf. 42. num. 16. lib. 1.* & est in 8. volumine tractatum, & conducunt quæ scribit Phanurius de Phanuriis *in tract. de inuentario, vers. hæc tamen vidimus, nu. 6. fol. 29. col. 1. 8. vol. tractatum, Matth. de Afflicto, in præfud. feudorum, num. 95.* Et est communis secundum eundem *in c. 1. an agnatus filius, num. 2. & in cap. 1. §. hoc quoque, de success. feud. num. 29.* & facit *l. 55. Taurina,* vbi disponitur, quod mulier constante matrimonio potest capere hæreditatem cum beneficio inuentarij sine licentia mariti; & faciunt plura notabilia, quæ scribit August. Beronis *in conf. 70. n. 42. lib. 1.**

Sed quod hæres non possit venire contra factum defuncti inualidum, nisi sit talis actus, quod defunctus etiam poterat venire contra eum, iuxta terminos legis, quemadmodum, *C. de agricol. & censit. libro 11. hæredem, ff. de regul. iuris,* tenet Pinel. *in dicit. l. 1. Cod. de bonis maternis, par. 3. numer. 83.* quem refert & sequitur Petrus Barbos, *in l. Lucius Titius 39. num. 20. pagin.*

811 ff. *salut. matrimon.* qui plura notabilia in ista materia scribit; & faciunt quæ idem scribit *in l. 2. in principio, num. 145. pagin. 660. ff. salut. matrimon.* Et confirmatur conclusio, ex Glof. singulari *in l. fin. §. in computatione, C. de iure deliberandi,* per quam dicit ibi Bart. *colum. fin. versiculo, venio ad vltimam questionem, quod si statuto Ciuitatis cauetur, quod nemo veniat contra instrumentum factum à se, nec hæres eius, si defunctus obligauit fundum eius, quem postea fecit hæredem, & hæres adiuit, & fecit inuentarium, poterit fundum vendicare; quia illa verba generalia, quæ dicunt, quod nullus hæres veniat contra factum defuncti, intelliguntur de hærede, qui non fecit inuentarium; & istam Glossam sequuntur, & summè commendant Bart. Bald. Angel. Salicet. Fulgos. Paul. & Alex. n. 1. Et hæc latè probat Albert. B. unus *inter consilia feudalia, con. 134. n. 1.**

Et quod confecto inuentario possit quis contra alienationem feudi venire, quia feudum est veluti æs alienum, tradit latè Socin. Iun. *in conf. 112. num. 11. & 12. lib. 2.* Et legenda sunt quæ scribit ad idem Ias. *in conf. 7. colum. 5. vers. quarto adhuc proprium, lib. 3. Curtius in tractatu feudorum, 4. part. principali, num. 148. pag. 462. Soc. Iunior conf. 100. num. 34. libr. 3. Zanchus in dicit. l. heredes mei, §. cum ita, part. 4. num. 409. pag. 115. ff. ad Trebellian. vbi volunt idem quod Socin. *in dicit. conf. 122.* Et de hac materia legenda sunt quæ scribit idem Zanchus *in eadem 4. part. num. 428. cum sequentibus, & nu. 457. Gozadinus conf. 46. num. 6. & vbi contractus prohibetur fauore publico, licet veniat contra factum proprium notat Bald. *in l. si tibi, C. de euictionibus; & confirmat Afflicto in constitutionibus Neapolit. lib. 3. rubric. 11. & 40. fol. 163. Menoch. consil. 86. num. 26. lib. 1. & dixi questione precedenti, & quod hæres possit venire contra alienationem à defuncto in isto casu factam, latissime fundat Deciso Pedemont. 181. nu. 20. vbi infinitos DD. pro ista opinione refert; ad quem addo Hierony. Grat. *conf. 91. num. 56.* vbi addit, quod si opponatur de euictione; replicabit, quod ipse non venit tanquam hæres, sed vt alius successor; pro quo est *tex. in l. Seia, ff. de euictionibus,* vbi probatur posse hæredem petere rem propriam, licet teneatur de euictione.***

Et istam opinionem, quæ quod successor in maioratu, licet sit eiusdem hæres, possit petere rem maioratus à defuncto alienatam, Molina, & alij pluribus relatis, Matienço *in l. 7. titul. 11. lib. 5. Recopil. glof. 1. num. 72. fol. 354.* Pro quibus etiam facit sententia illorum, qui tenent quod filius hæres, etiam patris, potest retrahere rem à patre venditam, vt Masuerius *in titul. de retractu, §. item secundum opinionem, & Boeri in titul. de retractu, §. 3. ad finem, & decis. 12. & alij quos citat Tiraquell. lib. 1. de retractu, §. 1. glof. 9. num. 52. pag. 154.* qui ad ista refert bonum text. *in l. debitor, §. vltim. ibi: Quia non quasi hæres, ff. ad Trebellian. & alia plura iura, & auctoritates; quibus addo Cifuentes in l. 70. Tauri, qu. 20. Carol. Ruin. *in conf. 146. num. 2. lib. 1.* Pro quibus etiam induci potest dictum Baldi *in l. 2. C. de inofficiosis donationibus, num. 6.* vbi dicit, quod hæres potest venire contra factum defuncti, quando ab illo non habuit, quod habebat necesse eidem relinquere: facit *l. dotale, §. vlt. ff. de fundo dotali,* vbi vxor adiens hæreditatem mariti potest vindicare fundum dotalem à marito alienatum contra prohibitionem legis, & confirmat laicus Aymon Craueta *conf. 200. num. 5. cum 2. seqq.* vbi etiam citat Paul. *in conf. 197. Visi dubii, col. 2. & conf. 248. Tria sunt, col. vltim. lib. 2. dicentem, quod hæres tenetur approbare factum defuncti, quando defunctus poterat de hæreditate pro libito disponere, & relinquere quibus voluisset: quæ sunt notabilia; & idem quod Bald. vult Paulus de Castr. *in dicit. conf. 97. num. 1. lib. 2.* & in terminis hodie nouissime istam sententiam tenet Aluar. Valasc. *conf. 69. num. 19. cum sequentibus,* dicens, sic vidisse iudicatum; fatetur tamen sequentem opinionem communem esse, & plures citat Cephalus. *in consilio 393. num. 25. lib. 3. Olafcus decisione Pedemont. 180. numero 5. cum seqq.* & hæres petere potest bona à defuncto alienata,**

alienata, quando aliunde quam iure hæreditario habuit, vel testator de bonis libere non poterat disponere; vt tradit Bursat. *in consilio 91. numer. 12. libr. 1. ex Pinel. in d. l. 1. p. 3. limitation. 8. num. 93. cum seqq.* ad quem addo Socin. Iunior *in l. filius familias, ff. dicit. ff. de legat. 1. num. 99. fol. 187.*

Et huic sententiæ patrocinatur publica utilitas, quæ refertur ex conseruatione bonorum & maioratus, ob quam pleraque in iure sunt statuta contra receptas regulas iuris, *l. ita voluntas, §. multa, ff. ad l. Aquiliam, cum concordant,* quæ ratio iudices ad practicandam istam sententiam procliuiores sæpe reddit; & per hæc alias consoltum fuit per probatissimos Viros, patronum alicuius patronatus & simul hæredem eius qui alienauerat rem aliquam pertinentem ad Ecclesiam, posse petere in iudicio rem alienatam: ad quod faciunt tradita supra, quæst. precedenti, num. 39. Ex quibus confirmatur quod scribit Alciat. *respons. 594. num. 15.* vbi inquit, quod præscriptio non currit contra successorem in maioratu, licet sit hæres illius, contra quem currerat; quod dictum est nouum & singulare: & istam opinionem, quod hæres illius qui alienationem fecit, possit eam reuocare; scribit Bertrand. *in conf. 15. num. 33. libro. 1.* procedere etiam in hærede hæredis.

Nec his obest regula, *l. vendicantem, ff. de euict. cum concordant.* nam potest quis retractare, etiam si de euictione teneatur, vt probat singularis *l. vlt. C. de euictionibus, dicit. l. Seia, ff. eodem tit.* vbi hæres iure proprio potest rem à suo prædecessore venditam reuocare, & nihilominus tenetur de euictione: notant Alexan. *in l. si mihi & tibi, in princip. ff. de verbor. obligat. & in conf. 109. col. 2. lib. 4. Fulgos. conf. 67. Deci. in dicit. 185. col. vlt. Tiraquell. lib. 1. de retractu, §. 1. glof. 9. num. 36. pag. 104.* vbi tradit filium hæredem posse infringere alienationem feudi, vel emphyteusis, si vult retinere, & teneri de euictione; in quo contrarium tenet Bursat. *in conf. 3. num. 40. lib. 1.* post Pinel. quem citat *in d. l. 1. num. 81. ampliat. 2.* & plura scribit Boer. *decis. 23. num. 13. cum sequent.*

Et ista confirmantur ex resolutione singulari, quæ habet, quod maritus potest petere rem dotalem alienatam etiam cum iuramento, constante etiam matrimonio, quamuis teneatur de euictione; vt resoluunt Bald. Nouel. *in tractatu de dote, p. 7. privilegio 1. num. 15. fol. 29.* Vitalis *in tractatu Clausularum, pag. 744. num. 16.* Ioann. Guttier. *de iuramento confirmatorio, p. 1. cap. 1. num. 97. 98. & 99. fol. 14.* Petrus Barb. *in l. i. ff. solut. matrim. p. 5. num. 17. pap. 442. tom. 1.* quod facit ad ea quæ tractauit *in precedenti questione; & quod vbi mater contraxit de rebus restitutioni subiectis, filij hæredes non possunt contradicere, tradunt Bertrandus in l. hæc editæ, §. si vero plus, num. 13. C. de secund. nupt. quod tractat Petrus Sord. *in conf. 196. num. 52. & decis. 99. num. 11. & qualiter possit agi de euictione per filium & hæredem, late tradit Menoch. in conf. 87. num. 78. cum sequentibus.* qui loquitur in bonis fideicommissi, præcipuè si ex natura rei sequatur euictio.*

Quibus non obstantibus semper contraria est opinio, vnde mihi visa fuit, per regulam text. *in l. cum à matre, C. de rei vindicatione. & l. 3. C. de rebus alien. non alien. ibi Sed si hæc ex persona sua vindicet;* qui textus (videri meo magis videt, quam quilibet alius de iure, & per alia quæ infra referentur. Et istam opinionem tenent Crotus *in l. filius familias, §. dicit. num. 146. ff. de legat. 1. & ibi Loazes num. 191. vers. quid tamen, Menoch. in conf. 11. num. 3. lib. 1. & in conf. 164. num. 18. & in conf. 274. num. 59. & 60. lib. 3. Roland. in conf. 71. num. 36. lib. 2. qui loquitur in eo, qui petit bona alienari prohibita Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliat. 7. C. de inoffic. testament.* vbi Valdes *pag. 39. Anton. Gom. in l. 40. Tauri num. 84.* ex quorum Authorum numero, & ex infra dicendis apparet, quod iorem opinionem, & est æquior, vult 34. nu. 38. & eam tenet Thom. Grañanc esse communem. Eleganter Carol. Ruin. *in propriis testator Burg. co. 08. num. 12. nmat. conf. 105. num. materia in conf. 11.**

lib. 5. & plures citat Simon de Prætis *lib. 5. de interpretan. defuncti. voluit interpretat. 2. dubit. 2. num. 58. cum sequentibus, fol. 513.* & fatetur communem Aluarus Valasc. *vbi supra,* licet teneat primam opinionem, pro qua faciunt vltra prædicta, sequentia iura & auctoritates.

Primò, regula trita, quod hæres & defunctus reputantur vna eademque persona in parte qua hæres succedit, quæ traditur *in Authent. de iureiurand. à moriente present. §. 1. & in l. hæredem eiusdem, ff. de regul. iur.*

Secundò, text. notabilis, ad quem diuinatoriè omnes respondent *in l. filius familias, §. cum pater, ff. de legat. 1.*

Tertiò, text. quia nullo loquente in ista materia refertur *in l. siue possessio, §. 4. C. de euiction. ibi: Siue possessio venditoris fuit, filius eiusdemque patris hæres frustra questionem mouet: siue non patris, sed filij eius possessio fuit, de qua iure hæreditario auctor laudari poterat, controuersiam mouere non potest,* ad quem textum, & de materia, quando filius hæres patris potest petere fundum à patre alienatum, lege Roland. *in tract. de Inuentario, p. 5. versic. quid si pater, num. 1. cum sequent. 8. volumin. tractatum, fol. 188. col. 4.* & quod hæres non possit mendacium defuncti allegare afferendo verum non esse, quod defunctus dixit voluit Bart. *l. rem alienam, notabil. 3. C. de pignor. & in l. cum res, C. de probation. Cagnol. in l. hæredem eiusdem, num. 10. fol. 136. ff. de reg. iur. & quod successor non possit reuocare contractum prædecessoris, etiam si sit successor in Dignitate, tradunt Alberic. *in l. digna vox, C. de legat. Lofred. in conf. 38. Ant. Gabriel in communibus opin. tit. de iure quæstio, concl. 5. n. 16. pag. 187.**

Quartò, *l. 24. tit. 13. part. 5. ibi, Esto se entiende, quando no quisiere heredat, ni auer parte en los bienes de su padre ta si quisiesen heredat en ellos, entonces no podrian demandar los sus bienes propios.* vbi Gregor. Lopez *in gloss. in verb. entonces, hanc opinionem in terminis tenet, & de hac l. 24. qui non meminit Roder. Suarez de cuius licet intellectu latè agit Episcop. Couarru. *resolut. lib. 1. c. 8. num. 5.**

Quinto, est regula *l. ex persona, ff. de regul. iur.* cum qua concordat elegans textus, & satis ad nostrum propositum conducibilis, *in l. 4. tit. 15. part. 2. vbi loquens, cum prius definiuisset Regem succedentem in Regno teneri soluere debita Regis prædecessoris, postea inquit, Ca derecho es, que como gana la honra è el pro de aquel a quien heredò, que assi tome la carga è el embargo del que lo auia de hazer: de qua Lege ago in prima questione huius tractatus, & in quæst. 26. infra, a num. 1. facit illa æquissima regula *l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* Cui legi 4. & isti materia conuenit opinio tenentium, Papam, Imperatorem, Ducem, & alios similes esse obligatos seruare pacta, & conuentiones antecessorum, vt resoluunt Ias. *in conf. 1. num. 2. lib. 2. & in conf. 10. lib. 3.* Boerio *decision. 204. num. 42. Aymon conf. 241. num. 17. Socin. Iun. in conf. 60. num. 29. lib. 3. Beronius in conf. 138. num. 9. lib. 3. & alij plures, quos citat Menoch. conf. 263. num. 18. cum sequentibus, lib. 3.* vbi loquitur in materia contingibili in Principe promittente non alienare, nec separare aliquem locum; & *in conf. 261. n. 177.**

Sexto, hanc opinionem confirmat dictum Pauli, quod nullus refert *in conf. 217. Premitendum est, quod cum dicta venditio, lib. 1.* vbi expresse tradit, quod filius potest venire contra alienationem feudi à patre factam quando filius venit ex propria persona, & non patris; & non est hæres patris: & idem voluit Matth. de Afflicto. *decis. Neapolit. 112. Paris. conf. 16. lib. 1. num. 41.* vbi tractat, an hæres illius qui feudum alienauit, possit venire contra transactionem? & ista est communis opinio secundum Curt. *in tract. de feudo, fol. 50. col. 3. in vers. limita prædicta, & alios, quos refert Roland. in conf. 97. num. 45. cum alijs, lib. 1. vbi num. 48.* reprobatur Glof. *in cap. 1. §. hoc quoque, de success. feud. in verb. Inuestitura, tenentem, quod in feudo antiquo hæreditario hæres potest*

potest venire contra factum defuncti : quam dicit ordinariam Iaf. in *dist. consil. 7. colum. 8. in fi. lib. 3.* & in aliis consiliis, quæ Roland. refert : de quo etiam per Carol. Ruin. in *conf. 38. num. 21. lib. 1. Berouium in conf. 70. nu. 41. & 42. lib. 1.* ad quam *Glossam* ipse respondit, quod contraria est communis opinio; & idem in successione bonorum feudaliū, quod non possit alienationem feudi per antecessorem factam reuocare, voluerunt Bald. in *l. qui se patris, num. 9. Cod. unde liberi* : Roman. in *consil. 18. num. 4.* qui loquitur in fideicommissis, & alij, quos citat Menoch. in *conf. 201. num. 181. lib. 3. & conf. 89. nu. 60. li. 2.* & notissimè in *tractatu de presumptionibus*, libro 4. *presumpt. 117. n. 7. fol. 225.* qui ad hoc citat Suarez in *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. ampliat. 7. num. 2. vers. ad prædicta tenebis, pagin. 36.* per l. unum ex familia, §. si rem, & §. si uno; ff. de legat. 2. & per alia quæ ibi tradit, ad quæ addo Gregor. Lop. in *l. 10. tit. 9. part. 6. in glos. in verb. de aqul.*

Decimò conducunt scripta per Nicol. Boët. *decif. 23. numer. 20.* Menoch. ubi hanc opinionem latè fundat *conf. 89. num. 61. cum sequentibus*, ubi refert Fulgos. Paris. Socin. Iun. Alciat. Alban. Tiraquel. dicentes testatorem posse disponere de fideicommissis pro suo hæredi restituendo, & hæredem obligatum esse obseruare hanc dispositionem; quod in bonis maioratus difficile erit obseruare : Segura in *l. hæredi substitutus, num. 77. ff. de vulg. Episcop. Couarr. in cap. 1. num. 23. de testamentis.*

Vndecimò vrget text. peregrinus in *l. si patri, Cod. de donationibus*, ubi, *Si patri tuo hæres non extiterit, ex facta ab eo liber alitate titulo donationis non posse iura tua ladi, manifestissimi iuris est.*

Duodecimò text. in *l. Imperator, §. si centum ff. de legat. 2.* qui probat, quod vbicunque ille, cui fideicommissum debetur, sit hæres institutus, & grauatur in re sibi debita per fideicommissum, si adit hereditatem, tenetur implere onus, notat Socinus Iunior *conf. 63. numer. 12. lib. 4.* Roland. in *conf. 30. num. 40. lib. 4.* per quæ duo consilia confirmo notabilem doctrinam Ioan. Lopez in *l. 17. Taur. num. 72.* ubi resoluit, quod si pater instituat hæredem filium, potest in re quam prius illi donauit, apponere fideicommissum, & grauamen; quem citat Burg. de Paz in *conf. 14. num. 26.* quod dictum refero etiam in *l. p. istius operis, q. 26.*

Decimotertio, quod scribit Bursat. in *conf. 2. num. 37. libro 1.* ubi probat hæredem patris non posse contradicere primogenito à patre facto; qui ad hoc refert Alexan. in *conf. 19. 26. & 28. lib. 5.* & alios complures Authores, & plura pro hac nostra sententia scribit Bursat. *conf. 3. num. 30. cum sequentibus*, ad ista legendus, & *conf. 160. num. 40. lib. 5.*

Decimo quarto facit tex. notabilis in *l. 1. ff. de except. rei iud.* ubi, *Marcellus scribit; si alienum fundum vendideris, & tuum postea factum petas, hac te exceptione rectè repellendum: sed si dominus fundi hæres venditori existat, idem erit dicendum.*

Scraphin. de privilegiis iuramenti, privilegio 21. num. 34. & 35. pag. 117. Alciat. in tractat. presump. regula 1. presump. 31. num. 3. pag. 770. Andre. Gail. dict. obseruat. 128. num. 12. & lib. 2. obseruat. 149. num. 5. pag. 266. & obseruat. 154. num. 17. pag. 271. Speculator melius omnibus in titulo, de locato, §. nunc aliqua nu. 182. fol. 112. part. 4. Corbul. in tractatu de iure emphyt. versic. octaua causa, nu. 31. folio 35. qui refert Angel. de Paul. Castr. Iaso. in l. apud Iulianum, §. siquis alicui, ff. de leg. 1. & Ioan. Grat. regula 290. num. 7. qui id etiam tradit in maioratu & possidens talia bona se defendere potest, vt non conueniatur tanquam hæres, vt per Masuerium in practica, in titulo de subhaftatione, versic. Item, que dicta sunt, quem citat Rebuff. tom. 1. titulo de literis obligatoriis, num. 3. pag. 157. & faciunt scripta per Molin. lib. 1. de primogeniis, cap. 8. num. 13. folio 56. Matienzo, in l. 21. Tauri, hodie l. 5. titul. 6. lib. 5. Recopilat. gloss. 1. folio 159. & in l. 8. tit. 7. lib. 5. Recopilat. gloss. 3. num. 24. & iterum num. 30. fol. 177. Tiraquel. in tractat. de primogeniura, quæst. 35. num. 11. pag. 257. notat etiam Anton. Gama decisione 174. num. 16. latè Episcop. Sarmient. in l. si cui certam, num. 9. pagina 38. ff. de legat. 2. Caldas Perrei. de nominatione ad emphyt. quæst. 22. nu. 22. fol. 256. Carol. Ruin. conf. 221. num. 4. & 5. libro 1. ad quos addo, quod si filius teneat feudum vel emphyteusum, acquisitum, vel acquisitum pro se, & liberis, non intelligitur se miscuisse: quia hæc non sunt hæreditaria, vt tradit Mantica de coniectur. ment. defunct. libro 12. titulo 9. num. 7. pagina 613. ex Bart. in l. siquis non quasi, ff. de acquirend. hæreditate, l. 1. in dict. l. pro herede, §. siquid tamen, num. 2. eodem titulo, de quo legi debet Caldas Perrei. dicta quæst. 22. num. 18. cum sequentibus, de quo legendus est omnino Ioan. Andre. in additionibus ad Speculatore, dict. part. 4. & §. nunc aliqua, dict. n. 184. in additione, quæ incipit, suis.

Quibus congruit, filio licitum esse repudiare hæreditatem paternam, & acceptare substitutionem pupillarem, l. si filius qui patri, ff. de vulgari, tradit Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita, part. 6. num. 74. pagina 165. ff. ad Trebellian. & legenda sunt scripta per Gratian. Falcon. regula 202. num. 7. Et quod legata non veniant hæreditaria & appellatione, probatur in l. si Titius ex parte, 99. 96. ff. de legat. 3. & in l. Titia, ff. ad l. Falcid. & tradunt Roland. in consil. 31. num. 38. libro 4. Rebuff. in l. heredis appellatione 170. pagina 797. ff. de verbor. signific. Cephal. in consil. 183. num. 57. libro 2. & in consil. 126. num. 15. lib. 1. quod vidi in negotio maximi momenti. Quod confirmo: quia si hæreditas auferatur, non & auferatur prælegatum, l. cum qui, §. fin. ff. de his quibus vt indign. & voluit Bald. in l. Margarita, in verbo, legatum, quæst. 7. & in l. cum virum, C. de fideicom. Alexand. & Vincenr. in l. in fideicommissaria, §. fin. ff. ad l. Falcid. quos & Iaso. citat idem Rebuff. in l. Dinius, ff. ad Silianian. gl. 1. num. 12. pag. 21. qui alia similia adducit.

Sed tamen quod filius non possit repudiare hæreditatem patris, qui mortuus fuit, & Legitimam retinere, & tradunt Abbas in c. Raynuntius, num. 20. de testament. Barthol. Socin. in l. 2. num. 31. & ibi Ripa numer. 159. ff. de acquirend. hæredit. l. 1. in aubent. vnde si parens, num. 5. C. de inoffic. testamento, Guillem. Benedict. in dict. cap. Raynuntius, titulo, de vulgari, num. 48. & post eum Episcop. Couarru. §. 11. num. 11. folio 128. Et punctum resolut nouissime Marc. Cucch. in tractatu de Legitima, versic. legitima est autem, folio 23. num. 39. pro qua sententia facit opinio illorum, qui tenent, quod filius potest acceptare feudum, & hæreditatem & repudiare paternam, vt est in l. 2. C. de liberis, & eorum liber. Andr. de Ifernina in titul. de alienatione feud. paterni, versic. etsi libellus, col. 1. versic. quid ergo, Bald. in l. qui se patris, Cod. vnde lib. Tiraquel. in tractat. de Nobilit. cap. 35. num. 5. & 6. pagina 319. eleganter Iason. in l. si non fortem, §. libertas, num. 34. ff. de condit. indebiti, Iulius Ferret. de obfidione locorum, numer. 40. & alij infiniti quos citat Desiffo Pedemontan. 6. nu. 4. in quo loco, ista quæstio ex professo & egregie disputatur; & tradit nouissime Cald. Perrei

reira de renouatione emphyteu. qu. 9. num. 18. fol. 68. & appellatione hæreditatis fideicommissum & non continetur, l. si Titius, ff. de leg. 3. latè Decius in conf. 425. nu. 16. cum sequentibus. Et quod filius repudiata hæreditate possit referuare ius & patronatus, voluit Glos. in cap. constitutum, 16. q. 1. in verbo, propinquus, Paul. de Citadinis in tractat. de iure patronatus, part. 3. quæst. 13. quod latius explicat Cælar Lambert. in tractatu, de iure patron. lib. 1. part. 2. ar. 18. 2. quæstionis principalis, num. 2. fol. 138. Et quod sub nomine hæreditatis, vel bonorum restatoris, non veniant bona feudalia, tradunt Dynus in conf. 2. Bart. in l. vt iurisurandi, §. si liberi, ff. de operis libertorum, & alij, quos citat Mascard. in tractatu de probat. libro 1. concl. 45. num. 21. fol. 61. Et quod aditio hæreditatis probatur & per testes, singulariter tradit in ista materia Anton. Petra in tractatu de fideicommiss. qu. 12. numer. 721. pagin. 407. post Celsum quem citat consil. 22. num. 10. Burg. de Paz in conf. 14. nu. 53. Barth. Socin. in conf. 295. In causa contra filios, lib. 2.

Et in ista materia maioratus & quid operetur immixtio hæreditatis, ad solutionem debitorum tradit Gamma decisio 218. num. 5. & 6. quibus sunt addenda quæ scribo in 1. part. quæst. 61. de legato autem facto cum onere, quod quis non petat quod sibi debetur, tradit Decius conf. 425. numer. 13. vbi tractat, an in isto casu poterit petere fideicommissum, quem lector omnino legat, quia hoc quotidie contingit.

Sciendum est etiam quod & successor bonorum maioratus, qui etiam sit hæres antecessoris, non tenetur totam hæreditatem restituere, sed solum eam partem, pro qua vocatus fuit à testatore, l. vnum ex familia 67. §. sed etsi fundum, ff. de legat. 2. quod voluit Baldus in l. vltima, §. in conuentione, num. 14. & ibi Cornu. 22. C. de iure delib. Glossa in l. cum à matre, in glossa magna ad finem, in verb. portione, Cod. de reinuentione, Anan. in conf. 3. latè Menoch. in conf. 125. num. 5. libro 2. pro quibus facit regula dict. l. cum à matre, l. si vxor, C. de bonis aub. ind. possid. licet, C. ad l. Falcidiam, & quod scribit Iason. in l. debitori, numero 1. Cod. de part. & in l. frater à frat. e. n. 4. ff. de condit. indebiti.

Istis est addendum, quod per regulam dicta l. cum à matre, & l. venditrici, C. de rebus alien. non alienand. probat eleganter Carolus Ruinus in consilio 208. num. 15. libro 1. Quod si fæminæ fuerunt vocatæ per donationes & Imperiales, veluti si concessio sit facta pro heredibus, posterisque: si postea successores ex concessione Regali admittant tantum masculos, si filia non sit hæres, nihil potest petere: quia donatio fuit data hæredibus; si hæres sit, quia cogitur approbare factum defuncti.

Isti etiam quæstioni decimæ sextæ conuenit quod scribit Decius in dict. consilio 425. penult. in fine, nu. 15. vbi scribit, quod hæres grauatus de non molestando vxorem, potest & petere fideicommissum, vbi est extra hæreditatem testatoris; & idem Decius in consilio 581. col. penult. numer. 10. post Raphaël. Cuman. in consilio 51. quos citat Simon de Præcis libro 4. de interpretand. defunctorum volunt. dubitat. 10. num. 86. folio 416. Et quod ad petendum fideicommissum requiratur speciale mandatum, & probatur in l. qui ita, §. 1. ff. ad Trebellian. vbi Bart. & volunt Bart. & Imola in l. filius familias, ff. de donat. & alij vt per Thefaur. decis. Pedemontan. num. 3. Et quod hæres, etiam si non fecerit & inuentarium, possit petere bona fideicommissi, tradunt Doctores; præcipue Socin. in d. l. debitori, Parisin consilio 5. n. 24. lib. 2. Et quod hæres conuentus à creditoribus si fateatur se hæredem, videatur hæreditatem & adire, etiam si hoc dicat per verbum, credo, tradit Decius in consilio 278. num. 6. & Bart. in dict. l. gerit, Bald. in l. 1. Cod. de ful. caus. adiect. leg. Et qualiter repudians hæreditatem non videatur repudiare & ea quæ habuit à defuncto ex titulo donationis, vel alio simili titulo, eleganter explicat Gregor. Lopez in l. 4. titulo 6. par. 6. glossa 2. ad hoc legendus.

Et an possessor bonorum maioratus, qui conueni-

tur ad aliquod debitum, cogatur declarare, an sit hæres fundatoris vel aliorum successorum, & colligitur ex l. Alexand. in conf. 10. lib. 3. Paris. in conf. 2. num. 25. libro 1. Roland. in conf. 68. numer. 8. lib. 1. Menoch. consil. 61. numer. 37. libr. 1. quod quotidie contingit, & quod creditor defuncti, & qui etiam hæres est grauatus ad restituendum fideicommissum vniuersale, possit in restitutione, etiam non confecto inuentario suum creditum retinere, l. ab omnibus, §. 1. ff. de leg. 1. volunt Paul. de Castro in l. omnibus, §. si ex Trebelliano, num. 1. vbi Alex. num. 3. ff. ad Trebel. & alij, quos citat Aym. in consil. 144. num. 5. & in consil. 316. num. 4. Simon de Præcis lib. 3. de interpretand. defunct. volunt. interpret. 3. dubitat. 1. solut. 2. num. 8. folio 274. concludentes aliud esse in eo, cui relictum fuit fideicommissum particulare.

Et qualiter testator legare possit rem hæredis fideicommissi & maioratu subiectam, colligitur, ex l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de leg. 2. vbi Bart. & DD. & ex his, quæ scribunt Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus, ampliation. 7. C. de inoffic. testam. Episcopus Couarru. in cap. filius, num. 3. de testament. Menoch. in tractat. de presumption. lib. 4. pr. sumpt. 117. num. 7. fol. 225. quib. addenda sunt quæ scribit Francisc. Mantu. lib. 9. de coniect. ment. defunct. tit. 9. nu. 1. cum sequentibus pag. 412. Et quod filius hæres allegando præscriptionem & non possit venire contra factum patris, tradit Iacob. Pur. decis. 360. part. 3. & quod per referuationem possit filius petere rem à patre alienatam, resoluit Olfascus decis. Pedemont. 164. num. 12. qui citat Bald. in conf. 452. num. 5. lib. 5. Et quod non obstante renuntiatione & approbatione facta per Principem, hæres admitti debeant, resolunt Aretinus in conf. 3. Curtius Senior in conf. 50. num. 16. Et an proximior consanguineus & hæres venditoris admittatur ad retractum, disputat Cifuentes in l. 70. Tauri, quæst. 20. Et quod exceptio inuentarij possit opponi etiam post & sententiam, tradunt Imola in l. rei iudicatæ, §. si in iudicio, ff. solut. matrimen. Bart. Bald. Alberticus, Zafius, Corneus, Meneles, quos citat Aluar. Valasc. consil. 87. num. 8. & quando agnati hæredes & consanguinei ante aditionem hæreditatis, possunt impugnare factum defuncti, secundum Martinum Laudensem in cap. filius, si de feudo fuerit controuerfia, & communiter Feudista, secundum Curt. in tract. de feudis, par. 4. num. 148. pag. 462.

QVÆSTIO XVII.

Licentia ad alienandum bona maioratus à quo Principe sit petenda.

S V M M A R I V M.

- 1 Diffinitio quæstionis, & n. 5.
2 Quis Episcopus teneatur dare licentiam ad alienandum res Ecclesie, & n. 3. & 4.
6 Licentia ad alienandum bona maioratus præcedere debet.

Decimo septimo quæro, si quis velit à Principe impetrare Regiam facultatem ad alienandum bona maioratus, & bona sita sint extra territorium illius, cui subditus est ille, qui vult licentiam impetrare, an sufficiat impetrare licentiam à Principe superiore vel teneatur illam petere à Principe, in cuius territorio bona sunt sita? In quo & sumendo argumentum ab alienationibus rerum Ecclesiæ; videtur quod talis facultas sit impetranda à Principe, cui quod subditus est: quia ad alienandum res Ecclesiasticas debet autoritas & licentia impetrari Episcopi eius, & qui alienat, non vbi bona sunt sita, vt probatur in aubentis. hoc ius porreclum, ibi: Accedente consensu Ordinatoris, & maioris partis ibi seruientium, Cod. de sacrosan. Eccles. vbi Bald. col. 4. idem tenet & Felinus in cap. dilectus, vbi in vers. 7. de rescriptis, licet contrarium teneat Glos. in cap. in venditionibus, 17. quæst. 4. in verbo, Episcopi, sequitur

quitur Roman. in *conf. 250. horum bonorum*, per *l. si pradium, C. de pradiis minorum*: & idem tenet Abb. in *cap. Pastoralis, num. 10. fol. 142.* qui rectè disputat Colledarius in *cap. nulli, col. 2. de reb. Eccles.* tenet, quod est tutius impetrare vtriusque Episcopi licentiam, per *l. iuris peritos, §. 1. ff. de excusat. tut. &* idem tenet Abb. in *cap. pastoralis*, pro qua opinione facit *l. 5. titul. 10. part. 6. ibi, Onde es natural el que hizo el testamento, o aquel en cuyo Obispado ouiere la maior parte de sus bienes: vbi vide Gregor. Lopez, & pro sententia Glossæ in *d. cap. in venditionibus*, faciunt plura, quæ ego scribo in *prima parte huius operis, qu. 58. à num. 30.* vbi etiam tracto, an pater, vel mater in bonis, quæ extra Regnum habent, possint meliorare filios vltra Tertium & Quintum; & legenda sunt quæ scribit Cardin. in *Clemen. 1. de rebus Eccles. num. 3. & 33. & expressa l. 2. titul. 6. part. 5. ibi: Con otorgamiento del Prelado que huviere jurisdiccion sobre aquel lugar a do fueren las cosas que quisieren cambiar*, ad quam legem est animaduertendum, propter tres opiniones quas in hac quæstione recitat Tiraq. lib. 1. *de retractu, §. 36. gloss. 3. numero 22. pag. 754.**

Et quod vbi cumque beneficia sunt in diuersis diocæsiibus, vterque Episcopus debeat dispensare super pluralitate beneficiorum, voluit Gloss. magna in *d. dudum, el 2. de election. & in ca. literas, de concessione præben.* quia dispensatio Episcopi non extenditur ad beneficium situm extra diocæsim, secundum Speculatorem tit. *de legato, §. vidend. Felin. conf. 4. col. ult. Rebus. in tractat. de beneficiis, num. 33. pag. 371. quib. conuenit resolutio Iacob. Put. decis. 254. p. 1. vbi resoluit, an ille, qui est prouincia, in qua situm est beneficium, sit præferendus alij, qui est alterius prouincia, qui loquitur in quodam negotio Hispania: & quod consensus Episcopi diocæsanus alicuius Ecclesiæ datus in alienationem rei Ecclesiasticæ, trahat suum effectum ad res sitas in alia diocæsi, extra territorium illius Episcopi diocæsanus consensus præstantis, resoluit Chassanæus in *consuetudinibus, Burg. rubr. 9. §. 16. num. 6. pag. 1264.* per doctrinam Bald. in *authentic. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. & in l. 1. C. de contrahend. empt.**

Et noto quod licet regulatur si quis habeat speciale mandatum ad alienandum, sufficit, licet non exprimitur, quæ res alienare debeat, *l. procuratorem, vbi Doctores C. de procurat. notat Alexand. in conf. 189. num. 8.* tamen, vt ego iudico, in licentia data t ad alienandum bona maioratus, requiritur, quod exprimentur bona, quæ alienari debent, vt probari potest ex *l. si quis mihi bona, §. ius suum, ff. de acquirend. heredit. vbi DD. præcipue Alexand. idem Alex. in l. 1. ff. de liberis, & posthum. &* aliis pluribus, quæ scribit Rebuff. in *praxi beneficiis, in titulu. forma Vicariatus, num. 3. 1. pag. 60. & num. 42. cum sequent. pag. 62. & num. 54. cum sequent. pag. 64. &* faciunt plura quæ scribit Alexand. in *dist. conf. 89. num. 4. cum sequentibus.* & legenda sunt quæ scribo supra, quæst. 3. Adde etiam, quod licentia t ad alienandum bona maioratus præcedere debet, nec sufficit quod subsequatur, secundum Ioannem Andream, & Abb. in *cap. Abbatem, de elect. in 6. &* est communis opinio secundum Conferum *singulari 154. incipien. licentia, Decium conf. 38. num. 4. &* alios plures, quos citat Mexia super *l. Toleti, part. 2. fundam. 9. num. 46. fol. 86. de quo legenda sunt quæ scribo supra, quæst. 2. in hac 4. part.*

QVÆSTIO XVIII.

An per solum contractum, quem fecit possessor bonorum maioratus, bona alienando, incidat in pœnam, etsi non tradat.

SVM MARI VM.

1 Quæstionis definitio, & num. 5.

- 2 Statutum applicans ipso facto Communitati rem alienatam, intelligendum est, si rei traditio subsequuta fuit.
- 3 Contractus quando est nullus, clausula Constituti non habet effectum, & num. 4.
- 6 Possessor bonorum maioratus, tradendo rem maioratus alienatam, etiam per Constitutum, incidit in pœnam.
- 7 Possessor maioratus vendens rem Ecclesia, etiam si non tradat, illam amittit.
- 8 In alienatione facta rei data in meliorationem, si traditio interveniat, an sit reuocata melioratio.
- 9 Possessor bonorum maioratus alienans partem bonorum maioratus, an omnia amittat, & ibi, & numer. 13. quid in feudo? Authoris sententia, num. 10. 14. 16. 21. 23. Quid in fideicommissis, num. 12. Quid in imphyteusi, n. 15. 18.
- 11 Pœna est indiuisibilis.
- 17 Res an sit diuidua, vel indiuidua, qualiter cognoscatur.
- 19 Possessor bonorum maioratus si alienat sub conditione & reservatione, si Princeps licentiam præstiterit, non incidit in pœnam contra impetransem Regiam facultatem ad alienandum, n. 22.
- 20 Constitutarius secundus priori præfertur, vbi cumque alienatio bonorum maioratus facta fuit absque Regia facultate.
- 24 Licentia concessa ad alienandum aliqua bona maioratus an valeat, vt possit quis alienare partem illorum.

Decimo octauo quæro, an per solum contractum, quem fecit possessor bonorum maioratus, per quem vendidit, vel alienauit rem ad maioratus pertinentem, t incidat in pœnam per testatorem adiectam contra possessorem bonorum maioratus illa alienantem, si non tradidit rem alienatam. Et in feudo decisum est, quod si vassallus vendidit feudales res, non tamen tradidit, non incidit in pœnam priuationis feudi, *cap. Imperialem, §. callidis, vbi Andr. de Ifern. Bald. Mart. Laud. de prohibita feudi alienat. per Federic. idem Andre. de Ifern. in cap. 1. §. si inter pares, numer. 4. folio 72. de lege Corradi.* Et in terminis maioratus tenet Matiençis in *l. 7. titul. 11. gloss. 6. num. 8. fol. 363. lib. 5. Recop. faciunt quæ scribunt Castellus in l. 70. Tauri fol. 207. col. 1. in vers. adde, vbi adde Anton. Gomez, num. 15. qui plura bona scribit, Alexand. vbi Gloss. Par. in conf. 75. num. 6. lib. 7. Ripa respons. 81. numer. 18. vbi tradit, quod statutum applicans ipso facto t Communitati rem alienatam, intelligendum est si rei traditio subsequuta fuerit, & alij plures, quos refert Gloss. Parisiens. in *part. consuet. Parisiens. §. 13. num. 12. fol. 150.* vbi dicit idem esse in emphyteusi.*

Et ibi etiam tractat, an hoc casu sufficiat traditio facta per Constitutum; & concludit, quod Constitutum in hoc casu non est eiusdem effectus quàm vera possessio: quia contractus t nullus est, & quando contractus est nullus, clausula Constituti non habet effectum; ad quod facit doctrina Baldi in *l. ex testamento, Cod. de fideicommissis, vbi affirmat, quod quando contractus est nullus, clausula Constituti non habet effectum, nihil operatur, & est nulla, & alij, vt per Quin. Mandos. in tractatu de minoribus, quæst. 33. num. 2. fol. 27. de quo plura refert, & scribit Tiraquel. in tractu de conf. p. 3. limitat. 7. num. 15. fol. 96. cum sequent. vbi num. 22. & Messia super *l. Toleti, 7. part. fundam. 2. num. 9. fol. 67. Anton. Gabriel lib. 6. communium opinionum, titulo, de clausulis, conclus. 10. num. 1. pag. 409. idem Messia in d. l. Toleti, part. 5. fundam. 2. num. 38. folio 61. vbi ex regula, quod pœna appositâ in contractu nullo non tenet, decidit quod si testator instituat suos filios hæredes in omnibus bonis, & vnum eorum grauet, vt det decem alicui extraneo singulis annis pro alimentis, & si grauamini non paruierit, quod meliorat in Tertio & Quinto bonorum alios filios, licet filius grauatus non velit dare illa**

illa decem, alij filij non sunt meliorati. Tandem t concludit Gloss. Paris. in Curia Parisiensis receptum esse, Constitutum in contractu nullo, esse etiam nullum: & ad scripta per Tiraquel. iunge etiam Episcop. Couarru. in *cap. quamuis pactum, de pact. in 6. fol. 86. col. 4. &* eundem Tiraquel. in tractatu, de vtrouque retractu, lib. 2. in fine, num. 101. pagina 104. & libr. de legibus consubstantialibus, gloss. 8. num. 205. cum aliis, fol. 349. Ioan. Lopez in rubrica de donat. inter virum & uxorem, col. 437. & Anton. Gomez in *l. 45. Tauri, num. 29. Peralt. in l. cum pater, §. à filia, num. 33. pag. 318. ff. de legat. 2. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum, §. donatio, quæst. 9. num. 6. vbi examinat quæstionem an Constitutum appositum in donatione facta inter virum & uxorem, sufficiat ad hoc, vt donatio morte confirmetur? Mencha. lib. 3. *controversiarum, cap. 46. num. 12. vbi confirmat ex pluribus remissionibus famosam illam Glossam in l. 2. ff. de dote caut. non num. quam etiam citat Gregor. Lopez in l. 4. in glossa, in verbo, en su vida, titulo 11. part. 4. Paris. consil. 128. num. cum sequentibus, libro 1. &* tradit notanter Quintilian. Mandos. regula 34. de amali possessore, quæst. 46. num. 10. fol. 169. est notabilis l. part. 5. & ad hoc sunt alia plura t quæ omitto.*

Et hac sententia, quod possessor bonorum maioratus non incidat in pœnam non tradendo, quamuis tradat per Constitutum, facit doctrina Baldi in *dist. cap. 1. §. aut si libellario, vbi dicit, quod siue per testamentum, siue per statutum prohibeatur alienatio sub pœna, nunquam incurritur in illam, nisi processum sit ad actum facti, &* realem traditionem, ad quod etiam plures Authores refert Tiraquel. in *dist. tractatu de Constit. limitat. 26. folio 142. vbi dicit hoc esse indubitabile quando vassallus, vel emphyteuta vendunt, vel alienant cum protectione &* reueruatione iuris domini.

Sed est aduertendum, quod tam Gloss. Paris. vbi supra, quam Tiraquel. *dist. limitat. 29.* palam fatentur receptorem esse opinionem, quod t vassallus alienans rem feudalem, & emphyteuta alienans rem emphyteuticam, si tradant, etiam per Constitutum, pœnam incurrun; & idem tenent Alciatus in *l. alienatum 67. pag. 146. ff. de verbor. significat. Curt. Iunior in tractatu feudorum, part. 4. quæst. 20. &* alij plures, quos citat Roland in *consil. 51. num. 26. libr. 2. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum, q. 13. num. 4. pagin. 43. Ioan. Gutierrez, lib. 2. quæst. practiarum, q. 115. num. 3. &* 4. pag. 261. faciunt tradita per Hippolyt. singul. 412. Anton. de Faup. in *tractat. de pignor. part. 2. membr. 3. num. 81. fol. 21. Anton. Gam. decis. 116. num. 1.* Ex quorum dictis & rationibus idem concludendum videtur in possessore bonorum maioratus, qui rem maioratus alienauit.

Ex quo etiam fit, quod si quis vendat rem aliquam maioratus Ecclesiæ, t quia ad eam absque traditione dominium transferitur iuxta *l. ult. C. de sacrosanct. Eccles.* cum qua concordat *notabil. l. 1. tit. 1. par. 1. ibi: Magner no fueffen apoderadas dellas, ganau el señorio,* incidit in pœnam ac si realiter tradidisset; & qualiter procedat dispositio *dicta legi vltima*, tractant Doctores ibi, & Gregor. Lopez in *dist. l. 1. Iaso. in §. sed ista, num. 36. de actionibus.*

Et ista præstant egregium argumentum ad decisionem cuiusdam notabilis quæstionis, quam disputat Tullus in *l. 17. Tauri, num. 122. vbi tradit an ad hoc, vt per alienationem prius donatæ t in meliorationem, censetur melioratio reuocata, sit necessaria traditio rei donatæ, vel sufficiat solus contractus alienationis. Ad cuius quæstionis disputationem refert text. in *l. pradia, §. liberto ff. de fund. instruct. &* Bald. in *l. 3. num. 3. C. de legat. &* alia plura, hanc quæstionem pro vtraque parte disputando, apud eum lector legat; ad quem addo Paul. ibi, num. 3. & Iaso. num. 2. & Francisc. Mantica. in *tractatu de coniectur. mente defunct. lib. 12. tit. 6. num. 15. pag. 599. &* prius num. 3. pag. 597. tangit etiam Gloss. Paris. vbi supra; & ad propositum nostrum, t quod si vassallus alienauit partem feudi, non cadit nisi à parte alienata, per text.*

in *cap. vnic. de vassal. qui contra conf. Lotba. &* in *l. rescriptum, ff. de his quibus vt indig. &* in *l. ex facto*, la grande, §. ult. ibi: *Satis enim punitus est in eo, quod facit contra legem; ff. de vulg. &* est communis opinio secundum Gloss. Paris. contra Bald. & est etiam communis opinio secundum Thom. Grammat. *decis. 49. Monasterium, nu. 2. pag. 199. Paris. in conf. 14. num. 11. libro 1. Et communem etiam opinionem plures citando tradit Corbul. in tractatu de iure emphyt. ampliat. 42. Priuationis, num. 1. fol. 10. ad quem plures Doctores refert Roland. in *conf. 17. num. 7. lib. 1. Quamuis ipse num. 10. cum sequentibus contrarium in emphyteuta tenet; &* traditur etiam per Paris. *conf. 6. num. 19. lib. 4. Fabian. in §. si vero num. 2. Instit. de leg. quibus etiam addo eandem Gloss. Paris. in dist. consuetudinibus, §. 41. fol. 291. vbi resolutiue etiam tractat, quando dicatur aliquid diuiduum, vel indiuiduum in hoc proposito.**

Hæc tamen conclusio Gloss. Paris. & aliorum, non est t sine difficultate, quando pars alienata, est indiuidua, & separationem congruam non recipit; ex traditis per Buit. & alios in *l. 4. §. Cato, ff. de verborum obligat. &* Bald. in *consilio 337. In primis videndum, num. 7. libr. 1. vbi tradit, Comitum, qui contra pactum quoddam ex castris quæ susceperat in feudum alienauit, incidisse in commissum omnium castrorum; quia pœna t est indiuisibilis; &* resoluit Petra in *tractatu de fideicommissis, quæst. 10. num. 70. pag. 230. &* inuestitura pro parte prohibita videtur, §. *professo, de lege Corradi, &* tradunt Barr. Paul. de Castro in *authentic. qui rem, C. de sacrosanct. Ecclesis, &* Gloss. Paris. in *consuetudin. Parisiens. §. 41. qu. 10. Episcop. Couarru. resolut. lib. 2. cap. 16. num. 4. quem &* alios citat Butsat. in *conf. 150. num. 17. lib. 2. Curtius in tractat. de feudis, part. 4. num. 153. pag. 456. Et qualiter si vnus hæredum non soluat pensionem emphyteuticam, res in totum redeat ad Ecclesiam, vel sola pars illius, tradunt Glossa & Barr. in *l. communi diuidendo, ff. commun. diuid. Bald. &* Angel. in *l. necessariis, §. si vnus, ff. de pignorat. action. &* alij, quos citat Iul. Ferrer. in *tractatu de gabellis, num. 616. folio vltimo. Et* ratione partis coniunctæ committitur in solidum in persona ipsius contrahentis, per multa iura, quæ refert & notatur per Ludouic. Gozadin. in *consil. 86. Videtur, num. 6. &* 20. & per alios, quos refert Tiraquel. in *tractatu de vtrouque retract. §. 23. gloss. num. 26. pag. 581. vbi postquam n. 2. retulit text. in dist. cap. 1. &* alios plures Doctores ad confirmationem sententiæ Gloss. Paris. de illa doctrina tamen Doctorum dubitat & in terminis, quod ille qui alienauit partem bonorum t fideicommissi, quæ prohibitus erat alienare, amittat omnia bona? tenet per plures rationes Angel. in *consilio 168. testator, num. 3. ad hoc legendus; quem sequitur Petra, qui ad hoc latè tractat in tractatu de fideicommissis, quæst. 10. numer. 83. pag. 231. Crot. in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 154. ff. de legat. 1. licet contrarium teneat ibi Loazes num. 192. Carol. Ruin. in *consil. 119. num. 21. lib. 2. quos citat Menoch. in consil. 106. num. 17. lib. 2.***

Et pro opinione Angeli & aliorum faciunt scripta per Paris. in *consil. 18. num. 35. lib. 3. Tiraquel. in tractatu de iudiciis in rebus exiguis, versiculo 54. pag. 92. vbi refert Angel. Cardinal. &* Decium, & per Anton. Gam. *decis. 93. num. 2. Auger difficultatem text. in l. 10. tit. 26. part. 4. ibi: O parte del, in quo textu, clarè probari videtur quod feudatarius alienans partem feudi, t cadit à toto feudo; quamuis ibi Gregor. Lopez in gloss. fa, in verbo, O parte del, sequatur idem quod Gloss. Paris.*

Ego in nostro proposito æquius esse existimo, quod quando possessor rei t maioratus alienauit aliquam rem diuiduam, & quæ separationem recipit ab aliis rebus maioratus, quod solum eam amittet, & ad successorem transibit illa res alienata, & non tota possessio bonorum maioratus; nisi à testatore aliud dispositum sit, & est crudelitas priuate possessorem bonorum maioratus propter partem alienatam, est enim quilibet dominus rei, quam possidet. Et in isto casu non valet argu-

mentum de parte ad totum, cum ratio sit diuersa: maxime si res alienata sit parui valoris. Et quod emphiteuta ꝑ cadat tantum à patre alienata, est communior opinio secundum Iul. Clar. *dict. lib. 4. receptarum, §. emphiteutis, quæst. 13. num. 10. pag. 143.* licet contrarium late arguat Cephal. in *consil. 139. num. 6. cum sequentibus lib. 1.* pro quo facit doctrina Bald. in *l. cum eiusdem, ff. de adilitio edito* & aliorum plurium, quos citat Vincent. Carrot. in *tractatu de locat. de quarto gradu accidentium, q. 7. num. 10. fol. 191.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 38 num. 22. fol. 223.* Et in specie quod prohibitus alienare, si alienet, priuetur tantum illa parte, quam alienauit, voluit Ias. in *l. ait Prætor, in principio, ff. de iureiurand. num. 5.* Carol. Ruin. *conf. 11. num. 12. lib. 2. Curt. Senior conf. 70. num. 9. Loazes in d. l. filiusfamilias, §. Dini, num. 192. ff. de legat. 1. & ibi late Socin. Iunior, num. 220.* quorum opinio est vera, & communis secundum Menoch. *conf. 164. num. 2. lib. 2.* & late tradit Cephal. qui plura in proposito scribit, in *conf. 139. n. 5. cum sequentibus, lib. 1.* licet contrarium teneant in *d. §. Dini, num. 168.* post Angel. *conf. 168.* quos citat distinguendo Hieron. Gabriel. *conf. 118. num. 6.* quod ꝑ vt prædixi, æquius videtur: licet mihi obijci possit, quod natura bonorum maioratus ea est, quod vnus tantum ea possidere debet, & de hac materia legenda sunt, quæ nouissimè scribit Domin. del Castillo *lib. 1. de usufructu, cap. 24. folio 123.* Qualiter autem cognoscatur, si ne res diuidua, ꝑ vel indiuidua vltra ea quæ tradit Glo. in *d. §. 41.* vide quæ scribo in hac ipsa materia maioratus in *prima parte Operis, & an aqua sit diuisibilis, vel indiuisibilis, explicat eleganter Ripa respons. 184. n. 3.* cui addo text. in *l. 1. §. item queritur, ibi: Quin in tota quævis fiat, ff. de aqua quotidiana, & astinua.* Et quod in indiuiduis cadens in parte incidat in totum, resoluit Burfatus in *consil. 200. num. 97. cum seqq. lib. 2.* vbi tradit de emphiteuta, ꝑ qui alienat partem, an in totum cadat, de quo supra dixi.

Et est etiam animaduertendum in hac materia, quod possessor bonorum maioratus si alienauerit, sub ea conditione, & reservatione, si Rex præstiterit licentiam ad alienationem bonorum, nec aliter, ꝑ alio modo: non incidit in pœnam. Quod constat ex scriptis per Tiraquel. in *dict. tractatu de Constit. part. 3. limitat. 26. fol. 144.* & probatur ex doctrina Bart. in *l. siquis locuples, ff. de manum testam. & Alberic. in l. vltim. C. de iure emphyteutico, & Baldi in cap. 1. §. hoc quoque, de successione feud. Afflic. in *consil. Neapol. lib. 3. rubrica 5. num. 42. folio 263.* de quo vide concordantes, quos adducit Iason in *l. non solum, §. morte, num. 48. ff. de noui operis;* quod declaratur, vt per eundem Iasonem in *dict. l. vlt. num. 141.* & Decium in *conf. 160.* qui huius puncti veritatem resoluunt; notatur per Abbatem in *cap. vltim. num. 10. fol. 92. de feudo,* & est communis opinio secundum Bald. in *cap. 1. §. denique que fuit prima causa benef. amittend. & sequitur Decium in cap. M. num. 80. de consuet. & alij plures, quos citat Roland. in *dict. conf. 51. num. 30.* Iul. Clar. *dict. lib. 4. sententiarum quæst. 13. num. 5. pag. 143.* & addo Aluar. Valasc. *consulat. 86.* rectè tractantem, ꝑ qualiter emphiteuta alienando partem bonorum emphiteuticorum, vel non soluens totam pensionem, cadat ab emphiteuti.**

Est etiam omnino considerandum in ista materia, quod ad d. ꝑ alienatio facta per possessorem bonorum maioratus nulla est, quod siquis rem maioratus alienauit abique Regia facultate, & solemnitatibus necessariis, & constituat se pro possessore emptoris; & postea vendat alij cum facultate Regia, & solemnitatibus debitis, & se constituat etiam pro possessore, quod quamuis alias prius præferri debebat, in cuius fauorem constitutum fuit iuxta *regl. quorles, C. de rei vendicatione,* vbi Bal. & omnes; & *l. 50. titulo 5. part. 5. cum concordantibus:* in isto tamen casu secundus constitutarius priori præferatur; ad quod est *deciso Guid. Papæ 46. An emphyteut.* vbi dicit, quod emphiteuta donando, vel vendendo rem emphyteuticam, non transfert dominium in

donatarium, aut emptorem, donec per dominum fuerit inuestitus, aut retentus, licet in venditione interueniat precarium, aut retentio vsufructus; qui alienando cecidit ipso iure à iure suo, ex quo non transit dominium nec possessio in donatarium, aut emptorem; & dicit quod ita fuit declaratum; & hoc dictum refert, & sequitur Chastanæus in *consuetudin. Burg. rubric. 7. §. 1. fol. 227. col. 1. in principio,* hodie pag. 899. qui ad hoc etiam refert Guillelm. Benedic. in *cap. Raynuntius, in verbo, & uxorem nomine Adelaßam, 4. decisio;* & hoc latius confirmat Tiraquel. in *tractatu de Constit. part. 3. limit. 3. num. 1. folio 86.*

Ex quorum rationibus idem dicendum videtur in possessore bonorum maioratus, qui duobus ꝑ alienauit rem maioratus. Et in hac materia alienationum bonorum maioratus non est prætereundum, quod præsumitur dolus in eo, qui alienat rem subiectam restitutioni, secundum Cotneum in *consil. 140. num. 8. lib. 2. Aymon in conf. 193. n. 5. Mascard. in tractatu de probationib. libro 2. concl. 531. num. 55. fol. 320.*

Sed circa eandem materiam etiam dubitatur; testator faciens maioratum, pœnam adiecit contra petentem ꝑ Regalem facultatem ad alienandum bona maioratus, apparet facultas intentata, sed ille, qui impetrauit, negat eam impetrasse, cui incumbit probatio quod impetrauit, vel non impetrauit? In qua quæstione sunt diuersæ opiniones. Nam Oldrad. in *conf. 136. col. 2. Speculator titulo, de appellationibus, §. nunc breuiter versiculo, quid si apparet, in ea sunt sententia, quod neganti impetrasse incumbit necessitas probandi non impetrasse. In contraria sunt Cardinalis *conf. 25. col. 2. Fulgos. conf. 23. col. 2. Geminian. consil. 33. Agid. à Bellamera decisio 634. Aretin. in cap. 1. de iudiciis, quos citat Gomezius in Regula, de impetrantib. benef. vinen. quæst. 5. pag. 273.* & traditur per eundem in *regula, de annali possessore, quæst. 32. pag. 562.* in quo arbitrium iudicis erit maximi momenti, consideratis aliquibus coniecturis, quas tradit Gomezius *d. quæst. 5.* & alius, quæ negotium demonstrauerint; & legenda sunt quæ scribit Felin. in *cap. nonnulli, §. sunt & alij, num. 41. fol. 144. de rescriptis* & quæ ego scribo *part. 1. quæst. 9.* Ad quæ addo, ꝑ quod prohibitus alienare bona maioratus sub pœna amissionis, alienando etiam rem minimam priuarum maioratum, secundum Angelum in *conf. 148. Ex isto dubio, quæst. 2. Decium in cap. de appellationibus, numer. 4. de appellat. & in cap. maioribus, de præbend. & alia quæ citat Tiraquel. in tractat. de rebus in iudiciis exigend. pagina 92. versic. 44.**

Et quod licentia concessa ad alienandum aliqua bona maioratus valeat, ꝑ vt possit quis alienare partem illorum bonorum, probatur ex Andre. de Isernia in *cap. Imperialem, in principio, de prohibita feud. alienatione, num. 12. fol. 97.* vbi Iacob. Aluarot. licet contrarium teneat Curtius in *tractatu feudorum, part. 4. versiculo 74. pagina 455.* ad ista legendus omnino. Et an in casibus in quibus reijcitur prohibitio alienationis legitimæ, an habeat locum pœna, facta de parte, resoluit Carol. Ruin. in *dict. l. filiusfamilias, §. Dini, numer. 60. pag. 209. ff. de legat. 1.*

Q V Æ S T I O XIX.

Si res maioratus alienetur in casu licito, & postea deueniat ad possessorem maioratus, an sit libera, & alienari licite possit.

S V M M A R I V M.

- 1 Diffinitio quæstionis.
- 2 Facta alienatione alicui & eius descendibus, finita linea descendentium & vocatorum, an donatio reuertatur ad dominum, an verò vltimo moriens possit de re donata disponere.
- 3 Diuisio facta de fideicommissio, an reddat bona fideicommissi

- 4 Prælati Ecclesia contra iuramentum potest infendare rem semel in feudum concessam.
- 5 Bona maioratus solita dari in emphyteusim an iterum possint dari.
- 6 Prohibitus alienare, an possit alienare partem coniuncti, quam acquisiuit.
- 7 Finita emphyteusi per generationem finitam, an possit dominus emphyteusum renouare in personam filia, & omittere masculos.
- 8 Iure patronatus siquis per sententiam priuetur, an applicetur sicut tale ius patronatus, an Ecclesia libera remaneat.
- 9 Princeps si donet filiosfamilias bona, in quibus pater usufructum non habebat, & postea deueniant ad eius successores, & hæredes sine vinculo & grauamine Principis, an tunc habeat pater in illis bonis usufructum.
- 10 Dos qua à patrimonio cui exiuit, non debet in bonis eius considerari, sed in persona, in cuius patrimonio reperitur.
- 11 Pontifex si semel delegauit causam, qua tractari debebat in Curia Romana, potest Ordinarius de illa cognoscere.
- 12 Res pupilli si semel cum debitis solemnitatibus vendatur, an possit eam sibi tutor propria auctoritate retinere, si venditio effectum non sortitur.
- 13 Ius patronatus, quod semel transiit ad laicum, semper durat transmissibile.
- 14 Bona quæ exiunt de potestate Ecclesie, libera remanent.
- 15 Edens instrumentum propria voluntate cogitur iterum edere.
- 16 Consanguineus si retrahat rem à consanguineo venditam, & postea eam alteri vendat, an sit locus retractui.
- 17 Res qualibet est indicanda secundum præsentem & nouum statum, qui ei accessit, non secundum antiquum.
- 18 Persona mediæ, per quam aliquid acquiritur, non attenditur in multis casibus in iure, sed ea cui vltimo loco acquiritur.
- 19 Bona laicorum si mixta sint cum patrimonio Clericorum, Clerici coram iudice Ecclesiastico debent conueniri.
- 20 Gabella an debeat de rebus emptis ab Ecclesia qua non tenetur illam soluere, in terris in quibus exigitur gabella de rebus qua illuc exportantur.
- 21 Statutum, quo femina stantibus masculis excluditur, locum habet quoad bona emphyteutica data ab Ecclesia.
- 22 Ius patronatus si extingatur, Episcopus solus confert.
- 23 Pater si relinquat uxori Tertium & Quintum, & illi filijs præmortuis successit, & bona hæc simul cum alijs filio superstiti reliquit, super cuius filij successione contendunt auius paternus, & maternus, talia bona debent considerari tanquam prouenientia à linea materna.
- 24 Res patrimonialis si ad Monasterium deueniat, & postea illas extraneus vendat, an sit locus retractui. Quid si redeat iterum in consanguineum qui prius vendiderat, & postea iterum vendere velit, n. 26. & 28.
- 25 Ius patronatus est vendi non possit; cum vniuersitate transiit.
- 27 Beneficium consecrati inuentarij prodest hæredi, quando agitur contra eum ex causa hereditaria immediatè; secus si debitum hereditarium sit reformatum ex conventionione facta cum hærede.
- 29 Res patrimonialis an dicatur illa, quam frater à fratre habet.
- 30 Auctor sententia.
- 31 Res patrimonialis qua dicatur.
- 32 Rogatus restituere hereditatem, non tenetur restituere hereditatem partem, quam à cohærede ex fideicommissio recepit; sed partem tantummodo, in qua ipse fuit hæres institutus, n. 34.
- 33 Emphyteusis Ecclesiastica concessa laico, an subiiciatur laicorum legibus. Post num. 34. inuenies alia summaria.

Decimonond quæro, si aliqua res maioratus alienetur in casu licito, & iam sit facta libera, vtrum si postea deueniat ad alienantem, vel ad aliquem vocatum, an illicitè alienari possit? In quo breuiter agendo dico, quod adueniente hoc casu, res remanet libera, & postea alienare poterit licite, quæ conclusio colligitur in *l. codicillos, ff. de legat. 2. & in l. pater filium, §. quinquedecim, in versic. item quæsit, ff. de legat. 3.* vbi res prohibita alienari extra familiam, si alienetur in casu permissio, postea efficitur libera, & potest quandoque alienari; notat Mathæ. ab Afflic. in *cap. Titius, si de feud. fuerit controuers. inter dominum & agnat. numer. 5. fol. 206.* Montal. in *l. 13. tit. 10. lib. 3. fori, fol. 167. colum. 3.* Cifuentes in *l. 70. Tauri, q. 47.* Anton. Peregrin. in *tractatu de fideicommiss. art. 51. num. 21. fol. 482.* vbi tractat notabilem quæstionem, quomodo facta alienatione alicui & descendentibus, finita linea descendentium & vocatorum, ꝑ donatio reuertatur ad dominum, an vero vltimò moriens possit disponere de re donata ꝑ ad quem addo Caldum Pereiram in *tractatu de nominatione ad emphyteusim, quæstione 13. num. 18. folio 144.* Corbul. in *tractatu de iure emphyteutico, in parte octaua ex causa num. 1. cum sequentibus folio 31.* & plures citat Menoch. in *conf. 233. num. 34. libr. 3.* Chastanæus in *consuetudin. Burgund. rubrica 9. §. 10. num. 47. folio 314.* Barthol. Socin. in bono casu in *consilio 67. numer. 2. libr. 1. Socinus Iunior conf. 1. num. 31. libr. 2. Azeued. in l. 32. tit. 8. libr. 7. Recopilation. numer. 8. fol. 162.* & faciunt quæ scribit Matienço in *l. 11. titulo 6. libr. 5. Recopilation. glosa 8. num. 2. folio 160.* vbi dicit hanc esse rationem, cui potest extraneus substitui in Tertio, Gomezius in *regula, de trienniali possessore, quæstione 14. pagina 749.* & Simon de Prætis *lib. 3. de interpretand. de iur. iunct. voluntate, dubitatione 6. solutione 3. num. 1. cum sequentibus, folio 370.* & plenius solutione 5. & vltimis numer. 1. cum sequentibus, fol. 172. Cellus in *conf. 26. num. 17. & 89. Ripa responsio 179. numer. 19. Menoch. in tractatu de presump. libr. 4. presump. 189. num. 192. fol. 342.* Carol. Ruin. in *l. filiusfamilias, §. Dini, num. 36. pagin. 202. ff. de legat. 1. Paul. de Castro in conf. 453. De eo, quod primo loco queritur; numer. 2. libr. 1. Matienço in *l. 9. tit. 1. glosa 2. num. 5. folio 38. libr. 5. Recopilation. & in l. 11. titulo 10. libr. 5. Recopilation. folio 313. numer. 2. & in l. 7. glosa 5. numer. 5. cum sequentibus, libr. 5. Recopilation. folio 370.* Burfatus *consilio 46. numer. 32. Azeued. in l. 2. titulo 7. libro 7. Recopilat. n. 8. Ioan. Guttier. conf. 21. n. 17.**

Et diuisio facta ꝑ de fideicommissio reddit bona fideicommissi alterius naturæ, vt tradit Aymon in *consilio 24. num. 14.* ad idem text. in *cap. ex parte, de feud.* vbi probatur quod Prælati Ecclesie, ꝑ qui iurauit non infendare bona Ecclesie inconsulto Romano Pontifice, si feudum fuit semel concessum, & reuertatur ad Ecclesiam, potest solus de nouo infendare; quæ iure commendat Iaso. in *l. siquis legatum, §. siquis ita, num. 2. folio 117. ff. de legat. 1.* quo in loco alia similia in proposito adducit; de quo plura scribit Roland. in *consil. 1. num. 83. cum sequentibus, libr. 1. Menoch. de arbitrariis iudicium, casu 172. num. 2.* ad quem addo Zafium in *conf. 13. num. 29. & 30. lib. 2.* eundem Menoch. in *tractatu de presumption. libr. 3. presump. 6. num. 29. pag. 252.* & tradit Additio ad Ferratum in *practica, in forma, declinatio iurisdictionis, pag. 77. in additione, quæ incipit Decimarum, Ioan. Guttier. conf. 15. num. 1. cum sequentibus, Amadeus de Aponte in tractatu laudemorum, quæst. 24.* Et de bonis ꝑ maioratus quæ solita sunt dari in emphyteusim, an iterum dari possint, tradit Anton. Gam. *decisi. 192. ex Decio consilio 329. numer. 5.* faciunt quæ de rebus feudilibus scribit Andre. Gail. *observationum practicarum lib. 2. observatione 160. num. 3. pag. 275.* & facit quod de iure patronatus laico semel concessio tradit Ripa *responsio 81. numer. 13.* & quod tradit Tiber. Decian. *respons. 33. numer. 42. lib. 1. archius Alexand. in consilio 9. num. 1. cum sequentibus, libro 3.* & pro intellectu text. in *dict. §. quinquedecim,* legi omnino debet Anton. Peregrin. *de fideicommiss. artic. 42. numer. 20. folio 379.* vbi

inter alia resoluit, quod dictus §. quindecim loquitur in prohibitione personali, non autem in reali, secundum Bart. in dict. §. quindecim, Iasonem in l. filiusfamil. §. Dicitur, num. 69. lestrura 2. & Ripam num. 66. Curtium in authentica, res qua, C. commun. de leg. & ibi tractat quando efficiatur res libera, si ex noua causa quis eam habeat: & legi debet art. 14. n. 49. fol. 134.

Et quando res est legitime concessa, vt perpetuo transeat in extraneos hæredes, potest postea semper concedi à solo Prælato, secundum Abbatem in cap. in presentia, n. 29. de probat. Imol. in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. Barth. Socin. in con. 26. num. 3. lib. 1. & per text. in d. §. quindecim, voluit Bart. in l. Scavola, in finalibus verbis, ff. ad Trebel. quod prohibetur alienare non prohibetur ꝑ alienare partem coniuncti, quam acquisiuit, non solum acquisitam per contractum, sed etiam per fideicommissum: & idem Angel. in l. cum virum, col. 1. ff. de fideicom. & in lita tamen, §. qui suspectam, ff. ad Trebel. Carol. Ruin. in conf. 110. nu. 3. lib. 2. Et confirmatur quod scribit Aluar. Valasc. de iure emphyt. q. 38. num. 16. fol. 221. vbi tradit quod finita emphyteusi per generationem finitam, potest dominus emphyteusim reuocare in personam filia, ꝑ & omittere masculos transuersales per cap. virum, quemadmodum feud. ad filiam pertineat, vbi Bald. Aluarot. & Præpos. doctrinam vero Bartoli in dicit. l. Scavola, eleganter limitat Paul. de Castro in l. voluntas, in fine, Cod. de fideicommissis, vbiunque prohibitio alienationis fuit facta absolute, & generaliter; quem citat Dec. in conf. 88. num. 5. & in conf. 182. nu. 6. & tradit Dom. Anton. de Padilla in dict. l. voluntas, nu. 18. fol. 38.

Et istis est simile, quod si quis priuatur ꝑ per sententiam à iure patronatus, non applicatur fisco ius patronatus, sed Ecclesia remanet libera, secundum Cardinalem in Clementina 2. quæst. 8. de iure patronatus, Felin. & Decius num. 7. fol. 150. & c. quanto, de iudiciis, vbi Glof. Paris. in additione, quæ incipit Libera; quod confert ad ea, quæ notantur infra, hac parte, qu. 23. & facit bona doctrina Anton. Gomez in l. 46. Tauri, num. 4. vbi vult, quod si Princeps ꝑ donat filiofamilias bona, licet pater in eis non habeat vsumfructum, tamen, si postea deueniant ad eius successores, & hæredes, sine vinculo & grauamine Regis, pater in illis bonis habet vsumfructum, Mouetur per prædicta, & regulam l. Paulus, aliàs incipit, Per procuratorem, ff. de acquirenda hereditate: & faciunt quæ scribit Anton. Peregrin. in tractatu de fideicommissis, articulo 40. numero 126. folio 376. & articulo 41. num. 19. folio 379. quas doctrinas refero par. 1. qu. 11. & idem in tractatu de iure fisci, lib. 6. tit. 4. n. 46. pag. 350. & ad ista est bonus text. in l. qui duos, vbi Bart. & alij, ff. de vulg.

Et quod dos, ꝑ quæ à patrimonio aui exiuit, non debeat amplius in bonis eius considerari, sed persona in cuius patrimonio reperitur, tradit Ancharra in consilio 50. Visis diligenter, num. 3. & mutatione personæ mutatur concessio, cap. 1. de iure patronat. tradunt Alexand. in consilio 35. num. 16. libro 4. Brun. consilio 91. nu. 3. Menoch. consilio 160. numero 15. libro 2. & conducent quæ ad istud propositum scribit Curtius in tractatu, de feud. 2. par. princip. quæst. 1. numero 6. cum aliis, pag. 85. notanter Anton. Gamma decif. 9. numero 1. & sequentibus, & faciunt notata per eundem Iasonem in l. filiusfamilias, §. Dicitur, numero 76. ff. de legat. 1. fol. 151. & in l. voluntas, num. 11. Cod. de fideicommissis, vbi etiam refert num. 12. doctrinam Bald. in l. si vt proponi, col. 3. post medium, numero 16. Cod. quomodo, & quando index:

affianantes, quod si Papa semel ꝑ delegauit causam extra Curiam Romanam, quæ debebat agitari in Curia Romana, licet delegatio non habuerit effectum, quia delegatus fuit; tamen ex quo semel Papa commisit extra Curiam Romanam, poterit Ordinarius de illa cognoscere, cessante delegato: quod late tractat Quintilian. Mandat. in regula Cancellaria, regula 1. qu. 3. num. 8. folio 3. vbi inter alios refert Ripam in cap. 1. de consuetud. numer. 198. Menoch. lib. 1. de arbitrariis, qu. 67.

num. 30. & notat idem Iason in l. 1. num. 65. ff. de officio eius cui mand. est iurisdictione, vbi ex hoc disputat illam altam quæstionem, vt rum delegatus Principis possit causam meri, vel misti impetij sibi delegatam subdelegare. Et refert ad propositum text. & ibi Bart. in l. tutor rerum, ff. de administratione tutorum, vbi probatur, quod ꝑ res pupilli fuit semel vendita cum auctoritate tutoris; & aliis solemnitatibus, dato quod venditio non habuerit effectum, potest tutor ipse sibi propria auctoritate tetinere. Et ius ꝑ patronatus, quod semel transiit ad laicum, semper durat transmissibile, secundum Dec. in cap. illud, colum. penult. versic. non obstat, de iure patronatus, Menoch. in consilio 90. numer. 111. libro 1. Et facit bonus text. & ad multa notabilis in cap. scilicet, de inueiand. vbi probatur, quod illud quod quis facit vt Canonicus, non nocet ei vt Episcopo, vbi Bald. plura ad propositum tradit, relatus à Barbacio in additionibus ad Bart. in l. cum dominus, §. si filius, ff. de peculio: & bona ꝑ quæ exierunt de potestate Ecclesiæ, remanent libera, secundum Glossam & Doctores in ca. fin. de censibus, Federic. conf. 11. Bald. & alios quos citat Caldas Pereir. in tractatu de nominatione ad emphyteu. q. 12. nu. 22. fol. 128.

Hinc etiam dixit Lancel. Decius in l. 1. C. de edend. quod ille qui semel pro voluntate edidit instrumentum, potest iterum ꝑ cogi, vt edat: quia propter primam editionem fuit scriptura facta edibilis: de quo vide Philip. Decium num. 10. Cæterum ad hanc sententiam alia cumulat Tiraq. lib. 2. de retract. §. 32. gloss. 1. & vnic. numer. 5. pagin. 663. vbi inter alia refert quandam Baldi doctrinam huic nostro proposito accommodatissimam, in conf. 85. Præmissis lib. 5. & alia plura, quæ ibi videri poterunt, vbi ex hoc disputat, an siquis tanquam consanguineus retrahat ꝑ rem patrimoniam ab alio suo consanguineo venditam, & postea illam alteri vendat, sit locus retractui tanquam in re, quæ processit ex genere, an non erit tanquam in re aliter processita: & alia ibi huc pertinentia scribit, quæ in illo videri poterunt; & est regula generalis, quod quælibet res ꝑ est iudicanda secundum præsentem statum & nouum, qui ei accessit, non secundum antiquum statum, non distinguemus, §. sacerdotia, ff. de arbitris, cap. ferrum, 80. distinct. quod bene tradit Ancharra in conf. 172. n. 1.

Et est alia regula singularis, quia in multis casibus in iure, non attenditur ꝑ persona media, per quam acquiritur aliquid, sed ea cui vltimo loco acquiritur, cui, ff. de leg. 2. l. cogi, §. bi qui solidum, ff. ad Trebellian. l. cum pater, §. donationis, ff. de leg. 2. notat Pinel. in l. 1. C. de bonis maternas, par. 1. num. 27. fol. 31. & feuda ad Regem peruenta, non sunt amplius feudalia, secundum Ioan. Andre. in cap. 1. §. huius autem generis, ex quibus causis feud. amittatur: Ioan. Fancisc. de Pont. consil. 30. numer. 7. quæ conclusio confirmat ea, quæ scribo par. 1. quæst. 5. Et vbiunque bona ꝑ laicorum, sunt mixta cum patrimonio Clericorum, conueniri debet Clericus coram iudicè Ecclesiastico secundum Albericum in l. hæres absens, ff. de iudiciis, per prædicta iura, quem citat Greg. Lop. in l. 57. tit. 6. pag. 1. in glossa, in verbo, ali deue.

Et ex istis volunt Dynus. Paul. Cast. Alberi. & alij in l. licitatio, §. mercatores, ff. de publican. quod si Ecclesia Romana, quæ habet salinas in Romandiola, illas dederit in censum, & postea illi firmarij portent sal per ciuitates Bononiæ, vel Fauentia, in quibus exigebatur gabella de his quæ portabantur, & ipsi reculerent soluere dicentes se emisse ab Ecclesia, quæ non tenetur soluere gabellam, iuxta Clementinam, presentem, de censibus; decidunt tamen, quod illi ꝑ tenentur soluere in eo, qui emit gabellas à fisco, in cap. 1. Qua sint Regalia, numer. 60. fol. 341. & hoc omnium latissime tradit Roland. in consilio 61. numer. 5. cum sequentibus, vsque ad finem consilij, libro 4. Ex quo loco possunt sumi multa pro decisione istius quæstionis; ad quem addo Decium

cium in cap. sane, num. 7. & 8. de priuilegiis, & in cap. porro, num. 10. eodem titulo, & consilio 48. Ripam libro 2. resposio 22. Aymon. de antiquitate temporis, 4. par. num. 39. & plures citat Barbof. in l. quia tale, 14. numer. 42. pagina 322. ff. soluto matrimonio, tom. 2. Petrum Augustum Morlam in empirio iuris, part. 1. tit. 6. de contrahend. empt. in principio, num. 112. pag. 391. Peregrin. in tractatu, de iure fisci, libro 6. tit. 6. num. 25. pagin. 355. Parlador. lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 3. §. 1. num. 16. pag. 90. Iulium Ferretum in tract. de gabellis, num. 224. fol. 193. Et facit quod respondit Ancharran. in consil. 433. quod statutum, ꝑ quo femina extantibus masculis excluditur, locum habet quoad bona emphyteutica data ab Ecclesia: quia iam bona temporalia, non spiritualia iudicantur. Quod confirmatur ex scriptis per Alexand. conf. 9. num. 2. lib. 1. Socin. Iun. in consil. 71. in fin. lib. 1. & ex pluribus quæ scribit Menoch. de arbitrariis, casu 180. num. 5. cum sequentibus, pag. 346. col. 2. Ex quibus etiam confirmatur quod scribit Glossa in c. vnic. de iure patronat. lib. 6. glof. 2. vbi vult, quod ꝑ si extinguatur ius patronatus, vt pura, quia nullus est hæres patroni, Episcopus solus confert; vbi Dominie, hoc sequitur, & idem volunt Bald. in cap. 1. col. 1. de election. quos citat Cæsar Lambert. in tractatu de iur. patronat. 2. lib. par. 3. art. 3. quæstione principal. fol. 236.

Ex quibus confirmo notabilem decisionem Petr. Barb. in l. post dotem, num. 74. pag. 883. ff. solut. matrim. vbi refoluit, quod si pater reliquit ꝑ uxori Tertium & Quintum, & illa filijs præmortuis successit, & hæc bona simul cum aliis filio superstiti reliquit, de cuius postea mortui successione contendunt auus paternus, & auus maternus, debent bona considerari tanquam prouentia à linea materna, à qua immediatè prouenerunt; & non debet considerari initium acquisitionis: ex Paulo de Castro in l. quod dicitur, C. de bonis qua liber. Afflict. decisio 127. Decius in consilio 183. num. 3. Contra Gamam decif. 9. & mouetur per aliqua ex superioribus; quam resolutionem reputo notandam ad bona truncalia, de quibus in l. 6. Taurin. retractus, & de quibus infra tractatur; & facit doctrina Bart. in l. si sic, §. si quis ita, ff. de legat. 1. vbi vult, quod quando facultas eligendi fuit transmissa ad hæredem, vel legatarium, facultas eligendi est cessibilis, tradunt Iason in l. si stipulatus fuerim, n. 1. par. 1. Paul. ff. de verbor. obligat. Ioan. Gratian. Falcon. regula 24. num. 6.

ꝑ Et per hæc dixit Montal. in l. 13. tit. 10. lib. 3. fori, quod si res patrimonialis deueniat ad Monasterium, & vendatur per Monasterium, non potest consanguineus illum retrahere, quem sequitur Cifuentes in l. 70. Tauri, quæst. 16. & Anton. Gomez ibi, num. 10. qui omnes etiam tenent in dictis locis, Cifuentes quæst. 47. Et licet ꝑ ius patronatus vendi non possit, transit cum vniuersitate secundum Abbatem in cap. cum saculum, de iure patronatus, Chassanæum in Catalogo gloria mundi, part. 1. consideratione 43. fol. 17. col. 1. vbi etiam tradit, quod si quis vendat totam hereditatem, vel successione, quæ transit in emptorem, transiunt in illum Anna, & insignia; vbi tradit quid in fideicommissario dicendum sit; & Anton. Gomez n. 24.

ꝑ Quod si res patrimonialis fuerit semel alienata, & consanguineus illum non retraxerit, & alienetur postea per extraneum à familia, non admittitur consanguineus ad retrahendum; quia cum semel res fuit facta alienabilis extra consanguineos, iam non censetur esse de patrimonio, citant text. in d. §. quindecim, in l. pater filium ff. de leg. 3. & idem tenet Peralta in l. cum patronatus, num. 37. pag. 302. ff. de legat. 2. in quo loco dicit, quod ita fuit per eum consultum, & per sententiam confirmatum, qui refert pro hac sententia bonum text. in l. si auia, Cod. de donationibus, in illis verbis, proprias res, inuncto fine, ibi; quod ex origine patris, vel aui vestri descendunt, quam Bald. summat hoc modo, Rem fuisse pro genitorum nihil operatur, ex quo ad alia dominia transiit.

Imò hoc extendit Anronius Gomez vbi supra, etiam si res reuertatur ad ipsum venditorem, qui primò alienauit, & postea iterum illam vendat: quia consanguinei tunc non admittuntur ad retractum, pro quibus facit notabile dictum Angeli in consilio 31. Dominus Philippus num. 7. vbi dicit quod beneficium ꝑ confecti inuentarij prodest hæredi, quando agitur contra eum ex causa hæreditaria immediate; secus si debitor hæreditarium sit reformatum ex conuentione facta cum hærede: quia causa renouata non dicitur hereditaria. Et idem tradunt Aretin. in consilio 147. In proposita quæstione, Decius in consilio 137. num. 4. Gregor Lopez in l. 7. tit. 6. in glossa, in verbo, quanto montaren, part. 6.

ꝑ Contra quod facit quod scribit Lucas de Penna in l. vnicuique, C. de præxi. sac. serm. libro 12. vbi dicit, quod si quis cum fundum semel vendidisset, consanguineus eius non retrahit, & tempore retrahendi transacto, iterum redit is fundus in dominium venditoris, & ab eo iterum venditur; quod consanguineus potest illum retrahere; de quo vide Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glossa 9. num. 159. cum sequentibus, vbi refert decisionem 3. Boerij n. 78.

Et ex his dixit, & sustentauit Socinus Iunior in consilio 20. num. 15. cum aliis, libro 1. quod ꝑ non dicitur res patrimonialis, quam frater à fratre habuit, licet priùs fuerit patris, & patrimonialis; & plura ad notandum; propositum adducit notanda; & tradit Ioan. Gurtier. conf. 21. num. 17. quem nouissime citat Azeued. in l. 22. titulo 7. libro 7. Recopilation. num. 8. folio 162. Licet ista doctrina videretur mihi ꝑ quod non sit tenenda quantum ad propositum nostratum legum; quæ de retractendis rebus patrimonialibus loquuntur, est tamen singulare consilium ad ista materia. Quæ autem ꝑ dicitur res patrimonialis; notanter explicat Burg. de Paz in consilio 30. num. 4. & sequentibus, Socinus Iunior in consil. 1. num. 20. lib. 2. & num. 23. vsque ad num. 32. Curt. Iun. in conf. 248. num. 13. lib. 2. quæ etiam conferunt pro intellectu text. in l. 6. Taurina, hodie l. 1. tit. 8. lib. 5. Recop.

Ista confirmantur ex alia resolutione singulari, quæ habet, ꝑ quod rogatus restituere hæreditatem, non tenetur restituere hæreditatis partem, quam à cohærede ex fideicommissio recepit; sed partem tantummodo, in qua ipse fuit hæres institutus notant ibi Imola, & Bart. in l. libertas, §. filium, ff. de annis legat. Ripa in l. hæres mei, §. cum ita, num. 36. ff. ad Trebel. & alij, quos citat Cephal. vbi punctum latissime tractat, in consil. 259. num. 16. cum sequentibus lib. 2. per totum; & istis conuenit notabilis decisio Gam. 9. vbi est videnda Additio. Et ad ista etiam facit bonus text. à Paucis animaduertus in l. penultim. vers. nequit uxor, C. de inoffic. donat. quem notanter explicat, & ornat Caldas Pereir. in tractatu, de nominatione ad emphyteu. q. 18. num. 53. fol. 204.

Ex prædictis venit, quod emphyteusis ꝑ Ecclesiastica concessa laico, subiicitur legibus laicorum, secundum Ancharranum in consilio 125. col. vltim. & in consil. 433. in principio, Paul. de Castro in consil. 194. Viso Statuto Florentia, in fine, lib. 1. Et idem est Decima, quam laicus tenet in feudum, secundum Raphaëlem Cumanum in consil. 83. Quia causa decimalis, col. 1. & alios quos citat Tiraq. libro 1. de retractu, §. 1. glof. 13. nu. 8. pag. 285. quod ad multa reputo notabile; cui addo egregium consilium Carol. Ruin. 70. n. 11. lib. 5.

Nec obstat his, doctrina Paul. de Cast. in d. l. voluntas, ꝑ C. de fideicommissis, vbi dicit, quod dictus §. quindecim, procedit vbiunque quis prohibitus fuit alienare partem suam; secus si prohibitio fuit simpliciter facta; quia tunc non est licita alienatio, quamuis semel alienata fuerit res familiaris, quem sequitur Decius, qui alios refert in consil. 182. In causa occurrenti in ciuitate Regij, numer. 6. in fine, & Decium sequitur Ægidius Bossius in pract. crim. tit. 12. de penis, num. 43. pag. 496. Simon de Prætis lib. 3. de interpretat. defunct. volunt. fol. 5. & vltima, num. 4. fol. 172. quia multi tenent contra hanc opinionem; & Doctores omnes; qui inducunt

text. in d. §. quindecim, ad supra relatum conclusionem generaliter loquuntur, præcipue Bart. ibi, & in l. i. vbi Ioan. de Platea, C. de imponend. lucrat. descrip. lib. 10. Albericus in l. 1. m. 2. ff. de officio eius cui mand. est iurisdic. & alij plures.

S V M M A R I V M.

- 35 Iura Regalia que deneniunt ad particularem, præscribuntur tempore ordinario.
36 Iurisdic. inter priuatos ordinario tempore potest acquiri. Quid in bonis feudalibus. n. 39.
37 Quod tempus sit necessarium, vt ciuitas præscribat contra ciuitatem.
38 Decimas laicorum possunt præscribere laici tempore ordinario.
40 Merum imperium potest præscribi contra inferiores à Principe per triginta annos.
41 Res ecclesiastica si ad priuatum perueniat, an cesset priuilegium Ecclesiæ.
42 Præscriptio ordinaria sufficit ad præscribendum rem vinculatam, si inter aliquos, qui non sunt ad maiorum vocati, lra super tali oboriatur.
43 Leges istius Regni, qua permittunt adiectionem & licitationem in conductione gabellarum Regis, non procedunt in locationibus factis de gabellis per Dominos istius Regni.
44 Res semel effecta feudalitatis potest absque consensu populi infundari.
45 Fructus ex decimis prouenientes, vt res profana indicantur, licet Decima sit res spiritualis. & num. 51. An possint tales fructus obligari, & hypothecari. nu. 49. & 54.
46 Capellania fundata à testatore cum redditibus ad alendum Capellanum vt ex eis tot missa dicantur, inter bona temporalia computatur.
47 Fructus separati, ex testatoris substantia procedere dicuntur.
48 Extraneus, de rebus Ecclesiæ non alienandis, qualiter habeat locum in locatione fructuum beneficiorum? remissiuè.
50 Fructus beneficij possunt vendi.
52 Qualiter in illis possit executio fieri.
53 Censu nouus an possit imponi super re censuali, & fructibus illius, sine domini licentia? remissiuè.
55 Feudum si semel ad feminam peruenit, potest iterum peruenire.
56 Successores medij non immutant in feudis rei qualitatem In aliis tamen rebus immutant. n. 62.
57 Intellectus ad l. 5. tit. 2. lib. 5. Recopi. & num. 58.
59 Hereditas adita dicitur patrimonio heredis.
60 Substitutio facta per hac verba, Quisquis mihi hæres erit, refertur ad heredes scriptos; non ad eos, quibus hereditas acquiritur medijs scriptis.
61 Renunciatio facta à filia de hereditate patris non excludit illam ab hereditate fratris, qui mortuus fuit, adita iam hereditate paterna. Quid in feudo, numer. 68.
63 Qualitas superueniens enti constituit nonum ens, & quando?
64 Maioratus si fiat ex noua licentia de bonis qua confiscata fuerunt, an dicatur nouus, vel antiquus.
65 Primogenitus qui renunciauit primogenituram in fauorem secundogeniti, habet in primogenitura, si secundogenitus, absque liberis, decedat.
66 Iura coherentia in Principe an transeant in singularem successorem.
67 Ius accrescendi quare cessat in parte acquisita.
69 Filius si renunciet legitimam paternam, vt cum pater det alteri fratri, & pater alteri fratri donet, talis donatio est valida, quamuis Tertium & Quintum excedat.
70 Et an pater teneatur obseruare in tali donatione formam l. 27. Tauri, bodie l. 11. tit. 6. lib. 5. Recop.

- 71 Qualitas rei per mutationem personam mutatur.
72 Rex si faciat donationem pænarum, quas de Camara vocamus, an possit pro illis fieri executio sicut pro debitis Regalibus.
73 Bona maioratus Enriquefia an redeunt ad Regiam coronam, cum Rex dat licentiam vt alienentur? remissiuè.
74 Bona si extrahantur ab aliquo maioratu, an possit postea in illis succedi per eundem maioratum. Post num. 74. inuenies alia summaria.

EX dictis nouiter, vt ipse dicit, tradit Anton. Gomez in l. 40. Tauri, num. 43. quod licet iura Regalia, quæ Principi pertinent, non possint præscribi nisi tempore immemorabili, vt sunt iura vulgata; si tamen sunt præscripta ab aliquo Magnate, vel Domino temporali, efficiuntur præscriptibilia tempore ordinario decem vel viginti annorum, sicut alia quælibet res priuati, vel iurisdic. Quæ sententia licet (vt prædixi) ab illo reputetur noua; fuit prius Anchar. in conf. 142. num. 7. & est communis, secundum Balb. in tractat. de prescriptione. 2. p. 5. part. in verbo, Circa primam, quæst. 3. num. 5. pag. 471. & sequuntur alij plures, quos refert Auend. in tract. de exequend. mand. Regis, part. 1. cap. 1. num. 21. fol. 11. in versic. si vero agat, vbi plura similia adducit; cui addo Alexand. conf. 16. In causa & lite: num. 27. vbi Gloss. Parisien. lib. 5. Aret. in conf. 154. col. vltim. Cephal. in conf. 367. num. 14. lib. 3. Gregor. Lop. in l. 6. tit. 29. in glf. in verb. La iusticia, part. 3. Episcop. Couarr. in reg. posses. de regul. iur. in 6. 2. part. relectionis, §. 3. num. 5. fol. 20. vbi tradit iurisdic. tionem inter priuatos ordinatio tempore posse acquiri, Quod confirmat Ioan. Gratian. Falcon. reg. 259. num. 19. Azueud. in l. 1. tit. 15. de las prescripciones, lib. 4. Recopilacion. num. 54 fol. 213. & prius num. 4. fol. 208. Ioann. Guttier. in prædictis quæst. lib. 1. quæst. 85 n. 1 cum sequent. & quæst. 86 & 87.

Sed animaduerto nouissime, quod si Ciuitas vult præscribere contra Ciuitatem iurisdictionem, sunt necessarij quadraginta anni ad præscribendum, sicut alia res vniuersitatis; iuxta l. omnes, C. de præscriptionibus triginta & quadraginta annorum, & quæ scribit post alios Balb. in tractat. de præscriptionibus, 3. p. 5. part. quæst. 1. num. 2. cum sequentib. Ioan. Baptist. de Caccialup. de sanct. Seuerin. in l. Imperium, num. 47. & 49. ff. de iurisdic. omni. ind. vbi tradit, quod quando agitur de præscribenda iurisdictione criminali contra populum alteri subditum inferiori à Principe, sufficit decem anni, & idem tradit Caldas Pereira de renouatione ad emphyteusim, quæst. 15. num. 3. fol. 113. Augustin. Morla in emporio iuris, tit. de iurisd. omnium indic. tit. 2. part. 1. num. 62. fol. 69. Ioan. Lopius in cap. per vestras, de donation. inter virum: notabili 3. versic. sed est pulchrum, num. 48. pag. 410. & Decimas laicorum possunt præscribere laici tempore ordinario, secundum Cardinalem conf. 146. & Felin. in cap. causam, col. 1. de præscriptionibus, Balb. de præscriptionibus, in noua impressione, 9. 7. pag. 418. num. 22. quos refert & sequitur Chassanæus in consuetudin. Burgund. rubr. 1. des Iustices: §. 6. num. 35. pag. 254. & voluit Raphaël Cuma. in consil. 83. Parisius in consil. 25. num. 10. lib. 4. latè & eleganter Aluar. Valasc. de iure emphyteut. quæst. 17. num. 15. fol. 101. qui legendus est num. 12. cum duobus seq. quod est in practica singulare.

Et præscriptio currit in bonis feudalibus, quando est quæstio inter priuatos, & non contra Dominum concurrente bona fide, & continuata possessione triginta annorum, secundum communem in cap. 1. §. si quis per triginta, si de feudo contendatur inter dominum & agnat. Felin. in cap. ad audiendum, de præscriptionibus, Roman. conf. 166. decis. Neapolit. 254. & alios quos citat Parisius in consil. 1. num. 123. lib. 1. Et merum imperium præscribi potest contra inferiores Principes & inter Comites, per triginta annos, vt per text. in d. §. si quis per triginta, tradunt Ias. in l. Imperium, m. 20. ff. de iurisdic. omnium indicum, Deci. conf. 198. num. 23. Curtius

Curtius Senior conf. 82. num. 5. Matth. ab Afflic. decis. 254. Hieronym. Gabr. conf. 163. num. 11. Iulius Clar. in §. feudum, quæst. 85. Cephal. in conf. 367. num. 14. lib. 3. & contra feudatarium Romanæ Ecclesiæ non est necessaria præscriptio centum annorum, secundum Glossam in cap. 2. laudientiam, in verb. principaliter, de præscriptionibus; vbi Felin. & alij, latè Balb. in tract. de præsumpt. p. 1. §. part. num. 19. pag. 400. sic si res Ecclesiæ perueniat ad priuatum, cessat priuilegium Ecclesiæ, vt in pulchra quæstione notat Bald. in rubrica, C. de usuris, 9. 4. & in alia pulchra quæstione Ioan. Andr. in addit. ad Speculatorem, tit. de censibus, §. nunc dicendum, in additione, quæ incipit, Tractabat, cum concordantibus: vt per Decim. in l. in omnibus causis id obseruatur, num. 18. pag. 259. ff. de regu. iuris. Quod eleganter tradit Roland. qui plura ad propositum adducit in dict. conf. 61. num. 4. cum sequentibus, lib. 4. Et quod collecta iam acquisita possit ab alia præscribi, licet ipsa collecta præscribi non possit, voluit Bart. in l. si publicanus, §. in omnibus, ff. de publicanis, Aucnd. 2. part. de exequend. mand. Regis, cap. 14. num. 6. fol. 184. Azueud. in l. 1. tit. 6. lib. 7. Recopilacion. num. 5. fol. 141.

Ex quibus deducitur, quod si inter aliquos, qui non sunt vocati ad maioratum, sit lis super aliqua re, quæ sit vinculata; sufficit præscriptio ordinaria ad præscribendum talem rem vinculatam: quod est notandum ad ea quæ tractantur in hac 4. par. quæst. 21. Ex quibus etiam confirmatur quod scribit Auendan. in 2. par. de exequend. mandatis Regis, ca. 12. numero 11. folio 178. vbi inquit, quod leges istius Regni, quæ permittunt adiectionem, & licitationem, quæ vocatur, del Quarto, in conductione gabellarum Regis, non procedit in locationibus factis de gabellis per Dominos istius Regni, qui in hoc non gaudent priuilegio Regis, nisi specialiter hoc conuentum sit. Ad hæc facit quod scribit Lucas de Penna in l. quicumque castellorum, colum. 2. versic. & idem dicendum, fol. 188. de feud. limitroph. lib. 11. vbi inquit, quod licet in aliquibus casibus vassallus teneatur ostendere titulum suæ possessionis, hoc est, si litigerit inter Regem Dominum & Vassallum; secus inter alios priuatos. Quare etiam Ludouic. Gouadin. in conf. 9. num. 71. tradit, quod si res semel fuit effecta feudalitatis, potest absque consensu populi infundari. Quod etiam confirmo, & quia licet Decima sit res spiritualis, fructus tamen ex Decimis prouenientes iudicantur vt res profana, secundum Glossam in ca. quamuis, de decimis, Ripa in nouissimis, decis. 2. alias 46. si annum, Tiberius Decianus in pract. lib. 5. cap. 80. nu. 8. folio 337. Dominic. in cap. quæquam, numero 11. de censibus in 6. Ias. in consilio 20. num. 4. libro 1. Mandos. in tr. de Monitorijs, quæst. 14. numero 2. fol. 6. & in regul. 12. reseruationis, quæst. 2. num. 3. folio 60. Anton. Thesaur. dec. Pedem. 131. numero 5. Iulius Ferrerus in tract. de gabellis, numero 472. idem Mandos. super commiss. causa profana, folio 13. col. 3. in principio. Sed quod fructus bonorum Ecclesiæ bona Ecclesiastica reputentur, tradunt Alciat. in conf. 6. numero 6. Decif. Pedem. 32. in principio, Bursat. in consilio 25. numer. 7. Et ista seruiunt ad declarationem eorum quæ scribit Lafarte de Gabellis, cap. 19. num. 60. cum seq. Ioan. Guttier. practic. quæstion. lib. 2. quæst. 26. numero 22. Azueud. in l. 1. tit. 5. lib. 1. Recopilacion. num. 4. Felin. in cap. causam, in fine, de præscriptionibus, & alij, quos citat Mascard. in tract. de probationibus, libro 5. conclus. 1323. numero 12. folio 271. Contra quod facere videtur l. 9. tit. 18. lib. 9. Recop.

Ad quæ iungo, quod Capellania si fundata à testatore cum redditibus ad alendum Clericum Capellanum vt ex redditibus tot Missæ dicantur, computantur inter bona temporalia, secundum Abbatem consil. 29. lib. 2. Guidon. quæst. 187. Rebuff. de pacifico possessore numero 287. Nauarr. in manuali ca. 28. quos citat Aluarus Valasc. consultat. 60. numero 12. Adde etiam quod fructus separati dicuntur procedere ex substantia testatoris, & secundum Ripam in l. in fideicommissa-

riam, num. 40. ff. ad Trebellianum. Menoch. lib. 2. de arbitrijs, casu 163. num. 32. & qualiter Extraneus, de rebus Ecclesiæ non alienandis, habeat locum in locatione fructuum beneficiorum, tradit Anton. Gama decis. 387. numer. 7. post Auendanum, quem citat lib. 1. de exequend. mandatis, num. 32. versicul. item quæ supra dicta: & fructus Ecclesiæ bona Ecclesiæ reputantur, vt tradit Olafcus decisione Pedemon. 32. & gaudent exemptione bonorum Ecclesiæ, vt per Abbatem in cap. ex parte, de Decim. Bartholom. Socin. in conf. 297. nota. 6. & libro 2. Alciatum in conf. 266. num. 6. Bossium in titulo, de Principe, numero 174. Bursat. in conf. 25. nu. 6. & 7. lib. 1. & quod Decimæ, & fructus beneficij dicantur dependere à Beneficio, tradit Rebuff. tom. 2. ad constitut. Regias, tit. de causa beneficiaria possessore, artic. 14. gloss. unica num. 7. pag. 312. Gomezius in regula, de triennali possessore, qu. 50. pag. 876.

Et quod fructus Decimarum possint hypothecari, & obligari, licet ipsæ Decimæ non possint obligari, tradit Bart. in l. si is qui, §. final. ff. de pignoribus, quem ira intelligit Iason in §. item Seruiana, num. 10. Infit. de actionibus, & idem Matth. de Afflic. in consil. Neapolit. lib. 3. rubric. 5. num. 19. folio 261. Et quod fructus beneficij possint vendi, tradit Sylua in tract. de beneficij, par. 1. qu. 7. num. 2. fol. 68. ad quos omnes addo Petrum Barbof. in l. Titia. ff. solut. matrim. tom. 2. n. 41. pag. 784. & notabilem l. 9. tit. 17. part. 1. & aliud est ius Decimæ, aliud fructus habere; vt tradit Rebuff. in tract. de Decimis, qu. 10. num. 34. pag. 33. Augustin. Morla in emporio iuris, par. 1. tit. 2. de iurisdictione omnium indicum, num. 37. fol. 84. & quod scribit Ioan. Garcia in tract. de expensis, ca. 9. num. 79. vbi tradit qualiter beneficia patrimonialia, quæ sunt in Gallæcia; possunt vendi, permutari, & locari, & deduci in iudicio familia eriscundæ, & idem de Decimis; & Iason in consil. 93. lib. 1. & quod vbi agitur de fructibus, fructus dicuntur res profana, tradit Mascard. in tract. de probationibus lib. 1. conclus. 146. num. 13. fol. 122. per decisionem Rotæ in antiquis, §. 54. Vtrum spoliatus; faciunt scripta per Ioann. Azorium in lib. institutionum moralium, l. 7. ca. 36. pag. 288. colum. 1. Ioann. Petram in tract. de fideicommissis, qu. 8. num. 476. pag. 162. post Matthæum de Afflic. decis. 26. qualiter fructus possint fieri in fructibus beneficiorum? examinat Guillem. Benedic. in cap. Rainuntius de testamentis, in verbo, & uxorem; num. 334. & 335. fol. 78.

Ex istis definiti potest quæstio, fide qua per Felicianum in tract. de censibus, tom. 2. cap. 4. num. 2. pag. 126. vbi disputat post alios, an super re censuali, & fructibus illius, possit imponi census sine licentia Domini? & licet decimæ vendi, aut pignorari non possint, possunt tamen fructus illarum: probatur in cap. vestra, de locato, tradit latè Tiraquell. lib. 1. de retractu, §. 1. gloss. 7. num. 51. pagin. 79.

Ex his ausus fuit dicere Paul. Castren. in conf. 176. Videtur dicendum, dictam Mariam: num. 2. lib. 1. quod licet feudum non possit regulariter ad feminam deuenire, si tamen semel fecit transitum ad feminam, per hoc fuit effectum femineum mutatione qualitatis successoris; citat dict. §. quindecim in l. pater filium, ff. de leg. & l. Paul. §. ultimo, ff. de acquir. end. heredit. præferendus tamen, secundum eum, est masculus, ex eo, quia prius de illo feudo fuit inuestitus, etiam si illud feudum fecerit transitum ad feminam, licet masculus ex femina descendat, non ex linea masculina ipsius, per cap. 1. de eo qui sibi aut hered. suis mascul. & feminis; & illud consilium est singulare in ista materia, ad quod addendus est Bald. in dicto c. 1. de eo qui sibi aut heredib. suis; vbi post eum Matth. de Afflic. num. 6. fol. 153. ponit pro regula, quod in feudis medij successores non immutant rei qualitatem, per illum textum: imo plures successiones factæ inter fratres successiuis temporibus, non faciunt quin finita line. vltima possint venire ad successionem descendentes ex primo acquirente cap. 1. de alienatione

alienatione feud. per Loiba. cap. 1. §. dummodo, de natur. successione feud. vbi Matthæus de Afflictis num. 12. folio 168.

Ex quibus omnibus infero etiam nouum & singularem ¶ intellectum, quem ex facto agitata vidi ad l. 5. tit. 2. lib. 7. Recopilation. statutem obseruandas esse consuetudines locorum Regni, per quas tales loci prouident officia Receptorum, Tabellionum, & alia similia officia; videlicet, si probent consuetudinem quadraginta annorum in possessione; & consuetudinem immemorialem, quoad proprietatem: ¶ nam dicta lex est intelligenda, & limitanda, si lis agatur super talibus officiis cum Rege, non etiam si tractetur lis inter Dominos locorum, & Communitates eorum, super electione talium Officialium: nam tunc sufficit præscriptio ordinaria, & requisita in possessione, & proprietate; & de intellectu text. in d. l. 5. ago infra, hac part. 9. 20.

57 Horum etiam vicina est Glossa ¶ in l. 1. §. veteres, in verb. per unum, ff. de acquirend. posses. quæ dicit, quod postquam hæreditas est adita, non dicitur amplius hæreditas, sed proprium patrimonium hæredis, & illam Glossam multum examinat Alexand. Iaf. & Socin. ibi; & est similis in l. per hæreditariam, ff. de acquirend. rerum dominio, & in l. eius qui in provincia, in princip. in versic. hæreditati, ff. si cert. petat. notat Bald. in conf. 264. num. 5. lib. 1. notanter Carol. Ruin. in rubr. ff. solut. matrimon. num. 259. pag. 39. Peregrin. in tract. de fisco, lib. 3. num. 104. pag. 182. Roland. in conf. 45. num. 40. lib. 3. Iaf. in §. actiones, num. 238. de actionibus, & l. si quis filium, §. vltim. n. 21. ff. de acquir. hæredit. & l. 2. num. 2. C. de iuris & fact. ignoran. & in conf. 120. lib. 1. in fine, & l. sicut maior, num. 3. C. de repud. hæredit. Alexand. in conf. 70. Magnificus miles, lib. 6. num. 12. & in conf. 198. num. 6. lib. 6. vbi Gloss. Paris. alios concordantes refert: & idem Iaf. in l. sicut, C. de repudiand. hæred. & in l. non est dubium, C. de legat. Parisius in conf. 20. num. 1. lib. 2. Baçca de non meliorand. filiabus, cap. 1. num. 100. fol. 85. Peralt. in l. 3. §. qui fideicommissam, num. 104. pag. 234. ff. de hæred. instit. quos adde ad Tiraquell. lib. 1. de retractu, §. 1. gloss. 9. num. 44. pag. 141. Menoch. de adipiscend. posses. remed. 4. num. 190. pag. 72. eleganter Deci. conf. 230. num. 3. Ioan. Gutierrez. in l. nemo potest, ff. de legat. 1. num. 76. pag. 34. & in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. in princip. num. 8. pag. 420. Tiberius Decian. respons. 89. num. 3. lib. 2. Curtius Senior conf. 63. num. 14. Neuzianus in syna nuptialis, lib. 2. n. 82. pag. 175. de quibus lector videat notabile consilium Iacobi Portij 121. num. 21. & 24. qui materiam declarat, Mascard. in tractatu de probationibus, lib. 3. concl. 1265. num. 35. facit text. in l. qui heredis, §. hac verba, ff. de vulgari, vbi notatur, quod ¶ substitutio facta per hæc verba (quisquis mihi heres erit) refertur ad scriptos tantum, non ad eos quibus hæreditas acquiritur medianibus scriptis, vbi hoc declarat Bald. Angel. Imol. Paul. Iaf. num. 6. & confirmatur ex scriptis per Matth. de Afflict. in consil. Neapolit. lib. 3. rubr. 24. de successione nobilitatum, num. 31. fol. 300. Cephal. conf. 45. n. 17. lib. 1. & alij plures, quos citat Menochius in conf. 95. num. 70. lib. 1.

60 Ex quibus dixit Angel. in conf. 52. quod renuntiatio, ¶ quam facit filia de hæreditate patris, non excludit illam ab hæreditate fratris, qui mortuus fuit adita iam hæreditate paterna: & idem tenet Alexand. in dicit. §. veteres, Paul. & Aret. in l. Paulus, §. 1. ff. de acquirend. hæredit. Decius in l. hæreditas, num. 8. ff. de regul. iuris, quos refert Episcop. Conarruui. in cap. quamuis pactum, de pactis, lib. 6. 3. part. relect. 6. 13. fol. 118. num. 1. cui adde eundem Decium in consil. 69. Guid. Papæ de cessione 231. eundem Decium in conf. 230. num. 13. Purpurat. in l. 1. num. 28. C. de pact. & Anton. Gomez qui hoc latè confirmat tradendo hunc intellectum ad dicit. cap. quamuis pactum, in l. 22. Taur. num. 13. Stephan. Bertrand. in consil. 92. num. 7. lib. 1. & conf. 133. num. 2. eodem lib. Anton. Gabriel. lib. 3. communium opinionum, tit. de doct. promissione, conclus. 1. num. 62. pag. 215. Marcus

Antonius Eugenius conf. 87. num. 81. Gutierrez. lib. 3. practicarum quaestionum, quaest. 80. num. 5. pag. 648. & Tiraquell. lib. de primogeniis, 986. num. 6. pag. 404. Seraphin. de privilegiis iuramenti, privileg. 21. num. 23. Roland. conf. 95. num. 44. lib. 1. & conducunt ad propositum scripta per Rodericum Suarez in quest. on. maioratus, pag. 437. num. 24. & per Arium Pinel. in authent. nisi tricennale, num. 55. fol. 178. C. de bonis maternis, column. 1. versic. sic igitur, Neuzianus in syna nuptialis, lib. 2. n. 82. pag. 175. Menoch. in conf. 115. num. 49. lib. 2. & Gregor. Lopez in l. 3. tit. 13. in gloss. in verbo, iugeres, fol. 90. & idem reperit in l. 6. tit. 11. fol. 84. column. 4. in fine. & col. sequenti, eadem part. vbi tradit, ¶ quod medijs successores immutant qualitatem, per dicitam l. Paulus, §. vltim. ff. de acquirend. hæredit. l. licitatio, §. mercatores, ff. de publicanis; de qua per Parlad. lib. rerum quotidianarum, cap. 3. §. 1. num. 17. pag. 90. & plura refert Tiraquell. lib. 1. de retractu. §. 1. gloss. 13. num. 12. pag. 86. Aluarus Vaez quaest. 17. num. 5. fol. 102. in tractatu de iure emphyteut. Natta conf. 139. num. 6. lib. 1. Ioann. Garcia in tract. de expens. c. 12. n. 70. fol. 121. Menoch. con. 129. n. 12. lib. 2. & de recup. posses. remed. 9. num. 397. pag. 428. col. 2. vbi ponit regulam, ¶ quod qualitas superueniens enti, constituit nouum ens, ex cap. statutum, iuncto cap. licet canon, de election. in 6. vbi hoc declarat, quando qualitas est substantialis, ex Aymon. in conf. 223. num. 6. post Corneum & alios, quos citat notanter Hippolyt. in singul. 520. & plura etiam ad propositum scribit Cephalus in conf. 58. num. 51. cum sequentibus, lib. 1. & allegat etiam Gregor. Lopez in dicit. l. 6. textum in l. si ita legatum, §. si domus, ff. de legat. 1. vbi Paul. ex quo decidit quandam quaestionem in materia maioratum, quæ in substantia est, an si fiat ¶ maioratus ex noua licentia de bonis, quæ confiscata fuerunt, sit iudicandus vt nobis maioratus, vel antiquus? cui adde textum in l. cum Patronus, ff. de leg. 2. l. si fundum per fideicommissum, §. vltim. ff. de leg. 1. Barth. Socin. in conf. 93. num. 10. lib. 1. Simonem de Pretis lib. 1. de interpretand. defunct. voluntat. dubit. vlt. solut. 9. num. 11. & 14. fol. 44. ex quibus scribit notanter Rebuff. in l. hæreditatis appellatio, 119. pag. 645. ff. de verborum significatione. Quod si ex consuetudine debeat vnus succedere in conuactibus, alter in proprijs, vt Parisius, si habens conuactus, & propria bona, decesserit superstiti filio, qui successerit eidem, & postea moriatur, isti filio succedet ille, qui propria bona debet habere; qui ad hoc aliqua refert: sed & Tiraquell. in tractatu de primogen. dicit. quaest. 86. num. 4. pag. 403. dixit ex facto fuisse responsum, quod primogenitus, qui renunciauit ¶ primogenituram in fauorem secundo geniti, habet ius primogenituræ, si secundogenitus absque liberis moriatur, nam post mortem patris bona defierunt esse sua, factaque sunt fratris, qui illi successit: & iura coherentia in Principe, quia ¶ dependent ab illius voluntate, non transeunt in singularem successorem, secundum Bart. in l. licitatio, §. mercatores, ff. de publicanis, Speculator, & Ioann. Andr. in tit. de immunitate Ecclesiarum, in fine, & alios, quos citat Natta conf. 274. num. 14. lib. 2. si ius accrescendi cessat ¶ in parte acquisita, l. 1. §. imerdum, ff. de usufruct. accrescend. quia iam non dicitur patrimonium eius qui hæredem instituit; notat & declarat Rebuff. in l. triplici, 142. pag. 721. ff. de verborum significatione.

67 Quod confirmatur per doctrinam Bald. in l. 1. & 2. ff. de rerum diuision. vbi scribit, quod ¶ si filia renunciauit hæreditati paternæ, & in illa hæreditate adfit feudum, quia non potest succedere in feudo per renuntiationem factam, si tamen moritur pater, & feudum perueniat ad fratres, si moritur aliquis ex fratribus, filia potest succedere in feudo; quia definit esse feudum patris; & idem voluit Andr. de Ifern. in c. 1. col. 9. de natur. success. feud. quos citat Thomas Grammatic. conf. 53. in fine, & legenda sunt quæ scribit Matthæus de Afflictis in dicit. cap. 1. de natur. success.

66 success. feud. num. 24. fol. 265. & idem Afflict. in cap. 1. nu. 6. fol. 1. de eo qui sibi, aut hæred. suis; Zafius in consilio 13. num. 2. cum sequentibus, lib. 1. faciunt quæ de retractu consanguineali tradit Nicol. Boer. in consuetud. Bituricens. tit. de Retractu, §. 1. pagin. 93. & ista faciunt ad confirmandum quod scribit Aluar. Valasc. de iure emphyteu. quaest. 52. numer. 13. fol. 236. vbi conatur probare, quod si dominus emphyteuticū antiquam nouiter infeudauit, mutatur qualitas contractus, per regulam textus l. vbi ita donatur, ff. de donat. causa mortis: & l. per procuratorem, in fine, ff. de acquirend. hæred.

69 Ex quibus inferitur confirmatio nouæ & singularis opinionis & doctrinæ in nostra materia meliorationis; Ioan. Guttier. in dicit. cap. quamuis pactum in principio; num. 10. pag. 322. vbi tradit, quod si filius renunciet Legitimum paternam, vt eam pater det alteri fratri; & pater donec eam alteri fratri; ¶ valeat talis donatio; quamuis excedat Tertium & Quintum: quod quotidie contingit, & vidi in grandi negotio, cui conueniunt quæ scribit Episcop. Sarmient. lib. 7. felestarum interpretationum, cap. 11. numer. 1. fol. 54. ex quo etiam venit; quod in tali donatione facta per patrem filio non tenetur pater obseruare formam, & ordinem legis 27. Taur. ¶ hodie l. 1. tit. 6. lib. 5. Recopil. & ad Aluarum Valascum addo elegantem decisionem Gamæ, 226. num. 2. & ibi Mena in additionibus; decisionem etiam cito part. 1. quaest. 12.

70 Pro quibus etiam facit, quia per mutationem ¶ personæ mutatur qualitas rei, cap. 1. de iure patronat. cum concordant. vt per Alexand. in consil. 35. num. 16. lib. 4. Brun. conf. 91. num. 3. Menoch. in consil. 160. num. 15. de quo etiam legenda sunt quæ scribit Simon. de Pretis lib. 1. de interpretand. defunct. volum. solut. 9. num. 11. fol. 44. Iaf. in conf. 20. num. 2. cum sequentibus, lib. 1. Segura & additio in l. 3. §. final. ff. de liber. & posthum. Iaf. in authent. quas actiones, num. 41. C. de sacrosanct. Eccles. Guid. Papæ de cif. 3. & 261. & 382. Castel. in l. 6. Taur. in glossa verb. de qualquier, vers. & quod dixit.

71 Ex his etiam potest definiti quæstio de facto contingens; Rex fecit donationem quantitatis pænarum, quas nos vocamus de Camara; donataris petit exequutionem pro illa quantitate; an sit iudicanda & facienda ¶ exequutio sicut pro bonis & debitis Regalibus? Et ex istis inferitur confirmatio eorum quæ scribit Messia super l. Toleti, secundo fundamento, 9. part. num. 40. cum seqq. vbi tradit, quod si facta occupatione alicuius partis plateæ, exitus, callium, aut loci, seu publicarum viarum, ac ex populi querela sibi iam facta restitutione ipsemet populus non in forma primæua publica, sed ex alio titulo ei adiudicata fuerit potest talem rem præscribere spatio quadraginta annorum; & idem dicit in defunctis boialibus; & alijs bonis restitutis Concilio, & in casu pragmatica Giennensis, vt ipse latius fundat.

72 Ex istis inferitur confirmatio doctrinæ Molinæ lib. 4. de primogeniis, cap. 4. num. 43. & 44. folio 154. vbi vult, quod si Rex dat facultatem ¶ ad alienandum bona maioratus Enriqueña, non potest redire ad coronam Regiam, quia per talem facultatem derogata fuerunt vincula, & conditiones antiquæ, & quod si bona fuerunt extracta ab aliquo ¶ maioratu, non potest postea succedi in illis per illum maioratum, pro quo faciunt scripta in terminis per Iacobatum de Franchis in praludijs feudorum, num. 78. usque ad numerum 86. Paul. de Montepico consilio 100. num. 36. 37. & 40. Deci. consil. 23. num. 35. Aymonem de Antiquitate temporum 51 part. nu. 14. Marcabrun. ab Anguillis consil. 111. & faciunt quæ notanter scribit Iaf. conf. 24. lib. 3. Augustin. Beroius consil. 71. num. 24. lib. 1. & per Matiencium in l. 7. tit. 1. lib. 5. Recopilation. num. 6. & 7. folio 370.

S V M M A R I V M.

75 Inferitur notabilis intellectus ad forum de Sepulueda, & ad l. 6. Taurinam, in illis verbis, et tronco al tronco, & num. 99. 101. & 103.

76 Maritus est velut emptor rei dotalis & num. 93.

77 Res emphyteutica an possit in dotem dari.

78 De re immobili data in dotem an iudicetur sicut de dotē data in quantitate.

79 Maritus recipiens in dotem rem immobilem æstimatam, an teneatur eam restituere ante annum transactum.

80 Executio an possit fieri in bonis dotalibus, si mulier fuit condemnata super actione personali constante matrimonio.

81 Mulier etiam rem in dotem datam æstimatam reuendicare potest, vbi maritus soluendo non est & nu. 83. & 92. Quid quando extranei prætentunt succedere filio talis mulieris.

82 Dominium doctis transfertur ipso iure in uxorem soluto matrimonio. & num. 85. & 86.

83 Bona dotalia non dicuntur esse in bonis mariti.

84 Vir in re dotali imaginem mulieris representat.

85 Maritus qualiter possit administrare bona uxoris, remissum.

86 Fiscus an confirmare possit fideicommissum, vbi ille, cui successio delata fuit, erat vltimus successor.

87 Res dotalis æstimata a marito vendita per uxoris cognatos potest retrahi.

88 Fundus redemptus, qui antea erat maioratus, an accipiatur veterem qualitatem.

89 Res redempta dicitur eadem & eiusdem qualitatis, quæ primitus illi inhererat, & non subiacerit oneribus, & hypothecis medio tempore per emptorem inpositis, numer. 98.

90 Origo est inspicienda.

91 Intellectus ad §. quindecim. ff. de legat. 3. & num. 102. & 150.

92 Bona adhuc inueniuntur truncata, & de radice; quamuis diuidantur.

93 Prima causa semper est attendenda.

94 Vendita res cum pacto de reuocandendo an retineat qualitatem patrimonialis.

95 Bona maioratus præscribi possunt præscriptio ordinaria inter eos qui non sunt vocati, nec substituti ad maioratum, maxime si res simul fuit alienabilis effecta.

96 Intellectus ad l. vlt. tit. 15. lib. 4. ordinamenti.

97 Res cum præcedit à prima causa, nec transit per medium, à prima causa denominatur, alijs setus.

98 Laicus an possit præscribere in usufructu contra patronum.

99 Pater an possit concedere filio licentiam testandi ad libitum in præiudicium aliorum filiorum.

100 Laici præscribentes decimas vel Tertias, an possint pro illis apud Indices Ecclesiasticos conueniri.

Post num. 111. inuenies summariæ quæ desiderantur.

EX dictis etiam inferitur egregius ¶ intellectus ad forum Sepulueda, & ciuitatis Conchenfis, & aliorum ciuitatum, de quo fit mentio in l. 6. Tauri: nam si mulier contrahat matrimonium cum aliquo, & illi dat rem in dotem æstimatam, vera æstimatione, quæ facit emptionem, quæ fuit parentis, vel matris mulieris, aut antecessorum, & postea mulier defuncta fuit relicto filio, vel filia, qui post obitum matris adhuc puer vita functus fuit, quod in illa re sic data in dotem, & æstimata vera æstimatione, ex qua est contracta emptio; non succedunt puero defuncto consanguinei, ad quos competit successio ratione tronci; & radicis, sed pater illius filij. Quod ex prædictis satis deducitur; & quia postquam res marito vendita fuit, exiit de familia cuius antea erat; & fuit effecta alterius qualitatis; ¶ & quia quando res datur marito æstimata in dotem, 76 est viribus, & effecta quædam venditio, text. est vulgatis in l. quoties, C. de iure dotium, & in lex promissione, ff. de act. & obligat. vbi dicit maritum, quantum ad dotem pertinet, esse veluti emptorem; & probatur in l. 16. & 17. tit. 1. part. 4. & alios concordantes, referunt Iason. & Deci. & Purpuratus in l. ex conuentione, C. de pact. idem Iaf. in l. sciendum, §. si fundum, ff. qui sitis daret.

estilare cog. Anton. de Fano in tractatu de pignoribus, 6. p. 2. membr. 2. num. 59. Tiraquel. lib. 1. de retractu, §. 1. gloss. 14. num. 21. & num. 108. Episco. Covarru. in pract. quaest. cap. 28. Gregor. Lopez in dict. 1. 16. & 17. Faber & Riminald. in §. 1. instit. quibus alienare licet vel non, Glof. Parisiens. in 1. part. consuetud. Parisien. §. 55. gloss. 1. fol. 87. m. 101 & 105. & 106. vbi tractatillam egregiam 77 quaestionem, f an res emphyteutica possit in dotem dari abique domini consensu? quibus iunge Ariam Pinel. in l. 2. C. de rescindend. vendition. part. 1. numer. 18. fol. 51. Campege in tract. de dote, part. 4. quaest. 7. fol. 112. num. 1. Carol. Ruin. in consil. 58. numer. 12. lib. 3. vbi vult, 78 quod de re f immobili dara in dotem aestimata, iudicatur sicut de dotedata in quantitate: quem citat Phanutius in tract. de lucro dotis, gloss. 9. num. 36. pag. 792. & per ista, & text. singulare in l. cum in fundo, §. si fundus ff. de iure dotium, quem reputat singularem Roman. singular. 225. aliàs determinavi, quod si maritus recipit in dotem rem immobilem aestimata, non tenetur 79 f restituere nisi anno transacto sicut alias res mobiles: quod est notandum pro intellectu text. in l. unica §. exactio, C. de rei vxor. actione, & l. 31. tit. 11. part. 5. & reputo nouum, & singulare, quod confirmatur ex scriptis per Barthol. Socin. in l. cum familia num. 30. fol. 96. ff. de legat. 1. Gomezium in §. fuerat, num. 13. Instit. de act.

Ex quibus confirmatur vnum singulare, quod scribit Guido Papæ singular. 429. vbi vult, quod si mulier fuit condemnata super actione personali constante matrimonio f non potest fieri exequutio in rebus dotalibus, quem citat Ioann. Gratian. Falcon. regula 310. num. 3. Non obstat haec illatio text. in l. in rebus, C. de iure dotium, vbi dicitur, In rebus dotalibus siue mobilibus, siue immobilibus, seu se mouentibus, si tamen exant, siue aestimata, siue inaeftimata sint, mulierem in his vindicandis omnem habere post dissolutum matrimonium prerogatiuam habemus: & neminem creditorum mariti, qui anteriores sunt, posse sibi potiore causam in his per hypothecam vindicare, cum eadem res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio, non enim quod legum subtilitate transiit earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritas deleta, vel confusa est. Ex quo text. egregie probatur, quod f quamuis iuris fictione maritus durante matrimonio dominus sit rei dotalis, tam aestimata quam non aestimata: iuxta l. doce ancillam, C. de reuendicat. & concordantib. de quo legendus est Iaf. in l. de die, §. qui mulierem, num. 2. ff. qui satisfacere? Emmanuel Suarez, qui refert Pinel. & alios, l. b. 1. communium opinionum, in verb. dos, pag. 273. Ioann. Lopez in cap. per vestras, de donat. inter virum & uxorem, §. 6. num. 3. pag. 305. vbi Barahon. in addition. qua incipit, Maritus, multa refert Constantius Rogerius in tract. de dote, quaest. 13. num. 1. cum sequentibus, pag. 516. Domin. Anton. de Quælad. in lib. quaestionum, q. 15. num. 2. cum sequentibus. Cald. Petreir, de renouation. emphyteus. quaest. 13. num. 33. fol. 109. Petrus Surd. decis. 278. n. 6. naturaliter tamen permansit in dominio mulieris, quam l. in rebus, latè explicat Bald. Nouell. in tract. de dote, par. 8. priuileg. 6. fol. 41. num. 1. cum sequent. Menoch. de arbitrar. iudicium, lib. 2. casu 39. num. 19. post Corraffium, quem citat lib. 5. Miscellanearum iuris, cap. 14. idem Menoch. in 1. act. de praesumptionibus, lib. 4. praesump. 189. n. 169. fol. 341. Sebastianus Monticel. in tract. de Inuen. ar. cap. 9. num. 387. folio 231. col. 2. 8. volunt tractatum: & quod dominium rerum dotalium transeat in mulierem soluto matrimonio, resoluunt inter alios Ripa in l. 1. num. 36. ff. solut. matrim. Laurentius Terinus Rodolphus in tract. de cautelis, cautela 55. n. 1. cum sequentibus, pag. 1. 2. ad quam materiam legi debet omnino notabile consilium Bartholom. Socin. 131. num. 3. cum sequentibus, lib. 1. Ioann. Iugnum in l. 1. §. si vir, num. 44. ff. ad Silani. Qua ratione dixit Glossa celebris in dict. l. in rebus, in verb. aestimata, quod mulier tanquam domina 83 potest vindicare fundum etiam aestimatum, f vbicunque maritus non est soluendo, quam Glossam reputant

singularem Doctores ibi, præcipue Bartol. & Bald. in §. actionum, num. 84. Instit. de actionibus, & eam sequitur Bald. in l. inter antiquam, C. de usufruct. & alij, vt per Iaf. in l. 1. numer. 1. ff. de aestimat. actionum, & in dicta l. ex conventionione; Hippolyt. singular. 661. Ioann. Lopius in cap. per vestras, de donationibus inter virum & uxorem, colum. 45. §. 21. hodie pagin. 345. & sequenti, Gregor. Lopez in l. 49. tit. 5. par. 5. Episcop. Covarru. dict. cap. 28. num. 8. & per illum text. in dict. l. in rebus, dicunt Doctores in pluribus locis; quod dominium rei dotalis f transfertur ipso iure in vxorem soluto matrimonio, quod post alios tradit Antonius Gama decision. 339. n. 4. versicul. non obstat: hodie decisione 340. Quæ conclusio etiam probatur expresse in l. si quis posthac, Cod. de bonis proscript. ibi, Vxor res proprias veluti manu iniecta vendit. f Notatur per Bald. in consilio 85 35. lib. 3. & per eundem in l. traditionibus, nu. 19. C. de patris: & Deci. in l. dotis, num. 2. C. de collat. Roland. in cons. 77. n. 34. lib. 1. & prius, n. 27. per Chassanæum in consuetud. Burgundia, tit. des droitz, rub. 4. §. 17. numero 11. pag. 717. Ioseph. Ludouic. decis. 61. num. 8 & decis. 12. num. 18. & decis. 109. num. 18. Iaf. in §. item Seruiana, n. 72. de actionib. Thom. Grammat. decis. 114. eundem Iaf. in l. 2. n. 114. C. de iure emphyt. Bald. Nouell. in tract. de dote, p. 8. priuileg. 6. num. 17. fol. 42. Campege. in eodem tr. de dote, §. 1. q. 94. num. 2. fol. 87. Gregor. Lopez in l. finali, tit. 2. part. 5. Burg. de Paz cons. 4. n. 19. Egid. Bossium in pract. crimin. tit. de Principe, nu. 300. Hieronym. Gabr. con. 34. per totum: & multa bona tradit Burlat. in cons. 8. num. 15. cum sequentibus. & regendus est etiam Ioan. Lopius in cap. per vestras, de donation. inter virum & uxorem, §. 20. num. 1. cum sequentibus, pag. 343. Ioan. Gutierrez al. legat. 11. num. 7. & cons. 19. num. 26. & cons. 22. per totum, Celsus cons. 1. numer. 52. Barbof. in l. dinortio, §. ob donationes, num. 7. pag. 989. tom. 1. ff. solut. matrim. Anton. Gom. in l. 53. Taur. num. 48. versicem adde quod mortuo marito, eleganter Domin. Anton. de Quælada in suis qu. c. 14. nu. 1. cum sequentibus. Ioseph. Mascard. in tract. de probationibus, lib. 3. conclus. 1179. num. 14. fol. 90. & ad hanc conclusionem alios refert, & hoc citat Anton. Theaur. decis. Pedemont. 48. num. 2. qui ferè omnes, f excepto, Hieronym. Gabr. resoluere videntur posse mulierem soluto matrimonio propria autoritate capere possessionem bonorum dotalium, & etiam bonorum mariti, pro hypotheca, quam habet ad bona mariti, quod vidi in grandi negotio; & ad omnes addo Iaf. in cons. 85. col. 2. lib. 3. Bald. Nouel. d. priuileg. 6. n. 20. & legendus etiam est Parlad lib. 2. rerum quotidianarum, cap. 5. n. 13. vbi tractat an mulier pro dote sit legitimus contradictor ad impediendam bonorum possessionem, quod quotidie contingit: & ad omnes addo notabilem, & peregrinum dictum Socini Iun. in cons. 111. num. 6. lib. 3. vbi tradit, quod si in instrumento dotali sit dara potestas mulieri, vt possit capere propria autoritate bona mariti, prout in pluribus contractibus dotalibus reperitur, cessat ius offerendi: quod refert Cephal. cons. 530. num. 11. & n. 29. libro 4. quæ omnia addenda sunt ad Peraltam in l. Lucius, §. Gaius Seius, num. 2. pag. 422. ff. de legat. 2. vbi tantummodo refert Bald. in l. vlt. C. quorum legatorum: tenentem, quod mulier possit pro dote retinere res dotalis; nec est omitienda egregia remissio Additio Ferrar. in practica, in forma libelli, quo agitur ad repetendam dotem pag. 262. col. 2. in princip. qua incipit. Creditores: Celsus consilia 1. num. 14. cum sequentibus. vbi tractat de possessione, qua ob dotem mulier præterdit contra bona primogenitura: & tradit Theaurus decis. Pedemont. 207. Burlat. in cons. 9. num. 4. Et quod vbicunque in obligatione de restituenda dote opponitur precarium, possit mulier propria autoritate apprehendere dotem, voluit Bald. in l. penultim. Cod. de pignorat. actione, Boëtius quaest. 200. col. vltim. Menoch. de recuperand. possess. remed. 15. n. 31. pag. 462. Et ad propositum redeundo, dicit Bart. in l. Lucius, §. idem respondit, num. 2. ff. ad municipalem, quod bona dotalia non dicuntur f esse in bonis mariti, quem 87 refert

refert & sequitur Dec. in l. quod euincitur, ff. de regul. iur. quamuis contrarium teneat Campege in tractatu de dote, part. 4. q. 7. per dict. §. idem respondit, de quo legendus est text. in l. sciendum, §. si fundus, ff. qui satisfacere cogantur, vbi Iaf. numer. 2. & l. 7. tit. 11. par. 4. Nouellus in tractatu de dote, part. 6. priuileg. 9. num. 1. & dicit Baldu in dict. l. in rebus, num. 7. quod in re dotali f vir repræsentat imaginem mulieris: & idem Bald. in l. vltim. n. 10. C. de iure emphyteut. dicit quod in illa imagine repræsentatur naturaliter dominium mulieris; quia hæc, & similia non obstant, vt constat ex scriptis per Salicet. in dict. l. in rebus, vbi f eleganter agit de intellectu verborum illius legis, siue aestimata, siue inaeftimata sint, quod rectè expendit Arius Pinel. quem ad hoc omnino (si expedierit) vide in l. 1. par. 3. num. 15. folio 86. in versicul. nes obstat. text. in dict. l. in rebus: C. de iure dotium. Item prædicta procedunt, quando mulier ipsa ageret ad dotem, secus quando agunt extranei, f qui præterdunt succedere filio talis mulieris; argum. l. 2. ff. de priuilegiis dotium, vbi per Bald. & Doctores, & voluit Bart. in l. Nefennius, §. 1. ff. de re iud. vbi Imol. hoc dicit esse singulare, ad Alex. in l. si mora, n. 2. ff. solut. matrim. & quod notat Bart. in l. post dotem, ff. solut. matrim. Bald. in l. qui stipendia, num. 1. Cod. de procurat. Bart. in l. asfidus, Cod. qui potiores in pignore habeantur; Iaf. in §. fuerat, numer. 94. de action. & in l. cum fundus, §. seruum tuum imprudens, numer. 55. si certum petatur. Anton. de Fan. in tractatu de pignoribus, par. 2. membr. 4. n. 107. vbi late de hoc agit, & istis addenda sunt quæ scribo in 3. p. quaest. 5. a numer. 20. & ex Peralt. & aliis, & qualiter maritus possit administrare bona f vxoris, legendus est Mascardus in tract. de probationibus, libro 1. concl. 211. & qualiter vxor a viro separata iudicio Ecclesiæ possit habere possessionem bonorum, lege Ant. Gam. decis. 97. Existit etiam deducitur confirmatio eius quod scribit Iacob. Alben. cons. 7. n. 19. part. 1. vbi tradit, quod 91 fscus confirmare potest f fideicommissum, vbi ille cui successio fideicommissi delata fuit, erat vltimus successor fideicommissi, & potuisset per eum liberè alienari. Infertur etiam ex prædictis, an verum sit quod notanter scribit Matth. de Afflictis in tractat. protomis. in verb. licet enim supra diximus, column. 3. versic. item quæ ro quod si datur; vbi scribit, quod si res immobilis detur f aestimata in dotem, habet mulier in ea ius retractus; quem refert & sequitur Tiraquel. libro 1. de retr. §. 1. numer. 109. pagin. 329. Quorum resolutio, quam vidi in practica, & quotidie contingere potest, difficilis mihi videtur, & contra textum in dict. l. in rebus, C. de iur. dot. & alia supra tradita: & contra opinio-nem Matth. de Afflict. & Tiraq. facit etiam quæ eleganter scribit Gloss. Parisien. par. 2. consuetudin. Parisien. §. 56. num. 41. vbi notabiliter explicat illam conclusionem, 93 an res f immobilis data in dotem aestimata, faciat emptionem? Et contra Tiraquel. facit quod scribit idem Gloss. Parisien. par. 2. consuetudin. Parisien. §. 55. num. 104. folio 77. vbi resolut, quod si maritus vendat extraneis rem dotalem aestimata, f potest retrahi per cognatos vxoris: & de puncto & quæstione lege nouissime Ioann. Gutierrez hoc referentem in practico. quaestionibus libro 3. quaest. 77. quod etiam resolut Matienço in l. 7. gloss. 7. numer. 16. tit. 11. lib. 5. Recopilation. fol. 360. & faciunt pro ista sententia quæ scribit Amedæus de Aponte in tractatu laudemiorum, cap. 29. fol. 38. & leges nostri Regni, quæ de retractu loquuntur, quæ sunt contra ius commune, odiosæ, & exorbitantes; & quæ simpliciter loquuntur in venditione: quod tenendum mihi videtur, & in praxi sequendum; & è contrario sequenter multa inconuenientia, & incommoditates; licet Matth. de Afflict. & Tiraq. sequatur Matienço in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilat. gl. 7. n. 26. cum sequent. fol. 368. 95 Fundus autem f redemptus, qui ante fuerat maioratus, quaeritur an habeat eandem qualitatem sicut 96 antea erat? concludendum videtur, quod sic; f quia res

redempta dicitur eadem, & eiusdem qualitatis, quæ primitus illi in hærebat: l. filio quem pater, ff. de liber. & posthum. ibi, Non translati, sed redditus videatur, l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis, vbi Doctores; & quod origo sit f inspicienda, probatur in l. si filius, C. ad Macedonianum, & in l. qui quod, ff. de donationibus; & in l. cum fundus §. 6. ff. de condit. & demonstrat. tradunt Crotus in cons. 135. num. 7. & in cons. 137. num. 13. Roland. in cons. 33. num. 31. libr. 4. & ideo res redempta f non subiacet oneribus, & hypothecis medio tempore, siue specialiter, siue generaliter, impositis per emptorem, l. si res, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. soluitur: l. in diem, ff. de aqua pluua arcend. notat Paul. in l. 2. col. 3. C. de rescinden. vend. Alex. in cons. 45. lib. 1. & alij, quos refert Gloss. Paris. in consuetud. Paris. p. 1. §. 41. num. 20 fol. 288. qui id tradit in retractu, & est notabile pro nostra materia; & pro intellectu legum Regalium, quæ de retractu loquuntur; & pro intellectu dict. l. 6. Taurina, f quæ facit mentionem de foro, ex quo radix redit ad radicem, & stipes ad stipitem, de quo supra etiam actum fuit: & de fundo ab hostibus redempto, quod in eo habeat locum ius postliminij, tam respectu domini directi, quam vtillis, & omnium quorum interest: traditur per Gloss. Paris. in dict. consuetud. tit. 2. §. 62. num. 75 fol. 168. quod est notabile ad nostrum propositum, & ad dictas leges retractus: & legi debet Ioann. Guttier. cons. 21. num. 17. & ad l. 6. Taur. Et pro intellectu eorum quæ notauimus ad §. f quindecim in l. pater filium ff. de leg. 3. vide Præpositum in d. c. 1. de eo, qui sibi & hered. suis mascul. & femin. vbi dicit, quod ille §. quindecim, procedit in prohibitione, quæ ad res est directæ; & ideo alterata natura rei, alteratur prohibitio: secus autem in prohibitione respiciente personam, quæ est perpetua: refert l. cum res, ff. de fideiussor. & dicit esse de mente Bart. in dict. §. quindecim: è contrario autem Paul. de Castro in l. voluntas, C. de fideicommissis; intelligit dict. §. quindecim, procedere quando prohibitio est diuitaxat in personam: secus etiam si sit respectu rei: & tradit Deci. consil. 69. & 82. in fin. Iaf. in d. §. lectura 2. num. 95. quos citat Alciatus cons. 136. num. 2. quod est notatu dignum, & tradit etiam Menochius de arbitrariis iudicium, libro 1. q. 54. num. 25. Et pro f intellectu d. l. 6. Taur. quando aliquid dicator esse de patrimonio, & in terminis de beneficiis patrimonialibus Hispaniæ, tradunt Cassadorus decis. 8. tit. de præbendis, Quintilian. Mandos. regul. 19. Cancellaria. q. 15. fol. 138. qui legi omnino debet: & de istis rebus patrimonialibus plura scribit Tiraquel. libro 1. de retract. §. 1. gloss. 3. numer. 11. pagin. 60. & §. 32. num. 26. gloss. vnic. pagin. 677. cum sequentibus, & numero 684. cum pluribus alijs. Et est etiam notabilis doctrina Bald. in dict. cap. 1. de eo qui sibi aut hered. suis, vbi vult, quod descendentes repræsentant suos ascendentes in quocunque gradu existentis: Et quod quando in modo succedendi habetur confidatario ad primum stipitem, & primum consensum inuestituræ; medijs successores non mutant rei qualitatem, quod est consideratione dignum ad ea, quæ scribo part. 2. quaest. 6: dum tracto, an qui semel fuit exclusus, maneat perpetuo exclusus? quod confirmo ex alia doctrina egregia eiusdem Bald. in cap. 1. de fundo marchie, vers. 2. noia, vbi vult, quod mortuis sine hærede descendentes qui feudum possidebant, retroceditur feudum ad coheredes, & quidam dicunt vsque ad 4. gradum, quidam vsque ad septimum, quidam in infinitum, beneficio inuestituræ primi parentis, cuius respectu omnes isti sunt descendentes. Limitat etiam eleganter Bald. d. §. quindecim, in cons. 379. lib. 3. in alienatione facta per f diuisionem inter hæredes: quia ex hoc non dicuntur bona extra familiam esse, nec libera remanere, refert Bald. in l. qui Roma, §. vltim. ff. de verborum oblig. quod dictum refert & sequitur Dec. in cons. 88. num. 5. vbi ex aliquibus confirmat, quamuis diuisio regulariter sit species alienationis, l. si supillarum, in princip. ff. de rebus eorum: l. ex m. solus; ff. de vscap. & pro hoc facit l. 33. in quatuor gabelarum, vbi

vbi ex diuisione facta inter cohæredes non debetur gabella, etiam si nummi ex altera parte intercedant. Quod etiam notandum est ad intellectum tex. in l. 6. Tauri: circa cuius praxim quotidie videtur, quod licet inter cohæredes fiat bonorum diuisio; nihilominus bona remanent truncalia, & eiusdem qualitatis, cuius erant ante diuisionem factam; & prima causa est semper per attendenda, & influit magis in secundam, cap. si cui, de prabend. in 6. notat Calder. in conf. 4. tit. de locato, Aymon in conf. 202. num. 14. in quo num. & in pluribus sequentibus, probat per plura iura, & auctoritates, bona esse iudicanda fideicommissio subiecta, inspecta prima & primordiali causa; ad ista legendus; & lege quæ nouissime scribit Ioan. Gutierrez. lib. 3. practicarum quæst. 77. num. 1. cum aliis, vbi hoc refert.

Et ex dicto Dec. in dict. conf. num. 3. colligere etiam licet, quod si quis vendit rem patrimonialem cum pacto de retrouendendo, retinet adhuc talis res naturam rei patrimonialis; quia hoc casu bona reddita, non translata videntur, dict. l. filio quem pater, ff. de liberis, & posthumis, & l. peculium, §. si are alieno, ff. de peculio; & alia iura, & rationes, quas refert; & ibi num. 3. Notanter in nostra materia resoluit, quod res quæ extracta fuit de familia per hæredem, si redit ad fideicommissarium ex pacto de retrouendendo, retinet eandem naturam quam prius habebat, & est de familia; quod repetit idem Dec. in conf. 238. num. 5. per plura iura, & per doctrinam Bart. in l. in diem, ff. de aqua pluuiæ arcenda, & notatur per Marzarium in tractatu de fideicommissis, par. 2. quæstion. 6. & alios, vt per Simonem de Pretis libro 3. de interpretand. defunct. volunt. dubitatione 3. solatione 1. numer. 10. folio 346. quod ad aliud propositum tradidi part. 1. quæstion. 58. Et conducunt quæ in propria materia & puncto retractus, scribunt Anton. Gomez in l. 73. Tauri, numer. 24. Matienço in l. 7. tit. 11. gloss. 5. nume. 5. cum sequentibus, lib. 5. Recopilat. vbi inter alia allegat bonum tex. in l. si à me, ad l. falcid. & tradit Chassanæ. in consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 25. numer. 5. pagin. 805. & faciunt scripta per Petr. Sard. decis. 163. num. 3. quod etiam conducit ad intellectum Regalium legum, quæ de retractu loquuntur consanguineali, ad quas illud consilium est necessarium.

Ex his autem omnibus, quæ in ista quæstione tractata sunt, inferitur, quod licet bona maioratus præscribi non possint, nisi præscriptione immemoriali, vel cum titulo, & præscriptione quadraginta annorum, præscribi tamen possunt bona maioratus præscriptione ordinaria inter eos qui non sunt vocati, nec substituti ad maioratum; maximè si res semel fuit effecta alienabilis, & à vinculo maioratus libera: de quo legenda sunt quæ scribo in d. q. 2. 1.

Inferitur etiam, quod quamuis ex dispositione l. vltim. tit. 1. §. 1. lib. 4. Ordina. noui, in præscribendis impositionibus sit necessaria præscriptio immemorialis, hoc procedit inter dominos, & vassallos: si verò istæ præstationes semel sint præscriptæ, & postea de illis agatur inter dominum qui illas præscripsit, & alios prætensores, sufficit præscriptio ordinaria, nec requiritur immemorialis, & ad alia consilia potest inferri intellectus. Et in hac materia est magni faciendæ doctrina Bald. in l. tutores, per illum tex. ff. de testam. tutel. vbi resoluit quod si quando res procedit à prima causa, nec tamen transit per ipsum medium, denominatur à prima causa, aliàs secus: quem citat Tiraquell. in tractatu, cessant. causa, limitatione 20. num. 19. ad hæc facit quod scribit Abb. in cap. sane, n. 3. folio 138. de priuileg. vbi inquit, quod laicus potest præscribere ius patronatus contra patronum, licet non possit præscribi contra Ecclesiam, allegat Ioan. Andr. in c. quod alicui, de regul. iur. in 6. Sic laici inter se possunt, præscribere Decimas præscriptione ordinaria, secundum Felinum in cap. causam qua, de prescriptionibus, quem citat Nicol. Boëtius in consuetud. Bituricens. tit. de iudiciis possessoris, c. 2. pag. 127. col. 1.

Inferitur etiam confirmatio ad id, quod decidit Io-

an. Gutierrez. in cap. quamuis pactum, de pactis in 6. in principio. numer. 18. pag. 380. vbi plura resoluit, quod pater in præiudicium aliorum filiorum potest concedere filio licentiam testandi ad libitum: & quod pater de illa parte, quam filius habuit, potest ad libitum disponere in præiudicium filiorum; quod est notabile, & quotidie videbis, & verum credo: pro quo facit singularis decisio Matth. ab Afflicis 127. quam supra retuli, & quod scribunt Barbof. in d. l. post dotem, num. 749. Ant. Gama d. decisioe.

Inferitur etiam ad quæstionem rectissime disputatam per Petrum Barbof. in l. Titia, ff. solut. matrim. num. 39. cum sequentibus, vbi tractat, an laici possidentes, & Decimas, vel Tertias, possint pro illis conueniri apud iudices Ecclesiasticos; & ibi multa bona videbis. Ad materiam autem addo, quod obligationis qualitas non mutatur ex mutatione successorum, l. 2. §. ex hoc, ff. de verbo obligat. notant Natta in conf. 60. §. n. 4. Scaph. de priuilegiis in rem. privileg. 57. n. 38. pag. 344.

S V M M A R I V M.

- 112 Maioratus si alienetur per habentem filios, an filij admittantur ad reuocandam donationem, vel alij consanguinei, & num. 1. 4. & 125.
- 113 Prælati potest ex iusta causa, mortua vna filia, quæ ius habebat ad aliquod ius patronatus, subiecto Ecclesiam ad ius patronatus.
- 114 Pater si feudo propter alienationem priuatur, filius, & non agnatis tale feudum competit, & n. 115. & 120. Quid si pater delinquat contra ipsam contractum, non seruando canonem, vel sine licentia domini alienando.
- 116 Filius decedens melioratus in Tertio bonorum, si liberos relinquat, an teneatur bona meliorationis alteri filio restituere.
- 117 Alienatione extra familiam prohibita, an admittantur filij prohibiti, aut alij de familia.
- 118 Pater præsumitur diligere filios, seu filias vnus filij; in portione ei delata.
- 120 Linea transversalis an præferatur lineæ ascendenti in successione feudi peritii propter culpam commissam in dominum.
- 122 Feudum aviguntis si alienetur, non aperitur domino ius, sed filijs, & agnatis eius, ut ipsi recuperare possint, mortuo alienante.
- 123 Ingratitudo patris, cui res donata fuit, an præiudicet filijs.
- 126 Filius quando priuatur bonis fideicommissis, quia pater conditionibus non paruit.
- 127 Auctoris sententia, vbi doctrina quadam Ant. Peregri. Oidia, & Paul. Cast. improbat.
- 128 Consentens alienationi rerum maioratus, an admittatur ad illius petitionem, & num. 136. Quid si consensus præstetur ad alienationem necessariam, n. 138. Quid si sit minor qui alienationi consensit, num. 142. & quando possit filius contra alienationem venire, n. 145. Quid si res sit restitutioni subiecta, n. 146. Quid si alienatio fiat cum facultate Regia, n. 147. Quid si filius, vel alius sciat per multum tempus bona maioratus esse alienata, alienationi tamen non consensit, n. 149. Quid in fideicommissis, n. 152. 153. 159. & 148. Quid in feudo, n. 154.
- 129 Aliud est vendere, aliud vendenti consentire.
- 130 Qui vendere & alienare prohibetur, censetur prohibitus alienationi & venditioni consentire.
- 131 Mulier statuto prohibita contrahere, prohibetur etiam contractui consentire.
- 133 Donare videtur qui donationem consensit.
- 137 Alienus si ex statuto potest vendere rem dotalem uxore consentiente, si vendat an ad contractum admittantur consanguinei uxoris, vel mariti.
- 139 Primogenitus tacite consentiens renunciationi primogenitura in fauorem secundo geniti, sibi an præiudicet.

- 140 Permissio vt inducatur vt possit quis de re aliena testari, an sufficiat presentia cum taciturnitate illius, cuius bona sunt, aut requiratur expressus, & numer. 141.
- 143 Nepotibus an noceat grauamen, cui pater in legitima consensit, Auctoris sententia.
- 150 Bona in dubio præsumuntur potius vinculo subiecta, quam libera.
- 151 Fideicommissum qualiter & quibus casibus extinguatur.

IN hac etiam materia alienationem rerum maioratus notandum est, quod si quis faciat rem maioratum, & prohibeat alienationem rerum maioratus cum clausula, quod si possessor bonorum maioratus rem alienauerit ad maioratum pertinentem, maioratus ad proximum successorem deueniat, & aliquis possessor bonorum talis maioratus habet filios, & alios vocatos ad maioratum, si contra voluntatem testatoris rem alienet, admittitur filius alienantis, & non alij vocati; quia in tali vocatione subintelligitur tacita ceditio, si alienans liberos non habuerit. Quod probatur ex ratione text. in l. cum acutissimi, C. de fideicommissis, & singula. 10. tit. 4. par. 6. quas leges latissime ampliat, & limitat Anton. Gabriel. com. 2. commun. opinio. lib. 4. de fideicommiss. conclusio. 2. pag. 247. Domin. Ant. de Padilla in d. l. cum acutissimi, Mant. de coniect. ment. defunct. lib. 5. tit. 11. numer. 7. & lib. 5. tit. 13. numer. 42. latius libro 10. tit. 7. numer. 1. cum seqq. Ximenez in l. cum acutissimi; pag. 159. Et quod Prælati possit ex iusta causa, mortua filia, quæ ius habebat ad aliquod ius patronatus, subijcere iterum Ecclesiam ad ius patronatus, probat per plura Menoch. in conf. 90. numer. 24. cum seqq. lib. 1. & facit doctrina Andr. de Iscin. in cap. 1. vers. si vero, num. 8. de alienatione feud. pater. vbi dicit, quod si ex concessione feudi, pater si feudo priuatur propter alienationem, quod esset agnatis deferendum; procedit si alienans liberos non habuerit; quia si liberos habeat, si admittuntur, & exclusi agnatis: quod sequuntur Matthæ. de Afflicis, & Præpositus, quos refert Tellus in l. 27. Tauri, num. 10. qui hanc sententiam, loquendo in melioratione in terminis nostris, tenet; & ibi Matienço glo. 4. numer. 10. pag. 159. pro quo facit regul. text. in l. 3. ff. de interd. & relegat. & plura quæ adduco infra, hac par. quæst. 23. à num. 1. cum aliis: & ratio generalis est & vna, l. voluntas, C. de fideicommiss. per quam plura DD. ibi decidunt ad nostrum propositum & doctrinam Bald. in cap. 1. de alienatione feud. vbi inquit, quod vassallus potest alienare feudum inuito domino in filium, quia talis alienatio dicitur potius refutatio, notat Ripa. aliqua similia adducens in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 87. ff. de verborum obligat. Tiraquell. in l. si vnaquam, in principio, numer. 18. C. de reuocand. donat. & ad hoc spectat sententia Bald. in cap. 1. §. hoc quoque, de success. feud. fol. 20. num. 14. vbi dicit, quod si pater alienat illicite feudum, non præiudicat filijs; quando veniunt ad successorem feudi iure sanguinis, & non hæreditario: quod est singulare; licet contrarium teneat ipse Bald. in conf. 313. Quidam nobilis, numer. 3. lib. 5. per illum text. in cap. 1. si vassall. feud. priue. & alia iura, quæ refert; pro quo dicto Baldi, tradunt quæ refert Iulius Flor. in tractatu de obfisione locorum, numer. 58. fol. 92. ad quod lector videat notabile, & elegans consilium Curt. Senioris 49. numer. 88. & ista nostra comprobatur ex ratione, & dispositione tex. in dict. l. 10. tit. 4. par. 6. ibi: *Casi este que muriesse dexasse hijos*, vbi videt Gregor. Lopez in gloss. in verbo; *Algun testador*, qui dicit, quod illa lex locum habet, etiam in donatione inter viuos, quæ fieret gratia donatarij; ex Dec. in l. generaliter, num. 9. C. de instit. & substit. quem ad hoc etiam citat Tellus in d. l. 27. num. 8. ad quam l. 10. tit. 4. lege vltra ordinarios Anton. Gomez tom. 1. vltimarum volum. cap. 5. numer. 32. Bernard. Diaz; & Additio. regul. 287. Mantica de coniectur. ment. defunct. lib. 5. tit. 11. num. 7. pag. 163. plenius lib. 1. tit. 7. §. 8. pag. 448. & lib. 5. tit. 15. num. 42. pag. 194. & per dict.

l. cum acutissimi, Cod. de fideicommissis, & l. cum vnus, ff. de condit. & demonstr. tradit Menoch. in conf. 211. num. 148. lib. 3. quod testator semper videtur providere primogenitis successiue.

In qua materia est memorandum quod scribit Aur. Gomez in loc. supra citato, vers. ex quo infero; vbi nouiter dicit, quod in casu dict. l. 27. si filius decedens rem melioratus in Tertio bonorum relinquat filius, non tenetur restituere bona meliorationis alteri filio, vel defecit; & circa intellectum text. in dict. l. cum acutissimi, & iurium concordantium, ex præsumpta voluntate defuncti, animaduertunt Bart. in l. & ex facto, §. si quis cogatus, num. 2. ff. ad Trebell. Anchar. in conf. 46. num. 1. & alij plures quos citat Aluar. Baez in tractatu de iure emphyteut. q. 50. n. 24. fol. 261. Et ista fulciuntur ex pluribus quæ scribo in 2. part. huius operis, quæst. 4. illatione 8. Et per notata ad propositum in dict. l. cum acutissimi; per Barth. Socin. in conf. 227. num. 8. lib. 2. vbi tradit, alienatione extra familiam prohibita, si an admittantur filij prohibiti? an alij de familia? Et confirmo, quia testator nunquam censetur velle filijs hæredum institutorum, alios etiam filios testatoris præponere, secundum Corneum in con. 230. col. 4. li. 3. quod refert, & confirmat Burlat. in conf. 13. num. 64. lib. 1. Et pater si præiudicatur Magis diligere filios, seu filias vnus filij in portione ei delata, quam alium filium, seu illius descendentes, etiam masculos; vt per Corneum conf. 263. lib. 1. & in con. 233. lib. 4. Carol. Ruin. conf. 151. n. 1. lib. 2. Aug. Beroi. conf. 151. n. 4. lib. 2. & idem volunt Curt. Senior. in conf. 44. n. 23. & Curt. Iunior in conf. 323. n. 20. Ceph. in conf. 559. nu. 27. lib. 4. & scripsi in 2. part. quæst. 6. & idem Curt. Iun. in conf. 63. num. 15. per regulam dict. l. cum vnus; Hieron. Gabriel. conf. 140. num. 3. vbi ponit regulam quod testatoris dispositio ita interpretatur in portione filio relicta, vt eius descendentes præferantur, Mant. lib. 6. de coniectur. ment. defunct. tit. 11. num. 8. pag. 236. lib. 11. tit. 14. num. 3. pag. 37. Menoch. conf. 150. num. 7. & num. 56. lib. 2.

Et in casu dict. l. 27. hodie l. 11. tit. 5. lib. 5. Recopilat. & ibi habet locum regula d. l. cum vnus, vt notat ibi Angul. gloss. num. 6. fol. 218. & idem quod Curt. Senior, & alij; volunt Cephal. in conf. 327. num. 49. libro 4. Et pro ista sententia etiam faciunt scripta per Tiraquell. in tractatu de nobilitate, cap. 35. num. 3. cum aliis, & in tractatu de primogenitura, quæst. 23. num. 19. & lib. 1. de retractu, §. 32. glo. 1. c. vnica, num. 2. pag. 661. Contra hæc tamen facit doctrina Bald. in cap. 1. denique, nu. 6. Quæ fuit prima causa benef. amittend. vbi post Iacob. de Bellouisi vult, quod si vassallus alienat feudum legitime, admittuntur filij exclusi agnatis; si verò illicite, præferuntur agnati filijs; & inquit generaliter Matth. de Afflicis. in cap. 1. nu. 7. si vassall. feud. priu. cum applicetur, fol. 225. quod linea transversalis præfertur lineæ ascendenti in successione feudi peritii propter culpam commissam in dominum, per tex. & Gl. ibi, quos ad id ponderat; & idem vult Bald. in c. si Titius filios, in fine, si de feudo fuerit controuers. inter dominum, & agnat. per text. ibi; in quo loco hoc communiter concluditur, secundum Curium in tractatu de feudo, 4. part. num. 152. pag. 465. vbi in hoc residet; pro quibus est expressa sententia Bartol. in l. 3. num. 3. ff. de interd. & releg. vbi resoluit, quod si pater delinquit circa ipsum rem contractum, non soluendo canonem, vel alienando sine licentia domini, nocet filijs; secus si aliàs delinqueret, per quod bona publicarentur; quod autem limitatur, vt per Præpositum in d. cap. Titius, num. 3. post Iacob. de Bellouisi. nisi filius succedat, cum benefici. inuentarij, & nihil ei superfit de bonis patris. De hoc tamen articulo videnda sunt quæ latius scribo in dict. 2. par. quæst. 4. illar. 8. & quæ scribo supra, quæst. 16. à num. 5.

Et illis, acitis est addendum, quod si feudum sit antiquum, & alienetur, non aperitur domino ius, sed filijs & agnatis eius, vt ipsi recuperate possint mortuo alienante, c. 1. §. hoc quoque, de success. feud. quod tenet Iacob. de S. Georg. in inuestitura sua, in verbo, & c. pacto de not.

non alienando: Curt. in dict. tract. de feud. in 5. part. conclusio 4. & alij quos citat Roland. in consil. 57. n. 61. lib. 3. ad quos addo Menoch. in consil. 181. num. 95. lib. 2. Et est communis opinio, secundum eundem Curtium in cons. 220. num. 18. lib. 2. & de materia legenda sunt quae scribit Anton. Peregrin. in tractatu de iure fisci, num. 18. lib. 5. tit. 1. num. 168. cum seqq. pag. 267. vbi ex professo hoc tractat. Et plura scitu digna in isto puncto, & singularia scribit Aponte in tractatu landemiorum, quest. 10. 11. & 12. quibus sunt addenda

123 quae de ingratitudine patris, cui res donata fuit, et an praedicti filio? scribit Ripa post Guidonem Papa, quem citat in consil. 176. Ripa in l. fin. C. de reuocand. donation. quest. 53. num. 176. & quae scribit Idem quest. 70. num. 276. vbi tractat an delictum patris noccat filio, in feudo concesso pro ipso, & filiis? ad quem addo Rolandum in consil. 14. num. 3. lib. 4. Cephal. in consil. 397. num. 16. lib. 3. Matth. Felician. in consil. 259. Omnis difficultas, num. 8. lib. 1. inter consil. Paul. de Caslr. vbi tractant, an filius ob delictum matris, quae erat grauata, vt non nuberet, & habitaret in domo, amittat bona si mater contraherit.

124 Prima autem conclusione habita pro vera et procedit etiam in casu, in quo pater facit maioratum in vno filio, & in casu alienationis vocat alium filium fratrem eius. Nam adhuc inest illa tacita conditio, nisi alienans filios habuerit; quia in isto casu censentur vocati, & praedilecti, quia dict. l. cum acutissimi, procedit etiam, vbi res est reditura ad alterum filium relinquentis, & sic ad fratrem ipsius, cui primo loco relicta erat, ita vt filius ex eo, cui relicta est, praefertur patri, cui res restituenda erat post mortem patris sui, vt per l. cum auus, ff. de cond. & demonstr. voluit ibi Cuman. Bald. & Salicet. Paul. & alij in dict. l. cum acutissimi, vbi Dominus Anton. de Padilla num. 3. & plures citat Tiraquel. in d. l. vnquam in verbo, donatione largitus, num. 140. & in tractatu de primogeniis, q. 40. n. 94. pag. 286.

Tandem in ista nostra quaestione multum interesse credo, an tempore factae alienationis ille qui alienauit, filios nondum habebat? nam in isto casu vocati ad maioratum pinguius ius habebunt, quam in casu in quo alienans tempore alienationis filios et habeat, argumen. l. nam ad ea, ff. de cond. & demonstr. & l. post mortem, §. 1. & l. non putabis, ff. de bonorum possess. contra tab. l. cum uxori. C. quando dies legat. ced. & aliorum quae scribo in prima part. tractatum, quest. 2. n. 1. & 2. part. q. 6. cum sequent. & de hac quaestione legenda sunt quae scribo in d. 2. p. q. 4. illat. 8.

Quando autem, & in quibus casibus filius priuatur bonis fideicommissi, quia pater et non parit conditionibus, vltra quae scribit Molin. in l. pater familias, ff. de hered. instit. Socin. Iunior in consil. 129. num. 19. & 20. lib. 3. vide latissime, & eleganter Simonem de Pretis lib. 4. de interpretand. defunct. volunt. dubit. 4. num. 12. cum seqq. fol. 451. notabile consilium Cephal. 282. num. 7. cum seqq. lib. 2. nouissime Anton. Peregrin. qui praedicta non refert, in tractatu de fideicommissis, art. 18. num. 18. 127 cum seqq. fol. 171. a cuius resolutione et cauendum est propter ea quae supra scripsi: & in dicta illatione 8. istis etiam est addendum, quod non decipiantur DD. ex quadam doctrina Oldradi in consil. 242. n. 2. vbi tradit, quod quis potest incurrere poenam priuationis in praedictum substitutorum; quia ista resolutio est periculosissima, quemadmodum etiam scribo in 4. par. quest. 23. Cauendum est etiam a periculosa doctrina Pauli de Castro in consil. 44. colum. final. lib. 2. vbi scribit deterioris esse conditionis filios eius, qui expressè alienant feuda, vel passus fuit vt praescribere, ar. quia filij remouentur a petitione bonorum, & non alij successores; quod dictum refert, & declarat Pinel. in autenti. nisi tricennalis, C. de bonis mater. num. 51. fol. 154. Et cauendum a multis, quae contra Cephal. in consil. 302. refert, & arguit doctissimus Menoch. in consil. 305. num. 1. cum seqq. lib. 4. qui num. 12. distinguit

Comitatus, & alias res indiuiduas a rebus diuiduis. Præterea notandum est, quod si aliquis, et cui per tempus competeat ius ad succedendum in bonis maioratus, consentit extra casus licitos, & a iure permisos, de quibus in principio huius 4. partis, quod alienentur bona maioratus, quamuis ipse non vendat, nec alienet, sed solum consensum alienationi aut venditioni praestiterit; nihilominus incurrit poenam a iure, & dispositione testatoris impositam aduersus alienantem bona maioratus: Quod probatur, quia licet aliud sit vendere, & aliud, vendenti consentire, vt probatur in l. aliud, ff. de regul. iur. & in l. 35. tit. ultim. part. 7. Et prohibetur alienare, non prohibetur alienanti consentire, vt per Gloss. & Bart. in l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2. confirmat Bursar. in consil. 30. nu. 26. & idem tenet Bald. in d. §. libertis, quem citat Marth. de Afflict. decis. 285. num. 19. Et iura loquentia in vendente, non habent loca in consentiente alienationi, vt probatur in l. pater, §. ultim. l. si minor, la 1. ff. de manum. vindict. & notanter per Bald. in bona quaestione, in l. 2. quest. 20. C. de rescind. vend. Hac procedunt nisi sit eadem ratio; quia tunc qui vendere et alienare prohibetur, censetur prohibitus consentire venditioni, aut alienationi, secundum Bald. & Salicet. in l. 2. C. si aduersus donat. & Barbe. in cap. Presbyterorum, per illum text. iuncto cap. praedenti, de rebus Ecclesia; Dec. in dict. l. aliud, num. 3. vbi hoc sequitur Glo. Paris. qui alios refert, praecipue Tiraquell. in l. si vnquam, in verbo donatione largitus, quest. 2. num. 349. pag. 302. vbi de hoc late agit, ad quae ipse se retulit in tractatu de vtroque retractu, lib. 1. gl. 2. num. 56. pag. 56. Hieronym. Gabriel. consil. 72. numer. 1. consil. 83. num. 79. facit regul. l. cum quis, ff. de regul. iur. ibi: Cum quis possit alienare, poterit et alienanti consentire: cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa consenserit, ratam eius voluntatem habendam, & l. cum quadam, C. de administ. int. per quæ iura, & alia plura tenet Tiraquel. in tractatu de leg. commutual. glo. 5. in verbo contracter, n. 143. cum aliis fol. 284. Quod mulier et ex statuto prohibita contrahe- re prohibetur etiam contractui consentire, quod verissimum reputo, tam per rationes, & fundamenta quae ipse adducit, quam attenda mente nostrarum legum Regalium praecipue Taurinarum, quae in hoc multum maritis fauent, & quod consentiens alienari et fideicommissio subiectam, non possit petere, et tenent Bart. in l. 1. C. de pactis, Bart. Socin. in consil. 43. col. 4. lib. 3. Dec. in consil. 323. n. 112. Paris. in consil. 23. n. 202. lib. 1. & alij quos citat Cephal. in consil. 392. n. 20. lib. 3. & consil. 326. n. 38. & consil. 332. n. 6. eod. lib. ad quae addo Petr. Barbof. in l. qua dotis, n. 151. pag. 738. tom. 2. ff. solut. marr. qui citat text. in l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2. & in l. quoties ab omnibus, C. de fideicommissis, & Barbof. in d. l. qua dotis, n. 18. pag. 656. tradit regulam, quod qui consentit et donationi, donare videtur; quinimò ex Cephal. in d. consil. 392. n. 23. sufficit consensus tacitus, post Alciatum resp. 132. n. 11. & idem Cephal. consil. 338. n. 30. & consil. 303. n. 16. & consil. 395. n. 41. Et pro conclusione nostra est text. in cap. 1. §. si Titius, in fine, si de feud. fuerit controuersia inter dominum et agnatum, vbi si proximior et agnatus, qui debebat inuestiri, consentiat, vel patiat agnatum remotiorem inuestiri, & possidere per annum, priuatur iure suo: & idem tenent alij, quos refert Dec. in consil. 389. Visa longa serie, num. 8. Et conducunt quae scripsi in 1. part. quest. 23. a num. 41. cum seqq. facit Gloss. in cap. 1. de prohibita feud. alienatione per Lothar. & quod tradit Curtius in tract. feudorum, part. 4. quibus modis feud. amittantur, num. 137. pag. 449. vbi addit, quod si quis est praesens, & potuit actum impedire, praesentia cum taciturnitate operatur consensum, per Glo. communiter approbatam in l. Gaius, ff. de pignorat. actio. & quod qui consentit alienationi bonorum et fideicommissi, vel est praesens quando alienantur, sibi praedictat, & postea non potest rem petere, resoluit Bursar. in consil. 173. num. 62. & 63. lib. 2. per text. in dict. §. libertis, vbi

vbi Bart. & alij, Ioan. in regul. qui tacet, de regulis iuris, in 6. Crotum in l. filius familias, §. diuisi, ff. de legat. 1. n. 146. cum seqq. & ibi Oppizo. num. 51. & 174. Alexand. in consil. 8. lib. 5. de quo legi debet omnino Anton. Gama decisio 8. num. 8. contra quem tenet ibi Additionator. Et qualiter sciens, & consentiens in omnibus casibus sibi praedictat, latissime tradit Mascard. in tract. de probation. lib. 3. conclusio 1153. num. 1. cum seqq. fol. 48. Et materiam etiam tractat Corbu. in tract. de iure emphyteu. in part. de causa priuationis feudi, quod emphyteu. patitur, q. 9. n. 3. fol. 38.

Cum igitur ille, cui ius succedendi competeat in maioratu, consentiat rem extra vocatos, & generationem alienari, et quidquid potuit, vt res maioratus de familia exiret, & effectus, & substantia est consideranda; & idem non minus poenam meretur, quam si ipse alienaret, & in effectu idem fecit, ac si ipsemet alienaret; & testatoris voluntati non solum indirectè, sed directè contrahitur. Et hac ratione innixus et idem Tiraquel. in tractatu de vtroque retractu, §. 1. glo. 9. nu. 105. pag. 164. dicit, quod si ex statuto maritus potest vendere rem dotalem vxore consentiente, idque fecit, quod consanguinei vxoris admittuntur ad retractum rei dotalis venditæ, non consanguinei mariti, quod est notabile ad leges nostras Regales, quae de retractu loquuntur.

Ex quibus resultat esse veram conclusionem, quam supra proposui; quae conclusio limitari potest vbiunque consensus praestitus ad alienanda bona maioratus fuit datus ad aliquam et alienationem necessariam, puta ob debitum solutionem, vel ob aliam similem causam, nam tunc talis consensus non praedictat consentienti argum. l. filius familias, §. diuisi, ff. de legat. 1. l. 1. C. vendit. pign. impedi. non possit. quæ propter necessitatem, ff. de reg. iur. l. alienationis, ff. familiae erciscund. cum concordantibus, quae scribo supra, hac part. quest. 1. limitat. 5. quod habui in practica.

Sed an sufficiat in isto casu consensus tacitus ad incurrendam poenam? decidi potest per Glossam in cap. 1. §. praeterea. Quibus modis feud. amittatur, vbi Iacob. de Bellouili, & Bald. & glo. in cap. 1. in verbo, consentientibus An agnat. vel filij, cum adductis per Carol. Ruin. in consil. 1. num. 18. lib. 1. & Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 9. num. 157. pag. 177. & lib. 1. de primogeniis, quest. 26. num. 2. pagin. 220. vbi tractat an primogenitus et tacite consentiens renuntiationi primogeniturae in fauorem secundogeniti, sibi praedictat? & tradit notanter Berroius in consil. 64. num. 18. lib. 1. qui ad hoc refert Bart. Bald. Salicet. & Alexand. in l. quoties, C. de fideicommissis. Et quod est necessarium scire sententiam Baldi in l. 1. num. 18. C. de fideicommissis, vbi vult, quod consensus praesumptus, ex diuturnitate temporis aequiparatur consensui, qui debet probari per scripturam, per l. 1. C. de apoch. publicis; quod refert, & confirmat Petr. Barbof. in l. 1. §. final. num. 31. pag. 776. ff. solut. matrim. & scientia cum patientia operatur idem, quod deputatio ad actum; l. 1. §. magistrum, ff. de executor. cum concordant. vt per Quintilian. Mandol. regul. 24. de male promotis, q. 5. nu. 2. fol. 33. Et quod frater, si sit praesens, quando bona fideicommissi, tradunt Bart. & Bald. in l. cum proponas filios, C. de pact. Bald. in d. l. quoties ab omnibus, C. de fideicommissis, Abb. in consil. 11. dubio 1. lib. 2. & alij, quos citat Menoch. in tractatu, de praesumptionibus, lib. 3. praesumpt. 116. num. 1. de quo lege omnino Tiraquell. dict. glo. 9. num. 154. qui plura in contrarium refert, & quae latissime scribit Ioseph. Mascard. in tractatu de probat. lib. 5. conclusio 1153. num. 2. cum seqq. fol. 48. & conclus. 1219. num. 1. cum seqq. fol. 146. nouissime, & notanter Caldas Pereir. in tractatu de renouatione emphyteus, q. 16. num. 49. fol. 135. & alius Lusitanus Petrus Barbof. in dict. l. qua dotis, num. 153. cum seqq. qui latissime materiam tractat.

Et quod ad hoc, vt inducatur et permissio, vt possit quis testati de re aliena, non sufficit praesentia cum taciturnitate illius, cuius bona sunt, sed requiritur ex-

pressus consensus, determinat Chassanæus in consuetud. Burgundia, rubr. 7. §. 4. num. 2. pag. 437. per doctrinam Stephan. Bertrandi in consil. 346. dubio 4. lib. 1. de quo tamen et lector videat text. singularem in l. si seruus communis, ff. de donat. inter virum et uxorem, Abbas in cap. 2. num. 4. de his quae sunt a Pralat. sine consensu Capitul. fol. 66. Dec. in consil. 66. & in consil. 267. Socin. & alios, quos citat Hippolyt. singul. 344. & quod taciturnitas, & qualitas consentientis alienationi possit contradici, tradit nouissime Petra. in tractatu de fideicommissis, quest. 10. num. 81. pagin. 231. & quest. 14. num. 12. pag. 539. ad ista legendus. Et quod si quis fuit praesens, & tacens in alienatione facta per alium rei prohibita alienari per testatorem, non dicatur venire contra prohibitionem, nisi ipse consentiat; tradunt Paul. de Castro in l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2. Riminald. consil. 296. Anton. Petra. in tractatu de fideicommissis, quest. 8. num. 515. pag. 168. Et qualiter pro testato proficiat quando agitur de iudicio generando ratione taciturnitatis, declarat Marth. ab Afflict. in tit. l. si vassallus ab aliquo fratre, num. 9. fol. 181. Et quod in praedictis casibus, si sit minor, et qui consentit alienationi, quia fuit praesens, sibi non praedictat, probatur in l. 3. §. si ius, ff. de rebus dubijs, & in l. etiam, C. de praedijs minorum, tradunt Menoch. de arbitrariis centuria 2. casu 171. num. 56. Corbu. de iure emphyteu. vers. nona causa, n. 17. fol. 40.

Et ex illis, iusta ratione confirmari potest quaedam sententia Roderici Suarez in l. quoniam in prioribus, ampliatione 10. n. 69. pagin. 83. C. de inofficiso testamento, vbi dicit in ista materia, quod si filius post mortem patris consentiat ferre grauam illi appositam in propria legitima per patrem, vt puta, quia pater ordinauit, quod relinqueret filio suo talia bona pro legitima sub onere, quod post illius mortem non diuideretur, sed integra veniret ad eius filium maiorem, nepotem talis testantis; & sic quod in eis perpetuo succederent maiores natu, et quod iste consensus nullatenus praedictat nepotibus filijs eius, qui consensum praestitit; prout latius ipse scribit, hoc etiam extendens vbiunque ille, qui consensum dedit, filios non habeat tempore consensus, sed postea filios procreauit; quia reuocabitur talis consensus virtute leg. si vnquam, C. de reuocand. donat. & refert pro hac conclusione dict. l. 2. C. si aduersus donationem, & l. si liqueat, C. de inoffic. donat. & eiusdem opinionis fuit Episcop. Couarr. licet non referat Roderic. Suarez in cap. Raynaldus, §. 2. num. 4. fol. 138. de testamentis, vbi hoc audacter tenet, quod dictum qui confirmare velit, legat Tiraquellum in dict. l. si vnquam, in loco supra citato, vbi refert text. in dict. l. si liqueat, & Bald. ibi dicentem, quod debet fieri insinuatio donationis tanquam factae, non quidem a donante, sed a consentiente.

Sed ego credo, quod et debet fieri insinuatio tanquam si ab vtroque facta sit: & principalis conclusio Roderic. Suarez difficultatem habet hodiernis temporibus, in quibus si opinio sua seruaretur, omnes fere maioratus rescinderentur, eam saltem maxima ex parte d'immerentur, in quibus filij, in quorum fauorem maioratus conficiuntur, consentiunt grauaminiibus restitutionum, & alijs similibus, quae in legitima, & in Tertio & Quinto apponuntur. Et contra Roderic. Suarez faciunt quae scribit Molin. lib. 2. de primogen. cap. 11. nu. 7. fol. 317. & lib. 2. c. 3. nu. 7. Peralt. in l. cum patronus, n. 11. pag. 292. ff. de legat. 2. Episcop. Couarr. in dict. cap. Raynaldus, §. 2. num. 2. fol. 138. Nicol. Boerius decisio 14. & decisio 96. Burg. de Paz consil. 140. num. 55. Anton. Gabriel lib. 6. communium opinionum, si de leg. conclusio 1. n. 7. & 37. & num. 56.

In hac etiam quaestione non intempestiue quaeri fortè potest, an filius, qui in vita consentit quod pater alienaret bona maioratus, possit post eius mortem reuocare talem consensum praestitum vt pater alienaret bona feudalia, tractat Marth. de Afflict. in tit. de prohibita feud. alienatione, per Federi. q. 14. num. 37. fol. 368. in quo loco magis se inclinat, filium non posse petere, nec

145 contradicere; & idem dicendum ego existimo in filium, qui consensum dedit, ut pater alienaret bona maioratus maxime si alienationem iuravit, nisi sit minor, † & læsus fuerit enormissimè, vel quia ad hoc compulsus fuit à patre, vel ob aliam similem causam; quod recte tractat Jacob. Porcius *conf. 44. num. 45. & 46.* vbi resolut, quod si filius in potestate, consentit alienationi factæ per patrem, quia videtur consentire ob reverentiam, potest venire contra alienationem, si fuit vocatus ad bona alienata post mortem patris, & quod consentiens alienationi alicuius rei † restitutioni subiectæ, potest nihilominus petere pretium, probat casus notabilis in *l. si fundum per fideicommissum. ff. de legat. 1. tradunt Gratus in conf. 60. num. 11. lib. 2. Francisc. Mantice. de coniect. ment. defunct. lib. 9. titul. 8. num. 10. pag. 411. Bart. in l. qui Roma. §. duo fratres. quæst. 8. & ibi Ripa num. 48. ff. de verborum obligat. Corneus *consil. 329. num. 12. lib. 1. Bart. dict. l. in dotis. num. 140. pag. 720. tom. 2. Hieronym. Gabriel *conf. 125. num. 18. Seraphin. de virtute Pragmatica. privilegio 95. num. 6. De quo tamen dubitat, & eleganter Menoch. in tractat. de presumptionib. lib. 3. præsumpt. 117. num. 3. pag. 415. vbi respondet ad text. in dict. l. si fundum per fideicommissum. Et quod si filius consentit alienationi bonorum maioratus factæ per patrem cum facultate Regia, † possit repetere pretium, si maioratus fuit factus de antiquo, secus si novus sit, tradit Gregor. Lopez in *l. 10. tit. 26. part. 4. glo. 1. col. 2. ad medium, quem citat Petrus Barbof. num. 148. pag. 725. ff. solut. matrim. Sed ego credo vbi quicquid maioratus novus fuit, sed irreuocabiliter factus, iuxta terminos l. 17. Taurina. hodie *l. 1. titul. 6. libr. 5. Recopilat. & l. 4. titul. 7. eodem libr. & secundum ea quæ scribo in 1. part. q. 24. & in aliis pluribus locis; & de eo qui consentit alienationi bonorum † fideicommissi, legatur omnino nouissime Anton. Peregrin. in tractatu de fideicommissis, artic. 40. versic. vndecimus principalis. num. 67. cum seqq. fol. 370. vbi inter alia resolut, quod consensus in ista materia, siue præcedat, siue sequatur; & ad id, quod tradunt Barbof. & alij, legatur omnino, quod scribit, Peregrin. in dict. tractat. artic. 14. num. 24. fol. 131. qui ponit differentiam inter simplex fideicommissum; & fideicommissum in casu contrauentionis.*****

147 Sed est quæstio, an filius, vel alius, qui scit alienata fuisse † bona maioratus per multum tempus, & non consentit, ea petere possit, cum consentire præsumatur, iuxta text. in *l. 2. C. de acquirend. poss. & in litem quaritur, §. fin. ff. solut. matrim.* cum mille similibus adductis per Mascard. in tract. de probat. lib. 3. concl. 1253. num. 1. cum seqq. Sed magis videtur talem scientiam, & patientiam non nocere, ex *Glof. in l. qui patitur ff. mandati, & aliorum quæ scribit Mascard. in loco citato. n. 33. Et nisi concurrant quæ de præscriptione bonorum maioratus tractantur in q. 21. sequenti.*

149 In materia etiam præsentis quæstionis, præcipuè circa ea, quæ scripsi pro intellectu *l. pater filium, §. quindecim. ff. de legat. 3.* animaduertio, † adeo esse consideratione dignissimam vtilitatem resultantem, tum Reipublicæ Hispanorum, tum agnationibus, cognationibus, & generationibus ex conseruatione bonorum maioratus, quod in dubio semper iudicandum est, non esse extinctum maioratum, at potius esse bona in vineulo, & maiorari subiecta, quam bona libera; quod deducitur ex pluribus, quæ in hoc libro tractata sunt, præcipuè ex *l. 2. tit. 15. p. 12. & aliis quæ scribo part. 1. quæst. 3. & in aliis pluribus locis istius lecturæ; quod est maxime aduertendum. Et confirmo ex his quæ scribo part. 1. q. 3. & part. 2. q. 5. † Et qualiter, & in quibus casibus fideicommissum extinguatur, docet late Simon de Præris *lib. 3. de interpretand. defunct. voluntat. dubitat. 6. solutione 3. numer. 1. cum seqq. fol. 270. & tradit latius Peregrin. in dict. tractatu, de fideicommissis, artic. 52. fol. 495.**

QVÆSTIO XX.

Qualiter fiat probatio rerum maioratus.

SVMMARIVM.

- 1 Bonorum per fideicommissum relictorum identitas qualiter probetur, & num. 3. & 7. & de identitate, vsque ad n. 5. agitur.
- 2 Agens ad bona maioratus quid teneatur probare.
- 4 Ager presumitur eiusdem qualitatis, cuius olim erat.
- 5 Prædiorum identitas vt probetur, à prædiorum nomine licet arguere.
- 6 Pluralitas eiusdem nominis & fundi in eodem contractu non presumitur.
- 8 Demonstratio per duos fines præualeat demonstrationi neminis & via simul.
- 9 Identitas per duas demonstrationes probatur.
- 10 Identitatem qui præterdit, probare debet.
- 11 Fideicommissum qui præterdit, probare debet illud, quod est sue intentionis causa.
- 12 Prædia esse vnita, vel diuisa qualiter probetur.
- 13 Diuersitas nominum diuersitatem rerum arguit.
- 14 Fines prædiorum vt probentur, sufficit in dubio semiple-na probatio, & indicia.
- 15 Omnia existentia intra villam, vel locum maioratus, de maioratu esse presumuntur, & n. 18. 27. 45. & 46.
- 16 Territorij cum maior pars est feudalis, omnia feudalia presumuntur, nisi contrarium probetur, & n. 21.
- 17 Feudum quantum sit, quis debeat probare.
- 19 Filius secundogenitus est in possessionem primogenitura mittendus, de qua in continenti non constat, & numer. 30.
- 20 Princeps donans ciuitatem, videtur omnes eius pertinentias donare.
- 22 Fratres primogeniti tenentur euidenter probare, quod res existentes in aliquo loco, aut villa maioratus, non sunt de maioratu.
- 23 Bona regulariter non presumuntur esse restitutioni subiecta, & num. 24. & 33. & testibus dicentibus bona non esse restitutioni subiecta potius credendum, n. 28.
- 25 Primogenitura de castris facta an veniant prædia vrbana.
- 26 Dux, Marchio, aut Comes, an presumantur habere tales dignitates iure proprio.
- 31 Bona ab aliquo processisse alleganti incumbit onus probandi.
- 32 Substitutus & fideicommissarius qualiter probent dominium contra possessorem.
- 34 Libertatem à seruitute prescribens censetur esse in bona fide.
- 35 Prohibitio tanquam odiosa restringi debet. Post num. 35. inuenies alia summaria.

 Et ex his deducitur, quod si constet à principio aliquem locum esse solariegem, & limitatum cum certis limitibus, quod apparet; vel ex primæua loci feudatione, vel ex alia scriptura authentica, & antiqua, & sit lis inter Dominum, & vassallos de aliqua parte, vel territorio talis loci, est potius credendum ꝑ testibus dicentibus illam partem territorij super qua litigatur, esse Domini; ad quod est elegans decisio Matthæi de Afflictis omnino videnda, 167. n. 2.
 Quod tamen procedit vbiunque non constat ex aliqua scriptura, quod Dominus concessit vassallis, qui à principio terram acceperunt, & omnem terminum illius loci; nam tunc præsumendum erit in dubio pro vassallis, eadem, imò maiori ratione, quam pro Domino præsumebatur; & quidquid Dominus in loco habebat, præsumitur vassallis dedisse; & pro hoc est in indiuiduo singularis doctrina Cornei consilio 233. num. 31. libro 1. ad hoc legendus & quod res posita in registro rerum feudalium, præsumatur feudalis, tradit Andre. de Isernia in capite 1. quibus ex causis feudum amittatur, Cephal. in consilio 178. num. 68. libro 2. & de immunitate concessa aliquibus vicinis, cum certis capitulis, quomodo præiudicet alijs? tradit Alexand. in consilio 30. num. 5. lib. 4. Et idem est vbiunque locus non est solariegeus: quia in isto ꝑ casu magis est stantia restibus affirmantibus istam partem loci super qua litigatur, esse populi, & non domini, quam contrariam dicentibus: & in æqualitate testium, productis pro populo magis est credendum; & pro eis est sententiandum.
 Ad quod etiam conducit notabilis doctrina Alexand. consilio 55. num. 10. libro 4. vbi dicit, quod si per Titium, & eius ascendentes fuerit iure feudi possessum, & recognitum castrum cum iuribus, & pertinentiis, & iurisdictionibus suis à Domino feudi, attento tempore continuato, quod initij non est memoria, & intra territorium, districtum, & pertinentias dicti castri, Titius & eius descendentes dicto tempore possederunt plura bona stabilia, & annuas pensiones, & aliquorum ex dictis bonis non apparet specialis titulus, siue instrumentum acquisitionis iure alioj vetustius, ad vetustiore recognitionem dicti castri, quæ appareant, & aliqua posteriora, solum illa intelliguntur feudalia, quæ per dominum feudi probentur fuisse de iuribus & pertinentiis dicti castri, & concessisse in feudum, vel aliter per dominum feudi probentur fuisse possessa per vassallum iure feudi; alia autem præsumuntur allodialia: quia in dubio res præsumitur allodialis, & libera, vt supra latè probaui. Et pro hoc faciunt plura quæ scribit Roland. consilio 46. nu. 31. lib. 3. quem lector omnino legat, cum de ista materia dubitauerit, & lege illum in consil. 66. num. 15. eodem libro. Et quod debeat fieri probatio, quæ sint bona, quæ ad ipsum pertinent, resoluit ex pluribus Aymon consil. 293. num. 5.
 Et ista ꝑ conclusio (videri meo) procedit, etiam si sit possessor rei, super qua litigatur, & non populus ipse, qui cum in Dominum recognoscit: quia possessio Domini præsumitur violenta, & per oppressionem obtenta, & continuata: quia Domini habentes iurisdictionem in vassallos, habent amplam, & absolutam manum, & cui ferè resisti non potest, ad opprimendum vassallos, qui erant pro somnium contradicere verbo, vel facto volunt illorum potentiam, & prætensiones, & immensam cupidinem ampliandi in honore, & pecuniis status suos; quod experientia; & multæ querearæ, quæ ad Regales Cancellarias quotidie de nouo contra Dominos huius Regni, & ratio ipsa patenter ostendunt; ad quod facit textus in l. qui per potentiam, C. de omni agro deserto, libro 11. & l. 2. ibi: Et qui sub quocunque prætexu publici numeris possunt esse terribiles rusticano, C. ne rustic. ad vllum obsequium: libro 11. l. 1. C. de fund. limit. lib. 11. l. volumus, in fine, C. de testament. & quod ex murmuracione ciuium arguatur dissensus, tradunt Andre. de Isernia. in cap. 1. quæ sint Regalia, Ioan. Francisc. in tractatu de Baronibus, pragmatice 12. num. 11. pagina 273. vnde dicit Ioan. Andre. in cap. 1. de præscriptionibus in 6. in nouella, quod intolita seruitia, ꝑ & exorbitantia onera, quæ Domini ferunt à vassallis, præsumuntur per metum extorta; & idem tenet Guimnian. ibi, col. 1. & Philip. Francus, col. 3. Bald. de pace Constantia, §. pactioes vbi dicit, quod contra potentes præsumitur, præsertim erga rusticos; & idem voluit Innocent. in dict. cap. si diligenter. col. ultim. de præscriptionibus, late Thom. Graumant. vno 12. num. 17. cum sequentibus, Nicol. Boer. de cessione 132. num. 4. & ista est receptior opinio, vt apparet ex relatis per Aucend libro 2. de mandatis Regijs, cap. 4. num. 18. Hippolyt. sing. 695. quem citat Ioan. Francisc. in tractatu de Baronibus, pragmatice 1. num. 222. pag. 63. & plures refert Roland. in consil. 13. num. 46. lib. 3. & Episcop. Covar. in regula, possessor. de regul. iur. in 6. 2. part. relectionum. §. 4. nu. 5. fol. 36. col. 4. vbi dicit quod ita est frequentissima omnium sententia in c. quod latenter, de reg. iur. in 6. quem citat Menoch. in tractatu præsumptionum, lib. 3. præsumpt. 126. num. 14. quibus addo Guid. Papæ dec. 406. & latè Greg. Lop. in l. 6. tit. 25. part. 4. & istam sententiam etiam defendit & plures retulit Glos. Paris. quem prædicti non referunt. in secunda parte consuetud. Parisiensis, §. 53. num. 16. cum sequentibus, folio 59. columna 2. Et in magnibus præsumitur usurpatio iuris patronatus, etiam stante præscriptione immemoriali, vt per Iacob. Puterum decisione 58. & 51. parte 1. sic Rebuff. in linter publica 17. pagina 160. versiculo, nisi illa consuetudo, ff. de verborum significatione, dicit quod si Dominus per potentiam prohibeat piscari subditos, & illi acquiescent prohibitioni, non currit præscriptio, etiam per mille annos, per regulam l. 1. & l. si mulier, ff. quo d. meus

sum, & recognitum castrum cum iuribus, & pertinentiis, & iurisdictionibus suis à Domino feudi, attento tempore continuato, quod initij non est memoria, & intra territorium, districtum, & pertinentias dicti castri, Titius & eius descendentes dicto tempore possederunt plura bona stabilia, & annuas pensiones, & aliquorum ex dictis bonis non apparet specialis titulus, siue instrumentum acquisitionis iure alioj vetustius, ad vetustiore recognitionem dicti castri, quæ appareant, & aliqua posteriora, solum illa intelliguntur feudalia, quæ per dominum feudi probentur fuisse de iuribus & pertinentiis dicti castri, & concessisse in feudum, vel aliter per dominum feudi probentur fuisse possessa per vassallum iure feudi; alia autem præsumuntur allodialia: quia in dubio res præsumitur allodialis, & libera, vt supra latè probaui. Et pro hoc faciunt plura quæ scribit Roland. consilio 46. nu. 31. lib. 3. quem lector omnino legat, cum de ista materia dubitauerit, & lege illum in consil. 66. num. 15. eodem libro. Et quod debeat fieri probatio, quæ sint bona, quæ ad ipsum pertinent, resoluit ex pluribus Aymon consil. 293. num. 5.
 Et ista ꝑ conclusio (videri meo) procedit, etiam si sit possessor rei, super qua litigatur, & non populus ipse, qui cum in Dominum recognoscit: quia possessio Domini præsumitur violenta, & per oppressionem obtenta, & continuata: quia Domini habentes iurisdictionem in vassallos, habent amplam, & absolutam manum, & cui ferè resisti non potest, ad opprimendum vassallos, qui erant pro somnium contradicere verbo, vel facto volunt illorum potentiam, & prætensiones, & immensam cupidinem ampliandi in honore, & pecuniis status suos; quod experientia; & multæ querearæ, quæ ad Regales Cancellarias quotidie de nouo contra Dominos huius Regni, & ratio ipsa patenter ostendunt; ad quod facit textus in l. qui per potentiam, C. de omni agro deserto, libro 11. & l. 2. ibi: Et qui sub quocunque prætexu publici numeris possunt esse terribiles rusticano, C. ne rustic. ad vllum obsequium: libro 11. l. 1. C. de fund. limit. lib. 11. l. volumus, in fine, C. de testament. & quod ex murmuracione ciuium arguatur dissensus, tradunt Andre. de Isernia. in cap. 1. quæ sint Regalia, Ioan. Francisc. in tractatu de Baronibus, pragmatice 12. num. 11. pagina 273. vnde dicit Ioan. Andre. in cap. 1. de præscriptionibus in 6. in nouella, quod intolita seruitia, ꝑ & exorbitantia onera, quæ Domini ferunt à vassallis, præsumuntur per metum extorta; & idem tenet Guimnian. ibi, col. 1. & Philip. Francus, col. 3. Bald. de pace Constantia, §. pactioes vbi dicit, quod contra potentes præsumitur, præsertim erga rusticos; & idem voluit Innocent. in dict. cap. si diligenter. col. ultim. de præscriptionibus, late Thom. Graumant. vno 12. num. 17. cum sequentibus, Nicol. Boer. de cessione 132. num. 4. & ista est receptior opinio, vt apparet ex relatis per Aucend libro 2. de mandatis Regijs, cap. 4. num. 18. Hippolyt. sing. 695. quem citat Ioan. Francisc. in tractatu de Baronibus, pragmatice 1. num. 222. pag. 63. & plures refert Roland. in consil. 13. num. 46. lib. 3. & Episcop. Covar. in regula, possessor. de regul. iur. in 6. 2. part. relectionum. §. 4. nu. 5. fol. 36. col. 4. vbi dicit quod ita est frequentissima omnium sententia in c. quod latenter, de reg. iur. in 6. quem citat Menoch. in tractatu præsumptionum, lib. 3. præsumpt. 126. num. 14. quibus addo Guid. Papæ dec. 406. & latè Greg. Lop. in l. 6. tit. 25. part. 4. & istam sententiam etiam defendit & plures retulit Glos. Paris. quem prædicti non referunt. in secunda parte consuetud. Parisiensis, §. 53. num. 16. cum sequentibus, folio 59. columna 2. Et in magnibus præsumitur usurpatio iuris patronatus, etiam stante præscriptione immemoriali, vt per Iacob. Puterum decisione 58. & 51. parte 1. sic Rebuff. in linter publica 17. pagina 160. versiculo, nisi illa consuetudo, ff. de verborum significatione, dicit quod si Dominus per potentiam prohibeat piscari subditos, & illi acquiescent prohibitioni, non currit præscriptio, etiam per mille annos, per regulam l. 1. & l. si mulier, ff. quo d. meus

causas; & refert Egidius à Bellamer. consilio 7. factum tale consuluisse in pulchro casu; pro quo est text. in l. iur. ass. de iure iur. & quod scribunt Roman. vbi Mandosius consil. 252. numer. 5. Carolus Ruinus in consilio 196. in fine, libro 2. quos citat Burla. in consil. 19. num. 83. Anton. Thestaur. decisioe edemontan. 16. num. 7. supra allegatas; sed & idem Rebuff. tomo 2. ad consil. Regias titulo de resistione contractuum, in præfatione, n. 14. pagina 159. tradit quod si Rex, vel alius potens Princeps, & tyrannus contrahat cum suo subdito, quia blanditiæ ꝑ potentiorum inducant iustum metum, l. 1. C. si rector Prouincia: Glossa in l. 1. ff. quod met. caus. rescinditur contractus ratione subiectionis, & non computatur tempus illi subdito in vita tyranni, secundum Glossam in cap. licet, in fine, in verbo, precibus, de elect. in pragma. Lucam de Penna in l. i. lib. 3. C. de agricolis & censu, libro 11. & alios, quos citat, Qui autem dicantur potentiores? tradit nouissime Cæsar Contard. in l. vnic. C. si de moment. possess. limitatione 1. ratione domini irremediabilis, numero 95. cum sequentibus, pagina 169. qui tandem hoc relinquit arbitrio iudicis.
 Et quod recognitio ꝑ erronea vassallorum, eis non præiudicet, tradit in terminis Aymon in consil. 157. nu. 13. & 14. ad hoc legendus: pro quo faciunt quæ scribo infra, hac parte, quæstione 352. num. 2. quod quotidie contingit in praxi. Et quod ꝑ rusticis & vassallis non possint facere instrumenta in præiudicium suæ libertatis, volunt Bald. in l. si qua pecunia, Cod. de operis liberorum, Bag. de inope debitor. cap. primo, num. 10. ad quod etiam facit doctrina Saliceti per illum textum in l. transactione, C. de transact. vbi inquit, quod licet aliquis se recognoscat in vassillum, vel hominem alicuius Principis, talis recognitio filiis non præiudicet; quem citat Ial. in §. patronum, in principio, nu. 3. folio 101. ff. de in ius vocand. Hodie autem non esse secundum, quod scribit Glos. Paris. in dicto loco: quia ꝑ rusticis sunt sagaces, & iustitia florēt, & propter alias rationes scribit Bertrand. de Argent. in consuetud. Britannia, articulo 277. numer. 7. pagina 612. vbi tandem concludit non esse præsumptionem contra Dominos; pro quibus faciunt quæ de rusticis sagacibus scribit Glossa in l. mbleta, §. de rusticis, ff. de excusat. tutorum, Bald. in l. 1. C. de interd. matrimon. alij plures, quos citat Tiraquel. in tractatu de penis temperand. causa 11. numer. 17. pagina 41. & faciunt quæ scribo infra num. 87. & addo etiam Paul. Castren. in consil. 412. num. 4. libro 1. dicentem quod si vassallus fecerit iornale Domino, non acquirit dominus contra omnes illud iornale, & an Domini teneantur probare immemoriam, cum voluntatis limitatione vassallorum, disputat nouissime Ioan. Gutierrez. libro 1. practicarum quæstionum, quæst. 92. ad quem addo Augustin. Morla. in emporio iuris, tit. 6. de seruitut. num. 15. cum sequentibus, folio 297. Et quod ꝑ domino incumbat onus probandi prohibitionem furnorum, & aliarum rerum, & non vassallis, tradit Anton. Thestaur. decis. Pedemontan. 16. numer. 8. contra Nattam in consil. 521. numer. 7. libro 3. & inibi Thestaur. plura singularia scribit in ista materia: & quod si quis prætendat se præscripsisse ius colligendi pedagia, & probet se vsum esse iure percipiendi pedagium de certis rebus, non dicitur probasse concludenter totum acquisiuisse, sed solum pro parte quam exegit, tradunt Bart. in l. 1. §. si quis interdico, ff. de iure iur. & alijsque prinato, & in l. si publicanus, §. vlt. in fine, ff. de publicanis, Parisius in consil. 13. num. 38. lib. 1. Aymon in consil. 111. numer. 7. Menoch. de adipiscend. possessione, remedio 5. numer. 69. pagina 262. Et quod vassalli ꝑ respondere positionibus teneantur, quando eos dominus vult interrogare, quæ sunt prædia, & res, quæ fuerunt in censum datæ, & quæ sunt libera? patet ex doctrina Baldi in consil. 225. lib. 1. & super hoc satis sit, quia est longa materia.
 Vt ergo ad propositum redeamus, ista conclusio, ꝑ quod pro populo est sententiandum in pari probatione, quando locus non est solariegeus, & non pro domi-

no, coadiuuatur ex l.9. tit. 28. part. 3. ibi: Apartadamente son del comun de cada una Ciudad, o Villa, las fuentes, e las plaças do fazen las ferias, e los mercados, e los lugares do se juntan a Consejo, e los arenales, que son en las riberas de los rios, e los otros exidos, e las carreras do corren los caualos, e los montes, e las dehesas: e todos los otros lugares semejantes Ex qua apparet esse præsumptionem pro loco, quod sit dominus rerum & terminorum comprehensorum in territorio loci; de qua materia legendus est Mascard. in tract. de probat. lib. 1. d. conclus. 298 fol. 182. & ideo dicit Bald. in c. cum omnes, col. 5. vers. pone ex publico, n. 21. de constitut. quod cuius est locus, est aqua notat Alexand. in cons. 108. lib. 2. inde inquit Decius in 75 cons. 373. num. 1. quod aqua ÷ ductus, qui est in territorio ciuitatis, præsumitur esse ciuitatis; de quo vide quæ tractat Gregor. Lopez in l. 6. titulo 28. par. 3. Bald. in l. si plures, C. de condit. infertis, lal. in l. quominus, num. 39. & ibi Ripa num. 36. folio 247. ff. de fluminibus, de quo per Bald. in cons. 195. numer. 6. lib. 2. Alexand. cons. 108. lib. 2. Patius in cons. 112. & 114. lib. 2. Boëtius decis. 352. numer. 4. Berolius cons. 144. numer. 12. 35 & 71. lib. 3. Burlat. con. 156. numer. 23. cum sequentibus, libro 2. Carol. Ruin. cons. 41. num. 37. libro 1.

76 Sed quod aquæ decurrentes per ÷ territorium Principis, sint ipsius Principis, probat ex pluribus legibus, & auctoribus, Burlat. in cons. 156. n. 71. præcipue ex l. aquam, C. de seruit. & a. na. & l. si ex meo ff. de aqua pluua arcend. l. 1. §. illud ff. de aqua quoridia. & astina, Par. in cons. 112. lib. 1. Alex. consilio 108. lib. 2. & aliis Auctoribus, ad quem addo Antonium Peregrin. in tractatu de iure fisci, libro 1. num. 16. pagin. 4. de quo lector videt l. 6. tit. 28. part. 3.

77 Et hæc videtur ÷ tenenda in nostro proposito attentis rationibus supra scriptis, & nostris legibus Regalibus; licet Bald. eleganter in cap. 1. de vassallis qui contra const. Lorbar. num. 2. folio 59. relatis opinionibus antiquorum dicat; quod si dubitatur quid, & quantum sit feudum, si vassallus agit contra Dominum, debet probare vassallus quantitatem rerum feudaliū; si verò Dominus agat, ipse tenetur quantitatem probare, per l. qui accusare, C. de edendo, & l. in rem, ff. de rei vindicatione, & per alia quæ refert, quam conclusionem confirmat & exornat Decius in cons. 146. numer. 13. & 14. Et ideo scribit singulariter Guicclielm. Benedict. in dict. cap. Raymundius, de testament. in verbo, & uxorem, numer. 312. quod si quis petat alicuius redditus, tenetur ostensionem rei facere, nisi petat censum super bonis rei conuenti, & reus satis est certus de bonis suis, quem citat Rebuff. tom 3. ad constitutiones Regias, titulo de dilat. aris. 2. glof. 2. num. 7. pagina 337. vbi num. 16. & pagina sequenti, citat Bald. & Præposit. in cap. significantiibus, de appellationibus, dicentes quod si domini directi petant bona emphyteutica, vt quia in commissum ceciderunt, debent illa bona declarare, & eorum ostensionem facere.

Et ex eo quod quælibet res præsumatur libera etiam infertur, quod si Dominus alicuius loci litigat cum vicinis super eo, quod prætendit locum esse solariegum, & ex aduerso vassalli contrarium contendunt, quod est præsumptio pro libertate loci, & quod non sit solariegus, actu diuersæ probationes sunt, est verisimilis probatio vassallorum, & magis iuri conformis, & etiam ambiguo standum est, quod probatur per ea quæ supra dicta sunt, dum fundatum fuit, quod quælibet res, & bona in dubio præsumuntur esse libera, & ex his quæ scribit Meffia super l. Tolati, 9. part. fundamento 2. nu. 7. & 77. folio 90. vbi tradit vicinos contra Dominos esse tuendos pendente lite in possessione terminorum, & hoc etiam comprobatur ex doctrina Baldi in l. si quis diuino, ff. si seruis vendi, vbi dicit quod testibus deponentibus super negatiua, quæ habet iuris præsumptionem pro se, vt est, quia quælibet res præsumitur libera, si dicant seruitutem non debet, est credendum.

78 Pro quo ÷ ego induco textum ad plura notabilem in l. Junia Petronia, ff. de manum. vbi in dubio pro liber-

tate est pronuntiandum, per quam leg. scribit Rebuff. in Concordat. rubrica, de Annatis, pagina 801. quod si vna possessio respicit Causam piam, ÷ altera non, præfertur fauorabilior; post Corserum singulari incip. Pia causa, Alexand. in l. de die, columna 2. ff. qui satisfare cogantur, & alios, quos citat; & est melior text. de iure in l. 12. que incipit, censo, d. tributo, titulo 72. par. 1. de qua ago infra, num. 206. & facit ut scribit Aflitius decisio- ne Neapolitan. 400. Nobilis Petrus. num. 9. vbi refert, & confirmat doctrinam Bald. in dict. l. si quis diuino, Cephal. in cons. 549. num. 29. lib. 4. Grat. cons. 9. numer. 192. lib. 1. qui plura ad propositum scribit; & ad ista lege omnino grauissimum Doctorem Andr. de Isernia in cap. 1. de controvers. inuestit. inter mascul. & femin. num. 6. fol. 80. Et quod causa ÷ conseruationis libertatis sit fauorabilis, tradit Aymon in cons. 292. num. 2. faciunt scripta per eundem in cons. 111. num. 9. Mascard in tract. de probationibus, lib. 2. conclus. 979. Et quod domini Regni habeant fundatam intentionem in exercenda iurisdictione & territorio, resoluit Auiles in cap. 23. correctorum, numer 9. fol. 217. ex Henrico in cap. si diligenti, de præscription.

81 Creditur igitur magis testibus, qui dicunt vicinos alicuius loci immunes esse à censibus, & aliis ÷ tributis, quos Domini petunt, quam aduersus eos deponentibus; & ad hoc facit quod tradit Aymon Craucta cons. 132. num. 10. vbi probat, quod qualibet villa præsumitur libera ab oneribus: & refert Baldum in cons. 368. colum. vltim. lib. 1. & alios dicentes extirpandum esse censum; cuius causa ighoratur, vbi agitur petitorio: pro quibus facit quod eleganter in ista materia scribit Alciatus cons. 491. vbi inquit, quod ex eo quod quælibet res præsumitur libera, & non feudalis, vt supra probatum fuit, quod si aliquis sit Comes sub dominio Regis; in dubio existimabitur Comitatum iure proprio hereditario habere, non iure feudi; & si qua seruitia Regi præstitit, præsumitur præstitisse simpliciter tanquam Principi suo, & non tanquam domino feudi, notat Socinus Inn. cons. 102. num. 17. lib. 2. Roland. consilio 32. numer 34. lib. 3. qui refertur Hostiens. & Ioan. Andr. in dict. capit. nimis, de iure iurand. Butrigar. in cap. vltimo, de iudiciis.

82 Ex quibus infertur, quod non ex eo quod vassalli seruitia Domino pro plures præstiterint annos, ÷ credendum est eos solueti ratione foli, sed tanquam Domino, & ob gratiam, & vrbauitatem; quod maxime notandum est, sic Thom. Grammat. cons. 147. num. 10. inter alia plura scribit in hac materia, quod non ex eo quod quis facit domicilium in aliquo loco Baronis, præsumitur quod bona per ipsum possessa tennerit à Barone, vel à prædecessoribus in feudum, quod vicini præsumuntur possidere pro suo, & non vt emphyteutæ; & confirmatur ex scriptis per eundem Thom. Grammat. cons. 13. nu. 4. & scribit etiam Aymon, cons. 52. num. 10. quod in dubio pro libertate est præsumendum, & sic vassalli sunt absoluendi ab onere impositionum.

83 Et procedit, quantum ego credo ista conclusio, etiam si domini sint tuiti lite pendente in possessione harum impositionum; quia per prædicta, præsumptio est pro illa possessione, quod sit vitiosa, & per oppressiones, & violentias obrepta, & sustentata; nec habet locum regula l. exitus, ff. de acquirend. poss. quod ex prædictis constat. Et quod tributum sit si- gnum subiectionis, ÷ non plena probatio, probatur in cap. recepimus, de privilegiis, & in cap. magnum, 11. quæst. 1. Innocentius in cap. praterea, de transacionibus, Bald. & Angel. in l. 3. C. de natural. liberis, & alij quos citat Chassan. in consuetud. Burgund. rubric. 1. §. 4. pag. 119. num. 20. vers. & adde, quod tributum: & qualiter probetur qualitas, & possessio ÷ subiectionis, tradit nouissime Andr. Gail. in tractatu de Arrestis Imperij, cap. 7. num. 6. fol. 380. Et quod solutio facta per titulum vitiosum, non præiudicat vassallis, constat ex cons. Alexand. 113. lib. 1. quod latius tracto in 1. part. qu. 64.

84 Et quod si quis vassallum se profiteatur alicuius, non præiudicat

præiudicat talis confessio filijs profitentis, notat Bald. in l. transacione, C. de transact. vbi Dominus Anton. de Padilla n. 4. pag. 118.

85 Et est animaduertendum ad istam materiam, ad quam digressionem facimus, occasione ÷ sumpta à nostra materia, & ab illa regula, quod bona præsumuntur esse libera, & quia nihil est, quod in practica magis contingat, à nullo tamen tacta, nec digesta sunt: dico ergo, quod si aliquis Dominus prætendit quendam proprium locum esse solariegum, & exhibeat aliquam scripturam ad hoc probandum, tenetur probare, quod illo tempore erat Dominus illius territorij, cum sit fundamentum suæ intentionis: quia vbi aliquis prætendit se fuisse aliquo tempore Dominum alicuius loci, habet necesse probare de dominio illius temporis, adco, quod non sufficit probare, se nunc esse Dominum; & fuisse centum adhuc annos, quod fundatur ex doctrina Baldi in l. si bi qui adulterij, C. de adulterij: Salicet. in l. ex qua persona, C. de probationibus, & est regula, quod fundans ÷ se in tempore, illud probare tenetur, l. cum actum, ff. de negotijs gestis: l. matrem, C. de probationibus: l. 2. C. de petitione hereditatis, tradit latè nouissime Ioseph. Mascard. in tractatu de probationibus, lib. 3. concl. 1352. num. 1. cum sequentibus, fol. 392. Declarant tamen Bald. & Salicet. in locis supra citatis hanc conclusionem, nisi sit in contrarium aliqua præsumptio, vel coniectura, & Alexand. in cons. 16. num. 2. lib. 5. Et sufficienti in hoc testes de auditu, & publica vox, & fama, vt constat ex scriptis ibi per Alexand. n. 21.

86 Et est etiam in hæc incidenti materia, ad memoriam referendum quod scribit Gloss. Paris. in consuetud.

87 Paris. §. 7. num. 9. fol. 98. vbi tradit, ÷ quod licet irregulariter non sufficiat Domino probare rem feudalem possessam per vassallum, in dubio præsumitur possessa pro suo, & est necesse probare possessam fuisse formaliter tanquam feudalem, & tanquam à vassallo, & seruitia præstita fuisse, vel alios actus tanquam per vassallum ratione talis rei tanquam feudalis; sufficit tamen scilicet clientelare obsequium esse exactum, vel præstitum ratione rei præscriptæ, deinde tempus longum, vel longissimum esse exactum; pro quo facit quod scribit Iacob. Butrigar. & etiam Nicol. de Neapol. in c. vassallus, si de feudo fuerit controuers. inter domi & agnat. quod si vassallus qui longo tempore præstitit seruitia, litiget contra Dominum, tenetur ostendere bona, pro quibus seruitia præstitit; aliàs præsumitur præstitisse pro toto matrimonio, argument. l. fideicommissum, §. vlt. ff. de iudic. sequitur Curt. Iun. cons. 42. col. 2. quos refert & confirmat Ayre. cons. 276. num. 2. qui plura scribit in ista materia: & quod Domini Regni Franciæ, & Apulici habeant ex priuilegijs & consuetudine in castris, & terris eorum iurisdictiones, aquas, nemora, montes, pascuas, fortalitia, tradit Nicol. Boëtius in tractatu de custodia clauium, num. 74. & ad doctrinam Iacobi Butrigarij Nicol. de Neapol. addo notabilem resolutionem Andre. de Isernia in c. 1. de controvers. inter masculinum & femin. de beneficio, num. 67. §. 8. & 9. fol. 205. vbi Andre. Liparul. Et quod licet territorium ciuitatis sit Domini castri, non tamen pascuas: tradunt Bertrand. in cons. 37. lib. 1. Anton. Petra in tract. de fideicommissis. q. 13. n. 547. pag. 521. & de libertate aduersus onera dominorum, legi debet Aym. in cons. 111. n. 14.

88 Et etiam est sciendum, quod in Dominis istius Regni non est præsumendus metus, vis, vel impulsio, ÷ sicut in alijs Dominis, & Baronibus aliorum regnorum: quia in Hispania Domini Regni sunt Regi obediuntissimi, & multum subiecti Regali Consilio, & Cancellarijs, contra quos facillime vassalli querelas interponunt, & ideo caute, & cum moderamine, & iudicio interpretanda & limitanda sunt in hoc Regno, quæ habentur in dicto cap. latemer, & in iuribus supra citatis. Ad quod faciunt quæ in ptoprijs terminis in ista materia scribunt Lucas de Penna in l. iuris, C. de

agricol. & censitis, lib. 11. colum. 3. vers. item quia Domini, Claud. Saytel in l. naturaliter, §. nihil commune, in repositis num. 12. ff. de acquirenda possessione, lal. cons. 72. num. 10. versiculo, praterea, cum sequentibus, lib. 1. & in l. si Dini, num. 17. versiculo sexto salit. ff. de iudicijs; Roland. consilio 1. num. 77. & 78. lib. 1. Burg. de Paz in cons. 15. nu. 35. Alberic. in l. vili ratione, C. de defensi. ciuitatum; vbi inuehit contra rusticos illius temporis dicens, quod sunt ÷ pessimi, & rixosi, & alia plura, quem citat Stephan. Bertrand. cons. 7. num. 1. lib. 1. quid erit in iusticijs nostri temporis, qui quotidie Regalia Consilia, & Cancellarijs frequentant, & faciunt quæ scribo supra, num. 58. & plura contra rusticos scribit Guillelmo. Benedict. in cap. Raymundius, de testament. in verbo, & uxorem nomine Adalafiam, num. 961. fol. 138. faciunt scripta per Ripam in tractatu, de peste, titulo, de remedijs præseruatiuis contra pestem, num. 24. Et de materia ista incidenti, sed maxime in iudicijs necessaria, lege quæ scribit Ioseph. Mascard. in tractatu, de probationibus, lib. 3. conclus. 1119. num. 1. cum sequentibus, fol. 2. & conclusio- ne 1399. num. 4. & conclus. 1372. num. 116. Didacum Perez in lib. 4. Ordinum. columna 150. Azuced. in l. 2. tit. 3. lib. 6. Recopilat. fol. 57. Tiberius Decianus in practica criminali, tom. 1. cap. 25. num. 84. fol. 121. vbi tradit, quod rustici sunt inimici Nobilium Bart. Bertazol. in l. si quis maior, C. de transacionibus, num. 123. cum sequentibus, & est legendus Gregor. Lopez in l. 6. tit. 25. part. 4. glof. 2. & legenda sunt quæ scribit Tiraquell. contra rusticos in tractatu, de poenis temperandis, causa 11. num. 17. pag. 42. & quod villani sint viles, tradunt Tiraquell. in tractatu de Nobilitate, cap. 2. num. 62. pag. 31. Menoch. in cons. 225. num. 8. lib. 3. & conducit quod scribit Chassan. in tractatu gloria mundi, parte 8. consideratione 32. fol. 10. & an rustici possint introducere consuetudinem constat ex l. final. Cod. de testam. & alijs, quæ scribit Burgos de Paz in l. 3. Tauri. p. n. 578. fol. 245.

89 Quibus omnibus etiam est addendum, quod in dubio bona præsumuntur ÷ esse illius Castri cui magis adherent, vt probant Carol. Ruin. in consilio 531 lib. 4. Silaan. consilio 58. num. 7. & quod Castrum de iure non habeat iurisdictionem, nisi Princeps exprèsse concesserit, volunt Bald. in cap. 1. §. ad hæc: num. 7. de pace iurament. firm. notanter Abbas in consilio 62. nu. 13. lib. 2. vbi addit, quod si Castrum habet iurisdictionem de per se, non sequitur in aliquo ciuitatem; secundum Ioan. Andr. in cap. cum aterni, de iudic. in c. 3. Bart. in l. 1. ff. de damn. infect. Bald. in l. vlt. C. si à non competent. iud. faciunt scripta per Narram in cons. 339. n. 1. cum sequentibus, lib. 2. Gregor. Lopez in l. 9. titulo 28. part. 3. in glossa, in verbo, son establecidos, & Abbatis in cap. cum ad sedem, de restit. spoliat. & omnino Narram cons. 405.

90 Et antequam hanc materiam omittam, animaduertere libuit etiam obiter lectores de conclusione, & quæ dabit commodum, & honorem; scilicet, quod ÷ Domini locorum possunt propria autoritate capere redditus eisdem notorie debitos; vt in terminis voluerunt Speculator titulo de feud. §. quoniam, num. 3. fol. 121. in 3. part. Chassan. in consuetud. Burg. rubric. 9. §. 14. pag. 1523. Tiraquell. in tractatu de primogenitura, quæst. 59. n. 11. pag. 382. Salzedo in additionibus ad Bernard. Diaz; regula 571. pag. 152. col. 2. quibus iungo singulari doctrinam Alberi. in l. nullus, num. 2. fol. 42. C. de iudicijs & decisionem Capicij 124. nu. 3. & dictam doctrinam Speculatoris refert etiam & sequitur Auen. in 1. p. de exequend. mand. c. 5. num. 8. vers. & non solum fol. 65. qui ad hoc citat Carrerium in practica, §. homicidium 6. num. 117. & August. Berol. decis. 55. num. 1. 2. & 4. Luc. de Penna in l. si coloni, fol. 161. col. 3. versiculo sexto queritur an possit Dominus; C. de agricolis & censitis, lib. 11. & in l. domini pradiorum, eodem tit. fol. 155. col. 4. & in l. iuris, fol. 164. col. 1. ad finem, & in l. generali, C. de decurionibus, lib. 3. fol. 57. col. 3. in princ. & Dominus aduersus prædones potest ius sibi dicere, secundum Decium in l. qui iurisdictione, num. 21. ff. de iurisdiction. omn. iud. quem citat Menoch.

Menoch. de recuperand. possessione remed. 1. num. 121. pag. 323. & allegat cap. proposuisti, de appellat. Et an Barones possint executare vassallos pro iuribus sibi debitis, disputat Ioan. Francisc. in tract. de Baronibus, pragmat. 56. num. 60. cum sequentib. pag. 299.

- 101 Pro quibus etiam facit, quod ubicunque alienatio feudi est notoria sine consensu Domini, potest Dominus propria auctoritate possidentem spoliare, secundum Bald. in cap. fin. in fine, per quos fiat inuestitura: & in cap. 2. de feudo dato sine culpa non amittend. & alios quos citat Matthæus de Afflictis decis. 292. Rex Ferdinand. num. 19. Et quod si probatum fuerit, homines alicuius loci vendidisse liberè suas possessiones, ex fide constet non esse solariegos, volunt Andr. de Ifern. in cap. 1. §. quidam tamen, col. 1. post principium. de controuersia inter masculos & femin. Mar. de Afflict. decis. 267. n. 3. Siluanus in dist. conf. 60. num. 6. & alij, quos citat Burg. de Paz Iunior in quæst. 2. num. 126. fol. 83. Gregor. Lopez in l. 3. tit. 25. part. 4. in glos. in verb. no puena enagenar. in fine. Et addere etiam libet aliam notabilem conclusionem, quod Castra, & villæ commendata ciuitati, & quæ in signum superioritatis dant pallium, censum, vel aliud simile, nihilominus dicuntur libera, nec propter illud, signum dicuntur subiecta: secundum Bart. in l. non dubito, ff. de capti. Ancharran. & Cardinal. in Clement. ne Romani, §. sane, de electionib. Dec. & Glo. Pat. in cap. recepimus, num. 6. cum sequentib. de privileg. eundem Decium in cap. ad audientiam, num. 3. de appellat. vbi eadem Glof. Parisien. Curr. Iunior. in conf. 124. in princip. & vt fraudibus & obuietur, potest Dominus sub pœna prohibere, ne homines sui territorij aut loci colligant messem, aut vindemiam, priusquam per suum inspectorem recognoscatur, vt resoluit Celsus in con. 85. num. 5. Et quod Domini & habentes censum annuum contra subditos, possit eos exequatur absque citatione, tradit Rebus. tom. 1. ad constitut. Regias, tit. de liberis obligatorijs, art. 7. glof. 1. n. 2. pag. 153. Et quod ille qui succedit in castro, territorio, & iurisdictione, dicatur successor vniuersalis, & non particularis; tradit Capiculus decis. 20. num. 29.

S V M M A R I V M.

- 106 Testibus dicentibus bona non esse maioratus potius creditur.
- 107 Testibus, quibus ius commune assistit, potius creditur.
- 108 Testibus deponentibus pro instrumento magis credi debet quam contrarium affirmantibus.
- 109 Testibus dicentibus bona esse communia inter maritum & uxorem potius creditur.
- 110 Probationes sunt arbitrariae.
- 111 Primogenitus si in genere probet aliqua bona esse maioratus, omnia presumantur de maioratu, & num. 122.
- 112 Quid in feudo, num. 126.
- 112 Finibus antiquis in dubio standum est.
- 113 Pascuum, quod est intra terminos villa, presumitur pertinere ad dominum villa, & num. 114.
- 115 Pascua ad fundi usum destinata an cedant legato fundo.
- 116 Domini vassallorum, qui per longum tempus grauamina vassalla non imposuerunt, an amittat ius imponendi onera qua imponere poterant.
- 117 Pascua sunt vniuersitatis, & quomodo.
- 118 Si constat aliquem esse dominum certa partis fundi integri & vniuersi, presumitur dominus omnium coherentium, & num. 119.
- 120 In donatione Regia qua veniant.
- 121 Donata rem aliquam, cum omnibus suis iuribus & pertinentijs donare videtur, & num. 123, 124, 125, 127.
- 128 Memoria an presumantur esse de bonis Baronis contra vniuersitatem.
- 129 Intellectus ad textum in l. 68. tit. 18. part. 11.
- 130 In venditione Castrj qua veniant, & num. 132, 133, 134, 137.

- 131 In venditione pertinentiarum non veniunt res aqne principales.
 - 135 Et quid appellatione pertinentiarum comprehendatur, & num. 136.
 - 138 Rei appellatione, veniunt res cum suis pertinentijs & accessorijs.
 - 139 Bona non presumuntur esse alienabilia ad petitionem transuersalium.
 - 140 Bona maioratus esse inalienabilia est in dubio iudicandum.
 - 141 Molendina vbi sunt publica, an possit communitas prohibere, ne alia molendina adificentur.
 - 142 Subiectio ex census solutione an arguatur.
 - 143 Intellectus ad l. 8. tit. 15. de las prescripciones.
 - 144 Possessio an transferat onus probandi in Communitatem, vel Dominum, intra cuius fines est res.
 - 145 Varijs prescripctionibus circa mensuram tritici, vel aliarum rerum, ob quas census petitur existentibus, de minori mensura debet iudicari.
 - 146 Ex plurium instrumentorum inspectione, in quibus filij sunt vocati, colligitur an neptis excludat aunculos masculos.
- Post num. 146. inuenies alia summaria.

EX dicta autem conclusione, vt ad superiora calanum conuertam, quod bona presumantur esse libera, etiam inferitur, & quod si sit contentio inter aliquos super quibusdam bonis, quia vna pars praetendit, quod sunt bona maioratus, & restitutioni subiecta; altera vero pars affirmat, quod sunt bona libera, & absque grauamine restitutionis; est standum, in æqualitate probationis, magis testibus deponentibus bona esse libera, quam maioratus: & idem erit quando pro vtraque parte curunt pares praesumptiones, non propter eandem rationem potius stari debet praesumptionibus, quæ dicunt bona esse libera, & absque vinculo restitutionis, quam contrarium testificantibus. Quod fortificatur ex doctrina Innocent. & Abb. in cap. auditis, de in integrum restitutione, vbi dicunt, quod testibus quibus ius commune & assistit, vel aliqua iuris praesumptio, magis est credendum, quam contrarium dicentibus, & idem tenet Abb. in cap. cum oporteat, de accusationibus. Et ad hoc etiam facit dist. l. Iunia Peronia. Et ex dicta doctrina Innocent. oritur, quod cum instrumentum praesumatur verum, & solemne, vt probatur in cap. cum Ioannes, de fide instrumentorum, & late traditur in cap. tertio loco, de probationibus, & in alijs pluribus locis, testibus & deponentibus pro instrumento magis credi debet, quam contrarium affirmantibus, secundum Iasonem in conf. 137. lib. 4.

Et ex istis obiter infero, quod cum iuxta legem styli, & vniuersalem Hispaniæ consuetudinem inuolubiler obseruata, bona, quæ reperiuntur in potestate viri, & vxoris, praesumantur esse communia, nisi quilibet eorum ostenderit capitale suum, si sit contradictio inter testes: quia aliqui dicunt bona esse multiplicata, matrimonio constante; alij contrarium affirmant; & sunt in omnibus, & in numero pares: est potius standum testibus dicentibus & bona esse communia: quod est notandum, & in practica non semel contingit: & finaliter in his omnibus arbitrium Iudicis est maximi momenti: quia omnes probationes & sunt arbitrariae, l. 3. §. in quoque magis, ff. de testibus. l. 40. tit. 16. part. 1. l. 118. in fine, tit. 18. par. 3. l. 3. in versiculo, nam siquidem ibi: Facti quidem quæstio in arbitrio est iudicandis. ff. ad Turpillianum: de quo per Pinel. in l. 2. part. 3. cap. 4. & vit. num. 4. C. de rescinden. vendit. sed ad hoc interponendum arbitrium, seruari debent aliquæ conclusiones, & considerationes.

Dicta autem conclusio (vt ad rem redeam) quæ dicitur, quod bona in dubio praesumuntur esse libera, & non restitutioni subiecta, vera est, & intelligi debet & nisi primogenitus in genere probet, quod bona existentia intra terminos alicuius territorij sunt maioratus, & restitutioni subiecta; quia tunc omnia praesumuntur

muntur esse ex primogenitura, & bonis maioratus, Quod probatur ex dist. l. ade sacra, §. vlt. ff. de contrahend. empt. & ex alijs supra relatis. Si igitur primogenitus per scripturam maioratus probat ius villæ, fundi, vel locum, & fines, quos habebat tempore vinculationis, vel per testes de immemoriali possessione deponentes, quod ipse, & antecessores, fundum, villam, vel locum cum forma, vel cum requisitis ex dispositione l. 41. Tauri, in quo territorio, vel finibus est situm praedium, vel fundus, super quo contenditur, nihil aliud primogenitus tenetur probare quam vniuersum ius territorij; & finibus antiquis in dubio standum est, nisi noui appareant, & nisi specialiter, & in individuo constet, quod locus super quo contenditur, est diuisibilis, & liber; iuxta Glossam in l. 2. in verbo, monumenta, vbi Doctores, Cod. finium regund. pro qua est expressa l. vltim. tit. 15. part. 6. ibi: Et si fallarem moiones antiquos, porque los pueda determinar, notat Alciatus regula 2. praesumptio 13. & l. in §. quadam, num. 33. de actionibus: Hippolyt. in rubrica de probationibus, numer. 192. notatur in lex. persona, Cod. de probation. & per Alexand. in conf. 57. numer. 18. lib. 7. & nouissime per Menoch. in tract. de praesumpt. lib. 6. praef. 43. fol. 99. Mascard. in tract. de probation. lib. 1. concl. 393. num. 10. fol. 139. eundem Menoch. in conf. 378. n. 82. lib. 4.

Et ex hoc plures quæstiones ad hanc materiam pertinentes decidi possunt; & pro hac sententia facit text. in cap. ad decimas, de restitutione. spoliator. lib. 6. cum concordantibus, quæ ibi Doctores referunt, & in alijs locis ordinarijs: & egregia sententia Pauli Castrenf. in conf. 110. incipienti, In causa qua vertitur coram domino Locum tenente, num. 4. libro 2. vbi dicit, quod pascuum, quod est & intra territorium villæ, vel pertinentias alicuius villæ, praesumitur pertinere ad Dominum villæ, refert text. in dist. cap. ad decimas; & notata in dist. cap. cum ad sedem, de restitutione spoliatorum, notat eleganter Barth. Socin. in consilio 86. numer. 9. libro 1. vbi tradit an per alteram villam vsucapi possunt? & in consilio 166. numer. 3. lib. 2. vbi numero 7. tractat quomodo probetur ius pascendi, & quod pascua sint vniuersitatis, & non Dominorum, tenet etiam idem Paul. in consilio 376. licet Iudex. colum. 2. Aymon Craueta in conf. 153. num. 1. Nisi recognouissent à Domino, vt tradit ibi Aymon numer. 5. licet idem Paul. Castrenf. consilio 56. Videtur dicendum praefatos manifestos. eodem libro 2. num. 2. contrarium in hoc aperte teneat; vbi dicit quod pascua, & mons existens in territorio alicuius Castrj, non arguit ipsum, quantum ad proprietatem, & dominium, esse illorum quorum Castrum est; cum possit esse aliorum extraneorum, vel forensium; vbi hoc late fundat.

Sed potest saluari Paul. Castrenf. quod in consilio 56. loquitur vbi cumque Dominus iurisdictionem tantum habet in Castro, in cuius districtu sita sunt pascua; in dist. autem consilio 110. loquitur quando Dominus non solum habet iurisdictionem, Sed etiam proprietatem terminorum; quia in isto casu pascua, quæ reperiuntur intra tales terminos, praesumuntur esse Domini villæ, & terminorum, & ista differentia clarè colligitur ex his quæ supra scripsi; & in 1. par. huius operis, quæst. 10. Et pro Paul. Castrenf. in dist. consil. 56. facit notabile consilium Barth. Socin. conf. 15. numer. 6. lib. 3. vbi dicit, quod aliud est habere iurisdictionem, aliud territorium, aliud ius pascendi. Et quod in pascuis sit praesumptio pro populis, quod sunt & domini eorum, & non Dominus villæ, loci, vel castrj, est expressa dist. l. 9. tit. 28. part. 3. ibi: E los montes, e las dehesas: & circa hoc vide quæ refert & scribit Auenda. part. 1. de exequend. mandatis, cap. 4. num. 4. Episcop. Couarr. in practica. quæst. cap. 37. & in regula, peccatum 2. part. §. 9. num. 8. Aluar Velasc. de iure emphyteut. quæst. 8. num. 42. fol. 53. & cap. 5. num. 1. cum sequentibus, fol. 268.

Et quod Castro concessio non intelligatur totum concessum, licet pars concessa, sit dignior, volunt Bald. in cap. 1. §. ad hoc colum. 3. vers. querit etiam, Blanc. de pace

iuam. firmand. Roma. in conf. 444. Natta in conf. 31. nu. 3. lib. 2. & quod Castro donato, non veniant molndina, nec pascua, nec sint de pertinentijs, notat Menoch. in con. 401. num. 149. lib. 5. ex Decia. & alijs, & in tractatu praesumptionum, lib. 4. praesumptione 154. num. 21. fol. 271. Et quod pascua ad fundi & usum destinata, cedunt legato fundo, licet sint separata, & distincta, si tamen eodem nomine nuncupabantur à testatore. l. Seia. §. ryranna, ff. de fund. instruct. vbi Bart. & est notabilis doctrina Baldi in Lemptorem. num. 9. C. de locati. Parth. Soc. in l. 1. num. 7. ff. de rebus dubijs, de quibus per Petrum Surdum decis. 241. num. 11. ad ista legendum; & quod appellatione concessionis terrarum veniat Castrum; & quod aliud sit dicere, homines alicuius loci, aliud, commune alicuius loci, tradit eleganter Alexan. vbi Glof. Parisien. conf. 114. num. 11. & 12. lib. 4.

Et in hac materia incidenti, & practicabili, addo singularem doctrinam Paul. de Cast. in l. hoc autem. ff. de seruitutibus urbanorum praediorum, vbi vult, quod si domini & vassallorum per mille annos non posuerunt subditis grauamina, quæ poterant imponere, non mittunt ius imponendi, nisi fuit causa subsequuta: quem citat Petrus Augustinus Morla in empirio iuris, par. 1. tit. de seruitutibus, num. 45. fol. 291. vbi ex Paulo resoluit, quod Domini non amittunt ius imponendi, nisi vassalli se gerant pro libetis; pro quibus faciunt scripta per DD. in cap. cum M. de constitut. & in l. vltim. ff. de constitut. Princip. & in alijs similibus locis. Et quæ sint pascua, arthusta; & sylua, tradit nouissime Bertazol. in tract. de clausulis, clausula 20. glo. 33. 34. & 35. fol. 107. ad quæ addo Episcop. Couarr. resolut. lib. 1. cap. 17. nu. 11. Rebus. in d. l. silua cadaua, §. pascua. pag. 265. ff. de verborum significatione, qui melius tractant quam Bertazol.

Et quod ius pascendi, & piscandi, pertineant ad singulos vniuersitatis, tradit late Ioan. Franciscus in tractatu de Baronibus, pragmatica 11. numer. 2. cum seqq. pagin. 256. qui ad hoc refert Ripam respon. 93. Capol. Afflict. Capic. & Et quod pascua sint vniuersitatis, probat l. omnes 2. C. de operibus publicis, l. 2. vbi DD. C. de pascuis, lib. 11. confirmat Rebus. in l. silua cadaua §. pascua sylua, pagin. 264. ff. de verborum significatione. Quod maxime procedit, si vicini populorum possideant pascua, & non Dominus, quia tunc maior est praesumptio pro populo, vt probat notanter Menochius in tractatu praesumptionum, lib. 3. dist. praesumptione 100. numer. 8. pagin. 386. Ex quo dicit male facere Principes, qui prædia ciuitatis, & populorum, quæ Communia appellant, sibi vendicant, & suæ Camerae appropriare contendunt, cum prædia ab hominibus vniuersitatis possidentur, & ligna incidere, & pascua depasci conseruerunt; qui ad hoc citat Abbatem in dist. cap. si diligenti, notabili 2. de praescripctionibus, Oldrad. in conf. 177. in fine, Paul. de Casto in conf. 179. In causa quam magnificus, numer. 5. lib. 1. Aretin. Corneum, bertrand. & alios, & addit Paul. Castrenf. in dist. consil. 110. nu. 3. per dist. l. vxori, ff. de leg. 3. Quod si constat me dominum esse alicuius certa partis fundi integri, & vniuersi, & praesumitur esse dominus aliarum illi coherentium, & connexarum: nisi probetur, alium esse dominum, & citat l. 1. §. praterca. ff. de separationibus, & alia iura. Et redditus existentes intra fines feudi, praesumuntur feudales, secundum Andr. de Ifern. in c. 1. §. quidam tamen, de controuersia inter mascul. & femin. de benefic. per l. 1. §. cum verbem. ff. de offic. Pratoris; confirmat Thom. Grammaticus conf. 160. num. 1. & 4. quinimo iurisdictione praesumitur esse illius loci, cui est propinquior, vt docent Hieronym. de Monte in tractatu finium regundorum, cap. 83. Mascard. in tractatu de probationibus, lib. 2. conclusionem 946. num. 26. & lib. 3. conclusionem 1409. num. 7. vbi numer. 8. tradit an bona iuxta Castrum sita praesumantur esse ipsius Castrj iuxta ea, quæ scribit lib. 2. conclusionem 217. num. 15.

Et vt aliqua ex legibus Regalibus adducatur, per quas in Hispania iudicandum est, vt alibi latius tractabo; pro prædicta conclusione adduco etiam tex.

in l. 26. tit. 2. par. 3. ibi: *Otrofi dezimos, que si alguno quisiese demandar villa, o castillo, o aldea, o otro lugar señalado, que abonda que diga, que demanda aquel lugar, diciendo señaladamente qual con todos sus terminos, e con todas sus pertenencias, e no ha porque dezir cada vna cosa de lo que le perteneciese;* quo in loco Gregor. Lopez refert etiam dictum Bald. in d. c. 1. de Capitaneo, qui Curiam vendidit, cum qua legem concordat l. 3. in ordin. ind. in volum. partium, fol. mibi 186. Nec minus conducit l. 2. tit. 18. part. 3. vbi tractando de donatione fundi donati per Regem, & de privilegio, quod de donatione confici debet, dicit lex: *E si fuerit donatio de hereditamento, deve nombrar todos los terminos de aquel donadio, e de aquel hereditamento, assi como el lo diere* Et est alia lex bona l. 9. tit. 4. par. 5. ibi: *Dezimos, que quando el Emperador, o Rey haze donacion a Iglesia, o orden, o otra persona qualquier, assi como de villa, o de castillo, o de otro lugar, en que huiesse pueblo, o se poblasse de despues, si quando se lo dio otorgo por su privilegio, que se lo daua con todos sus derechos que auia en aquel lugar, e deua auer, no sacando ende cosa alguna, entiendo se que se lo da con todos los pechos, e con todas las rentas que a el solian dar, e fazer, ad cuius intellectum vide l. 2. tit. 9. libr. 5. Ordinament. hodie l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopilat. ad quam legi debet Ioan. Gutierrez. in practico, lib. 1. quast. 131. & l. 4. & 5. tit. 15. par. 2. sic inquit Archid. post Gloz. in cap. vltim. 12. quast. 2. quod donans aliquam rem, & videtur eam donare cum omnibus suis iuribus, & pertinentiis, & ad hæc facit quod in terminis scribit Cephal. in dict. conf. 311. num. 26. lib. 3. vbi probat, quod si quis totum territorium alicuius loci subiecit fideicommissio, videtur includere omnes terras sitas in eodem loco: refert Socinum in l. 1. in principio, num. 27. ff. de acquirend. possessione, & in conf. 117. num. 5. lib. 1. Carol. Ruin. conf. 58. num. 4. lib. 4. Dec. in conf. 57. Sed & idem Cephal. in dict. conf. 3. num. 45. & 46. lib. 1. resoluit, quod si sit facta primogenitura de castro cum pertinentiis, & veniunt. molendina, & alia: per doctrinam Bald. vbi Matthæ. de Afflictis numer. 52. in dict. capit. 1. de Capitaneo qui Curiam vendidit, & eorum quæ scribunt Curtius in conf. 138. numer. 30. Socin. Junior. conf. 106. numer. 3. libro 2. & Cephal. in dict. consilio 3. citat Bursat. qui plura ad propositum scribit in conf. 2. numer. 50. cum sequentibus lib. 1. vbi num. 60. scribit vnum satis notabile, scilicet, quod in dispositione hominis, ac in privilegio Principis, si sit facta concessio per verba vniuersalia, puta, & cum omnibus aliis, & singulis, rationibus; talia verba capiuntur, & ampliuntur ad maiora expressis, ex Gloss. in Clem. 1. de re iudicata, Socin. in liquidam relegatus, ff. de rebus dubiis, Alex. consil. 30. num. 15. lib. 5. Roland. conf. 5. num. 39. lib. 1. & aliis, quæ refert; qui ita limitat regulam, quod copula, vel, coniungit cum qualitate primo loco expressorum; quæ colligitur ex l. Seia, §. 1. vbi Bar. ff. de fund. instruet.*

Item pro ista sententia, & in fauorem primogenitorum, adduco tex. in l. si venditor, §. vltim. qui incipit, *Erasmus, ff. de act. empt. ibi: Vt inserta & inclusa adificio, partem eius existimemus esse, l. Iulianus, cum quinque legibus sequentibus, l. creditor, in princip. & §. vlt. ff. de act. l. si aqua ductus, ibi, etiam si nihil dictum sit, cum duabus legibus ff. de contrab. empt. l. si partem fundi, ff. de seruitut. rustic. pradiorum, l. si similes, in princ. ibi: Vt id quoque accederet, licet scriptura non contineatur. l. Iulianus in princ. l. qui fundum, 40. §. 1. de contrab. empt. l. testatrix, §. vlt. ff. si seruus venditur, l. uxorem, §. legauerat, l. pradiis, §. Titio, §. Balnea, §. vltim. ff. de legat. 3. l. si quando, ibi, continebitur, quam antea sensibamus cum adiacentibus & mancipiis, & pecoribus, & fructibus, & omni iure suo, C. de bonis vacantibus, lib. 10. quæ lex probat, quod in donatione Regia non solum veniunt omnia, quæ sunt annexa rei, sed etiam omnia quæcunque adiacentia, etiam si sint extra rem tradunt Bart. & Doctores in l. vltim. ff. de consil. Princip. & ad hoc plura alia similia adduxit Gloss. Parisien. in consuetudinibus Parisien. §. 10. par. 1. gl. 5. num. 14. fol. 29. col. 2. Et in ista materia est memorabilis &*

aurea doctrina Antonij Rubei in conf. 50. num. 2. vbi fundat, quod si in privilegio fuerint concessa aliqua de Regalibus, & videtur concessa omnia alia Regalia: quod durum mihi videtur, & idem recta ratione arguit in contrarium. Nec horum esse extraneum, quod ad propositum scribit Lucas de Penna in l. 1. C. de privilegio scholarium: & in l. 1. column. 2. versicul. sed pone, C. de veteran. lib. 10. & Paul. Castren. in l. 1. ff. de acquirend. possessione, vbi dicit, quod si non constat ad quem pertinent aliqua immobilia, nec reperiuntur a priuatis occupata, censentur esse illius Reipublicæ, vel Castri, in cuius territorio bona sunt sita: quam doctrinam DD. in variis locis commendant: & illam defendit Barth. Socin. ibi, num. 18. cum pluribus sequentibus, & secundum eam dicit se consuluisse, & verè consuluit in conf. 86. In causa communitatis, & in conf. 127. & in conf. 169. lib. 2. & illud conf. 127. est repetitum in conf. 181. lib. 2. Et hæc doctrina, & alia superiora faciunt etiam pro illis quæ scripsi in versic. ex his deducitur, num. 44. & conducit l. 15. tit. 5. part. 5. in versic. Esto seria, vbi Gregor. Lopez in l. 9. tit. 28. part. 3. in gloss. in verbo, Son establecidas; de quo puncto, & doctrina Pauli in d. l. 1. notanter loquitur, & distinguit Gloss. Parisien. in 7. part. consuetud. Parisien. §. 46. num. 5. fol. 309. vbi hunc articulum magis egregie tractat quam alius quispiam in iure; ex quo disponi possunt multa pro maiori intellectu huius puncti. Quibus addere libet quod tangunt Aretin. in dict. d. in principio, num. 3. & ibi Soc. Junior. num. 128. folio 38. ff. de acquirend. possessione, vbi tractant, si Imperator donat Curiam, vel territorium aliquod, vel quicquid est intra tales fines, an cedant donationi omnia prædia, quæ non reperiuntur ab aliis occupata: de quo etiam legendus est Natta in conf. 460. numer. 3. cum sequentibus, vbi tradit, & quod probatur præsumptiue rem esse feudalem; vt ibi, pars bonorum est feudalis: & si narretur in verbis enunciatiuis Principis, & ex quantitate pretij, & per famam, & communem opinionem; ad ista videndus. De quo etiam est legendus Ias. in consil. 256. lib. 2. Anton. Gabriel. lib. 5. communium opinionum, titulo de acquirendo rerum dominio, conclusione 3. Menoch. consilio 395. libro 4. quod est egregium in materia; & quod vbi quis facit primogenituram Castri cum pertinentiis, dicatur facere cum molendinis, censibus, redditibus, & similibus, tradunt Cephal. in dict. consil. 3. num. 42. lib. 1. Natta in consil. 506. num. 26. lib. 3. Roland. in consil. 10. num. 35. lib. 3. Et quod si Princeps donet ciuitatem, & intelligatur donare Comitatum, tradunt Bald. in l. final. ff. de donat. Primum, Curt. in conf. 332. nu. 14.

Nec est omittenda resolutio Ioan. Francisc. in tractatu de Baronibus, pragmatic. 11. num. 13. pag. 158. vbi magis in terminis tradit, quod memora præsumuntur esse de bonis Baronum, & habent & fundantur intentionem contra vniuersitates, qui ad hoc refert Lucam de Pen. in l. quicumque, C. de fund. Metropol. Capicium in inuestitura, versic. & cum planis, Francum decif. 183. Regentem de Ponte dict. conf. 97. vbi addit, quod ista sunt Baronum, nisi contrarium appareat de centenaria quæ titulum habuerit, vel de concessione Regis assensu munita: & legi debet idem Ioan. Francisc. pragmat. 14. numer. 24. cum seqq. pag. 282. vbi tractat, quando Domini possint prohibere venationes, & quando discordant confiniâ à mensura, cui magis standum sit? resoluunt Oldrad. in conf. 197. Felin. in cap. significasti, num. 7. de rescriptis, & alij, quos citat Bertazol. in tractatu clausularum, clausula 20. glo. 25. num. 2. fol. 104.

Quamuis his omnibus aduersari videatur §. l. 68. tit. 18. part. 3. ibi: *E tal castillo, e tal villa, o tal alcaria que es en tal lugar, e a tales linderos e dagelo con todos sus terminos, con montes, y con fuentes, y con rios, con paflos, con todas sus entradas.* Ex quibus verbis cum aliis sequentibus probari videtur, quod flumina, & similia non veniunt nisi specialiter in concessione Regali exprimantur. Sed hæc lex est intelligenda secundum alias leges Partitæ, quas supra tetuli, ad quas vide

Aegidium Bossium in practica criminali in tit. de aquis, & fluminibus, numer. 2. cum sequentibus, & singularem l. 15. tit. 5. part. 5.

Et in hoc loco est etiam animaduertendum ad doctrinam Ioan. de Imol. in l. 3. in principio, ff. de acquirend. possessione, vbi dicit, quod si quis possiderit Castrum, & aliquas res particulares suas in territorio Castri, & vendat & Castrum cum pertinentiis, non videtur vendere illas res particulares, sed solum videtur intellexisse de iurisdictione territorij, vt illa oratio vniuersimter intelligatur; argumento *liam hoc iure, ff. de vulgar. nisi aliud de mente constaret*, ex vniuersimilibus coniecturis, vt quia venditum esset Castrum; & vniuersimiliter non fuisset datum pretium, quod fuit datum, nisi fuissent illæ res incluse, per notata in l. semper in stipulationibus, ff. de regul. iuris, tradit late Paris. in conf. 20. numer. 56. lib. 1. Cephal. conf. 144. numer. 6. cum seqq. lib. 1. Et hanc doctrinam Ioan. de Imol. refert & sequitur Alex. in conf. 22. Ponderatis num. 6. lib. 6. vbi Gloz. Paris. in addition. quæ incipit Res: limitat primum dictum Imolæ, quando prædia diuersa iure possessa sunt, non vnita; citat per ipsum notata in consuetud. Parisien. §. 1. gloz. 5. num. 14. Roland. in consil. 82. num. 2. lib. 2. Natta in d. conf. 460. num. 14. lib. 3. Menoch. in conf. 395. num. 32. lib. 4. idem Menoch. in tractat. præsumptionum lib. 3. præsumpt. 73. num. 6. & præsumpt. 96. num. 47. Et in venditione pertinentiarum & non veniunt res quæ principales, vt per l. sed Prætores, §. deinde, ff. ex quibus causis maior. Et alia iura tradit Alexand. conf. 14. numer. 5. lib. 7. Et circa ista dicit Bald. in l. 1. Cod. vnde cognati, & quod sit simul, quod Regnum Appuliæ sit de vniuersali dominio Ecclesiæ, & tamen Castra particularia sint de dominio directo Regis, tradunt Ias. in l. 1. in ff. ad Treb. Ripa respon. 94. num. 5.

Et istis esse addendum, quod si quis concedat Castrum cum pertinentiis, vel Castrum, & omnia iura, quæ ibi concedens antea habebat, licet non sint specificatæ pertinentiæ, vel iura, tamen & veniunt iura illa, quæ de iure, vel consuetudine erant Castrum assignata, vel iura, quæ ibi concedens habebat, secundum Bald. in c. 1. de Capitaneo qui Curiam vendit, Imol. in dict. l. 3. in fine princip. ff. de acquirend. possessione, cum similibus, vt per Calcan. in conf. 90. num. 6. vbi ex Bald. & aliis ponit regulam, quod concessione facta de aliquo Castrum cum pertinentiis, veniunt villa, molendina, & alia pertinentia ad Castrum, ad quem addo Dec. in conf. 526. num. 24. Socin. Jun. in conf. 106. num. 3. lib. 2. imo etiam si Castrum simpliciter concessum fuit de quo etiam per Andr. Gail. observationum lib. 2. observatione 62. num. 7. cum seqq. pag. 180. vbi tradit, quod concessio Castri veniunt molendina, merum & mixtum imperium; & addit qualiter constituantur Castri pertinentiæ, & in observatione sequenti tradit de observatione pertinentiarum in iudicio possessorio, & quod villa, vel castrum concessio cum pertinentiis, veniat iurisdictione, resoluunt per plura Bald. conf. 245. Villa, vel Castrum, lib. 3. quem citat Natta in conf. 405. num. 3. lib. 2. ad quem addo Menoch. in tract. præsumpt. lib. 3. præsumpt. 97. & quæ scribit præsumpt. 99. vbi tradit etiam quæ sint & Castri pertinentiæ. Et doctrinam Bald. in dict. consuetat Ioan. Petra in quast. 12. infra alleganda, num. 377.

Et materiam consuetat, & tractat Bertazol. in tractat. clausularum, clausula 26. gloz. 13. num. 3. cum seqq. fol. 131. Curtius Jun. in conf. 140. num. 11. lib. 1. Alexand. conf. 105. num. 2. lib. 6. & in conf. 55. num. 19. lib. 4. vbi, post Bart. & Dec. in l. si sic, §. 1. ff. de leg. 1. tradit quod donatarius per alias probationes legitimas tenetur probare quæ sint pertinentiæ, quæ ad concedentem spectabant: & notabiliter Menochius in dict. conf. 395. num. 23. lib. 4. Et tradit Cephal. conf. 250. num. 14. lib. 2. late Bursat. qui plures refert in conf. 46. num. 24. cum sequentibus lib. 1. de quo lege quæ scribit Aluar. Velasco. de iure emphyteut. quast. 51. num. 3. fol. 169. nouissime, & notanter Menoch. in tractat. præsumpt. præf. 101. lib. 3. nu. 2. cum seqq. pag. 387. Et quod appellatione pertinentiarum

& Castri, veniant possessiones particulares Castri, etiam per solas coniecturas de mente, voluit Imol. in dict. l. 3. in fin. ff. de acquir. possessores, Alex. conf. 222. in fine, lib. 6. quos citat Cephal. in conf. 183. num. 72. lib. 6. 2. Et quod Castri vicina, non sint de pertinentiis eius; nisi probentur, tradit Alex. in conf. 43. num. 1. lib. 1. per doctrinam Innocenc. in c. cum ad sedem, de restit. spoliat. & aliorum, & de pertinentiis legendas sunt quæ scribit idem Alex. in conf. 14. num. 6. lib. 3. & in conf. 105. num. 2. & in conf. 222. num. 6. lib. 6.

Et quod pertinentiarum appellatione veniant nemora, & pascua destinata ad possessionis illarum vsum; tradit Barth. Socin. in conf. 47. num. 4. lib. 2. & alij, quos citat Menochius in consil. 140. num. 24. lib. 2. Et punctum tractat etiam Valdes in additionibus ad Suarez, allegat. onè 8. num. 14. pag. 83. & quæ comprehenduntur in donatione facta cum pertinentiis; tradit Iarissimè Ioan. Anton. Petra in tractatu de fideicommissis, quast. 13. num. 370. cum sequentibus, pag. 501. Anton. de Butrio in cap. in literis, num. 9. de restit. spoliat. Andr. de Ifern. in cap. 1. quæ sint Regalia, num. 72. fol. 302. Et quid comprehendatur & appellatione pertinentiarum, tractat Roland. in conf. 330. num. 28. cum sequentibus, Gregor. Lopez in l. 56. in gloss. in verbo, Pertinentias, tit. 18. part. 3. vbi resouit an sub isto verbo veniat concessio iurisdictionis; quod melius tractat Gloz. Paris. in consuetud. Paris. §. 1. gloz. 5. num. 44. Roland. conf. 10. numer. 2. lib. 3. notanter Aymon. consil. 293. numer. 5. Francisc. Mant. in tractatu, de coniectur. ment. defunct. lib. 5. tit. 2. numero 34. pagin. 387. Quintil. Mandos. in tractat. de commissioibus, tit. de commissioe in causis profana, fol. 15. colum. 1. vbi de istis late agit Cephal. conf. 168. num. 66. lib. 2. vbi ex cap. vlt. §. porro, de elect. in 6. Innoc. in dict. cap. cum ad sedem, de restit. spoliatorum, Bald. in consil. 468. lib. 3. Ias. in l. quominus, numer. 120. ff. de fluminibus, & aliis probat, quod pertinentia & sunt illa, quæ rei principali accedunt, Ferrara in practica in forma libelli in actione reali in verbo, cum pertinentiis, num. 1. pag. 43. & 44. & ibi Additionator, & in forma libelli quo vxor agit ad dorem pag. 270. col. 1. & in forma libelli de reuocando feudum, pagina 283. Et quod pertinentiæ dicantur etiam si longe distent, & pertinent ad primogenitum, tradit Socin. Jun. in consil. 65. num. 28. lib. 1. & quod verba, cum Regalibus pertinentiis; importent tantum accessoria, tradit Bursat. in conf. 7. num. 30. lib. 1. ex Dec. in conf. 116. num. 23. Barth. Socin. in consil. 47. lib. 2. Gloz. Parisien. in consuetud. Parisien. §. 1. gloz. 25. num. 7. Celsus conf. 40. num. 2. & legi debet Rebuff. in l. verbum illud, pertinere 191. pag. 823. ff. de verborum significatione, & ad omnes addo Andr. de Ifern. in c. 1. quid sit inuestitura, num. 10. fol. 31. Et quod accessoria castri; tanquam sint de pertinentiis, pertinentant & ad primogenitum tradit Cephal. conf. 152. num. 8. lib. 2. quæ notanda sunt ad intellectum supra dictorum.

Ex quibus etiam patet quoad quis facit in filium maiorata de aliqua villa, vel loco, quæ veniant & comprehendantur in tali maiorata; etiam si non exprimantur, quod etiam in hac propria materia primogenituræ scribit Cephal. in conf. 151. num. 83. lib. 2. vbi tradit, quod si sit factum primogenitum de aliquo Castrum cum pertinentiis, veniunt molendina, & doctrinam Bald. in dict. cap. 1. de Capitaneo qui Curiam vendit, col. 2. vbi Afflictis numer. 52. Et quia successio in primogenitura est fauorabilis; & idem extendend; & per alia, quæ refert; & secus dicit iudicandum in feudo: ad quem addo Barbarium in cap. Rodulphus, num. 37. de rescriptis, tractantem an vassallus iurans pro Castrum videatur iurare pro territorio adhaerentes; & Nicol. Boërium in consuetud. Bituricens. rubrica de consuetud. & iure, §. 1. quos citat Rebuff. in l. 2. ff. de verborum significat. pag. 24. versic. etiam si quis. Quirimo quod appellatione rei simpliciter, etiam alio non expresso, veniant res & cum omnibus suis accessoriis, iuribus, & pertinentiis in omni dispositione, etiam in contractu, resouit Gloz. Parisien. in consuetud. Paris.

120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139

part. 1. §. 1. num. 14 fol. 29. per leg. si venditor, in fin. cum l. sequenti, l. Julianus, cum quinque l. sequentibus. creditor, in princip. ff. de act. empt. & per alia iura, quæ citat. Et quod quando agitur de fideicommissio probando per viam exceptionis incidenter productum, sufficit minor probatio, tradit Cephalus in cons. 3. num. 33. lib. 1.

133 Dieta etiam conclusio, quod bona præsumuntur esse libera, & restitutioni non subiecta, temperari potest, vbi agunt transverfales illius, de cuius successione agitur, & petunt bona tanquam libera: nam cum vnio & vinculo bonorum pertinet ad publicam utilitatem, iuxta l. 2. tit. 15. part. 2. & alia quæ scripti in 1. part. tract. quæst. 1. à num. 9. procliviores debemus esse, vbi non agitur de legitima descendenti ad conservandum bona vincula, quia hoc spectat ad fauorem Reipublicæ, l. ita conuenitur, §. multa, ff. ad legem Aquil. cum concordant. quæ in aliis locis refero.

140 Ex quo etiam infero, quod vbi est dubium an valuerit aliqua alienatio bonorum maioratus, in dubio iudicari debet alienari non potuisse, cum vinculum, & perpetuitas interfit Reipublicæ utilitatis; quod est notandum ad ea quæ in præcedentibus quaestionibus supra tractata sunt. Et pro hac sententia facit l. 43. Tauri, prout cam ponderavi in quæst. 10. supra, hac part. Et quod vbi cumque molendina sint publica, possit transverfales prohibere ne alia molendina ædificentur, voluit Bald. in cons. 410. lib. 4. Natta cons. 106. nu. 1. Egidius Bossi. in iura. de Regalibus, n. 41. & alij, quos citat Anton. Thefaur. decisio. Pedemont. 16. num. 13. vbi alia scribit in ista materia, & hoc reputo non. bile in practica necessarium. Et an ex solutione 142 t sensus, arguatur subiectio tradunt Abb. in cap. 2. & in c. quanto, de censibus, Calder. in cons. 5. & alij, quos citat Decius in c. recepimus, n. 3. de privilegiis, vbi refert Felin. & Aug. Bero.

143 Tamen animaduertit vnum singulare, quod l. 8. tit. 15. Delas prescriptiones, quæ loquitur de prescriptione impositionum, non est facilliter extendenda ad alias res, super quibus fuerit lis inter Dominos, & vassallos; & an quasi possessio tollat præsumptionem, quod qualibet res præsumatur libera, tradunt Bart. in l. 1. §. hoc interdico, num. 7. ff. de itinere actiue priu. Coman. in l. si prius, num. 15. ff. de noui operis mania. vbi Alexand. num. 3. & Iaf. num. 2. 5. quod disputat Menoch. de reuend. possessione, remed. 5. num. 53. pag. 262. & in lib. de arbitris iudicium, casu 472. num. 26. Et quod possessio transferat onus probandi in communitariis, vel dominium, intra cuius fines est res, tradit Barthol. Socin. cons. 181. lib. 2. quem citat Mascard. in tractatu de probationibus, lib. 3. conclusio. 1195. num. 18. fol. 112.

145 Et quod si sit dubium, & variæ præscriptiones circa mensuram tritici, vel alterius rei, ob quam petitur census, debeat iudicari de minori mensura; probatur ex cap. ex parte, de censibus, notat Curtius in cons. 206. num. 20. lib. 2. ad quod facit regula leg. semper in obscuris, ff. de reg. iur. cum concordantibus: quod est notandum; & quod vbi cumque reperiuntur plura instrumenta, in quibus vassalli libere possunt vendicare domos, vel alia bona territorij; vel è conuerso, si reperiantur plures scripturæ, in quibus Domini licentias dederunt ad alienandum, vel transferendum bona, sint maxime consideranda constat ex Bald. in cons. 308. lib. 3. Neuiza. cons. 9. num. 29. & 30. Paris. in cons. 13. num. 3. 2. lib. 1. Bursat. cons. 49. num. 66. lib. 1. faciunt scripta per Mascard. in tractatu de probationibus, lib. 1. conclusio. 425. n. 3. fol. 262. Et quod ex inspectione plurimum instrumentorum, in quibus filij sunt vocati, colligatur, an neptis excludat auunculos masculos, tradit Simon de Pret. lib. 3. de interpretand. defunct. volunt. dubitatio. 1. solutione 2. num. 34. fol. 313. quod confert scire ad ea quæ tractat 2. par. 9. 6. de successione masculinorum & summarum; & quæ scribo infra, in hac

quæst. & an pater secundogenitis teneatur, si habeat, alimenta præstare, ad subeunda onera in bello debita Principi tradunt Matth. ab Afflic. decis. 1252. Tiraquell. in tract. de primog. q. 77. per totam, Baëga de decima tutorum, c. 29. n. 13. fol. 160.

SVM MARIVM.

- 147 Maioratus probatur per scripturam.
148 Et si sit deperdita, per testes peritos de illius tenore deponentes. & n. 150. & quales debeant esse. n. 151. & 152.
149 Error scripturæ testibus probari potest.
153 Scripturæ maioratus amissa ante omnia est probanda.
154 Et an id sufficiat per iuramentum probare.
155 Auctoritas sententia.
156 Tenor scripturæ deperdita probatur per duos testes, quantum illa plures requireret. Quid si aliqua scriptura à parte adne. su producatur, num. 159. & an testes in hoc casu debeant deponere de die facta scripturæ. n. 161. & an specialiter requiratur probare, quod testes sint periti. num. 167. Auctoritas sententia n. 168. & 170. Quid in testamento. n. 160.
157 Intellectus ad l. 22. Tauri, hodie l. 6. lib. 5. Recop. & num. 178.
158 Quot testes in scripturis requirantur.
162 Oblitio ex tempore præsumitur. & n. 164. & quod dicitur tempus longinquum. à n. 165.
163 Memoria hominum labilis est.
166 Testis qui recentim loquitur, mendax præsumitur qui verò morose, dubius.
169 Privilegium qualiter possit testibus probari. Post num. 170. inuenies alia summaria.

His pro introductione huius quaestionis suppositis, scire oportet, quod maioratus probari potest per tria genera probationum, quæ exponuntur in l. 41. Tauri. ante quam legem, dubitatio non parua erat. quemadmodum maioratus probetur: vt disputat Socin. in l. quoniam in prioribus, ext. cons. 12. num. 9. pag. 56. C. de offic. testam. cui addenda sunt plura scitu digna, quæ in ista materia, & pro intellectu istius quaestionis scribit Simon de Pret. lib. 5. de interpretand. defunct. volunt. dubitatio. 4. vlt. num. 298. cum seqq. fol. 552. Bursat. in cons. 151. num. 22. cum seqq. lib. 2. Primò, per scripturam maioratus, quæ quas solemnitates habere debeat; latius expono in 1. p. huius operis, q. 62. & an solemnitates præsumantur in illa interuenisse ex temporis diuturnitate, & præsumatur de licentia Regali: Vide etiam in dict. 1. p. 45. Secundò, per testes, qui deponant de tenore scripturæ, prout latius in d. l. conueni. quæ originem habuit à text. in l. bonorum, C. de bonorum possessione secundum tabul. vbi probatur, quod tenor scripturæ deperditæ potest testibus probari, & idem probatur in l. testium, C. de testibus; & in c. cum olim, de privilegiis facit l. sicut, C. de fide instrument. notat Anton. in c. ex ore, de privilegiis, & in c. sicut, de re iudicat. Bald. in l. 1. §. si dominus, fol. 32. Quid sit inuestitura, Rom. sing. 371. Angel. in §. neque tamen de auct. tutorum, Hippoly. in rubr. C. de probation. num. 333. & idem etiam error in scriptura adhibitus potest testibus probari, l. quoties, in princip. §. 1. vbi Angel. ff. de hered. institutendis, & alij, vt per Alexand. cons. 125. lib. 2. & in l. errore, C. de testam. & in cons. 140. lib. 1. Rebus. in rubr. de Regia ad pralaturam, §. vlt. pag. 239. Dec. in l. si librarius, num. 9. ff. de reg. iuris & de tenore scripturæ deperditæ qualiter probetur plura scribit Mascard. in tract. de probationibus, lib. 1. conclusio. 32. num. 15. cum seqq. fol. 47. & lib. 2. conclusio. 908. num. 1. cum seqq. fol. 204. eleganter Aluar. Valasc. in tract. de iure emphyteu. qu. 7. num. 38. fol. 39. & in nostra materia maioratum, Anton. Gouez. in l. 41. Tauri, num. 3. & Martinego in l. 1. tit. 7. lib. 5. Recopil. glof. 5. fol. 166. Menochius de adipiscend. possessione, remed. 4. num. 917. pag. 130. Et in specie t notata maioratus, materiam resoluunt, & tractat late nouissimè

missimè Auend. in l. 41. Tauri, glo. 4. nu. 1. cum pluribus fol. 145.

151 Sed prædicta conclusio, quod scriptura maioratus deperdita probari potest per testes, qui de illius tenore deponant, est intelligenda, dummodo concurrant sequentia, ad quæ lecto attendat. Primò requiritur, quod testes, qui de illius tenore deponant, sint legales, & periti, puta Aduocati, vel Tabelliones, aut alie personæ doctæ, quæ vim, & verba, scripturæ, & defectus eiusdem comprehendere possint, secundum Bart. & alios in authen. si quis in aliquo documento, C. de edendo, Abb. in dict. c. cum olim, de privilegiis; Angel. in l. 3. §. diuus, ff. de iure fisci, Alex. de Imol. in l. heredes palam, in princip. ff. de testam. egregie eundem Alexand. in cons. 196. Viso testamento, num. 10. lib. 2. Iaf. in l. admonendi, n. 186. ff. de iure iurand. & in cons. 42. num. 1. lib. 1. Dec. in cap. 2. num. 14. de probat. & in cap. cum dilecta, num. 14. de confirmatione vtili, vel inutili; & in cons. 82. vbi late, & in cons. 215. Purpur. in l. 1. ff. si certum petatur, num. 175. vbi num. 177. intelligit hanc conclusionem, quando testes t periti deponunt de vidisse instrumentum, quod erat confectum litris Notarij, quæ erant omnino similes illis, quæ ab eo viderunt scribi: & nisi de huiusmodi omnimoda similitudine deponant, non satis fit, aliàs secundum eum, scilicet illud conficere aliud quod falsum instrumentum, & illud peritis ostendere, & probare quis eiusdem instrumenti omissione, obtinere; tradit Mascard. vbi supra num. 29. ad quem addo Curt. in cons. 19. num. 13. lib. 2. Et testes deponentes de tenore scripturæ deperditæ non sufficit, quod sint singulares, sed requiritur, quod sint conrectes, vt exemplificat Afflic. decis. 302. illud dubitatum, num. 5. Et plura notabilia ad propositum tradit idem Afflic. decis. 274. & legenda sunt quæ scribit Menoch. in tract. de præsumptionibus, libro 1. quæst. 66. num. 1. & 2. pag. 69.

152 Secundo est probanda ipsius scripturæ maioratus amissio, vt notat Glos. in dict. cap. cum olim, in verbo, sine reprehensione, Bart. & alij supra citati, in dict. l. admonendi. Probatur t autem instrumenti amissio per iuramentum ipsius, qui instrumentum amissit; secundum Prædictam Glos. idem tenent Bart. & Bald. in l. vlt. C. de fide instrumentorum, Bart. in l. apud eos, C. eodem tit. Bald. in l. 2. h. num. 25. C. de edendo: adducitur ad hoc text. in l. Theofanus, ff. ad exhibend. in verbo, Iuranti: & licet Glos. libi dicat, quod ille test. loquitur in iuramento calumnia; illa Glos. falsa est; & communiter reprobat, secundum Iason. in §. praterea, num. 52. de actionibus; & eandem opinionem Bartoli, & aliorum videtur tenere Ioan. Faber in §. vltim. Institut. quibus modis re contrahi. oblig. & idem alios referendo Iaf. in l. huiusmodi, §. si ita, ff. de legat. 1. qui refert text. in d. l. vltim. licet dicat, quod ille test. intelligitur, quia editio fuit facta officio Iudicis. Sed Doctores in prædictis locis hæc arbitrantur procedere, quando res esset parui præiudicij, non aliàs; & secus dicunt esse dicendam, quando ageretur de magno præiudicio (prout semper contingit in litibus maioratum) quia tunc requiritur plena probatio. Idem notant Doctores in l. 1. §. Prator ait, ff. de edendo, Alex. in dict. §. si ita, Felin. in dict. §. sicut, num. 9. Et in specie hoc decidit in causis maioratus dict. Glos. 4. num. 16. fol. 146.

153 Ego autem existimo, t quod totum hoc est relinquendum arbitrio Iudicis, qualiter & quomodo probetur amissio instrumenti; nam multa accidere possunt, & quotidie accident circa amissionem scripturarum, & ideo nullatenus in hoc potest dari regula certa; sed iudex hoc pendere debet ex personarum, & negotij qualitate, & ex aliis circumstantiis, quas ipse melius quam alius inuestigare potest: & in his est addendum quod scribit Petrus de Ferrare in responsione ad libellum in actione hypothecaria, §. vlt. num. 16. pag. 392. vbi dicit, quod si quis vult impedire, quod instrumenti amissio non probetur iuramentum est ei consilium, quod petat tibi edi instrumentum, & dicat illud esse falsum, &

sic excludet partem aduersam à facultate iurandi, Et nota doctrinam Ioan. Andri. in tit. de instrument. edition. additione, qua incipit, in fine, vt Odofredus, in finalibus verbis illius additionis, folio 121. in part. 2. ad §. scilicet. vbi dicit, quod si Tabellio dicat se perdidisse rogationes, non statim illius iuramento, sed debet plene probare; notat Hippolyt. in rubric. C. de probationibus, n. 130. quod explicat Mascardus in tractatu de probationibus, lib. 2. conclusio. 909. numer. 1. cum sequentibus, folio 204. Sed in hoc etiam casu coniecturari debet, quæ sit sufficiens probatio ad verificandam amissionem instrumenti, attenda legalitate Tabellionis, & aliis pluribus coniecturis, quas iudex pendere debet, l. 3. §. in quoque magis, ff. de testibus: & est singularis lex 40. tit. 16. part. 3.

154 Tertio aduertendum est, quod tenor t scripturæ deperditæ probatur per duos testes, etiam si agatur de probando contractum, qui de iure scripturam requirit, Glos. in l. testium, in verb. per testes, C. de testib. vbi Bald. notabili vlt. Salicet Bart. in l. 1. num. 27. ff. si certum petatur, Raphael. in l. heredes palam, in princip. ff. de testam. Afflic. decis. 166. num. 11. Iaf. in cons. 42. lib. 1. Alex. & ibi Iaf. num. 11. in d. l. bonorum; C. de bonorum possessione secundum tabul. Felin. in d. c. sicut, num. 2. & alij, vt per Mascard. dict. conclusio. 908. num. 2. & tradit Aluar. Valasc. de iure emphyteu. dict. q. 7. num. 38. versic. & ex prædictis, fol. 59. Et non sunt omittenda quæ refert Burg. de Paz in l. 3. Tauri, conclusio. 4. num. 807. fol. 274. Carol. Ruy. in cons. 1. num. 8. lib. 2.

155 Ex quibus inferitur, quod in casu t l. 22. Tauri, hodie l. 6. tit. 6. lib. 5. Recopilat. quæ lex requirit scripturam ad hoc, vt pater, vel mater teneantur seruate contractum denon meliorando filios, sufficit si scriptura interuenit, docere de eius tenore, & deperditam esse: quod animaduertit in eadem l. Castill. verbo, Elicitura publica, colum. 3. versic. extra quarto. Et in maioratu Ant. Gomez in l. 40. Tauri, num. 3. & probat ex pluribus Burg. de Paz Iunior. 4. quæst. ciuili, num. 26. pag. 127. qui alia in ista materia necessaria scribit, & ex Salicet. & Iason. resoluit, quod in isto casu requiruntur quinque; quod latius tradit Auenda. in dict. glof. 4. numer. 26. Sed cogita an stante hodie l. 54. tit. 18. part. 3. quæ requirit, vt in omnibus scripturis t adint tres testes, sufficiat probare tenorem scripturæ; & quod sufficiant quinque testes in casibus in quibus scriptura requiritur, voluit Bart. in l. generaliter, num. 1. C. de non numer. pecunia, vbi Bald. Mart. ab Afflic. decisione 13. Dec. in cap. 2. num. 14. de probationibus, Menoch. de adipiscend. possessione, dict. remedio 4. num. 921. & hic iunge doctrinam Paul. de Cast. in cons. 371. lib. 1. vbi dicit, quod secundum opinionem, de qua supra, tenor scripturæ, quæ non apparet, possit duobus testibus probari: t tamen quando ex parte aduersa fuit producta aliqua scriptura, plusquam duo testes sunt necessarij, Quod autem mulieres non possint testificari de tenore instrumenti, voluit Bart. in dict. l. 1. vbi de hoc tractat Ripa num. 82. Tiraquell. in l. 9. connubiali, num. 66. fol. 136. Et an istis casibus sufficiat confessio aduersarij, & operetur idem quod scriptura, constat per text. in l. cum te, C. de transactionibus, & doctrinam Bald. in l. vltim. C. de edicto dñi Adrian. tollendo, num. 40. vbi num. 21. Decius numer. 39. Iacobin. num. 33. Zuchard. num. 337. & Menoch. remed. 4. de adipiscend. possessione, remed. num. 221. pag. 333. & de doctrina Bald. & aliorum volentium quod t tenor testamenti amissi probetur per duos testes deponentes de illo, dubitat Aret. in d. l. heredes palam, quem citat Simon de Pret. lib. 2. de interpretand. defunct. volunt. 2. dubitatio. 1. solut. 2. num. 82. fol. 118. Et quod si testes deponant de toto testamenti tenore, tradit Nicol. Boer. in d. cons. 48. num. 10. per l. cum antiquitas, §. final. C. de testam. l. gi debet num. 11. Et quod in isto casu testes non solum debeant deponere de toto tenore testamenti, vel alterius scripturæ, sed de perfecta scripturæ solemnitate: & quod non sufficiat, quod deponant

ponant, quod testator tia dil. oluit, nisi dicant, quod coram sufficienti numero testi- m disposit, resoluist Guillem. Bened. in c. Rynuntius, de testam. in verbo testamentum 1. num. 91. fol. 73. ad quem addo Mantie. de coniect. men. defunct. lib. 12. tit. 16. n. 15. pag. 659.

161

Quarto oportet, quod testes t deponentes de scriptura deperdita, & de illius tenore, testificentur dedie in quo scriptura fuit confecta; secundum Ioan. Andr. in d.c. cum olim, vbi Anton. & alij, quos refert Hippol. in dict. rubric. C. de probationibus, Auenda. dict. glo. 4. num. 21. Sed hoc ego verum iudico, vbi cumque testes, qui de tenore deponunt, paucis ante diebus viderint scripturam deperditam, si verò testes viderint scripturam multis ante annis, ego illos non necessitate ad deponendum de die, quia ex longo tempore t præsumentur obliuio, l. peregrè, ff. de acquirend. poss. &

162

memoria t hominum labilis est; quod experientia docet, & multis aliis testimoniis constare potest, prout late docet Tiraquell. in tractat. de prescript. §. 1. glof. 4. pag. 72. col. 2. vers. postremo. Et quod in testibus propter temporis antiquitatem præsumentur obliuio, facit notabilis lex 115. tit. 18. part. 3. in versu. Pero si el eferuamos; & tradunt Angel. conf. 25. num. 4. Alex. in conf. 65. nu. 4. lib. 2. Grammat. decisioe 60. num. 9. Seraphin. de priuilegio 5. num. 12. pag. 45. Cephal. in consil. 77. numer. 27.

163

lib. 1. Et t etiam in facto proprio præsumentur obliuio quando est de longinquo, vt notatur in l. si id quod, in princip. & in l. sed ideo, §. si forte, ff. de acquirend. possessione; & in l. furti, §. 1. ff. de usucapionibus, & in l. 1. vbi Glof. C. de seruis fugitiuis, Glof. in l. licet, C. de acquirend. possessione, tradit Menoch. conf. 1. num. 219. lib. 1. & in conf. 203. n. 43. lib. 3. notat Alex. in conf. 134. n. 8. lib. 1. vbi per text. in l. fideicommissa, §. Aristot. ff. de acquirend. possessione, & notata in l. final. ff. si ager veltig. vel emphyteut. petatur, & in l. 1. C. vbi causa statuit, & in l. 1. §. quod autem, ff. de superficiebus; & tradit eleganter Bald. in l. ea qua, num. 9. C. quomodo & quand. iudex, in quem citat Azeued. in l. 14. tit. 4. lib. 4. Recopilat. num. 16. fol. 19. & Glof. in dict. licet, tradit t quod longinquo tempus dicitur decennium, Menoch. in conf. 249. n. 18. & 20. lib. 3.

164

Sed quod post annum præsumentur obliuio, tradit Bursat. conf. 79. num. 1. per Glof. in c. si testis, 493. Cephal. conf. 271. num. 43. lib. 3. vel saltem ex quinquennio tanquam ex multo tempore; & lege Capicium decisioe 69. num. 15. Menoch. casu 26. in fine, Bursat. in conf. 174. num. 22. lib. 2. Aymon conf. 28. num. 4. Et quod ex tempore præsumentur obliuio, etiam in facto proprio, tradit Socin. Iun. in conf. 116. num. 81. lib. 2. Et quod in testibus præsumentur obliuio, tradit Grammat. decisioe 60. num. 9. Carol. Ruin. in conf. 111. num. 10. lib. 2. & conf. 73. num. 20. eod. libr. Grammat. conf. 41. & 47. nu. 13. & 14. lib. 1. idem Cephal. in conf. 77. num. 29. lib. 1. Cephal. conf. 428. num. 39. lib. 3. & plura de materia tradit nouissime Mascard. in tractatu, de probat. lib. 3. conclusioe 1122. num. 1. cum seqq. fol. 4. Et tempus faciliter cadit à memoria testis, secundum Innocent. in c. qualiter, & quando: in 2. de accusationibus, Specular. in titul. de teste, §. iam de interrogatoriis; Alexand. in conf. 65. num. 3. lib. 2. qui exemplificat in quatuor, vel quinque annos; & faciunt scripta per Petram in tract. de fideicommissis. 9. 12. num. 855. & num. 878. Et in quibus personis, & quando præsumentur obliuio? etiam Franciscus Mantie. de coniectur. men. defunct. lib. 2. tit. 5. num. 13. pag. 32. Auendañ. part. 1. de exequend. mand. cap. 1. nu. 29. & Simon de Preter. de interpretand. defunct. voluntat. libro 4. dubitatione 9. num. 12. folio 401. & qualiter obliuio præsumentur tradit Menoch. in tractatu de prescript. lib. 6. presumpcion. 32. num. 1. fol. 87. Et quod testes deponentes de hora, si de longinquo deponant, præsumentur falsi, tradit Rebuffus in tractatu de pacifico possessore, num. 386. pag. 332. Imò potius videtur, quod testis est suspectus de falso, quando deponit in casu de die, si sunt multi anni preteriti, quòd scripturam legit, ad quod etiam facit elegans tex. in l. si quis forte, ff. de panti; & doctrina Abbatis in proa-

165

161

166

167

168

169

170

171

S V M M A R I V M.

- 171 Scriptura maioratus, quantumcumque antiquissima, qua caret testibus, vel signo tabellionis, aut aliis similibus substantialibus, non probat, & num. 172. Et an sit necessarium probare, quòd testes, qui super hoc deponunt, sunt bona fama, n. 181, 182, 188, & 198.
173 Possessor maioratus ad fratrum petitionem tenetur exhibere instrumentum maioratus.
174 Instrumenta apud digniorem remanere debent, & num. 175.
176 Maioratus probatur per testes deponemes de Immemoriali.
177 Iuris presumpcio dicitur probatio liquida.
179 Forma tradita à lege substantialis censetur.
180 An possit per equipollens adimpleri.
183 Probatio requirit, quòd testes qui interfuerunt scripturae priuate, sint bona fama.
184 Instrumentum publicum vt reprobari possit, qua requirantur.
186 In criminalibus adeo requiruntur testes omni exceptione maiores, quòd hoc debet probari, & articulari.
187 Tortura vt ex vno teste imponi possit, debet esse testis optima fidei.
189 Probatio, quòd testes sunt vicini, requiritur in specie l. 1. tit. de los testamentos. lib. 5. Ordinamenti.
190 In probatione quòd Index munus accepit, requiruntur testes fide digni.
191 Idem in probatione iuramentum; & in numeribus datis Executoribus, & n. 192.
193 Factum si probetur à lege cum aliqua qualitate, debent factum & qualitas probari.
194 Ex statuto vel consuetudine cum agitur, omnia à statuto requisita debent probari.
195 Uno quando ex vno partu nascuntur, quid sit probandum ad obinendum in primogenitura.
196 Testes deponentes super fama, debent esse optima opinionis.
197 Lex cum aliquid de nouo cum certis solemnitatibus introducit, quidquid ibi exprimitur, censetur datum pro forma.
198 Ad probandum aliqua bona esse maioratus an sint tres testes necessarii, & n. 208, & 209.
200 Nobilitas vt probetur, quot testes requirantur, & num. 202.
201 Probationes in causis grauibz non coniunguntur. Nec sufficiunt per iudicia, n. 205. Et quales debent esse vt coniungantur, n. 208.
203 Prescriptio vt contra Regem probetur, quot testes sufficiant.
204 Solutio contra instrumentum vt probetur, quot testes requirantur.
207 Immemorialis vt probetur, an iungantur testes de auditu & de visu.
210 Et quot testes sufficiant.
211 Ex prescriptione immemoriali constare potest, an foemina admittantur ad successionem maioratus, & num. 216, & 217. verba testium in hoc casu qualiter sint accipienda, n. 218.
212 Quid in feudo.
213 Consuetudo quòd solus primogenitus succedat, qualiter probetur.
214 Qualitas maioratus facilius probatur quam ipsemet maioratus.
215 Qualitas gratiae, testibus probari potest.
219 Leges benigne sunt interpretandae, vt voluntas earum conseruetur, & n. 222.
220 Res ad suam primam naturam facile reuertitur.
221 Spiritus legis potius quam verborum rigor debet attendi.
Post num. 222. inuenies alia summariar.

171

172

tionib. lib. 3. præsumpt. 132. Ioseph. Mascard, in tract. de probation. lib. 3. concl. 1317.

Ex quibus mihi videtur certam & indubitam esse conclusionem, quod si apparet aliqua scriptura maioratus antiqua quæ careat testibus, vel signo Tabellionis, vel aliis solennitatibus substantialibus, de quibus in dict. l. 54. & 111. tit. 18. p. 3. & aliis locis ordinariis, quantumcumque sit antiquissima, non probat, & alia, quæ circa hanc materiam hic controuerti poterant; vide in dictis questionibus 45. & 62. part. 1. quibus addo, quod doctrina Paul. Castren. in dict. cons. 81. procedit quando concludenter apparet solennitatem, vel nullo modo, vel in præteritum interuenisse, alias secus; vt tradit Felin. in cap. sic. num. 42. de re iudicat. Cephal. in cons. 152. num. 39. lib. 2. & cons. 608. num. 61. lib. 4. Anton. Peregrin. in tract. de iure fisci. lib. 6. tit. 8. num. 26. pag. 387. volentes doctrinam Pauli procedere, quando ex instrumento apparet solennitates interfuisset minus legitime; secus si de solennitatibus in instrumento non appareat: quia per antiquitatem præsumuntur. Et quod ad dandam fidem scripturæ maioratus, est maximæ considerationis, quod antecessores eam teneant pro titulo maioratus; probatur ex scriptis per Aymon. cons. 101. num. 4. & cons. 158. n. 1. quem refert & sequitur Iosephus Ludouic. in suis communibus conclusionibus, conclus. 38. corollario 4.

Et ex his est addendum, quod primogenitus litigans cum fratribus, vel aliis vltioribus super bonis maioratus, cogitur ad illorum petitionem exhibere scripturam maioratus, quia omnibus est communis, vt probatur in l. 1. in princ. & in l. 1. ibi, Non est vnus hominis, hoc est hæredis sed vniuersorum: & in l. 1. vbi Bart. ff. ad exhibendum. & in l. 17. ibi, Orosi quando fuessen muchos los herederos, tit. 2. part. 3. vbi Gregor Lopez hoc in specie tenet in glos. in verb. carta, cui adde Bald. in l. vltim. C. de edend. Decium post Ioan. Andre. & alios in cap. 1. num. 48. de probat. & tradit post alios, quos citat Marant. in speculo aureo, part. 6. vers. decimus actus, num. 53. fol. 221. Et confirmo, quia sicut quis cogi potest ad testificandum sicut testis, ita cogi potest edere instrumentum ad fauorem Tertij, secundum Felin. in cap. 1. vers. fallit septimo, de fide instrumentorum; quem citat Simon de Præcis lib. 5. de interpretand. defun. volun. dubit. 4. & vlt. num. 37. fol. 554. qui citat bonum tex. in l. prædis. §. Titio. ff. de legat. 3. & pro hac sententia bona l. 7. tit. 15. part. 6. ibi, Orosi deue dar traslado dellas a los otros herederos, e mostrarles el original dellas quando menester les fuere. Et facit egregia l. 12. tit. 18. part. 3. in fine, ibi, Porque son comunales: vbi late Gregor. Lop. & confirmat ex pluribus, Burg. de Paz Iun. q. ciuili 5. num. 1. cum aliis, quem lege in ista materia, qui plura scribit de intellectu tex. in d. l. vltim. C. de fide instrumentorum; ad quem adde l. 8. tit. 15. part. 6. & l. si qua sunt cautiones. ff. famil. er. scic. Specular. lib. 2. part. 2. tit. de instrumentorum editione: §. videndum restat. nu. 17. fol. 115. Fuluium Pacian. recte resoluentem in tractatu de probationib. lib. 1. cap. 66. num. 30. fol. 25. & idem c. 64. nu. 36. fol. 210. & cap. 65. num. 88. fol. 18. Doctores in l. procurator. C. de edend. latissime Tiraquel. in lib. de primog. in præfatione, num. 126. cum sequentib. pag. 44. & notabilem doctrinam Alciar. in l. 2. §. ex his. num. 7. ff. de verbor. obligation. vbi resoluit, quod licet facultas retinendi instrumenta debeat residere penes maiorem, non datur in hoc representatio, nec ad cohæredem transit.

Et quod instrumenta debent esse & remanere apud digniorem, tradit Cæsar Lambert. in tract. de iure patronat. lib. 3. artic. 5. questionis principalis, num. 2. folio 20. quod dictum retuli supra, p. 2. q. 6. & facit doctrina Bald. & Tiraquel. quam citò supra, p. 2. q. 4. illat. 8. & quæ in materia primogenituræ scribit Curtius Senior in cons. 66. num. 15. circa istud propositum, ad quæ addo Bart. in l. cum pater, §. pater pluribus, ff. de legat. 2. dicentem, quod clausa Cæstri debent esse apud primogenitum, seu maiorem natu, & idem voluit Bald. in l.

procurator. C. de edend. Natta consil. 190. num. 1. qui id limitat per doctrinam Cardin. & Imol. in Clement. §. sane, de hæret. & quod in diuidenda hæreditate primogenitus filiorum præhonoretur, siue præferatur in domo paterna, vel feudo nobiliori, & pariter penes ipsum debeant deponi instrumenta hæreditaria, sub communi, vel duplici clauis, resoluit Gloss. Parisien. in consuetudin. Parisien. p. 1. §. 26. fol. 222. & sigillum Cæstri debet esse penes digniorem, secundum Baldum in cap. fin. de fratre de nouo beneficio inuestito, Capicium decisio. 27. numero 8.

Ex quibus etiam deducitur definitio ad questionem quam videbis quotidie de facto, si pater litigauit super Nobilitate, & obtinuit, dataque fuit executoria originalis sententiarum, & reliquit plures filios vel alios successores; apud quem debeat esse executoria originalis, & quomodo sit exhibenda, vt alij fratres habeant copiam, vel copias executionis: quæ omnia notabis, quia in practica sæpe videbis; quibus addendum casus in l. de instrumentis. C. communia vtriusque ind. ibi, De instrumentis, qua communia fratrem vestrum tenere proponitis, Reçtor prouincia aditus apud quem hæc collocari debeant, existimabit. quibus iungenda sunt quæ scribit Nicol. Boer. in tract. de custodia clauium, n. 59. cum sequent. Nattam in cons. 190. vbi resoluit, quod clausa Cæstri debent esse apud primogenitum.

Probatur tertio maioratus per testes deponentes de Immemorabili cum qualitatibus requisitis per illam legem; cuius legis dispositio iustissima est, consideratis priuilegiis, quibus ea quæ antiqua, & diu obseruata sunt, potuerunt prout plenius trado in hac questione: & inquit ad propositum Abbas in capit. Heli, col. vlt. de simonia, quod dispensatio præsumitur ex diuturnitate temporis, notat Aymon in tract. de antiquit. tempor. p. 3. num. 11. fol. 182. Et in feudo non requiritur ad probationem scriptura, vt tradit Iaf. in l. 1. num. 67. C. de iure emphyteut. refert Bald. in rubr. C. de condit. ex lege: notat Aymon in dict. tract. part. 5. num. 8. vbi hoc declarat. Et licentia Papæ præsumitur interuenisse in testamento Cardinalis, propter antiquitatem temporis, secundum Arct. in cons. 36. Deci. in cons. 409. Iaf. in l. sciendum. num. 16. ff. de verbor. obligation. & ad hæc facit, quod etiam in casibus in quibus requiritur scriptura, sufficit illud probare præsumptiue; quia iuris præsumptio per dicitur probatio liquidissima, secundum Bald. in cons. 116. col. 2. lib. 1. & in aliis locis & consiliis, prout eum refert exemplificando Aymon de antiquitate part. 5. num. 10. fol. 363. & sola allegatio inuestituræ, probando præscriptionem immemorabilem sufficit pro titulo, vt resoluit Matthæus ab Afflict. in cap. quidam obligauit, de feudo dato in vicem legis commissi, numer. 5. fol. 104. per capit. super quibusdam, de verborum significatione, & alia quæ refert.

Circa intellectum autem dictæ legis, ante omnia est animaduertendum, quod præcisè & in indiuiduo sunt articulandæ, & probandæ omnes illius legis qualitates; argum. l. certa forma, C. de iure fisci: l. si hæredes plures, ff. de condit. institut. l. 1. ff. de liber. & posthum. & quando lex introducit aliquam probationem, cum certis qualitatibus & modificationibus, quidquid in ea exprimitur, est reputandum appositum esse pro forma; vt probat Iaf. per tex. ibi in l. si vnus, C. de testament. num. 3. Anton. de Burrio in cap. Pisanis, de restitu. spoliat. Tellus in l. 3. Tauri, p. 2. num. 16. Molina lib. 2. de primogen. cap. 6. num. 37. fol. 257. & cap. 7. num. 3. fol. 268. Iacob. Put. decis. 338. num. 5. part. 1. Decii. Pedemont. 164. num. 11. Azueed. in l. 1. q. 9. vltim. num. 1. & iterum num. 38. tit. 21. lib. 4. Recopilat. quia forma tradita a lege censetur esse substantialis: vt singulariter declarat Decius in dict. consil. 409. & cons. 611. num. 2. & per plura probat Ioann. Hannibal in l. nemo potest, num. 144. & num. 178. ff. de legat. 1. & ibi Iaf. num. 17. & in lectura 2. num. 21. Crotus num. 11. Ripa num. 27. & 35. Bald. in l. cum quis, vbi Iaf. num. 11. de iuris & facti ignorantia, idem Bald. in l. comparationes, C. de fide instrument. &

175

176

177

178

179

alij quos citat Auend. in tit. de las excepciones, nu. 51. fol. 161. idem Deci. in l. 2. C. de honor. posses. secund. tab. & ad vnguem debet omnis forma legis obseruari, secundum Bald. in authent. cessante, C. quomodo & quando index: & in cap. ex literis, de constitution. Bald. Angel. & Socin. in l. 1. ff. de liberis & posthum. tradit late Roland. in consil. 33. numer. 3. & consil. 43. numer. 13. & cons. 73. numer. 40. lib. 2. qui tradunt non posse talem formam per æquipollens adimpleri, Quod confirmatur ex pluribus quæ de vi, & substantia formæ, scribunt Martenc in l. 1. gloss. 4. tit. 4. lib. 5. Recopilat. n. 20. fol. 69. & gloss. 16. num. 7. fol. 94. & in gloss. rubrica, tit. 1. num. 34. fol. 7. Gratian. Falco. n. 2. geul. 21. Simon de Pretis lib. 4. de interpretand. defunct. volum. interpretat. 3. dubit. 2. nu. 6. fol. 472. colum. 1. cum concord. quæ scribo supra, q. 1. limit. 1. & q. 11. & in ista materia hoc tradit Molina lib. 2. de primogen. cap. 6. num. 37. fol. 257.

Inter alias autem qualitates, quas lex prædicta tradit esse necessarias ad hoc, vt testes probent maioratum exigit pro qualitate, & forma substantiæ, quod testes super Immemorabili deponentes, sint bonæ famæ, ibi; E que los testigos sean de buena fama: quem punctum late examinate, prius quam ad vltiora progrediar decten; quia Doctores vbi hoc non animaduertunt: & etiam video quod in iudiciis parui penditur, & ex hoc ad alia plura inferunt, in quo aduertendum est; quia (vt prædixi) communitur in hoc erratur.

Apparet igitur ex prædicta lege, quod ad hoc, vt sufficiens sit probatio testium deponentium aliquam rem esse maioratam, est necessarium, quod de per se articuletur & probetur: quod illi testes, qui super maioratu deposuerunt, sunt bonæ famæ; nec hoc est mirabile, nec nouum: imo in aliis plerisque casibus hoc à iure statutum est, quia vbiunque optima opinio testium est causa inductiua plenæ probationis, quæ aliàs non esset plena, tunc de plena & optima opinione ipsorum testium est ante omnia articulanda, & probandum: vt notat Bart. in l. 1. §. si quis neget, num. 12. ff. que in modum testament. aperiantur, quo in loco tractat Bart. quemadmodum instrumentum publicum, testibus reprobari possit: & dicit, quod testes, cum quibus quis vult instrumentum falsum docere, debent esse idonei, & quod de hac retestium idoneitate debet fieri probatio, ad hoc, vt illis testibus credatur, de quo per Decium in cons. 37. nu. 8. cum aliis, & Alciar. in tractatu præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. Menoch. in eodem tractatu præsumptionum, libro 5. præsumpt. 1. numero 35. fol. 3. Sylua qui plures refert in consilio 3. numero 8. & tradit nouissime Ioseph. Mascard. in tractatu de probation. lib. 2. conclus. 919. numero 8. fol. 208. Socin. Iunior. in cons. 19. num. 62. lib. 2. ex quo infert Angel. Perusin. in l. vel negare. ff. quemadmodum testament. quod cum statutum Bononiæ disponat quod ad probandum mortem alicuius, qui decessit extra territorium, sufficiant tres testes optimæ opinionis, & famæ; quod hoc casu si velit quis probare mortem alicuius, qui decessit extra territorium, & illud probet per tres testes, non satisfacit statuto, nisi ante omnia probet illos tres testes esse integræ opinionis, & famæ; & in simili casu consuluit Ancharran. in consil. 253. In questione Presbyteri. num. 3. Ioan. de Anania in cap. significasti, de homicidio, colum. 6. & sequitur & confirmat Deci. in cap. post sessionem, num. 6. de probationibus: & cons. 575. numer. 9. Hippolyt. in rubr. de probationibus, numer. 40. & singul. 187. & in cons. 96. num. 3. Thom. Grammat. cons. 35. num. 38. & conuincunt plura quæ scribit Cephal. cons. 32. numer. 20. & cons. 65. num. 14. lib. 1. & in cons. 225. numer. 52. lib. 2. qui refert Zucardum in l. 2. C. de edict. Diui Adrian. num. 43. referentem plures, & horum est communis opinio secundum Alciarum in dict. præsumptione, & tenet Gregor. Lop. in l. 15. in gloss. de buena fama; tit. 5. part. 4. Alexand. in cons. 82. In causa inter Perrum, lib. 1. numer. 3. licet contrarium teneat Episcop. Couarru. in cap. relatum, num. 7. de testament. quem citat Francisc. Mantica. lib. 6. de coniect. ment. de fund. num. 10. & num. 13. pag. 214. vbi post Parisium in

conf. 14. num. 13. lib. 1. disputat an sit necesse probare in indiuiduo testium idoneitatem, vbiunque agitur de probanda vltima voluntate in fauorem piæ Cause: & ibi plura ad propositum refert, dicens se mirari de Parisio, & magis de Episcop. Couarru.

Et ex his dixit noranter in practica Barthol. Soc. in cons. 274. libro 2. quod ad hoc, vt ille, qui nititur scriptura priuata, & gaudere possit priuilegio prioritatis contra alium, qui habet instrumentum publicum posterius, requiritur inter alia, quod testes, qui se subscripserunt priuatae scripturæ, sint probatæ, atque integræ opinionis. Et ista qualitas, scilicet, testes esse probos viros debet etiam probari. Et istam doctrinam Socii refert, & sequitur Anton. de Fano in tractatu de pignoribus, part. 5. membr. 2. num. 47. & tradit, & late confirmat Aymon in tractatu de antiquitate temporum; p. 1. num. 168. fol. 83. Roland. in cons. 84. num. 7. lib. 3. Anton. Gabrieli. lib. 1. communium opin. tit. de probation. conclus. 11. num. 6. pag. 15. & etiam in simili Bart. in l. in exercend. num. 75. C. de fide de instrumentorum, dicit, quod quando Tabellionis persona est honesta, & testes sunt suspecti, plus creditur instrumento, & Tabellioni, quam testibus; si vero testes sint idonei, & omni exceptione maiores, plus creditur testibus quam instrumento, & Tabellioni; & ideo dat consilium Bart. Aduocatis vt faciant articulos de bonitate Notarij, & de integritate, & fide testium.

Ex qua doctrina inferitur intellectus ad d. l. 115. tit. 18. part. 3. quæ dicit, quod ad hoc, vt instrumentum publicum possit reprobari testibus, requiritur quatuor requisiti. Primo, quod Tabellio non sit optimæ famæ. Secundo, quod actus, de quo continetur in instrumento, non sit antiquus, ita vt præsumatur testes oblitos non fuisse. Tertio, quod omnes testes vnanimiter contra tale instrumentum testificentur. Quarto, quod testes sint optimæ opinionis, vt latius in dict. l. continetur: quam legem notanter explicat Couarru. lib. 2. resolut. cap. 13. num. 12. Menochius, qui citat dictum Episcop. Couarru. lib. 2. de arbitrariis iud. casu 105. per totum, Alexand. cons. 17. num. 14. lib. 3. & de secundo requisito dictæ legis, vide Bart. in tract. testimoniorum; num. 63. vbi tradit per quod tempus scientia durate præsumatur; & Menochium casu 467. per totum. Nam ego existimo audentis superioribus; quod volens reprobare instrumentum iuxta formam prædictæ legis Partis, tenetur inter alia præcisè probare illos testes, cum quibus vult instrumentum reprobare, & redarguere, esse probos viros; tanquam sit certa qualitas, vel solennitas substantialis, & à iure requisita in eo actu, maxime cum agatur de probatione instrumenti publici, & scripturæ, quæ alias habet maximam pro se præsumptionem, quod sit vera, & solennis: ad quod etiam facit doctrina Bart. in dict. l. 1. §. si neget, num. 14. Sic tradit Laurentius Syluenus referens multa in cons. 3. num. 8. quod cum in matrimonio requirantur testes omni exceptione maiores, ista qualitas est probanda, & articulanda, vt testes fidem faciant: & idem erit in casu legis 119. tit. 18. part. 3. in vers. E si por auenturas ibi, Por dos testigos buenos sin sospecha.

His finitimum est, quod notat Matthæus, de Afflict. in consil. Neapolit. in consil. Corruptela, numer. 2. & in consil. Si quis in posterum, notabil. 3. vbi dicit, quod ad id in criminalibus requiruntur testes esse omni exceptione maiores; quod debet per articulare, & probari testes esse omni exceptione maiores: & idem tenent alij quos refert Carrerius Reg. in pract. crimin. in princip. numer. 165. vbi ex hoc dicit, quod ad hoc vt aliquis ex vno tantum teste torqueri possit, requiritur quod articuletur, talem esse bonæ atque integræ opinionis: & idem tenet Auend. non relato Carrer. in dictionario suo, fol. 30. ex hoc inferens intellectum ad l. 3. tit. 30. par. 7. quæ requirit quod ad hoc, vt ex vno tantum teste de visu quis torqueri possit, & talis testis sit integræ, & bonæ famæ, vt latius in d. l. cauetur; quia secundum Auend. ad hoc, vt ex vno tantum teste quis torqueri possit, requi-

ritur quod articuletur, & probetur talem testem de visu esse optimæ opinionis, ad quod iudices criminales hodie parum animaduertunt. refert tamen idem Auendan. Carr. in alio loco. scilicet in lib. 1. de exequend. mand. Regiis. c. 6. num. 6. fol. 70. vers. imo in casu, vbi hoc tradit in specie nostræ materiæ, quem legi postquam hæc scripsi; quem & alios citat Ioann. Garcia in tractatu, de expensis. c. 9. n. 14. fol. 81. & ex doctrina Bart. in dist. l. 2. §. diem. ff. quemadmodum testam. aperian. tenet quod

188 quando probatur maioratus, & præscriptio iurisdictionis; debet probari quod testes sunt bonæ famæ; & ita intelligit verba prædictæ l. 41. licet contrarium teneat ibi Castillus in glos. de buena fama.

189 Et ex istis inferitur intellectus ad l. 1. tit. l. de los testamentos. lib. 5. ordinam. quæ vult, quod testes, qui debent adesse in testamento nuncupatio sunt vicini illius loci; in quo testamentum fuit factum, prout latius in d. lege cauetur. Nam est necesse quod articuletur & probetur testes esse vicinos talis loci, vbi testamentum confectum fuit, tanquam quædam qualitas importans; aliàs succumbit ille, qui se fundare vult in testamento: quod autem sit necesse testes esse vicinos in testamento nuncupatio, & quod sit qualitas necessaria, præterquam quod cauetur in dist. leg. tenet Ioan. Lop. in l. 3. Taur. n. 6. & Tell. ibi pare. 1. num. 5. qui ad hoc refert Auendan. in tract. de exequend. mand. Regiis. cap. 14. vbi hoc ego non inuenio. Et an in casu prædictæ legis, testes præsumantur vicini, si aliud non constet: exponit Gregor. in l. 1. tit. l. 1. part. 6. in gloss. in verb. ante fete testigos; quod hodie latius tradit Marienc. in l. 1. tit. 4. glos. 5. num. 12. fol. 60. lib. 5. Recopil. ad hoc legendus.

Infero etiam intellectum ad l. 4. in fine. tit. l. 3. part. 7. in illis verbis, *E si no lo pudiere probar con fijos dalgo*. Idem etiam Auendan. in dist. lib. cap. 2. num. 19. fol. 31. vers. quanto ex distis, dixit, quod quando probatio fit

190 contra aliquem Iudicem, qui bona recepit iuxta l. 8. tit. 1. §. lib. 2. Ordinamen. requiritur alia, quod probetur qualitas testium, quod sunt fide digni; & idem dicit, quando contra vsurarium proceditur, secundum dispositionem l. 1. tit. de las vsuras, lib. 8. ordin. citat Angel. in dist. l. 2. §. idem: & Carter. vbi supra. & Deci. in consil. 321. & per eandem rationem, idem prædicti in casu l. 7. ritu. 14. lib. 2. ordinam. quæ loquitur de probatione munerum quæ dantur Exequutoribus, quos nos vocamus, *Alguaziles*, quod est vocabulum Sarracenorum; vt docet l. 20. tit. 9. part. 2. Quæ comprobantur, quia probationes Officiales, debent esse euidentes, quia pro illis præsumitur; secundum Bald. in l. obseruari. §. proficisci, ff. de officio Proconsulis: quæst. 10. & Paridem de Puteo in tractatu de syndicat. charta 80. col. 2. cum aliis, vt per Egidium Bossium in pract. criminal. tit. de oppositione contra testes, numer. 59. pagina 444. vbi tamen dicit, quod simus memores, quod hæc delicta, quæ committuntur corumpendo Iudicem, sunt occultæ, & ideo leuior probatio sufficit, *l. non omnis, §. à barbaris, ff. de re milit. cum similib.* & de hoc puncto vide etiam

191 Alciatum in tractatu presump. reg. 3. presump. 9. pag. 265. & quam fidem faciant hi, quorum opera exercetur barateria; vide Homodeum in tract. de syndicat. charta. 10. colum. colim. Egidium Bossium in dist. pract. tit. de Official. corrupt. pecun. numer. 15. pagin 421. & idem in casu l. 16. tit. 23. part. 3. ibi: *Por buenos testigos*.

192 Tandem pro confirmatione prædictorum facit regul. text. vbi Barr. & alij in l. 1. §. prator ait: ff. nequid in loco publico; vbi dicunt, quod quando aliquod factum profertur à lege cum aliqua qualitate, non sufficit probare factum absque illa qualitate, sed debet & vtrumque probari, & factum, & qualitas: probatur in l. denunciasse. §. quid tamen. ff. de adulteriis: ex qua etiam DD. deducunt, quod si aliquid sit deductum in libello cum aliqua qualitate, non sufficit probare factum absque illa

193 vtpura, si quis accuset Titium quod percussit cum effusione sanguinis, vel cum aranis, si qualitas deducta non probetur, absolutio sequetur: quod notat Cynus in l. 2. C. de probat. in verb. ex hoc: Barr. in l. diuus.

colum. 1. de re iudicata; & diui, in cap. licet causam. num. 24. de probation. vbi etiam Felin. de quo latissime p Hippoly. in l. si quis ne questio. num. 130. cum aliis, ff. questionibus: Sed hoc etiam vix Iudices criminalitæ sequuntur; facit l. penul. §. docere, ff. ne quis eum: vbi latè Iaf. numer. 3. & in l. Prator, §. docere, ff. vi bonorum raptorum: quod latè tractat Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 8. gloss. 7. numer. 1. cum segg. & §. 32. gloss. unica, num. 93. cui adde Iafonem in l. vt vim num. 3. ff. de inst. & iur. & in consil. 153. lib. 1. Deci. in consil. 189. & in l. vlt. numer. 40. C. de edit. diui Adrian. Alciat. lib. 1. de verborum significatione, colum. 4. Marthaus de Afflict. in constitut. Neapol. lib. 1. rubric. 17. folio 61. num. 23. Gozadinum in consil. 70. Reuerendissime domine: num. 10.

194 Et dicit eleganter Barthol. Socin. in consil. 55. libro 1. quod quando agitur ex statuto, vel consuetudine, debent ad vnguem omnia probari, quæ à statuto requiruntur, refert id voluisse Bart. & Bald. in l. in causis, C. de accusationibus: & idem tradit Socin. ipse in consil. 1. numer. 9. lib. 1. & in consil. 57. libro 3. & in terminis dist. l. 41. quod forma illius legis sit substantialis, & præcise, & ad vnguem seruanda, probat ex aliquibus Molina lib. 2. de primogen. cap. 6. numer. 5. fol. 259. Et hoc hodie, licet prædicta non referat, nec cumulet, tenet Auend. in dicto dictionario, verb. Consuetudo, fol. 180. colum. 1. & expressè in nostra materia Marienc. in l. 1. gloss. 8. n. 2. cum sequent fol. 167. lib. 5. Recopil. Et per hæc dubitat Glos. Paris. in consuetud. Parisiens. tit. 1. de materia feud. l. 1. §. 8. numer. 9. fol. 104. an si nascantur duo filij, æqualis ætatis, eodem conceptu & partu editi, sed nascitur vter eorum prius ventre maternum exierit, quis eorum admittatur ad primogenituram? quia vt ipse dicit, quando cunque certa qualitas est productiua alicuius effectus, ad hunc consequendum est necesse, vt illa qualitas articuletur, & probetur, & ideo cum ambo duo certant de priori natiuitate, tenetur quilibet eorum præcise probare in specie tempus natiuitatis: quam quæstionem ipse latius disputat, quem vide si expedierit.

195 Ex his etiam opinatur Decius in cap. 1. num. 20. folio 274. de appellationibus, quod testes deponentes super fama, debent esse optimæ opinionis; & hæc qualitas debet ante omnia probari, & verificari. Præterea Ancharran. in consil. 241. num. 6. in fin. dicit, quod vbicumque lex aliquid introducit de nouo cum certis modificationibus, quidquid ibi exprimitur, censetur datu pro forma; notat Deci. consil. 612. num. 2. & dixit singularitè Alexand. consil. 82. num. 3. lib. 1. quod cum tex. in cap. licet ex quadam. de testibus, testes deponentes de consanguinitate sufficiant esse de auditu ab antiquioribus, & fide dignis, & omni exceptione maioribus, est articulandum & probandum, quod illi maiores erant optimæ opinionis; notatur per Angelum in dist. l. 1. §. si quis neger, & alia; quam doctrinam retuli in 2. par. quæst. 7.

196 Si tamen aliquis dignatus fuerit hæc scripta legere, alia plura pro confirmatione omnium supradictorum quæ habeo simul iuncta, & data opera omitto, ne quis mihi forsan calumnietur, quod ipse in hoc opere extranea à materia maioratus. Nam volebam probare, quod illa verba apposita in dist. l. 41. Taur. que los testigos sean de buena fama, sunt de forma substantiali, & non continent leuem solemnitatem, Et qualiter in liti- bus rerum maioratus requiratur exacta probatio, quia graues sunt, & alia plura quæ non refero contentus prædictis, quæ non passim inueniuntur. Et hanc meam sententiam probat Molin. lib. 2. de primogen. c. 6. n. 30. licet eam non ita plenè fundauerit. Et ex istis omnibus infero quod in casu leg. Sancimus, C. de testamentis, ibi, *Per testes idoneos non minus tribus*: requiritur quod articuletur, & probetur testium idoneitas ad hoc vt testamentum censetur reuocatum in casu illius legis: quod iam contigit in negotio maximi momenti. Sed quod sufficiat in ista materia, quod Iudici constet de bonitate testium, licet aliter non probetur illorum qualitas, resolu- uit

197 vit Aluarus Valasc. dist. quæst. 7. num. 38. vers. dicuntur autem.

198 Vnum tamen in hac materia prætermittere non oportet, quia refert ad intellectum nostrorum, & est 199 quædam doctrina Auend. in dist. dictionario fol. 11. vbi dicit, quod in casu prædictæ legis 41. ad probandum per testes rem aliquam esse maioratus requiruntur tres testes, nec sufficiunt duo, quod ipse latius fundat, & confirmat pro quo facit, quia cum bona non præsumantur esse restitutioni subiecta, sed libera, vt probauit in princip. huius quæstionis, quando quis vult probare aliquid contra iuris præsumptionem, requiruntur tres testes, nec sufficiunt duo, secundum Speculatorem in de probationibus: §. vlt. vers. quod quando aliquis; num. 20. in 2. part. Specul. fol. 106. notat Decius in consil. 175. In causa falsitatis, Curti. Iun. in consil. 2. num. 6. lib. 1. & idem Cephal. consil. 138. num. 18. lib. 1. & in consil. 348. num. 12. & in consil. 393. num. 93. lib. 3. & in consil. 337. num. 13. vbi ex hoc in ista materia resoluit quod cum non præsumatur patrem voluisse præiudicare iuri primogenituræ introductæ, ac confirmatæ, grauior diuorij probatione, & efficaciori volens probare contrarium, & notat Aymon. in tractatu de antiquit. tempor. p. 2. num. 26. fol. 168. & doctrinam Speculatoris & Iafonis refert Ioan. Garcia in tractatu de expensis, cap. 9. num. 13. fol. 81. ad quos addo egregiam doctrinam Rebuff. in tract. nominatio- num, q. 13. num. 5. vbi tradit; quod ad probandam nobilitatem requiruntur quatuor testes Riminald. consil. 52. num. 129. & consil. 53. num. 16. Deci. in consil. 150. Iaf. in l. sciendum, num. 10. ff. de verbor. obligat. & Speculato- rem, Aym. & Curtium citat Fuluius Pacianus in tract. de probation. c. 51. num. 18. fol. 160. Menoch. in tract. de presump. lib. 1. q. 31. num. 9. pag. 33. Ex quibus inquit idem Auend. 1. p. de exequend. mand. cap. 4. num. 40. quod si quis prætendat habere ius nascendi, vel scindendi ligna in alieno territorio, probare debet per tres testes idoneos, aut per duos excellentes, quem citat Messia in l. Tolet. 9. part. 2. fundam. num. 25. fol. 84. Et confirmatur, quia in causis grauibus probationes non coniunguntur secundum Bald. in cap. veniens, in 1. col. 1. de testibus, Caccialup. in l. admonendi, num. 135. ff. de iur. iurand. tradit Anton. Gabr. l. 1. communium opinio- num, tit. 1. concl. 1. num. 12. Ex quibus resoluit Ioan. Garcia in tractatu, de nobilitate: §. 1. gloss. 2. num. 38. & 202 39. fol. 87. regulariter in causis nobilitatis non sufficiunt duo testes ob præsumptionem; quæ in contrarium resultat contra litigantem: & idem gloss. 12. nu. 5. 1. fol. 270. Et opinatur Azeued. in l. 1. tit. 11. lib. 6. Recopil. num. 11. folio 83. post Auend. quem citat quod in probanda præscriptione contra Regem non sufficiunt duo 203 testes, quod prædicti videri meo non procedit indistinctè, nisi secundum casuum contingentiam, cum omnes probationes sint arbitrariæ, & qualiter in probanda Nobilitate requirantur quatuor testes, tradit Rebuff. in tract. de nominationibus, q. 1. n. 5. pagina 181.

204 Ex quibus infero ad decisionem quæstionis maximè in nostro Regno necessaria, an ad probandum solutionem contra instrumentum sint necessarij quinque testes, vel sufficiant duo? de qua per Auend. tit. de las exceptiones, num. 52. pag. 161. Azeued. in l. 2. tit. 21. lib. 4. Recopil. num. 17. & 18. fol. 320. Et quod regulariter omnes actus probentur per duos testes, latè resoluit Menochius in tractatu presumption lib. 1. presump. 5. 1. num. 1. cum sequentibus, pagin. 56. Et etiam in antiquis quatuor 205 causæ sunt graues non sufficit prædicti probatio per indicia, & coniecturas, secundum Barthol. Socin. consil. 194. col. fin. lib. 2. Aym. de antiquitate temporum part. 1. vers. de fama, & num. 32. & 35. Quod est considerandum ad id quod scribit Molina lib. 2. de primog. cap. 6. num. 2. fol. 256. vbi concludit, quod si in casu dist. l. 41. non inueniantur duo testes, qui deponant simul de omnibus qualitatibus, quæ per eandem legem requiruntur, 206 sed si nonnulli deponant de aliquibus ex eisdem, alij verò de aliis, ita vt ex dictis omnium iunctis resultet plena probatio, cum omnibus qualitatibus per eandem

legem requisitis, erit sufficiens, & plena probatio, pro quo faciunt scripta per Rebuff. in tractatu de nominationibus, q. 1. n. 8. pag. 169. & quod scribit Alexand. in consil. 1. n. 3. & 7. lib. 4. Imola consil. 138. n. 5. Præposit. & Alex. in cap. quorundam, 23. dist. Et hoc magis procedit in facto antiquo: vt tradit Narra consil. 235. n. 8. lib. 2. Et quod in probanda Immemoriali coniungantur testes de auditu & de visu, tradit Decius consil. 148. n. 5. Imo plures considerationes coniunguntur, & faciunt validissimam probationem; vt notat Bald. in cap. accedens, col. 2. vt lite non contestata; Barbac. consil. 43. col. 2. lib. 1. Riminald. in l. 2. num. 5. C. de bonorum possessione secundum tabul. Bald. consil. 136. num. 2. lib. 2. Neuzian. consil. 27. num. 21. Quod procedit maximè in antiquis, secundum Decium consil. 14. num. 14. & plura scribit Parisius consil. 75. num. 20. lib. 1. Sed contra Molinam faciunt quæ notanter scribit Alexand. consil. 71. numero 3. lib. 1.

207 Et quod probationes debent esse perfectæ in sua specie, vt coniungi possint, est communis & vera opinio secundum Iafonem in l. admonendi, n. 257. ff. de iur. iurand. quam quæstionem etiam disputat Ioseph. Mascard. in tract. de probation. lib. 3. conclus. 1214. num. 59. & 60. fol. 135. Qualiter autem testes debeant rationem dicti reddere in materia prædictæ legis? constat ex decisione Matthæ. de Afflict. 277. num. 4. Thon. Grammat. decis. 74. num. 12. Roland. consil. 82. num. 33. & 34. lib. 2. Alexand. consil. 104. num. 8. lib. 3. Deci. consil. 215. Tiraquel. in tract. de primogen. q. 38. & q. 90.

208 Vtuncque tamen sit, ego valde dubito de sententiis Auend. & Ioan. Garcia, & Azeu. cum ex legibus diuinis & humanis in quacunque causa grauius præiudicij sufficiant duo testes, cap. quoties, vbi Abb. n. 1. c. licet ex quadam, de testibus, cap. debitum, de bigamis, Glos. singular. in cap. presal. 2. q. 4. quæ dicit quod sufficiunt duo testes ad probandum crimen contra Papam; notat egregiè Glos. Parisien. in consuet. arvensis, tit. 1. de mater feudal. §. 30. num. 53. fol. 236. & huius sententiæ, quod ad probandum præscriptionem in immemoriam sufficiant duo testes, fuit Speculat. tit. de probationibus, §. 1. qui incipit, probare: num. 23. fol. 104. in 2. part. & pro hac sententia faciunt tradita per Aluar. Valasc. in consil. 74. num. 6. & etiam in probanda hæresi sufficiunt duo testes, vt resoluit Simancas in institutionibus cathol. tit. l. 5. 1. numer. 8. fol. 253. Iosephus Mascard. in tract. de probation. lib. 2. conclus. 855. num. 2. qui plures citat ad hanc opinionem, & faciunt quæ scribit Menoch. in tract. de presumption. libro 1. quæstion. 51. & quæst. 65. ad finem.

209 Et est animaduertendum circa intellectum nostræ materiæ, quod non solum maioratus institutio, & indiuisibilitas bonorum restitutioni subiectorum probatur per testes deponentes iuxta formam sæpius relatum l. 41. sed etiam qualitas, & ordo successione circa admissionem masculorum vel fœminarum in successione bonorum maioratus, & sic ex præscriptione immemoriam constare potest, an in maioratu super quo est contentio, admittantur pariter masculi, & fœminæ, vel solum masculi, adeo quod si probatum fuerit per præscriptionem immemoriam masculos tantummodo successisse in bonis maioratus in exclusionem fœminarum etiam proximarum, & quæ alias de iure erant capaces succedendi, licet non appareat ipsa constitutio maioratus, & exclusio fœminarum, excluduntur à successione maioratus: & in casibus in quibus aliquid debet probari per scripturam, qualitas probari potest per testes, secundum Angel. in consil. 209. n. 5. Alex. in consil. 58. in fin. lib. 4. Deci. in consil. 137. & alios quos citat Quint. Mand. reg. 27. de non iudicand. q. 14. n. 4. fol. 50. quod etiam constat ex ratione & generalitate dist. l. 41. quæ etiam in hoc casu locum sibi vendicat, & ex aliis, quæ notabiliter ad propositum tradit Decius in consil. 35. num. 6. vers. sed his non obstantibus, vbi scribit, quod probatur per præscriptionem immemoriam exclusio fœminarum in successione prædictæ bonorum feudaliu, & admissio masculorum: & no-

213 *tit. de consuetud. conclus. 5. n. 8. p. 370.* Et qualiter probetur consuetudo, quod solus primogenitus succedat, plura scribit Guid. Pap. *consil. 1. 3. 1. per totum.*

214 *Et est notandum circa hoc, quod facilius probatur qualitas quam maioratus scilicet admissio foeminarum, & alia similes qualitates, quam ipse maioratus & substantia ipsius, quia facilius probatur qualitas, quam substantia Glof. in l. talis scriptura, §. vlt. glof. vlt. ff. de legat. 1. cum concordantibus, vt per Ioan. Guttier. lib. 3. practico. quæst. 9. 62. num. 32. pag. 552. Mandol. reg. 27. 9. n. 4. fol. 50. Notat in bonis feudibus Barthol. Socin. in *consil. 166. vlt. 5. lib. 2.* Cephal. in *consil. 335. num. 41. & n. 77. lib. 4.* Petrus Surd. in *tractatu de alimentis, tit. 8. privileg. 56. numer. 97.* & Aym. in *dist. tractatu, de antiquitate tempor. p. 5. num. 7. fol. 362. idem Cephal. in consil. 158. num. 85. lib. 2.* Mantica. *de coniect. mente defunct. lib. 12. tit. 16. n. 9.* & iterum *num. 13. pag. 638.* Aym. *consil. 318. num. 3.* Carol. Ruin. *consil. 64. num. 14. lib. 4.* Iaf. in l. Gallus, §. forsitian, *num. 6. fol. 192. ff. de liber. & posthum.* Scraphin. in *tractatu de privilegiis iuramenti, privileg. 3. num. 22. pag. 171.* Natta in *consil. 103. n. 3. lib. 1.* Cephal. *consil. 297. n. 10. lib. 2.* Mascard. in *tractatu de probation. lib. 2. conclus. 643.* Et in successione masculorum & foeminarum hoc tradit Petr. Surd. *decis. 322. num. 71.* Ioseph. Mascard. in *tract. de probat. lib. 1. concl. 21. num. 1. fol. 40.* Menoch. *consil. 93. num. 15. lib. 1. & casu 48. num. 5.* vbi agit de probanda qualitate gratiæ, faciunt notata per Decium in *consil. 269. col. 2.**

215 *Hinc est quod qualitas gratiæ testibus probari potest, secundum Abb. in c. auditis notabili 21. per illum textum de in integrum restitutione, Bart. in l. cum proponeretur, ff. de leg. 2. & alios, quos citat Natta in consil. 420. num. 6. lib. 2.* quod confert ad ea quæ de probatione gratiæ scribō p. 1. q. 62. faciunt scripta per Barbof. l. 1. ff. solut. matrim. p. 2. n. 6. pag. 251. Natta in *consil. 460. n. 8. lib. 2.* qui loquitur in bonis feudibus: & pro hac sententia faciunt quæ scribō p. 1. q. 65. omnino legenda ad probationem bonorum maioratus.

216 *Et scire expedit, quod incapacitas foeminarum probatur modo prædicto verificando, & liquidando, quod antecessores, & possessores maioratum, posito quod filias legitimas habuerunt, non successerunt in talibus bonis, sed patris, vel alij masculi à testatore vocati: nam absque hoc probatio non erit concludens, quod etiam probat d. l. 41. ibi, Casus que el teneador dexa de otro hijo; & per notata in cap. cum accessisset, de consil. & in aliis similibus locis, & pro hoc facit, quod fere in terminis voluit Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus, 2. d. mbio, num. 17. pag. 190. C. de inoffic. testamen. & expressè Bald. in *consil. 25. num. 4. lib. 2.* vbi vult, quod cum non pateat locus foeminae existente masculo, interim foemina non currit prescriptio per l. vlt. §. si autem sub conditione, C. commun. de leg. & pro hac sententia adduco notabilem doctrinam Ancharran. in *consil. 339. Pro maior colum. 5. vlt. ad secundam rationem n. 19.* vbi vult, quod si quis volens probare consuetudinem quod stantibus masculis foeminae excluduntur, probet aliquas foeminas exclusas à masculis fuisse per longum tempus; ex hoc non probatur consuetudo, nisi probetur, quod fuerunt exclusæ ex causa illius consuetudinis: nam non sequitur, foemina à masculis exclusæ fuerunt: ergo non consuetudo inducta est: quia potuerunt ex alia causa excludi quam consuetudinis, puta propter testamentum, in quibus masculi fuerunt prædicti: quod refert & confirmat Aymon. in *consil. 197. n. 12.* Corneus in *consil. 25. col. 2. ad finem lib. 4.* quem & Aymo-*

nem in *consil. 171.* citat nouissime Mascard. in *tractatu de probationibus lib. 1. conclus. 430. num. 1. fol. 265.* ad hoc citat Auendan. in l. 41. *Taur. glof. 9. n. 2. fol. 151.*

217 *Et quod in ista materia succedendi magnam vim habeat consuetudo, & etiam ad admissionem foeminarum, ostendunt Alexand. in consil. 124. num. 4. lib. 5. Deci. in l. semper num. 8. ff. de reg. iur. Grat. *conf. 2. num. 63.* Paris. in *consil. num. 69. & 24. lib. 1.* Socin. l. un. *consil. 168. num. 40.* num. 9. late Burlat. in *consil. 150. num. 49. cum seqq. n. 78. lib. 2.**

218 *Et circa praxim prædicta l. 41. Taur. Iudices & Advocati animaduertant ad vnum singulare, quod verba testium deponentium circa prescriptionem immemoriam, non sint rigide nec seuerè accipienda seu calumnianda, sed potius adiuvanda, secundum subiectam materiam & verisimilem probationem; sed ante oculos habendo, quod in legibus, & cæteris dispositionibus anima, & spiritus legum totum faciunt: l. nec est formula consideranda, sed virtus, & effectus: l. scire leges, ff. de legibus: l. si vno, in princip. ff. locati: l. infulam, ff. de præscript. verbis, cum vulgaribus: & leges tamen benigne sunt interpretandæ, vt voluntas earum conseruetur: l. benignus, ff. de leg. & etiam est obseruandum, quod correctione legum antiquarum, quæ loquuntur de probatione prescriptionis immemorialis, tam de iure communi & Regio, de quibus infra, conseruantur, iuxta regulam l. præcipimus, C. de appellat. cum concordantibus, & l. sed & posteriores, ff. de legibus; & facile res reuertitur ad suam primam naturam: l. si vnus, §. final. ff. de pact. cum concordantibus, quæ in aliis locis scribo. Et mens legum semper est intro inspicenda tanquam anima, & spiritus potius quam verborum rigor, non figura literarum, ff. de act. & obligat. cum similibus, quæ scribo in princ. 2. p. & forma dicta legis potest per verba æquipollentia adimpleri, l. vlt. C. de donation. qua sub modo: l. 5. tit. 4. p. 5. cum concordantibus, quæ scribo supra, part. 2. quæst. 4. illatione 8. Tamen si veritatem loqui licet, prout scribo p. q. 30. à num. 6. rigor dicta legis, facit infinitam multitudinem peccatorum qui ob propriam malitiam, & inaduerentiam receptorum, & rebellionum cupidinem, fingunt, & pingunt prescriptiones immemorales: quod multum dolendum est.*

S V M M A R I V M.

- 223 *Prescriptio immemorialis an sit maior prescriptione centum annorum: late pro utraque parte disputatur, vsque ad n. 227. Auctoritas sententia, num. 228. ad 231.*
- 229 *Prescriptio immemorialis dicitur illa de cuius principio non apparet, & 230.*
- 232 *In casu legis 41. Taur. non sufficit probare centum annorum prescriptionem, Et an in hoc casu sit articulanda & alleganda bona fides, num. 238. Quid si appareant scriptura, ex quibus colligitur fundatio maioratus, n. 235.*
- 233 *Quid in prescriptione impositionum.*
- 234 *Quid in casu pragmaticarum, quæ tractant de probatione nobilitatis.*
- 235 *Quid in prescriptione iurisdictionis.*
- 236 *Quid in prescriptione defensorum, platearum, viarum, & rerum similibus.*
- 237 *Quid in prescriptione pascuorum & decimarum, & n. 252. Quid ad hoc vt index laicus possit cognoscere de re spirituali, n. 253.*
- 239 *Intellectus ad leges 8. & 10. tit. 1. lib. 7. Ordinament.*
- 240 *Autoritas sententia, & num. 241. & ibi Tabellionum creationis & iurisdictionis quo tempore prescribatur.*
- 242 *Prescriptionis immemorialis quanta sit vis, num. 244. & 246.*
- 243 *Privilegio Principis equiparatur, & n. 248. & 249. &*

& legis n. 245. Et quid in casibus in quibus per aliquas leges Regni privilegia non debent obseruari, nisi sint posita in libris saluatorum, num. 256. Et quamuis habet vim privilegij, non tamen est privilegium, num. 257.

- 247 *An possit eam Princeps tollere.*
- 250 *Prescriptione prohibita, an censetur prohibita centenaria.*
- 251 *Tempus immemoriale non habet vim tituli, quando apparet de titulo vitioso.*
- 254 *Quæ sine Principis auctoritate non acquiruntur, per tolerantiam non possunt acquiri.*
- 255 *Consuetudo immemorialis quod terra zerbida & moniosa fiant occupantis, est seruanda.*
- 258 *Scientia Principis in consuetudine immemorali non requiritur. Neque duo iudicia, n. 261.*
- 259 *In prescriptione immemorali an sit necessarium probare scientiam eius, contra quem prescribitur.*
- 260 *Quid in prescriptione iurium incorporalium.*
- 262 *Ad probationem fori, quod res vadat ad truncum & radicem, non est necessarium probare scientiam Principis.*
- 263 *Et duo iudicia fuisse data.*
- 264 *Prescriptio immemorialis nunquam censetur exclusæ, & num. 267. Fallit tamen si damnetur vt iniqua, num. 276.*
- 265 *Quid in prescriptione centenaria. Et quot specialia habeat prescriptio immemorialis, num. 279. remissuè.*
- 266 *Intellectus ad l. Pinciar, anni 1442. bodie, 3. titul. 10. de las donaciones.*
- 267 *Per ditionem, Perpetuo, non excluditur prescriptio.*
- 268 *Ditio, Perpetuo, sumitur secundum subiectam materiam.*
- 269 *Quid in maioratu. Et de viribus istius ditionis, num. 271. 272. 274. & 275.*
- 270 *Perpetuum proprie dicitur quod est reale.*
- 273 *Fideicommissum perpetuum an inducatur per verba, In infinitum.*
- 277 *Dominium directum acquiritur per immemoriam prescriptionem.*
- 278 *Probatio non admittitur contra presumptionem, quæ resultat ex prescriptione immemorali.*
- 280 *Quid ad effectum petendi restitutionem in integrum.*
- 281 *Prescriptionis immemorialis vis & effectus non cessat ex eo quod reperitur aliqua sententia, in qua declaratur idem quod per prescriptionem pretenditur.*
- 282 *Sententia natura est, sicut vetus declarare, non de nouo inducere.*
- 283 *Nec inducit nouationem prima actionis.*
- 284 *Sententia lata pro actore conseruat veterem actionem, & addit nouam.*
- 285 *Sententia dat iustum titulum ad prescribendum. Non tamen probat dominium, nisi sequatur traditio, vel quasi, num. 288.*
- 286 *Titulus nullus per sententiam confirmatus an faciat ius, & num. 290.*
- 287 *Ex sententia iniusta ius non oritur, & n. 293.*
- 289 *Acta producere an quis teneatur, biennio post sententiam latam transacta.*
- 291 *Privilegium nouum an tollat antiquum.*
- 292 *Intellectus ad l. 12. tit. 11. lib. 2. Recop.*
- 294 *Prescriptio immemorialis an possit allegari ex aliqua scriptura, si in articulis non continetur.*

Post num. 294. inuenies alia summaria quæ desiderantur.

ET in hac materia, in qua tractatur qualiter probetur per testes, quod aliqua res maioratus, & restitutionem subiecta multa se offerbant tractare circa prescriptionem immemoriam. Qua in re, quia multi de ea scriperunt, solum dicam quæ ad nostrum propositum sunt necessaria. Dicit igitur dist. l. 41. *Taur.* quod maioratus probatur per prescriptionem immemoriam secundum formam prædict. l. cui addenda alia singularis lex, ad quam pauci animaduertunt

in l. 12. tit. 22. part. 1. quam supra retuli; in qua legere ferè habentur omnia verba, quæ ad sunt in dist. l. 41. nisi quod materiæ in quibus loquuntur, sunt diuersæ, & ideo non est habenda pro exorbitante, d. l. 41. & quia sæpius tam circa hanc materiam dubitatur, & quam circa alias pleraque, sit ne prescriptio immemorialis maior quam prescriptio centum annorum, & è conuerso? est necessarium, & vtilissimum explicare hunc punctum. In quo articulo, Glof. in cap. cum vobis, de prescriptionibus, dicit, non satis esse ad probationem centenariæ prescriptionis, quod probetur prescriptio immemorialis, & sic clarè tenet, quod prescriptio centenaria est maior quam prescriptio immemorialis: quam sententiam defendunt aduersus Carðinalem, Aymon in *tract. de antiquit. temp. 4. p. num. 184. & 185. fol. 315.* Et possessio aut prescriptio centum annorum æquiparatur prescriptio immemorali, secundum Cyn. & Bald. & Paul. in l. 21. C. de seruit. & aqua, eundem Bald. in l. 1. C. ne rei domin. vel temporum: idem & alij, præsertim Afflicti, in cap. 1. §. si quis per triginta, si de feud. fuer. controuer. Capol. de seruit. urban. q. 8. num. 5. pag. 190. Cephal. in *consil. 684. num. 107.* & Socin. l. un. *consil. 76. num. 91. lib. 1.* hoc sequuntur alij, quos refert & lequitur Balb. in *tract. de prescript. 2. p. 3. part. princip. n. 24. fol. 34. & 1. p. 5. part. principalis in princip. num. 27. pag. 404. & Decius in consil. 638. num. 4.*

Et idem tenet Gregor. Lopez in l. 15. titul. 31. part. 3. in gloss. in verb. Puedan acordar, qui alios refert, vbi affirmat, quod prescriptio centum annorum est maior quam prescriptio immemorialis, Curt. in *consil. 90. num. 2.* & est communis opinio secundum eundem Curtium Iun. in *consil. 206. num. 52. lib. 2.* & quod prescriptio centum annorum habeat vim legis, & privilegij, tradunt Iaf. in *consil. 209. num. 1. lib. 2.* Socin. l. un. in *consil. 76. num. 103. lib. 1.* Cephal. *consil. 403. num. 62. lib. 3.* & est communis opinio secundum Burlatum in *consil. 160. num. 60. lib. 2.* qui late tractat: Iacob. Pureus *decis. 115. num. 18. p. 1.* Ioan. Franc. in *tractat. de Baron. pragmatica 11. num. 13. & num. 24.* Mascard. in *tract. de probation. lib. 3. conclus. 1215. num. 53. fol. 140.* Et quod centenaria prescriptio habeat tantam vim, quantam Immemorialis, tenet Glof. Parisien. *consuetud. Parisien. part. 1. §. 5. num. 63.* vbi dicit esse communem opinionem, quod verbum apud nullum alium reperitur; & idem tenet ipsamet Glof. Parisien. ab aliis non rellatus in 1. part. *consuetud. §. 7. num. 12. fol. 99.* vbi tradit; quod exclusæ prescriptione, non censetur exclusæ centenaria prescriptio, quemadmodum nec Immemorialis: & tradit nouissime Auendan. qui citat Molin. & alios in l. 4. *Taur. glof. 1. num. 15. fol. 141.* quibus adde Glof. in *Auhen. vt de cat. non fiat commutatione, in verb. prescriptio, gloss. 5. vbi Angel. notat Ripa in l. nemo potest, num. 115. ff. de leg. 1.* Tiraquel. lib. 2. de retractu: §. 1. glof. 2. num. 23. Alexand. *consil. 604. num. 2. lib. 1.* Iacob. Albens. *consil. 64. num. 49. & 93. p. 1.* qui id tractat in prescriptione iurisdictionis: & idem quod prescriptio centum annorum, dicitur tempus immemoriale, tenet eadem Glof. Paris. in *dist. consuetud. §. 41. num. 7. fol. 293.* vbi vocat hanc crebriorem opinionem; & in d. 46. num. 11. fol. 310. Decis. Capellæ Tolosanæ *quæst. 440. num. 1.* Guid. Pap. qui loquitur in prescribenda seruitute iuris pascendi, *decis. 373. Super quæstione: Socin. l. un. consil. 6. num. 10. lib. 3.* Curt. idem *consil. 90. num. 12. lib. 1.* Simon de Præt. *consil. 75. num. 3.* Stephan. Lambertin. *super flauo prohiben. mulier. ne poss. contrahere sine consensu duorum consanguineorum, 2. glof. 1. vers. in alienationibus, n. 307.* Burlat. *consil. 160. num. 59.* Guid. Pap. *decis. 573.* quem citat Chaffan. in *consuetud. Burg. rubr. 13. §. 5. vers. sed hic videmus, pag. 1465. in principio.* Burlat. in *consil. 27. num. 1. lib. 1.* Iacob. Pure. *decis. 212. lib. 1.*

Et quod ad hoc, vt dicatur prescriptio immemorialis, requiratur quod excedat centum annos: tradit ex pluribus authoribus Cephal. in *consil. 40. num. 59. lib. 1.*

lib. 1. qui refert Iaf. & alios in *l. cum aliquis, C. de iure de liberand. Alexand. in conf. 207. lib. 2. & in conf. 11. in fin. lib. 4. Afflic. decis. 245. num. 4. & 277. num. 3.* Decium qui communem dicit in *cap. 1. num. 1. de appellat.* Et hæc sententia, quod præscriptio centum annorum operetur idem quod immemorialis, clare probari videtur in *l. 6. tit. 13. lib. 3. ordinam. vbi* postquam lex statuit, quod iurisdicção non possit acquiri nisi præscriptione immemoriali, postea dicit quod acquiritur præscriptione centum annorum; quæ tamen lex hodie est antiqua per *l. 1. tit. 11. lib. 4. ordinam. noui*: & Episcop. Coarua. in *2. part. relect. reg. p. poss. 3. 3. num. 6.* dicit quod aliquando vna censetur maior alia, & aliquando, est altera maior, ob maius priuilegium, vel ob aliam causam: & ibi in hoc puncto late distinguit, quem citat A Humada in *l. 2. tit. 2. p. 1. glos. 2. n. 3. fol. 118.*

Ex quibus confirmatur quod tradit Matth. de Afflic. *decif. Neapolit. 254.* vbi scribit, quod communio pascuorum, vel aquarum, valet inter ciuitates absque Regio assensu probata possessione immemoriali, vel centum annorum, & ambe operantur vim priuilegij, & Constituti: ad quod faciunt scripta per Roland. *conf. 110. num. 99.* cum aliis, *lib. 4.* quod scribo *infra, quæst. 21. & conf. Parisiens. 3. num. 20. lib. 4.* Et centenaria præscriptio continet præsumptionem iuris, & de iure, ad v. contrarium probari non possit, vt probat Cephal. in *conf. 152. num. 41. lib. 2.* qui citat Felin. in *dist. cap. cum vobis. col. 3. rubr. 3.* Rubr. *conf. 13. col. 3.* Et præscriptio centum annorum habetur pro veritate: vt tradit Cephal. in *conf. 205. num. 8. lib. 2.* & tempus centum & decem annorum dicitur præscriptio immemorialis, vt probat Roland. *conf. 22. n. 26. lib. 2.* & quod scribitur maius Afflic. *decif. 3. 14. num. 6.* vbi dicit, quando possessio est vltra centum annos, non est necesse quod allegetur titulus, etiam si resistat ius commune, per regulam *cap. 1. de præscript. in 6.* & doctrinam Bald. in *cap. si diligenti, infra de præscriptionibus*: & ibi addit quod tale tempus probatur per famam, & per scripturam, & scribit Rebuffus in *tractatu seruitutum, in fine, pag. 496.* quod tempus immemorabile interpretatur centum annorum, per *leg. usufructus, in fin. ff. de usufruct.* & idem vult Curt. Sen. in *conf. 82. num. 11.* & Curt. Iun. in *conf. 90. num. 12. lib. 1.* dicit communem esse opinionem, quod ad probandam præscriptionem immemorabilem requiritur tempus centum annorum: & ibi addit, quod in isto casu non potest fieri probatio per testes habentes ætatem centum & quatuordecim annorum, sed per scripturas, & instrumenta futurorum, quos prætendunt domini: & quod præscriptio centum annorum sit eiusdem effectus, ac præscriptio immemorialis, tradit Theaur. *decif. 16. num. 4.* Cephal. in *conf. 454. num. 66. lib. 4.* & in *conf. 459. num. 7.* & in *conf. 608. num. 60. lib. 4.* Et præscriptione centum annorum acquiritur dominium, sicut præscriptione immemoriali; vt probat Cephal. in *d. conf. 205. num. 7. lib. 2.* & plures, scilicet Alexand. Felin. Deci. Riminal. Ayn. Balb. & alios citat Ant. Gabr. *lib. 1. communium opinion. tit. de præscript. concl. 5. num. 63.* Bursat. *conf. 27. num. 15. lib. 1.*

227 Contrariam autem sententiam, quod centenaria præscriptio sit minor præscriptione immemoriali, tenet Cardinal. qui à pluribus ad hoc refertur, in *cap. si diligenti, in fine, de præscriptionibus*, quem sequitur Felin. in *dist. cap. cum vobis*, & *cap. ad auientiam, num. 26. eodem tit. & Auend. in 1. p. de exequend. mand. Regis, dist. cap. 1. num. 20. in fin. fol. 10. col. 2.* Afflic. in *constit. Neapolit. lib. 1. rubr. 7. num. 6. fol. 268.* Auditor Otalora in *tractatu de Nobilitate, p. 3. cap. 7. num. 13. fol. 46.* qui ad hoc refert Balbum in *dist. loco*, qui contrarium aperte dicit: & ideo oportet allegationes Doctorum recte examinare, & videre, nam in hoc etiam falsus fuit Auend. in *dist. loco*, qui refert Balbum in *dist. tract. 5. part. principal. in princip. num. 27.* dicentem (vt ipse dicit) quod tempus centum annorum est minus præscriptione im-

memoriali: quia quamuis Balb. hoc prius dicat, postea in continenti se refert ad notata in *prædicto loco*, & ideo etiam videtur tenere contrarium, & ad hoc plures Doctores citat Anton. Gabr. *lib. 5. communium opinionum, concl. 1. num. 71. pag. 300.* & est vterque opinio secundum Menoch. *lib. 2. casu 3. n. 7.*

Et hanc conclusionem & sententiam, quod præscriptio immemorialis sit maior centenaria, & quod vbi requiritur præscriptio immemorialis, non sufficiat præscriptio centenaria, tenet Speculator, quem hi non referunt in *2. p. operum suorum, tit. de probat. §. 1.* qui incipit, *probare: num. 27. fol. 104.* vbi (videri meo) hoc apertissime sentit, & dicit; & ita videtur tenendum ex horum autoritate, & aliis infra dicendis: & quod præscriptio immemorialis possit esse minus quam centum annorum, tradit Menoch. in *conf. 2. num. 309.* ex Curt. Iun. in *conf. 158. num. 16.* & legendum est quod scribit Aluar. Valasc. *consulat. 95. num. 9. fol. 178.* vbi hoc refert. Ego in ea semper fui sententia, quod in casibus in quibus requiritur præscriptio immemorialis, non sufficit præscriptio centum annorum, nisi ex aliqua lege in illo casu sufficiat præscriptio centum annorum; ad quod facit *l. si arbitri, ff. de probat. & l. hoc iure, §. ductus aqua, ff. de aqua quotidiana, & astina;* ibi, *Ductus aqua, cuius origo non apparet iure Constituti loco habetur.* Ex quo text. in illis verbis, *Cuius origo non apparet*, aperte colligitur, quod præscriptio immemorialis est maior præscriptione centum annorum: quia si verum est, quod præscriptio centum annorum tot habet de iure priuilegia; magis tribuendum est illi præscriptioni, de cuius origine non est memoria, quia priuilegium, quod habet præscriptio centum annorum, est propter temporis antiquitatem, sed cum interuenit & præcessit maius tempus, æquum est quod maiorem effectum operetur, quanto antiquius est: quod patet ex *prædictis iuribus*, & ipsa naturalis ratio hoc docet.

Item hæc conclusio constat ex *l. 29. tit. 16. part. 3.* ibi: *E digo, que el agua que corre de tal lugar a tal, que hace daño, e que aqnel de que corre fue fecho por mano. E si fuere preguñado, como lo sabe, e respondiere, que lo oyo dezir a otros que lo vieron hazer, e que cyera dezir a otros, que ellos lo vieron quien lo vido hazer, e que dello era fama entre los hombres que assi fuera probado, esto abonda al demandador. Otrosi dezimos, que si el demandador probare por sus testigos, que no vieron ni oyeron dezir, que aquella obra era fecha natura, e no fuera fecha por mano de hombre, que tal testimonio como este cumple a el demandado.* Ex qua etiam colligitur, quod præscriptio immemorialis dicitur illa, de cuius principio non apparet; quod etiam inter alios plures tradit Cagn. in *l. quod ab initio 29. num. 1. pag. 92. ff. de reg. iur.* & est etiam alia bona lex supra relata *l. 2. d. tit. 22. p. 1.* præcipue in illis verbis, *E que nunca vieron ni oyeron dezir lo contrario.* Et expressa *dist. l. 15. tit. 31. part. 3.* ibi: *No se pueden acordar los homes quanto a que lo començaron usar: & l. 16. eodem tit. ibi, Que los homes no se pueden ende acordar.* Ad quod etiam est doctrina Anton. in *c. quid per nouale, num. 15. de verbor. signific. vbi* dicit, quod elapsis centum annis dicitur memoria extare: quod ante illum tenuit Speculator in *dist. loco*; & dicit etiam Ioan. Andr. in *cap. 1. de præscript. in 6. in nou.* quod memoriam extare, probatur, & verificatur per instrumenta: & idem tenent ibi Domin. & Franc. Balb. in *tract. præscript. 2. p. 3. part. princip. 9. 6. in fine*, quod est notabile ad *pragmaticam impositionem*, quia multum aduersatur Dominis, qui litigant cum vassillis super prædictis impositionibus: ad causas nobilitatis, in quibus reperiuntur instrumenta antiqua, in quibus constat, quod qui prætendit nobilitatem, vel quod antecessores non soluerunt tributa, adducit Otalora in *tract. de nobil. p. 3. cap. 7. num. 17. pag. 123.* de quo legenda sunt quæ scribo *infra*, & scribit Gloss. Paris. in *tract. de usuris, qu. 17. num. 192. pag. 221. in Recopil. fact.* per Gaspar. Caball. quod licet tempus centum anno-

rum sit immemorabile secundum ea, quæ scriptis in *dist. §. 5.* illud verum est quando non apparet de origine, & ita secundum eum loquitur *d. l. hoc iure, §. ductus aqua ff. de aqua quotid. & astin.*

Item hæc opinio coadiuuatur ex etymologia vocabuli, quia de proprietate vocabuli præscriptio immemorialis dicitur, id est, quia memoria non extat. Igitur cum memoria extat, non potest dici immemorialis, nec habere priuilegia immemorialis. Quod autem valeat regulariter argumentum ab etymologia vocabuli, constat ex *l. notionem, §. instrumentorum, in verb. propriè, & in l. iugury, & in l. taberna, ff. de verb. signific. & ex l. 2. §. appellata, ff. si cert. petat.* vbi late Iaf. & probatur in *l. 1. tit. 1. part. 6.* quam ad hoc ponderat Greg. Lop. in *glos. in verb. palabras*: explicat late Euerard. in *centum locis, loco 6. pag. 97.* Sed ista ratio rita non est, quia præscriptio immemorialis non ex eo dicitur, quod memoria non extat, quia nihil est sine principio; sed quia testes non habent memoriam principij, nec recordantur: vt docent ratio, & *dicta l. Regni.* Et istam opinionem loquendo in his, quæ publica sunt, vt in placita, defensa, & similibus rebus, quod si appareant à principio fuisse publica, non inuet præscriptio immemorialis, tenet Auend. in *tr. de exequend. mand. p. 1. c. 12. num. 6. fol. 83.*

Ceterum cūmeriam considero, quod, & quam exorbitantia priuilegia habet præscriptio immemorialis, cum omnes leges, & Doctores tribuant eidem vim priuilegij Principis (vt statim docebitur) persuasus etiam ad hoc sum quod est maior quam præscriptio centum annorum, quia vnum iudicatur maius altero ex priuilegiis quæ habet: *l. verum, §. vltim. ff. de minoribus*; notat Gloss. in *l. 3. §. sed vtrum, in verb. non puto, ff. de minoribus*, late Iaf. & Gomez, post antiquos, in *§. rursus, Insti. de act.* vbi tractant, an sit maior restitutio, quæ conceditur minoribus, quam maioribus, Curtius Senior *conf. 59.* & Curtius Junior *conf. 18. DD. vbi* rectè, Iaf. *num. 5. in l. cum filiosfamilias seruum, ff. de verbor. obligat.* notat idem post Arcin. in *l. 3. §. Labeo, ff. de acquirend. possess. & in l. non quocunque, §. si ex bonis, num. 8. ff. de leg. 1.* Non obstat huic sententiæ, *d. l. ordinament.* Quia potius potest in contrarium retorqueri: nam cum prius dixisset iurisdictionem non acquiri nisi per tantum tempus, cuius memoria non est in contrarium, postea cauit, quod possit probari per tempus centum annorum, nec lex voluit dare tantam vim regulariter præscriptio centum annorum, ac si fuisset præscriptio immemorialis, nisi in illo tantum casu speciali, & ideo hoc expressit, quasi sentiens, quod si hoc non expressisset; contrarium esset seruandum; & quod non acquireretur iurisdicção sanguinis præscriptione centum annorum, sicut acquiri potest per præscriptionem immemorabilem; præcipue, quia vt dictum est, *d. l. & antiqua Glossa in d. c. cum vobis*, & illa, quam alia sequuntur, à veritate deuiare videntur; maxime attentis legibus Regalibus, quas supra induxi. Et præscriptio centum annorum non gaudet eodem priuilegio nisi in casibus à iure expressis.

Ex quibus inferitur, quod in casu *prædicta l. 41. Taur.* 232 quod scilicet ad probandam rem aliquam esse maioratam per testes, non sufficit probatio centum annorum, cum præcisè lex requirit præscriptionem immemorabilem, & quod testes deponant de visu & auditu secundum formam *prædictæ legis*, quæ ad vnguem, & in forma specifica seruari debet. Quod etiam tenet Molin. *lib. 2. c. 6. num. 43. & num. 72.* Ioan. Gutierrez, qui hoc refert *lib. 3. præf. quæstion. 9. 62. num. 8. pag. 547.* quamuis contrarium sentire videatur ibi Castellus in *glos. in verbo, quarenta años*: sequitur Glossam in *d. c. cum vobis*. Quod confirmari potest ex doctrina Alexand. *conf. 15. num. 1. lib. 5.* vbi tradit, quod scilicet bona præsumantur allodialia, & non feudalia, ex doctrina Ioan. Andr. Hostiens. & aliorum in *cap. vlt. de iudicij*; quod traditum fuit supra; tamen si probetur fama antiqua centum annorum, cessat præscriptio, & præsumitur quod bona sunt feudalia.

Secundo inferitur idem esse dicendum in casu *præmaticæ*, quæ de *Impositionibus* loquitur, quæ est *l. penult. tit. 15. lib. 4. Ordinamen.* nam videri meo non sufficeret probare tempus centum annorum, sed requiritur præscriptio immemorialis; quia habentius commune, & præsumptionem contra se, argum. *cap. 1. de præscriptionibus in 6.* & quia hæc seruitia & impositiones præsumuntur violentæ, & per impulsionem extortæ, secundum Ioan. Andr. & communem in *c. cum latenter, de regul. iuris*, & alios, quos retuli supra: & hæc illatio etiam coadiuuatur ex dispositione *dist. l. 12. tit. 22. part. 1.* vbi ad hoc vt quis possit iuste ferre censum, aut tributum, quia hoc est contra ius Commune, & Regium, tenetur probare præscriptionem immemorabilem, & testes debent deponere cum qualitatibus per *dictam legem* requisitis, quæ (vt supra dixi) sunt ferè requisita in *dicta l. 41.*

Tertio inferitur, idem dicendum esse in casu *Pragmaticæ Corduba*, quæ est hodie *l. 3. tit. 11. lib. 2. ordinamenti noui*, & aliarum quæ loquuntur de probanda nobilitate per præscriptionem immemorabilem: nam non sufficeret etiam in hoc casu probare tempus centum annorum, ad hoc vt sit probata nobilitas, licet plerique opinentur, quod *d. l. 41.* quia est exorbitans, non procedit nisi in maioratibus; contra quos facit *l. 1. tit. 15. & l. penultim. eodem tit. lib. 4. ordinamenti.*

Quarto, idem videtur dicendum in casu *l. 1. tit. 15. lib. 4. ordinamenti noui*, quæ loquitur de præscriptione iurisdictionis: quod cum *dicta lex* requirit præscriptionem immemorabilem, non sufficit præscriptio centum annorum. Vnde apud nos cessabunt, quæ de præscriptione iurisdictionis scribit Iacob. Albenf. *d. conf. 64.*

Quinto, infero idem esse in casu *l. 7. tit. 29. part. 3.* quæ loquitur de præscriptione defalarum, quæ platearum, viarum & aliarum similium rerum, quod in terminis *dictæ legis*, tenet Messia super *l. Toleti, 9. part. 2. fundamentorum, n. 35. fol. 85.*

In materia autem præscriptionis immemorialis letores animaduertant ad vnum quod dabit commodum & honorem, scilicet, quod licet ad probandum, quod aliqua bona sunt maiorata, requiritur præcisè forma *dist. l. 41.* & idem ad probandum Dominos percepisse aliqua iura à vassallis, iuxta *dist. l. Regiam*, & idem in probanda iurisdictione contra Regem, vt cauetur in *l. 1. tit. 15. lib. 4. Reop.* in aliis casibus, in quibus non requiritur illa forma, & solemnitas, antiqua iura remanent incorrecta circa probationem præscriptionis immemorialis; & sic sufficit probare præscriptionem immemorabilem, secundum ea, quæ à iure communi statuta sunt, nec requiritur probatio in forma *dist. l. 41.* Quod probatur ex *reg. l. præcipimus, C. de appellat. & l. sancimus, C. de testament.* & ex aliis vulgaribus: quod est notandum ad præscriptiones pascuorum, quæ decimarum, & aliarum rerum, in quibus requiritur præscriptio immemorialis.

Summè etiam nota, quia sepe contingit, quod testes deponentes de Immemorabili, & auditu maiorum, non habent necesse dicere, nec nominare personas à quibus audierunt, secundum Speculat. in *tit. de probation. §. probari: num. 15.* Innocent. in *cap. veniens, de verborum significatione*, Anton. Gabr. in *tit. de præscriptionibus concl. 1. num. 8.* Fului. Pacian. in *tract. de probation. lib. 1. cap. 49. num. 30. fol. 149.* de quod est legenda *l. vlt. tit. 9. part. 4.* & in antiquis qualiter testes debeant probare initium litis, tradit Iacob. Pute. *dec. 358. & 359. n. 6. part. 2.*

Præterea est considerandum, in ista materia non satis esse probare præscriptionem immemorabilem; nisi sit articulata, quæ allegata bona fides, vt ex Bald. Angel. Cæpol. Iaf. Felin. & Balb. probat Ferrerus in *conf. 61. num. 12. Decif. Pedemon. 116. num. 13.* quod in iudiciis raro animaduertitur: an possit fieri articulus in causa appellationis vel supplicationis, addendo præscriptio-

nem immemoriam, legenda sunt quæ refert Valdes in additionibus ad Suarez allegat. 5 pagin. 79. qui alleg. 6. pag. 80. refert plures Authores ad probandum, quod per antiqua instrumenta probatur præscriptio immemorialis; quæ sunt notanda.

239 Sed quia huc ventum est, hoc in loco tractare volo de duabus legibus ordinam. quæ maximam habent difficultatem, & quæ certe egerunt declaratione Regia; quæ sunt l. 8. hodie l. 5. tit. 2. & l. 10. tit. 1. lib. 2. ordinamentum, hodie l. 2. tit. 2. d. lib. 5. Recop. quarum prima dicitur in princ. Mandamos que las nuestras ciudades, villas, y lugares de la Corona Real, que tienen por privilegio, o por costumbre antigua, que el derecho iguala a privilegio. Altera verò lex dicitur; Mandamos que los oficios de escriuanias y notarias publicas, que las nuestras ciudades, villas y lugares, tienen por privilegio, o han tenido los dichos oficios por espacio de quarenta años, que les sean guardados: quæ leges, iuncta vna cum alia, destructe videntur totum ius commune, & Regium: nam lex 8. dicit quod consuetudo antiqua habet vim privilegij, lex autem 10. dicit, quod præscriptio 40. annorum sufficit civitatibus ad hoc, vt possint talia officia deinceps providere. Et licet prima lex sentiat aperte, illam esse præscriptionem immemoriam, de qua alia leges loquuntur, & quæ Principis privilegio æquiparatur: l. 10. aperte sentit, quod consuetudo antiqua & immemorialis dicitur per 40. annos, quod est impossibile secundum ius & rationem. Et postquam hæc scripseram, & consideraueram contrarietatem & difficultatem prædictarum legum, inveni, quod Gregor. Lop. in l. 3. tit. 19. part. 3. in glos. in verb. otorgasse, concordat leges has, & dicit, quod l. 8. loquitur in proprietate: l. autem 10. loquitur in possessione, quia Tabellionum creatio est de re servatis Principi, vt probatur in d. l. 3. & notat Innocen. in c. cum P. tabellio, de fide instrumentorum, & Abb. in c. super. quibusdam, §. praterea, de verbor. signifi. & probatur etiam in l. 3. tit. 19. part. 3. notat Auend. in tract. de exequend. mand. Regii, cap. 10. num. 1. fol. 77. Et ideo ad præscribendam in proprietate creationem illorum officiorum, est necessaria præscriptio immemorialis, sicut in aliis rebus quæ sunt Principi reservatæ: vt latius tractat Greg. Lop.

240 Qui intellectus licet sit aliquantulum coloratus, maxime ad evitandam dictarum legum contrarietatem, & ne videatur d. l. 10. corrigere d. l. 8. & mihi tamen non satisfacit hæc concordia, & videtur intellectus diuinatorius; & idem existimat Burg. de Paz in l. 2. Tauri, p. 2. num. 163. fol. 313. qui dicit intellectum Gregor. esse diuinatorium, quod etiam tradit Azeued. in Curia Pisan. lib. 1. cap. 13. num. 7. fol. 24. maxime quia non est credendum, quod ad acquirendam possessionem creandi illa officia requirantur quadraginta anni, quia ad acquirendam possessionem, vnus annus sufficit, l. 1. tit. 13. lib. 3. ordinamentum, quæ originem habuit à cap. 1. Si de investitura feudorum l. 1. oritur inter dominum & vassallum, quæ iura explicauit in 3. p. huius operis, q. 6. nisi dicamus, quod est specialis in creatione Tabellionum, quæ est de re servatis Principi, & in aliis similibus rebus, quod requiritur tempus quadraginta annorum ad acquirendam possessionem. Sed hæc saluatio procedere non potest per dispositionem d. l. 6. tit. 13. lib. 3. ordinamentum, ex qua patet, quod ad præscribendam iurisdictionem civilem, quæ est multo maioris importantiæ, & momenti, quam Tabellionum creatio, sufficiunt quadraginta anni. Igitur obseruandum videtur, quod requiritur tantum tempus ad acquirendam possessionem creationis Tabellionum, sicut ad acquirendam iurisdictionem civilem in proprietate.

241 Nec mihi placet intellectus datus ad legem per maximam practicum Auend. in p. 1. de exequend. mand. Regii, d. c. 10. num. 3. qui in effectu concludit, quod d. l. 1. corrigitur per d. l. 10. quia id non est verisimile, nec credendum in duabus legibus aded coniunctis. Ad quarum legum etiam intellectum (vt obiter hoc non omitram) vide quæ scribit Glos. Parisien. in 1. p. consue-

itudin. Parisiens. §. 1. gloss. 5. num. 56. fol. 33. intellectum tamen Gregor. Lopez amplectitur hodie l. 1. tit. 2. lib. 2. ordinamentum noui. In materia præsentis quæstionis amaduerto cauendum esse à quodam dicto Domini Antonij de Padilla in l. si aquam, num. 56. C. de seruitutibus & aqua: vbi dicit quod fortasse l. 4. Tauri hodie l. 1. tit. 7. lib. 5. Recopil. non est trahenda ad alios casus; quod est contra l. 1. & 8. tit. 15. lib. 4. Recopilat. & contra alia plura iura. In materia autem Canonica credo, quod d. l. 1. non procedit iuxta iura vulgata; ad quod est amaduertendum.

242 Et ex prædictis apparet quætra sit virtus præscriptionis aut consuetudinis immemorialis, & vt dictum est, inter alia privilegia, quibus potitur, est, quod habet vim privilegij: & quamuis id de iure communi per coniecturas fere probaretur, id clare docet d. l. 8. tit. 1. lib. 6. ordinamentum. & idem l. 2. tit. 11. lib. 4. ordinamentum. & est expressa & singularis l. 16. iuncta l. 15. præcedenti, tit. 27. lib. 9. Recopil. & l. 3. tit. 2. lib. 7. Recopil. nota tur per Ias. in l. quominus, num. 41. cum aliis, ff. de flumin. Episcop. Conarr. in c. cum in officio, num. 9. fol. 58. de testam. Hippolyt. sing. 8. Tu habes: Deci. in conf. 75. num. 2. & conf. 496. n. 5. conf. 573. Anton. Peregrin. in tract. de iure fisci, lib. 6. tit. 8. num. 5. pag. 384. qui id tradit in tributis debitis Principi, & in aliis similibus rebus. Rebuff. in c. nulla, de concessione præbende, pag. 432. col. 1. & in cap. extirpanda, §. qui vero, de præbend. pag. 401. Menoch. de arbitrariis, casu 43. vbi alia tradit quæ operatur præscriptio immemorialis; & notanter idem Menoch. in tractat. de præsumptionibus lib. 3. præsumpt. 131. num. 38. cum sequentibus, pag. 453. Aym. in dicto tractatu de antiquis tempor. part. 4. num. 127. cum aliis, fol. 267. vbi inter alia meminit egræ doctrinæ Bald. in cap. 1. col. 2. in tit. qua sint Regalia, dicentis quod præscriptio tanti temporis vim habet privilegij concessi à Principe, etiam ex certa scientia; sequitur Deci. in conf. 469. col. 2.

243 Et quod præscriptio immemorialis, & privilegium per Principis æquiparatur, constat expressè ex l. 2. tit. 13. de los retores, l. 6. Recop. in finalibus verbis. Et quod præscriptio immemorialis habeat vim legis, probatur in l. 1. §. fin. & in l. in summa, ff. de aqua pluuiæ arcend. & tradit Paris. in conf. 101. num. 8. lib. 2. qui varia & singularia congerit per in fauorem præscriptionis immemorialis, & præscriptionis centum annorum: & an præscriptio immemorialis sit privilegium fixum explicat notanter Aymon. in tract. de antiquis tempor. p. 4. num. 128. fol. 260. Et regulariter Princeps non potest tollere præscriptionem immemoriam, vt tradit Roland. in conf. 59. lib. 4. num. 18. licet contrarium in suis casibus ostendat l. 2. tit. 15. lib. 4. Recop. & l. 1. tit. 18. lib. 9. Et noto quod licet præscriptio immemorialis habeat vim privilegij; non tamen tam operatur istud tacitum, quam privilegium expressum, vt resoluit Roland. in conf. 66. num. 5. lib. 2. & videnda sunt alia quæ scribit idem Aym. d. loco, nu. 147. cum seqq. Rolan. conf. 100. lib. 4. num. 100. cum seqq. qui plura scribit de virtute præscriptionis immemorialis. Et præscriptio immemorialis potest tantum quantum Principis, secundum Andr. de Ifern. in c. 1. §. flumina, quæ sint Regalia: Gozadin. in conf. 8. numer. 37. Roland. conf. 31. num. 14. lib. 8. & alios, vt per Bursat. in conf. 160. num. 63. lib. 2. vbi num. 64. post alios quos citat, tradit, quod præscriptio per immemorialis habeat vim legis Tiberius

245 Deci. in præf. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 14. fol. 155. tom. 1. Ioan. Azor. institut. moral. lib. 5. cap. 12. pag. 510. qui multa refert. Et regulariter quod privilegio acquiritur potest præscriptio acquiratur, cap. cum contingat, de foro competent. cap. duo simul de offic. Ordin. cum concordantibus, vt per Oldrad. conf. 172. Quia omne, col. 1. Deci. & Glos. Paris. in c. significanti, num. 1. fol. 338. de appellat. Et de virtute, & effectu præscriptionis immemorialis, plura scribit Mascard. in tract. de probat. lib. 3. cor. us. 1215. num. 48. cum seqq. fol. 140. & latius eod. lib. concl. 1372. à n. 16. usque ad num. 51. fol. 316. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 131. n. 40. cum seqq. pag. 430. Paris. in conf. 27. cum sequens lib. 1.

Et

247 Et per præscriptionem per immemoriam præsumitur aliquid acquisitum etiam ex causa onerosa, vt per eundem Roland. conf. 66. num. 44. & 58. lib. 2. Cephal. conf. 342. num. 81. lib. 3. Et in tantum DD. nostri fauerint præscriptioni immemoriam, quod scribit Roland. in conf. 18. num. 18. lib. 4. quod Princeps non potest tollere per præscriptionem immemoriam quod est memoriam mandandum pro intellectu famose l. de Valladolid, hodie l. 3. tit. 10. lib. 5. Recopilat. Et aded verum est quod præscriptio immemorialis habeat vim privilegij; vt ea probata, nihil ulterius inquiratur nec requiratur: quod est notandum, vt probat Aymon conf. 98. num. 24. & est singulare, si verum est; & mala fides cessat ex præscriptione immemoriam; vt tradunt Ripa in cap. cum Ecclesia, num. 99. de caus. possess. & propriet. Carol. Ruin. conf. 118. num. 3. lib. 4. Menoch. lib. 1. de arbitrariis iudicium, casu 43. num. 2. & vbi lex expresse requirit titulum, sufficit præscriptio immemorialis pro titulo; vt probat Chassan. in consuetud. Burgund. tit. de testis forests rubr. 13. §. 2. col. 1458. versic. nescio tamen. Hæc tamen regula quod præscriptio immemoriam habet vim privilegij, procedit per data capacitate in possidente; vt probat Felin. in cap. dilecto, de testibus, Aym. de antiquis tempor. p. 4. num. 128. Chassan. in consuetud. Burg. rubr. 1. §. 2. numero 11. pagin. 101. Rebuff. in rubr. de rescript. numer. 6. pagin. 514. Hippolyt. singul. 43. numero 2. Iosephus Mascard. in tractatu de probationibus, libro 1. conclus. 429. num. 4. fol. 264. Menoch. conf. 89. numer. 79. lib. 1. qui tradit in iure patronatus Antonius Peregrin. in tract. de iure fisci, lib. 6. tit. 8. nu. 18. pag. 395. quod tradit eleganter Aymon. in tract. de antiquis, part. 1. numer. 15. & 4. p. num. 211. fol. 333. Casar Lamberti. in tractat. de iure patron. p. 1. lib. 2. q. 5. & q. 1. num. 13. fol. 39.

250 Quibus congruit alia conclusio singularis, quod prohibita per præscriptionem censetur prohibita præscriptio centenaria, si res sit ex sui natura impræscriptibilis, quia non sit in commercio hominum, secundum Bald. in l. omnes, in fine, C. de præscript. 30. annor. Ripa in l. quominus, n. 101. ff. de flumin. vbi ex hoc, & aliis innumeris præcedentibus, & sequentibus sustentat rigorose contra ea quæ infra scribo, quod exclusa præscriptione, censetur exclusa præscriptio centenaria; & quod data incapacitate, non procedat præscriptio immemorialis, tradunt plures, quos citat Tiber. Decian. in præf. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 14. fol. 155. vbi num. 16. hoc extendit etiam si Papa habeat scientiam consuetudinis; quæ interuenit in tali incapacitate ex Anton. in cap. accedentes, de præscript. Abba. in con. 94. lib. 1. Felin. & Curt. quos citat, & ad doctrinam Felini in d. l. cap. dilecto, de testibus, plures citat Episcop. Couarr. resolut. lib. 1. cap. 17. num. 10. fol. 74. Quæ confirmo ex singulari doctrina, quod tempus per immemoriam non habet vim tituli, quando apparet de titulo vitioso, secundum Paul. de Castro in conf. 423. col. 2. lib. 2. Bellameram, Aymon. Episcop. Couarr. quos citat Menoch. in tract. de præsumptionibus lib. 3. præsumpt. 131. num. 49. ad quos addo Sylvan. in conf. 66. numer. 28. fol. 119. lib. 1. Curtium in tract. de feud. p. 2. quæst. 3. num. 11. pag. 98. Auend. in tract. de exequend. mandat. c. 12. num. 32. fol. 91. Gregor. Lopez in l. 6. tit. 25. par. 4. in glos. magna, post medium, Molin. lib. 2. de primogen. cap. 6. num. 75. fol. 269. Mascard. lib. 3. conclus. 1372. numer. 75.

252 Pro quibus faciunt infinita quæ refert Anto. Gabr. lib. 5. commun. opinion. tit. de præscriptione, concl. 1. num. 16. pag. 296. & tradit etiam Iacobus Puteus decis. 365. nu. 5. pag. 117. Guillel. Rodoan. in tract. de alienation. rerum Eccles. q. 64. pag. 44. n. 20. quo in loco disputat illam aliam quæstionem, disputatam magna cum altercatione, & ingentibus viribus dimicatam in hac Regali Cancellaria, in lite inter Ecclesiam Cordubensem & Marchionem de Priego, super decimis, per an in decimis sufficit laicis probare præscriptionem immemoriam, vel sit necesse probare talem præscriptionem cum fama privilegij ante Concilium Lateranense? Rebuff. in c. ex-

253 tirpanda, §. qui a vero, de præbendis, in volumine repetitorium, pag. 410. col. 2. vbi cumulat aliqua, quæ quæri possunt privilegio, & non præscriptione immemoriam; Azeued. in l. 1. tit. 5. lib. 2. Recopil. numer. 20. & 21. pagin. 92. Gregor. Lopez in l. 23. tit. 20. part. 1. nouissime Menochius in tract. de præsumptionibus lib. 6. præsumpt. 86. fol. 146. Anron. Peregrin. in tractatu de iure fisci lib. 6. num. 22. pag. 386. Et pro ista conclusione faciunt quæ scribit Iacob. Pute. decis. 466. part. 2. Casar Lambert. in tract. de iure patron. lib. 1. part. 1. art. 3. q. 9. princip. num. 22. fol. 9. col. 4. in fin. & col. seq. Ripa in l. quominus, numer. 101. ff. de fluminibus. & prius num. 4. & facit quod tradit Iacob. Pute. decis. 365. part. 1. vbi scribit, quod ad hoc vt Iudex laicus possit cognoscere de spirituali, non sufficit immemoriam, sed requiritur privilegium vel fama privilegij simul cum præscriptione: Et confirmo, quia possessio non potest locum habere in his, quæ dependent ex concessione Principis, nec sufficit, secundum Bellamer. decis. 433. per l. prim. §. permittitur ff. de aqua quotidiana & flumina: & addo Tiberium Decian. d. c. 9. num. 150. & faciunt scripta per eundem Decian. eodem c. nu. 67. & illa quæ non sunt quæstibilia sine autoritate Principis, non acquiruntur per tolerantiam, c. iam dudum, de præbend. tradunt Dominicus in c. 2. de præbendis, num. 13. & Francisc. num. 10.

254 Ex prædictis etiam inferitur veram esse sententiam Auend. quam habuit in practica multoties lib. 1. de exequend. mand. c. 4. num. 6. vers. si vero occupat, dicentis, quod quando in villis vel locis est consuetudo; quod terra per montuosæ in xerbida sicut occupatis per solam consuetudinem, seruanda est; quamuis regulatiter istæ terræ occupari non possint absque licentia Principis, & consensu populi, vt latius cauetur in legibus Regalibus, quas ipse refert: quia cum hæc consuetudo habeat vim privilegij Principis, seruanda est, perinde ac si quis ex privilegio Principis haberet illas terras: pro quo vltra prædicta facit, quia etiam ea quæ sunt Principi, aut Papæ referuata, possunt quæri præscriptione immemoriam, secundum Abb. in c. olim, num. 3. de præscriptionibus, Ias. in l. Imperium, num. 20. ff. de iurisdict. omnium iud. & in d. l. quominus, num. 4. ff. de fluminibus. DD. in c. 1. de præscript. in c. Balb. de præscript. 2. par. 3. part. 4. c. 4. p. 5. part. 9. 6. col. 4. num. 15.

255 Ex prædicta autem æquiparatione, quam leges & DD. nostri faciunt de privilegio Principis cum præscriptione immemoriam, summa cum ratione dubitari potest, per an in casibus in quibus per aliquas leges Regni privilegia non debeant obseruari, nisi sint posita in libris saluatorum, vt in casu l. 9. tit. 27. lib. 9. Recop. & in aliis similibus, sufficiat probare præscriptionem immemoriam? Et magis videtur quod non sufficiat, ne plus opereatur præscriptio immemoriam, quam singulari privilegio & dispositio Principis: pro qua conclusione pondero, l. 1. tit. 18. lib. 9. Recop. vbi ad exemptionem gabellatum non sufficit præscriptio immemoriam, nisi quis ostendat privilegium scriptum in libris saluatorum, licet in contrariis facit singularis l. 16. d. tit. 27. lib. 9. Recop. quæ magnam vim dat præscriptioni immemoriam, & magis quam privilegio, quod est noui & singulare, & in practica contingit; & plura extraordinaria de virtute præscriptionis immemoriam scribit Bursat. in con. 160. n. 60. cum seqq. lib. 2. & Ioan. Garc. in tract. de nobilitate, glos. 12. nu. 54. cum seqq. fol. 270. Et licet præscriptio immemoriam habeat vim privilegij, non tamen est privilegium vt tradit Barth. Socin. in conf. 260. n. 22. lib. 2. Quia in re est etiam scitu dignum, & maxime necessarium in practica, quod scribit Felin. in c. accedentes, nu. 6. de præscriptione. vbi dicit quod ad hoc vt aliquis totum faciat fundamentum in præscriptione immemoriam, debet esse cautus, quod non solum faciat fundamentum in sola præscriptione, sed debet allegare titulum, & ad probationem tituli, præscriptionem immemoriam; quod refert & confirmat Curt. Iun. in conf. 58. num. 16. lib. 1. quos citat Aym. vbi agit de veritate iuris opinionis, in tract. de antiquis tempor. p. 4. num. 150. fol. 285. Iacob. Pute. decis. 456. nu. 2. p. 2. P. g. Auend.

Auend.p.1.de exequend.mandar.c.4. num. 9. vers. & hoc patet, fol. 84. col. 1.

Secundò in practica infertur, quod licet ad sententiam consuetudinis requiratur scientia Principis, vt in l. 3. & 6. tit. 2. p. 1. de quo post alios Chassan. in consuetudin. Burg. in proemio, pag. 24. & in conclus. consuetud. pag. 1499. Hoc est verum in consuetudine simplici; seu eius autem in consuetudine immemoriali; quia in præscriptione immemoriali non requiritur scientia Principis, secundum Bald. in c. 1. que sint Regalia; & est verior & communior opinio secundum Alex. in conf. 6. n. 4. lib. 1. vbi Glof. Paris. plures concordantes refert, & eam sequitur & confirmat Deci. conf. 85. nu. 2. & idem tenet Alexand. in conf. 26. num. 15. & in conf. 24. n. 16. lib. 5. tradit Aym. d. tract. p. 4. num. 130. cum alijs, & est communior opinio secundum Anton. Gabr. lib. 5. commun. opin. tit. de præscription. conclus. 1. n. 59. ad quem addo Rolan. com. 100. num. 303. lib. 4. & vol. 1. commun. opi. lib. 14. pag. 165. vers. nota, quod præscriptio: vbi tradit ea quæ sunt de iure Regio, Auiles in c. 13. correctorum, verb. alcualas: Ducnas regn. 141. limit. 4. Ioann. Gutier. in qua. practicijs, lib. 1. q. 85. Azeued. in l. 1. tit. 11. lib. 6. Recop. n. 11. fol. 83. & in l. 1. tit. 2. lib. 7. num. 2. fol. 118.

259 Et est recepta sententia, quod in præscriptione ÷ immemoriali non est necessarium probare scientiam eius, contra quem præscribitur; secundum Glof. & Angel. in l. hoc iure, §. ductus aqua, ff. de aqua quot. & est. & alios plures, quos nouissime citat Matienço in l. 1. glof. 6. n. 7. lib. 5. Recopil. fol. 166. ad quem addo Balb. in tract. præscrip. 2. p. 4. par. princ. quæst. 1. num. 14. pag. 281. Decif. Pedem. 101. nu. 20. qui tamen limitat in præscriptione ÷ iurium incorporalium post Couar. quem citat in reg. possessor. de reg. iur. in 6. relect. 2. in initio, nu. 8. Rebuf. in c. cum Eccllesia Sutrina, in glof. in verb. tuum Episcop. de caus. possess. & propriet. pag. 305. col. 2. & hanc conclusionem probat ex infinitis Authoribus, nouissime Ioseph. Mascard. in tract. de probation. lib. 3. concl. 114. n. 4. 2. fol. 139. & concl. 137. 2. num. 51. fol. 138. & ego etiam de hoc egi par. 1. num. 62.

261 Ex quo etiam infertur, quod licet ex l. 5. d. tit. 2. ad probationem consuetudinis requirantur ÷ duo iudicia: quod explicat ibi Greg. Lop. in glo. in verb. fueron dados: late Iosephus Ludou. dec. 62. n. 18. qui aliqua in ista matetia scribit, Auend. in dictionario. fo. 180. Molin. lib. 2. do primog. c. 9. n. 27. fol. 254. Si tamen probatur immemorialis consuetudo, non est necesse probare duo iudicia fuisse data.

262 Ex his etiam infertur intellectus ad l. 6. ÷ in illis verbis, Excepito en los lugares do segun el fuero dela tierra se acostumbra boluer el tronco al tronco, o la raiz a la raiz. Nam ad probationem huius fori, vel consuetudinis, nec alia requisita particularia, quæ sunt necessaria ad probationem consuetudinis ordinarie, obstant: quia consuetudo immemorialis omnes defectus supplet, tanquam habens priuilegij vim. Et ad alia plura in priori infertur potest intellectus, & de questione, an in consuetudine exigatur scientia Principis? inde D. Burg. de Paz in l. 1. Tauri, num. 223. Auendan. in dict. dictionario, verb. Consuetudo, fol. 179. nouissime Azeue. in l. 1. 4. tit. 1. lib. 4. Recopilat. num. 8. fol. 26. & idem in l. 1. tit. 2. lib. 7. Recopilat. num. 2. & 3. fol. 118. Ahumada in l. 3. tit. 2. par. 1. glof. 7. fol. 29. & quæ scribo par. 1. q. 62. à num. 27. cum sequentibus; & an ad vim consuetudinis requirantur duo iudicia, verius ÷ videtur esse necessaria, ex l. 5. tit. 2. par. 1. quæ ad hoc est expressa; quamuis eam euadere conuenit contrarium tenendum Auend. in dictionario, verbo, Consuetudo, fol. 180. col. 2. Greg. Lop. in eadem l. 5. & in gl. in verb. fueron dados, & Molina qui hanc vocat communem de iure communi, lib. 2. de primogen. cap. 6. n. 27. fol. 254. ad quem addo Barthol. Socin. in conf. 99. n. 3. lib. 1. Alia etiam specialia habet præscriptio immemorialis contra regulas iuris, quorum aliqua hic breuiter tractabo, quia sunt necessaria pro declaratione nostræ matetia.

264 Primum, quod præscriptio ÷ immemorialis nun-

quam censetur exclusa per quæcunque verba etiam prohibitiua, negatiua, vniuersalia, præscriptionem prohibentia, secundum Bald. & Angel. in l. omnes, C. de præscription. 30. amorum, idem Bald. in l. unica, col. 2. C. de annuali exceptione, & alios plures, quos refert Episcop. Couar. resolut. lib. 3. c. 13. num. 5. & latius Tiraq. lib. 2. de retractu, §. 1. glof. 2. num. 23. pag. 816. vbi n. 24. & 25. refert contrarium tenentes: tradit idem Tiraq. lib. 2. de retractu, §. 1. glof. 10. n. 34. pag. 232. Auend. respon. 16 per totum, Bursat. conf. 23. num. 22. vbi tradit, secus esse si Princeps hoc prohibeat, Matth. de Affl. & in constitut. Neapol. lib. 3. rubr. 31. de præscriptionibus, in par. Consuetud. nu. 19. & in par. Quadragesimæ, num. 2. fol. 309. quibus addo Glof. Paris. qui eleganter tractat. in consuetud. Parisien. tit. 1. de mater. feud. §. 7. num. 12. q. 3. fol. 99. vbi in hoc regulam generalem, & magistraliter tradit, & ideo cautè leges Regales vbicunque excludere volunt præscriptionem, aut consuetudinem immemorialem, id declarant, vt patet per l. 2. si. 25. lib. 4. Ordinanen vbi hoc animaduertit Azeued, num. 10. fol. 374. qui addit l. 3. titulo 1. lib. 2. & idem probatur in l. 2. tit. 2. eodem lib. & l. 1. titulo 18. lib. 9. ordinam. & l. 2. tit. 15. lib. 4. in eadem Recopil. & l. 11. tit. 25. eodem lib. 4. Et idem est in præscriptione ÷ centenaria secundum Angel. in l. 1. C. ne rei domin. vel templ. Aret. conf. 15. Balb. de præscriptionibus, 5. p. 5. part. principal. q. 9. num. 2. fol. 131. Alexand. conf. 60. numer. 2. lib. 1. & alios quos refert Socin. Iun. in consilio 54. numer. 6. & alij, vt per Bursatam in consil. 186. nu. 34. lib. 2. Et notat eleganter in præscriptione immemoriali, Ripa in l. quominus, num. 39. ff. de summijs; quem lecto videt numer. 101. Et præscriptio centum annorum habet vim legis, secundum Matthæ. ab Affl. & decif. 254. & in tit. si de feudo fuerit facta controuersa: §. si quis per viginta, in princ. num. 10. & 11. Paris. in consilio 24. numero 2. libro 1. Menoch. de arbitrarijs, lib. 2. casti 43. Cephal. in conf. 403. num. 37. lib. 3. vbi addit, quod habet vim priuilegij, limitat tamen Felin. in cap. dilecti, num. 4. de maioritate & obedientia, fol. 233. nisi lex dicat, non constante consuetudine, quia non sufficit præscriptio immemorialis.

Quæ si vera sunt, ex illis deducitur, quod famosa lex facta Pincia per Dominum ÷ Regem Ioa. anno 1442. hodie l. 3. tit. 10. de las donaciones, lib. 5. Recopil. in illis verbis, 7 perpetuamente imprescriptibles, non prohibet præscriptionem immemorialem, aut centenariam in præscribendis villis, & ciuitatibus, & alijs quæ sunt de Regali Corona, de quibus in d. l. Confirmatur, quia per hanc dictionem, perpetuo, non ÷ excluditur præscriptio, 267 l. minor, §. statuliberum, ff. de euit. l. prator ait, §. hoc interdito perpetuo, ff. de noui operis nuntiat. constituit Tiraquel. dict. loco, & §. num. 11. cum alijs, quod latissime tradit Roland. in consil. 20. numero 44. cum sequentibus. lib. 2. In quo contrarium tenet Carol. Ruin. in conf. 111. n. 7. lib. 1. qui refert, Angel. in l. 1. ff. de vsucapion. Et hæc dicitio perpetuo, ÷ sumitur secundum subiectam materiam, vt probat Rebuf. in l. nunquam sine liberis, 104. pag. 736. ff. de verbor. signific. Alciat. respons. 203. num. 25. & in dicta præscriptione hoc notanter tradit Alexand. in dict. consil. 60. & de dictione, perpetuo, quid importet in matetia maioratum ÷ traditur per Molinam lib. 1. de primogen. cap. 5. num. 33. fol. 35. & quod verba, in perpetuum, arguant concessionem esse realem, volunt Ancharran. in conf. 327. col. 2. vers. principaliter, Barthol. Socin. in conf. 84. numer. 3. lib. 3. quos, & Barbacium citat Menoch. in tractatu præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. n. 38. pag. 393. vbi addit ex Socino, quod perpetuum illud proprie dicitur, quod est ÷ reale, & non personale, & 270 quod transit cum ipsis rebus ad hæredes: quod est notandum ad ea quæ scribo par. 2. q. 1. de perpetuitate maioratum.

Et de viribus, & effectu istius ÷ dictionis, perpetuo, 271 vltra prædicta, legendi sunt Felin. in proemio Decretalium, §. Rex pacificus, numer. 5. Gratus in consil. 20. numer. 55. lib. 1. Salicet in l. 1. in princ. Cod. quomodo & quando index: Barthol. Socin. in consil. 11. col. 2. vers. insuper,

super lib. 1. Tiraquel. more solito lib. 1. de retractu, §. 1. glof. 9. nu. 221. pag. 200. Notanter Alexand. in consil. 86. num. 2. lib. 1. qui tradit, quod in priuilegijs, hoc verbum, in perpetuum, intelligitur pro vita priuilegiati. Et quod ista verba, perpetuo remaneant in familia, importent fideicommissum, tradit post alios Gratus consil. 8. num. 4. lib. 2. & legenda sunt quæ scribit Auend. in l. 41. Tauri, glo. 3. num. 14. fol. 144. & ista seruiunt pro intellectu l. 27. Tauri famosæ hodie l. 11. titulo 6. lib. 5. Recopila. in illis verbis: Valan para sempre, & est alia famosa l. 40. Tauri, hodie l. 5. titulo 7. lib. 5. in illis verbis, Que 272 siempre el hijo. Et quod ista dicitio ÷ perpetuo denotet infinitatem, tradit ex aliquibus Iacob. Puteus dec. 115. num. 6. part. 1. Parisius in consil. 100. num. 38. libr. 4. & in consil. 39. num. 2. lib. 1. Bertazol. in tractatu clausularum, clausul. 13. glo. 1. num. 2. fol. 76. maxime vbicumque supersunt persone, ad quas refertur, vt per Socin. Iunior in consil. 188. num. 20. lib. 2. faciunt scripta per Simonem de Præ. lib. 4. de interpretand. defunct. volunt. dubitatione 8. num. 84. fol. 398. quæ notanda sunt ad conclusionem, quam scribo infra, q. 21. num. 66. Et faciunt tradita per Alciatum in rubrica de præsumptionibus, n. 67. cum seqq. Et quod per verba, in infinitum, censetur ÷ inductum perpetuum fideicommissum, vultur Barth. Socin. in conf. 250. num. 5. & 6. lib. 2. Curtius Iun. in conf. 121. num. 15. Ayuon in consil. 98. num. 3. Paris. in conf. 18. n. 38. lib. 2. Et alij quos citat Menoch. in conf. 281. n. 1. 2. & 3. lib. 3.

Sed quod verbum, perpetuo intelligatur secundum subiectam materiam tradit Cephal. in consil. 17. num. 33. 274 lib. 1. Et de viribus, & effectu istius ÷ verbi perpetuo scribit Quintilian. Mandatum in proemio, glof. facultatem, fol. 3. col. 4. & fol. 4. per totum, Ioan. Garcia in tractat. de nobilitate, glo. 1. d. 1. gl. 1. num. 23. cum seqq. folio 43. Et quod dicitio perpetuo, iuncta ÷ cum verbo quando- 275 cunque, excludat præscriptionem, tradit Brunus in consil. 111. num. 7. libr. 1. idem Menoch. in consil. 328. num. 96. & in consil. 348. num. 16. lib. 4. Zafius consil. 2. num. 64. lib. 1. Et legendus est Parisius in conf. 33. n. 20. libr. 2. & in consil. 73. num. 18. eodem libr. & in consil. 37. num. 23. eodem, & in consil. 11. num. 12. lib. 4. & in consil. 4. num. 13. Tiberius Decian. consil. 1. num. 22. lib. 1. Nicol. Boerius decisio. 158. num. 1. Et quod dicitio perpetuo denoret præferentiam respectu domus, tradit Paris. in consil. 33. num. 25. & 33. lib. 3. faciunt quæ refert Ant. de Petra in tractat. de fideicommiss. q. 1. num. 56. Et de perpetua vocatione masculinorum, tractat Anton. Perreginus in tractatu de fideicommiss. art. 27. n. 2. fol. 251. & omissus est Petra in eodem tract. q. 8. n. 36.

Limitatur autem hæc conclusio vbicumque consuetudo, vel præscriptio immemorialis dicitur ÷ vt iniqua, & irrationabilis, vt colligitur ex Aretin. in l. cum stipulatus sum à Froento, col. 3. ff. de verbor. obligat. & alios quos refert Episcop. Couar. vbi supra, & in alio casu, vt per Bald. C. de præscription. 30. ann. Felin. in c. accedentes, num. 9. de præscrip. Balb. in tractat. præscription. num. 1. part. 6. & vltim. part. num. 9. vers. tertius decimus, fol. 35. Gregor. Lopez in l. 6. titulo 25. part. 4. in glo. in verbo, Deuen.

Secundo licet regulariter per præscriptionem non acquiritur nisi vile tantum dominium, tamen per præ- 277 scriptionem immemorialem acquiritur dominium ÷ directum, secundum Bald. in auth. nisi, C. de bonis mater. Ias. in §. omnium, n. 73. de actionibus: Chassanæ. in consuetud. Burg. fol. 25. col. 4. n. 4. Mascard. in tract. de probat. libr. 1. conclusio. 548. fol. 333.

Tertium speciale est, quod contra præsumptionem, 278 quæ resultat ex præscriptione immemoriali, ÷ non admittitur probatio in contrarium, sed solum admittitur probatio, quod non sit lapsus tantum tempus, vt per Felin. in cap. de quarta, de præscriptionibus, & salios quos refert Agid. Bossi. in præcrim. tit. de Regalijs, pag. 673. quod intelligit Parisius conf. 27. num. 121. lib. 1. quando in tali præscriptione concurrunt requisita, & non est nutritiua peccati.

Alia plura adducere poteram in hac matetia præ- 279 scriptionis immemorialis contra iura specialia, quæ reperiuntur apud prædictos DD. & in Glof. in c. 1. in verbo, Memoria, de præscriptionibus in 6. vbi late DD. & per Oldrad. in conf. 72. n. 20. Ioan. Lop. in repetitione, c. per vestras, de donationibus inter virum & uxorem, col. 798 in parte maioratus, num. 24. pag. 436. in vers. sed est pulchra dubitatio, num. 48. pag. mibi 310. Suarez in l. quoniam in prioribus, fol. 75. col. 1. Gregor. Lop. in l. vlt. tit. 9. p. 4. & in l. 6. tit. 29. p. 3. in glo. in verbo, La justicia, & in l. 3. in glof. 1. tit. 2. p. 1. Episc. Couar. in regu. possessor. fol. 32. col. 2. Alex. in consil. 173. viso lib. 6. in quibus locis etiam tractatur de probatione præscriptionis immemorialis. Et quod per instrumenta antiqua probetur præscriptio immemorialis, volunt Felin. in c. cum causam, n. 6. de probationibus. Dec. in conf. 42. n. 9. & in conf. 428. & 438. Olasc. decif. 69. Riminald. Sim. de Præ. Ant. Gabr. Menoch. & alij plures, quos citat Valdes in additionibus ad Suarez allegatio. 6. pag. 80.

In qua matetia expedit omnino scire singularem & extraordinariam conclusionem: quod licet contra præ- 280 scriptionem immemorialem, & præsumptionem ex illa resultantem non admittatur ÷ probatio in contrarium, admittitur probatio ad effectum petendi restitutionem in integrum; resoluit Carol. Ruin. in consil. 103. num. 21. lib. 4. qui ad hoc allegauit Cyn. in l. 1. C. de condit. indebit. Specul. tit. de executione, §. fin. vers. illud, Angel. in l. 2. §. item cum ipse, ff. ad l. Falcid. Ant. de Butr. in c. suborta, de re iudi. Imol. in l. Imperatores, eod. tit. Alex. in l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verbor. oblig. & idem concludit Sfor. Oddi, de in integrum restitutione, p. 1. q. 17. art. 9. num. 51. pag. 407. & p. 2. q. 89. art. 7. n. 29. pag. 920. de qua conclusione Carol. Ruin. & aliorum, legi debet Mascard. in tract. de probationibus, lib. 3. conclus. 115. num. 52. fol. 140. notanter Bursat. qui late refert plures dicentes contrariam esse communem opinionem, conf. 160. n. 74. lib. 2.

Lectores animaduertant vnum, quod quotidie est necessarium, scilicet, quod vis, & effectus præscriptionis immemorialis ÷ non cessat ex eo, quod reperitur alia 281 qua sententia, licet sit nulla, in qua declaratur idem quod prætenditur per præscriptionem immemorialem, nec ex hoc probatur initium præscriptionis immemorialis, nec nouam speciem inducit, sed dicitur continuatio 282 præscriptionis, quia sententiæ ÷ natura est declarare ius vetus, non de nouo inducere, l. Pomponius, §. Scium, ff. de acquirend. possess. l. sciti, §. si quaratur, ff. si seruitus vendicetur, l. quid tamen, §. si arbiter ff. de arbitrijs, l. si prator, ff. de iudicijs, notat in quadam questione pascuorum, Com. conf. 188. num. 8. lib. 4. Gomez in reg. de annuali possessor. q. 44. pag. 582. Ioan. Faber, in §. 1. num. 11. Insist. de oblig. Alciat. reg. 1. præsumpt. 36. nu. 3. & 4. & vers. 120. num. 6. & respons. 17. num. 12. & Tiber. Decian. consil. 244. num. 133. lib. 1. Andr. de Isernia in c. 1. num. 8. & 9. quo tempor. miles, Bursatus in consil. 187. num. 12. lib. 2. Ferrar. in practica, in part. Primo quidem pronunciamus, in titulo, de forma sententiæ, num. 2. pagin. 197. & in forma libelli, act. realis, num. 55. pagin. 21. in parte, iure domini, vel quasi, Rebuf. in praxi beneficijs, titulo, de differentijs inter rescripta gratia, & iustitia, pagin. 112. vers. decimo septimo, qui addit text. in l. ex diuerso, §. vbi, ff. de rei vendicac. & vult etiam Abb. in cap. vltim. num. 31. de præscriptionibus, tradit late Ias. in l. ex hoc iure, num. 44. ff. de iustitia & iure; ad quod addo Bar. intelligentem matetiam, & limitantem in l. excepto, ff. de exception. rei iudicata, per l. si quis rem, ff. eodem tit. Imol. in cap. proposuit, de concess. præbend. Roman. in dict. §. si in sub. in l. Pomponius, ff. de acqu. poss. vbi Alexand. num. 12. Socin. Iun. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 104. fol. 56. ff. de acquir. end. possessione, Auiles in capitulis correctorum, cap. 1. in verbo, A las partes, num. 6. fol. 46. Bald. in l. 1. num. 23. C. de furtijs, facit l. non quemadmodum, & l. non potest, ff. de iudicijs, Gl. in cap. nouis, verbo publican. de appellat. & doctrinam Bald. in l. 1. num. 19. C. de serujs fugitiuis, vbi vult quod præscriptio & sententia

tentia non sunt contraria; quem citat Balb. in tractat. præscription. 5. part. 5. par. quæst. 2. num. 1. pagin. 516. quod dignum notatu est ad lites Nobilitatis, & impositionum & pascuorum, in quibus aliquæ sententiæ antiquæ reducuntur. Et quod ubicumque quis est in possessione per præscriptionem, non requiratur sententia, resoluit Matthæ. ab Afflic. in app. 1. quo tempore miles, num. 39. fol. 81. Quod confirmatur ex regula; quod sententia non inducit quæ novationem primæ actionis, secundum gl. in l. duobus, ff. de except. rei iudicata, Bart. in l. 1. C. de ind. & in l. nepoti, ff. de fundo instr. Matthæ. de Afflic. decisione Neapolit. 93. Si fuit actum, num. 3. notanter Iaf. in conf. 16. num. 2. Ripa in l. miles, §. fin. num. 6. folio 226. ff. de re iud. Iaf. in l. si domus, §. de evizione, numer. 16. fol. 117. ff. de lega. 1. Et si in sententia, sicut quotidie videtur, inferatur contractus privilegium, non solum oritur actio in factum ex sententia, sed actio utilis ex contractu, ut per Iaf. in l. Iulianus, numer. 17. fol. 203. ff. de condi. indeb.

284 Et sententia lata pro actore quæ conservat veterem actionem, & addit novam, l. edenter, ff. de re iudicat. vbi notat Paul. Castren. & Zasius pecunia. 4. & 5. qui pulchrum dicit, Abb. in cap. fin. num. 31. de præscriptionibus, fol. 46. Iaf. in l. miles, §. fin. num. 8. & 9. ff. de re iud. Quibus est addendum, quod sententia dat iustum titulum ad præscribendum, dicit l. Pomponius, §. si iustus, ff. de acquir. possess. vbi notatur: l. 3. §. idem querit, ff. de rebus eorum: notat Alexan. conf. 24. num. 19. lib. 5. qui hoc ampliat in titulo transactionis, Aym. conf. 148. num. 7. Cephal. conf. 3. num. 126. & in conf. 168. num. 46. & in conf. 215. num. 4. lib. 2. August. Berol. in conf. 94. numer. 5. lib. 3. Et ex sententia transfertur dominium, l. statu liberi, §. 1. ff. de statu liber. volunt Bart. in dict. l. exceptio, ff. de except. rei iudicat. Alexand. & alij in dict. §. si iustus, Felin. in cap. cum venerabilis, num. 29. de exceptionibus: & plures, quos citat Rebuf. in l. quod iustus, notabili 2. numer. 193. pag. 98. ff. de re iudicat. de quo lege late Ioan. Garcia in tractat. de nobilitat. glof. 8. §. 1. num. 2. cum sequentibus, pagin. 204. vbi in specie tradit, quod si sententia dat iustum titulum ad præscribendum, eleganter Tiber. Decian. in consil. 124. num. 119. lib. 1. Et legenda sunt quæ scribit Petrus Surd. decis. 40. num. 11. Et sufficit allegare sententiam pro titulo, ut explicat Rebuff. in alio proposito, tom. 3. ad constitutiones Regias, tit. de causa benefic. possessor. art. 9. glo. vnic. num. 29. pro quibus est egregia l. 9. tit. 11. lib. 2. Recop. in vcl. Toro. si quæ conclusio procedit etiam si sententia sit nulla, secundum Glor. in c. si sacerdotis, in glo. magna, ultra medium, 16. q. 3. & voluerunt Balb. in tractat. præscriptionum, 1. part. 3. partis princip. quæst. 11. fol. 28. hodie pag. 182. Cephal. dict. conf. 215. num. 4. lib. 2. Burg. de Paz in conf. 38. num. 23. Arcet. in conf. 35. num. 2. Episcop. Couarr. in epitome de sponsalibus, p. 2. c. 8. §. 1. num. 10. fol. 115.

Et quod titulus nullus, si fuerit per sententiam quæ confirmatus, faciat ius in ista materia, probatur in l. debitor, §. fin. ff. ad Trebell. de quo per Anton. Peregrin. in tract. de fideicommiss. artic. 6. num. 2. fol. 55. Et sententia etiam iniura facit ius, l. 1. §. hoc interdicto, ff. de lib. exhibend. l. seruo iniurto, §. cum prator, ff. ad Trebellia. l. si seruus plurius, §. 1. vers. si tamen, ff. de legat. 1. notat Ferrata in practica, in forma responsionis rei, vers. res indicata, numer. 2. pag. 100. Quæ conclusio limitatur, nisi addit mala fides cum nullitate sententiæ, ut probat Menoch. conf. 2. num. 338. lib. 1. pro quo facit doctrina Alexand. conf. 75. num. 50. lib. 4. vbi scribit, quod sententia lata in fauorem possessoris male fidei, non purgat malam fidem, quem citat Balb. in tract. præscriptionum par. 3. q. 8. pag. 191. Quod confirmo, quia ex sententia iniusta quæ non oritur ius, l. Iulianus, ff. de condi. indeb. notat Cæsar Lambertin. de iure patronatus, lib. 1. par. 29. artic. 11. quæstionis principalis, num. 2. fol. 17. Et licet sententia det iustum titulum ad præscribendum, quæ non tamen probat dominium, nisi sequuta fuerit traditio, vel quasi, secundum Bart. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure, Ripa respons. 94. num. 3.

Erin hac materia animaduertit singulare doctrinam, quæ quotidie proderit ad lites Nobilitatis, & ad alia plura negotia, quod sit transactum est biennium post sententiam latam, quæ non tenetur quis acta producere, & præsumitur pro rectitudine processus, ut volunt Bald. in l. 1. Cod. ne liceat tertio pronocar. Alex. in addition. ad Bart. in l. aliud, ff. quando appelland. sit. Grammat. decis. 24. num. 8. Ioseph. Ludouic. decis. 26. n. 14. late Tiraquell. in tract. de præscription. pag. 69. Et quod sententia nullas vires acquirat ex tempore, quando per eam apparet vitium nullitatis, quæ tradunt Bald. in l. data, C. qui accusare non poss. quem citat Tiraquell. in dict. tract. pag. 69. quod etiam conuenit scire pro sententiis datis in causis Nobilitatis, quæ legenda sunt, & latissime scribit Aym. in tract. de antiquit. temporum, par. 2. per totam, Cephal. in conf. 304. num. 152. lib. 3. Gram. dec. 24. num. 9.

Prædictis conuenit, quod privilegium nouum non tollit antiquum, secundum Alex. in l. si Reasius notabil. 2. C. de testa. militum, & in l. 1. col. 3. ff. de leg. 1. quem ad hoc citat Balb. in tract. præscription. 1. p. 5. par. princip. n. 9. pag. 396 qui ad hoc allegat tex. & Bal. in l. 2. in verb. minime defraudata, C. de constit. pecunia, quæ omnia notanda sunt pro intellectu legis 12. tit. 1. lib. 2. Recop. vbi statuitur quod sententia lata in causa Nobilitatis est nulla, nisi lata fuit cum fisco, & procuratore Regio, & cum communitate: de qua quæstione tractat Otalo. in tract. de nobilit. 3. p. 3. p. princip. c. 4. m. 2. fol. 253. pro quo facit sententia Bald. in l. data, n. 90. vers. quid si bannitus, C. qui accusare non poss. vbi vult, quod sententia quæ nulla, ex nullo tempore vires acquirat, cum ex forma ipsius habet vitium nullitatis, per c. vnde queritur, 25. q. 2. l. ex initio, C. de falsis, notat Tiraquell. in tr. præscription. pag. 68. vers. postremo hoc intelligas, ad quos addo Alex. in conf. 74. num. 50. lib. 4. Et quod si præscriptio immemorialis possit allegari ex aliqua scriptura, licet in articulis non contineatur, tradit Felin. in cap. causam quæ, num. 7. de præscriptionib. Iacob. Putc. dec. 205. num. 4. p. 1.

S V M M A R I V M.

- 295 In præscriptione immemoriali an sit necessaria pacifica possessio.
- 296 Auctores sententia.
- 297 Intellectus ad pragmaticam impositionem, & n. 298.
- 299 In præscriptione immemoriali, si testes dicant vidisse rem aliquam esse maioratus per quadraginta annos, vel circa, quid operetur dictio, Circa.
- 300 Diffinitiones A3ab, ex, de, intra, ad, quid operentur, remissive.
- 301 Consuetudo, seu præscriptio immemorialis per scripturam probatur.
- 302 In probandis primogeniis antiquis, in quibus testes oculati reperiri non possunt, sufficiunt testes de auditu, & num. 306. & 339. Quid si appareant scripturæ de fundatione maioratus, num. 335. & 354.
- 303 Quid in fundo, & n. 337.
- 304 Quid in fideicommissio, num. 308. & 352.
- 305 Quid in iurisdictione, num. 305.
- 307 Quid in iure patronatus.
- 309 In antiquis probationes per coniecturas sufficiunt, & num. 338.
- 310 Antiquitati multum est tribuendum.
- 311 Dominium in antiquis per famam an probetur, & num. 313.
- 312 Antiquitati quot specialia in iure concedantur.
- 314 Instrumenta antiqua inter alios celebrata Tertio an prædicent.
- 315 Apecta antiqua quam probationem faciat.
- 316 Ius patronatus an probetur per literas antiquas in marmoribus scriptas.
- 317 In antiquis verba enunciativa probant.
- 318 Scriptura in aere, vel lapidibus, qualiter probent, ut sunt illa quæ de Reliquiis in Monte Sancto Granatensis reperita sunt.

- 319 Instrumentum antiquum filiationem probat.
- 320 Sententia de antiquo præsumitur lata, parte citata.
- 322 In instrumento antiquo, in quo sit mentio de constituto, præsumitur possessionem fuisse apud constituentem.
- 323 Observantia est privilegiorum interpret. Mentem Principis offendit, num. 326. statuum declarat, num. 317.
- 324 De emphyteusis fundatione cum non apparet, præsumitur secundum solutiones precedentes.
- 325 Posteriores inuestitura facta in fauorem masculorum declarant, quod priores inuestitura fuerunt de masculis.
- 327 Privilegia recipiunt interpretationem à communi usu & practica, & n. 330.
- 328 Qualitas rei per præscriptionem declaratur.
- 329 Copia testamenti ex obseruatione approbata censetur.
- 331 In consuetudine interpretatiua an requiratur temporis præscriptio.
- 332 Animus precedens ex actibus sequentibus declaratur.
- 333 Maritus si disponat de aliquo castro uxoris, & illa & heredes per multum & antiquam tempus taceant, consentire videntur.
- 334 Maioratus ordo cum iuxta testamenti formam fuit obseruatus inter masculos primogeniti conditione positos, apparet fuisse dispositum vocatos propter obseruantiam subsequutam.
- 335 Limitatur l. c. 41. que loquitur de præscriptione rerum maioratus, & nu. 353. 355. 358. 376. vbi doctrina quadam Orosij reicitur.
- 340 Origo per communem opinionem probatur.
- 341 Fama an probet dominium in antiquis.
- 342 Descendens antiqua & filiatio qualiter per historias probetur.
- 343 Testes de auditu an sufficiant ad probandam parentelam.
- 344 Primogenitus si semper prouidebat fratribus de necessariis, an successores idem facere teneantur.
- 345 Alimenta que filius primogenitus tenebatur dare fratribus, an repetere possint a primogenito.
- 346 Actus & consensus taciti stricte debent interpretari.
- 347 Hæres qui soluit legatum testamenti perfecti, an teneatur soluere cetera legata eiusdem testamenti.
- 348 Ex causa necessitatis cum quis aliquid facere teneatur, præsumitur facere quantum necessitas exigit.
- 349 Præscriptio decimarum an comprehendat noualia aliis unita.
- 350 Actus tacitus non est tanta potentia quanta expressus ad inducendam ex eo specialitatem contra iuris regulas.
- 351 Maioratus qui auctor non est, non potest obligare descendentes, nec eis præiudicare.
- 356 Lex ponens certos modos probandi an excludat alios.
- 359 Filius an possit exheredari ultra casus in legibus contentos.
- 360 Maioratus scriptura & prima fundatio si non appareat, & Princeps in aliqua scriptura dicat bona esse maioratus, & super tali scriptura Principis assertio fundetur bona esse maioratus probantur.
- 361 Si testes deponant alicuius rei memoriam extare, alij contrarium quibus sit standum.
- 362 Præscriptioni immemoriali assistit iuris præsumptio.
- 363 Consuetudo succedendi in aliqua agnatione quid operetur.
- 364 Vnus actus interueniens ante completam præscriptionem, interruptit præscriptionem primogenituræ.
- 365 Maioratus probatur per sententiam, in qua declaratum fuit bona esse de maioratu.
- 366 Præscriptio quadraginta annorum cum titulo an sufficiat ad probationem maioratus, & num. 371. Quid

in causa nobilitatis, num. 372.

367 Oblitio an præsumatur in re memorabili? Sententia negans & vera, & n. 370. Affirmans, n. 368.

369 Ignorantia in factis Nobilitum non præsumitur.

373 Lex 45. Tauri an procedat in maioratu, de quo constat per præscriptionem.

374 Auctores sententia, & n. 375.

377 Restitutio potest peti aduersus præscriptionem immemorabilem ratione ignorantia.

378 Ius patronatus ut probetur, quadragenaria præscriptio sufficit.

Notandum etiam est, quod in præscriptione immemoriali non est necessaria pacifica possessio, ut ex text. in hac autem, ff. de seruit. urban. prædiorum, & cap. Abbate sanè, de verborum significat. tenet Olibrad. conf. 172. num. 9. in contrarium tamen facit l. 6. tit. 13. lib. 3. Ordinament. ibi: No seyendo probado, que en este tiempo le fue conradicho per alguno de los Reyes, facit l. 1. tit. 14. lib. 4. Recopilat. l. 1. tit. 10. lib. 5. eiusdem Recopilation. & idem dicit Gloss. in Clement. ultim. in verbis ante, de sequestrat. possess. quod non dicitur pacifica possessio quando lis mouetur super petitorio, cuius Glossæ materia est opulenta, & eam tractat Felin. in c. cum Ioannes, num. 33. de fide instrumentorum, Dec. in c. 2. notab. 2. de confirma. vtil. vel inuit. Rebuff. in tract. de pacifico possess. num. 99. & num. 197. pag. 301. & Peralt. in l. Manio, §. fundo num. 19. pag. 536. ff. de leg. 2. Decif. Rotæ 36. in amignis, Ripa in rubric. de caus. poss. & propr. num. 39.

Sed in hoc puncto distingui potest; nam si contradictio fuit iudicialis, ex illa interruptitur, tam possessio, quam proprietates, iuxta nouam dispositionem text. l. 61. Tauri, quæ est hodie l. 7. tit. 15. lib. 4. Ordinam. & similia, quæ in locis ordinariis tractantur, & ita intelligitur dict. l. Ordinamen. si verò contradictio fuit extraiudicialis, & illa non obstante possidens possessionem continuauit, firmior possessio, & consequenter præscriptio remanet, argumento notatorum per Gloss. & DD. in l. qui luminibus, ff. de seruit. urbanorum prædiorum. & in l. alius, C. de seruicibus & aqua: & in l. sequitur, §. si viam, de vsucap. & eius, quod scribit Angel. in l. cum noiffimi, §. illud, de præscript. 30. annorum. & hanc sententiam postea clare sentit d. l. Ordiam. ibi: Haciendo los llamar a juyzio sobre ellos, con conocimiento de causa.

Ex quo inferitur intellectus ad pragmaticam impositionem, quæ exigit probationem præscriptionis immemorialis ad hoc, ut Domini habere possint impositiones; nam quamuis vassalli alicui extraiudicialiter contradicant, si nihilominus soluent impositiones, ex eo præscriptio immemorialis non habet minus vigoris. Quamuis huic illationi aduersetur, quod vassalli illorum, qui iurisdictionem habent, quamuis extraiudicialiter sentientes onus, per vicos & plateas contradicant, & murmurent nec audeant in iudicio contradicere; si constat quod vassalli inuiti semper has impositiones soluerunt, credo, quod eis non præiudicabit præscriptio immemorialis; argumento illorum quæ notantur per Ioann. Andr. & alios in dict. c. quod latenter. de regulis iuris, & dict. l. Ordinament. & alia supra in hac quæstione adducta: nam cum sit verisimile, quod contradictio iudicialis fuit ommissa per tantum tempus, ex eo quod vassalli ausi non fuerunt facere contradictionem, eiusdem effectus est, ac si fuisset facta contradictio iudicialis; & facit l. si per impressionem, C. quod metus causa: ad quod facit quod eleganter in materia practicable scribit Aym. in consil. 292. num. 2. cum seqq. vbi probat, quod si custodes ciuitatis impediunt alicuius pastum, conservant possessionem ciuitatis per talem custodiam, & contradictionem; & idem Rip. in consil. 14. num. 7.

Et certe cum considero, mecumque remouo, quantis molestiis, & laboribus, & carceribus afficiuntur illi, qui vel cogitatione tentant in minimo quodpiam

Domitorum potentia adversari, qui volunt percipi-
tas has impositiones praedicta sententia magis mihi
1298 t' applauder; licet huic conclusioni contradicat ex-
precise Auend. in tract. de exequend. manda. 2. part. cap. 4.
num. 10. ubi tenet, quod servitia soluta a vassallis per
tempus immemoriale, praesumuntur ex mera volun-
tate soluta, non ex metu: & cessant (vt ipse dicit)
scripta per Ioann. Andr. in c. 1. de praescript. in 6. & per
Abb. in dist. c. quod latenter. Et quod ex dispositione dicta
Pragmatica, quae de impositionibus loquitur, cesset
praesumptio extorsionis, & violentiae, vbi cumque pro-
batur praescriptio immemorialis, praesupponit, &
tenet Episcop. Couatr. in regul. possessor. de reg. iur. in 6.
2. p. relectionum, §. 4. fol. 35. num. 1. & 5. vers. ego iustissi-
mam, & idem tenet Iacob. Pate. decis. 58. per totam 1. p.
Quorum sententiam ego sequor vbi cumque non appa-
ret per testes de extorsione, vi, atque tyrannide, qui
deponant de visu, & auditu antiquorum; quia si de
hoc testes adint, non habet locum dicta Pragmatica,
nec praescriptio immemorialis iuuabit, quod patet per
dictam regulam possessor. & ex aliis supra scriptis.
Et ad probandum generalem consuetudinem, & ob-
seruantiam sufficientes testes singulares, secundum A-
lexand. in consil. 172. lib. 2. Curt. in tract. de feudis, p. 1.
c. 1. num. 24. pag. 14. Alia autem plura, quae sunt spe-
cialia in praescriptione immemoriali necessaria pro
intellectu istius materiae, congerit Anton. Gabriel in
loco allegato, num. 1. cum aliis, pag. 294. ad quem addo,
quod in praescriptione immemoriali est probandum,
praescriptionem fuisse impletam ante litem motam, vt
tradit Ias. in l. is qui putat, num. 12. §. ff. de acquirend.
heredit. vt probat Ioseph. Pedemont. 101. num. 41.
Et addo etiam, quod praescriptio immemorialis ha-
bet vim publici instrumenti, secundum Afflict. de-
cis. 239. num. 6. Et plura notabilia, & elegantia de
vicibus, & virtute praescriptionis immemorialis cum-
ulat. Burlar. consil. 127. n. 25. cum seqq. lib. 2.
Vidi dubitari circa materiam praescriptionis im-
memorialis, si testes dicant vidisse rem aliquam esse
maioratus per quadraginta annos, vel circa, quid
operetur illa dictio (circa) t' & quod relinquatur ar-
bitrio Iudicis, volunt Carol. Ruin. in consil. 130. n. 5.
lib. 1. Rebuff. in praxi beneficii, tit. de dispensatione ratio-
ne etatis, in verbo, sen circa, num. 3. quos citat Menoch.
de arbitrariis iudicium, lib. 2. casu 46. num. 3. qui in casu
sequenti disputat etiam illam quaestionem, quam quo-
tidie in ista materia videbis, quid operetur dictum
testis, quando dixit, quod vidit possidere aliquam
rem per tantos annos, vel plus, post Bartol. & alios
in l. cum furti, ff. de in litem iurand. Guillem. de Cugn. &
Iacob. de Arenis in l. si quis in suo, C. de inofficioso testa-
ment. & alios quos citat. Sed circa istas duas quaestio-
nes, quando testis dicit vidisse alium possidere decem
annos, vel circa, vel decem annos, vel plus, legendus
est Ioseph. Mascard. in tractatu de probationibus, lib. 1. con-
clus. 1214. num. 65. fol. 136. & conclus. 1216. num. 1. cum se-
quentibus, fol. 142. latius idem Menoch. casu 145. per totum,
& quod quando testis tenetur deponere de tempore,
non recte deponat, si dixerit, potest esse tantum tempus,
notat Alexand. in consil. 65. colum. 2. lib. 2. Natta in con-
sil. 315. num. 6. lib. 2. quod est notabile, nec si deponat
per verba, quasi, via, fere, secundum Bald. in l. ultim.
num. 34. C. de edict. Diui Adriani: Felin. in cap. inter di-
lectos, num. 5. de fide instrumentorum, & de dictione,
vsque, si testes deponant per illud verbum, legenda
sunt quae notanter scribit Ferrara in practica, in forma
capitulorum ad aeternam rei memoriam, in verbo, Vtque
ad Calendas, pag. 136. Et quid operentur in ista mate-
ria t' dictiones, a, ab, ex, de, intra, ad, & similes legendus
est Alberic. in Authen. hoc ius, C. de procurat. quem citat
Chaffan. in consuet. rubr. 13. §. 4. num. 2. & legendus
est Rebuff. in l. verbum, amplius, 82. pag. 526. ff. de verborum
significat.

Et quod consuetudo, siue praescriptio immemoria-
lis probetur t' per scripturam, probatur in l. vetustif

simam, C. de iure domini impetrand. quod tradunt Barth.
Socin. consil. 94. In causa validitatis instrumenti, col. 3. in
fin. lib. 1. Mascard. in tract. de probationibus, lib. 1. conclus. 419.
num. 1. fol. 264. qui id recte explicat, ad hoc legendus;
In quo puncto illud est memorabile, si verum est,
quod scribit Riminald. in consil. 219. num. 37. lib. 2. Pa-
ris. in consil. 145. num. 8. & 9. lib. 4. volentes, quod praes-
criptio centum annorum per instrumenta non pro-
batur; quia possessio ipsa per instrumenta non pro-
batur; quos citat Ioseph. Mascard. in tract. de probat.
lib. 3. conclus. 1285. num. 11. fol. 96. qui ad id etiam citant
Glof. in dist. cap. cum vobis, de praescriptionibus. Et hic
addenda sunt quae scribo supra, & plura notabilia &
extraordinaria circa praescriptionem immemorialem,
& eius effectus, tradit Caesar Lambertinus in tractatu
de iure patronatus, lib. 1. artic. 3. 9. quaest. principali, part. 1.
n. 23. fol. 92. col. 1. vers. De primo est text.

Sed circa dispositionem dicta l. 45. Taurina, probatur
per testes de visu quadraginta annorum, t' modo de-
ponant de immemoriali. Sed pone quod negotium
est talis qualitatis, quod testes de visu non possunt
inueniri, vt quia tractatur, quis fuerit prior consti-
tutor maioratus, super quo litigatur, vel de aliis
similibus rebus, an sufficientes testes de auditu alio-
rum antecessorum, & cum forma requisita in praes-
criptione immemoriali, nisi quod de visu deponere
non possunt, quia est impossibile secundum actus
qualitatem (inquam) an hoc casu sufficientes testes de
auditu: In quo puncto, & sequentibus, videtur quod
sufficientes testes, qui deponant de auditu aliorum an-
tiquorum, & quod nunquam viderunt, nec audie-
runt aliud in contrarium, & secundum ordinem praes-
criptum in dist. l. 12. tit. 22. p. 1. & in Glof. in dist. cap.
1. de praescript. in 6. Primo per text. in dist. l. si arbiter,
ff. de probationibus, & in dist. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua
pluvia arcent. ibi: Neque vtiq; est necesse superesse, qui
meminerint verum esse, qui audierint eos qui memoria te-
nuerint. Secundò text. in dist. l. 29. tit. 26. part. 3. qui vi-
detur expressus & dicit Paul. Castr. in consil. 79. Visa
petitione: colum. fin. num. 2. & 3. lib. 2. quod itatur iura-
mento possessoris feudi, verum sit feudum antiquum,
vel nouum, etiam si non sit de facto illius, qui scire
potest ex auditu t' maiorum, & relatione, refert tex.
in dist. l. si quis ita, ff. de testament. iur. Quod
est notabile consilium in ista materia, & vide Paul. in
consil. 283. de viroque quasto, eodem lib. Et de probatio-
ne facta per testes de auditu, quod masculi tantum
succedant, & talem familiam succedere iure Franco-
rum, tradunt Matth. ab Afflict. decis. 248. num. 3. Petr.
Anton. in tract. de fideicommissis, qust. 13. num. 76. pagin.
478. & in antiquis per solum famam probatur, quod
bona sunt feudalia, licet regulariter bona praesumantur
esse allodialia, & non feudalia, secundum Alexand. in
consil. 15. num. 1. lib. 5. Dec. consil. 269. num. 4. eundem A-
lexand. in consil. 187. num. 5. & 6. lib. 2. Afflict. decis. 13. n. 23.
in cap. 1. ex quibus causis feudum amittatur: num. 76. fol.
168. quod procedit etiam si tractetur de auocanda re
contra possessorem, secundum Bald. consil. 89. num. 5.
lib. 1. & Decium consil. 428. num. 2. licet in contrarium
faciat quod scribit Innocent. & DD. in cap. cum
causam qua, de probat. Barth. Socin. in consil. 194. num. 9.
vers. Confirmatur ista conclusio, lib. 2. vbi volunt, quod
licet in probandis finibus antiquis sufficientes proba-
tiones verisimiles, & coniecturales; illud procedit
quando non constat de iustitia possessionis illius, con-
tra quem agitur: quia si apparet iustus possessor, actor
debet plene probare, quod tracto in l. p. 9. 45. & tractat
late Menoch. lib. 2. de arbitrariis iudicium, casu 115. n. 6.
vbi refert Aym. de antiqui. temp. part. ultim. numer. 33.
& tracto infra: & facit egregium consilium Ioan. Ce-
phal. 311. num. 33. lib. 3. vbi resoluit, quod qui praetendit
excipiendo bona esse t' de aliquo fideicommissio, 304
facilius dicitur probare: quod consilium retuli in prin-
cipio ipsius quaestionis. Et quod in antiquis bona fidei-
commissi probentur per testes de auditu, & publica
voce,

voce, & fama, tradit Burlar. in consil. 151. num. 39. lib. 2.
ex Bald. in consil. 84. & consil. 89. num. 5. l. 1. Natta consil. 378.
in fin. lib. 2. Aluar. in consil. 6. num. 6. Necesse tamen est,
quod testes de fama in antiquis deponentes reddant
rationem, etiam non interrogati, si deponant feudum
esse feudale, vel emphyteuticum; secundum Alexand.
consil. 137. lib. 1. Afflict. decisio 276. num. 4. Alvarus
Valasc. de iure emphyt. quaest. 9. num. 26. fol. 61. & dicit
idem Alex. in consil. 24. num. 2. lib. 5. quod per commu-
nem opinionem, & famam antiquissimam probatur t'
iurisdicatio & dominium Comitatus; quinimo per
publicam vocem & famam probatur fideicommissum,
& bona esse restitutioni subiecta, vt per Cephalum in
consil. 624. num. 46. lib. 5. & dicit Bald. in l. cum super, C. de
re iudicata, quod si nobilis, qui praetendit antiquis-
simum ius patronatus, non possit aliquo modo pro-
bare quomodo descendit, pro legitima materna succes-
sione, sufficit antiqua probatio per indicia & praesum-
ptiones, notat Lauren. Calcan. in consil. 11. n. 10. vbi hoc
confirmat.

Et in antiquis, t' vbi testes de visu reperiunt non pos-
sunt, sufficientes testes de auditu, secundum Corneum in
consil. 33. num. 22. lib. 1. & consil. 12. lib. 3. Barthol. Socin. in
consil. 89. num. 1. lib. 1. Decium in consil. 321. num. 8. & alios,
quos citat Mascard. in tract. de probat. lib. 1. conclus. 395.
num. 5. fol. 242. & de probatione iuris t' patronatus
antiqui legi debet Concilium Tridentinum sess. 25. de
reformatione, cap. 9. & quae pro illius intellectu scribit
Menoch. consil. 24. num. 26. lib. 3. & consil. 36. num. 1. lib. 4.
Petrus Anton. in tractatu de fideicommissis, quaest. 13.
num. 106. pag. 480. & identitas bonorum, quae fidei-
commissio subiecta sunt, probantur in antiquis per tes-
tes de auditu, vt per Alexand. in dist. consil. 139. numer. 8.
& 9. lib. 9. Arcin. consil. 102. Cephal. consil. 103. nu. 14.
lib. 1. & consil. 98. num. 20. eodem lib. & consil. 311. nu. 28.
lib. 3. & consil. 624. num. 29. lib. 5. Natta consil. 505. num. 13.
vbi refert se ita pluries consuluisse, Barb. consil. 8. lib. 1.
& consil. 14. & consil. 37. lib. 3. Menochius consil. 21. num. 33.
lib. 1. Marzatus in epitome de fideicommissis, quaest. 60.
vers. de probatione autem; quae consilia & alia quae praedi-
cti Doctores citant, notanda sunt ad plura negotia
quae in ista materia se offerunt in practica; quibus
etiam iungo Paris. in consil. 104. num. 23. cum duobus se-
quentibus lib. 1. nouissime Anton. Peregrinum de fidei-
commissis, artic. 43. num. 1. cum sequentibus. vbi late resol-
uit, t' quid probare debeat fideicommissarius quoad
personas, & fideicommissi causam, Siluan. consil. 57. n. 9.
omnium latissime Simon de Pretis lib. 5. de interpretand.
defunctorum voluntate, dubitatione 4. & ultim. num. 333.
cum seqq. fol. 554. & quae scribo in principio istius qua-
estionis. Et plura ad probandum identitatem bonorum
fideicommissi subiectorum, scribit notanter Menoch.
in consil. 102. num. 106. cum seqq. lib. 3. Et per privilegia &
instrumenta antiqua probatur fama, secundum Bald. &
Salicet. in l. cum aliquis, ff. de iure deliberand. & alios,
quos citat Ioseph. Mascard. in tractatu de probationibus
lib. 2. conclus. 731. fol. 2. Et in antiquis regulariter proba-
tiones leuiiores sufficientes, vt probatur in praedictis
iuribus, notat & declarat Glof. Paris. in consuetud. Pa-
ris. tit. 1. de mater. feud. §. 5. num. 59. folio 81. Aymon
de antiqui. tempor. part. 1. numer. 323. Ioseph. Mas-
card. in dist. tractatu de probat. lib. 2. conclus. 732. fo-
lio 83.

Et in antiquis probationes sufficientes t' per coniectu-
ras & praesumptiones, l. census, monumenta, ff. de probatio-
nibus; l. qui ex liberis, ff. de bonorum possess. secundum ta-
bul. tradit late Menoch. lib. 2. de arbitrariis iudicium,
dist. casu 155. Et quod origo Iudaeorum in antiquis
probatur per famam, resoluit Auend. in dictionario,
verbo, Iudaei, ex Arcin. consil. 337. Castr. de iusta heredi-
corum punitione, lib. 1. cap. 7. faciunt scripta per Mas-
card. in tract. de probation. lib. 1. conclus. 511. numer. 1.
fol. 312.

Et antiquitati multum tribuendum est, t' vt etiam
patet ex Glof. in l. ai qui natura, §. cum me absente, ff. de

negot. gest. vbi Angel. dicit eam singularem, quae dicit,
quod per famam in antiquis t' probatur dominium; 311
notat idem Angel. in l. Titius, ff. quibus mod. pignus; vel
hypothec. soluitur. Et hoc alij plures sequuntur, quos re-
fert latissime Tiraquellus in tractatu de primogenitura;
in praefatione, num. 107. pagin. 38. & in tractatu de praescri-
ption. §. 1. glof. 4. pagina 38. vbi ad hoc citat infinitos
Auctores, & in toto illo tractatu varia huc pertinentia
scribit; notat Alciatus in tractatu praesumption. regul. 2.
praesumptione 3. Aymon dicto tractatu parte prima, n. 303;
& in dist. tractatu praescriptio. refert Tiraquell. 42. t' spe-
cialia, quae antiquitati concessa sunt contra regulas iur-
tis; & Messia super l. Tolet. 9. parte, secundo fundamen-
num. 29. & 30. fol. 84. & quod instrumenta antiqua non
solum probent t' dominium, sed etiam possessionem, 312
volunt Paul. de Castro in consil. 81. In causa, quae ver-
titur inter reuerendum patrem, colum. 2. lib. 2. Decius in
consil. 36. Curt. & alij, quos citat Aym. in consil. 34. num. 1.
quod nota ad lites Interim: Ex quibus haec nostra opi-
nio validari potest, si aliquando poterit.

Et instrumenta antiqua inter alios celebrata t' Ter-
tio praedictand. vt voluit Doctores in l. cum aliquis,
C. de iure deliberand. Arcin. consil. 42. Decius consil. 11.
Menoch. casu 111. num. 12. Ioseph. Mascard. in tractatu
de probat. lib. 3. conclus. 1268. num. 8. fol. 210. quibus adde
Hippolyt. singular. 505. & de apocha antiqua t' quam proba-
tionem faciat, vide eundem Hippolyt. singular. 43.
& de Tabellione antiquo, vide eundem singular. 587.
& Guid. Papae quaest. 118. & Boer. decis. 36. & de litem
in marmore templi incisus, quae sunt antiquae, tra-
dit Bald. consil. 310. lib. 5. late Caesar. Lamber. post Bald.
Felin. Roch. de Curte, quos citat circa ius patronatus,
t' an probetur per literas antiquas in marmoribus scri-
ptas, lib. 2. de iure patronatus, part. 2. art. 9. 10. quaest. prin-
cipal. per totum, fol. 200. Aymon. qui plura citat, & sin-
gularia tradit in tract. de antiqui. temporum, part. 1. num.
298. fol. 140. & prius num. 197. fol. 139. vbi resoluit, quod
istae literae probant ius patronatus, post Bald. in consil.
310. An patronatus, lib. 5. est hodie, lib. 2. num. 12. fol.
106. Decium in consil. 135. Ivol. in consil. 60. Calcan.
consil. 90. num. 2. melius Menochius in tractatu praesump-
tionum, lib. 2. praesumpt. 59. & praesumpt. 90. nu. 10. lib. 3. &
praesumptio. 73. nu. 6. cum seqq. fol. 138.

Et in antiquis verba enuntiativa probant, t' secun-
dum Abbatein in cap. causam, de probat. Corneum, &
Aymonem, quos citat Menoch. in dist. tractatu, lib. 3.
praesumpt. 133. numer. 2. pag. 467. quae sunt notabilia pro
qualificatione Reliquarum, quae miraculose reperta
fuerunt in ista ciuitate felicissima Granatae t' sancti
Caecilij, & aliorum martyrum anno isto 1595. ad quod
addo Iasonem in l. 1. num. 26. ff. si certum petatur, citantem
Baldum, ff. de religiof. & sumpt. funerum, loquentem de
scripturis scriptis in aere, vel lapidibus; vbi Purpurat.
num. 154. & Cagnolann. 30. Mascard. in tract. de proba-
tionibus, conclus. 105. num. 10. lib. 1. ad quod etiam fa-
ciunt scripta per Rebuff. in Concord. in rubric. de Regia ad
pralat. pag. 237. & per August. Beroium in consil. 144. nu-
mer. 36. lib. 3. Mascard. in tract. de approbationibus, lib. 5. con-
cl. 1298. & de hoc & aliis similibus plura scribit Aluar.
Valasc. de iure emphyt. quaest. 9. num. 28. fol. 62. Mascard. in
tract. de probation. lib. 3. praesumpt. 90. n. 10. & lib. 2. praesumpt.
59. n. 1. pag. 184. Decius consil. 135.

Et instrumentum antiquum probat t' filiationem,
etiam si obiter in instrumento dicatur, Titius filius Seij.
Et confirmatio Principis, vel Papae praesumitur, si al-
legetur, & probetur tempus immemoriale; vt volunt
Alexand. consil. 6. lib. 1. Raphack. Cumanus consil. 84. quia
causa decemalis, Oldrad. consil. 205. Decius consilio 152.
& alij, quos citat Ripa respons. 175. num. 12. & legenda
sunt quae scribo in 2. part. quaest. 7. & etiam si sint verba
enuntiativa, vt tenet Anton. in cap. cum dilectus, nu. 30.
de fide instrumentorum, & alij, vt per Ias. consil. 34. num. 7.
& consilio 114. numero 5. libro 1. Episcop. Couaruu.
in Epitome de sponsalibus, cap. 8. part. 2. §. 3. numero 9.
fol. 125.

320 Ex sententia de antiquo præsumitur et lata, parte citata; secundum Bald. & DD. in cap. 1. de milit. vaf. fallorum. & Iaf. in l. nec quidquam. §. ubi decretum, nu. 52. ff. de officio Proconsul. Antonius Gabriel. titul. de sententiis, conclus. 4. num. 34. Menoch. de arbitrariis iudicium, lib. 2. centuria 1. casu 4. num. 5. Bursatus consilio 24. n. 19. lib. 1. notat Aymon in dicto tractatu de antiquitat. temporum, part. 2. numer. 23. Quod confirmo, quia propter temporis diuturnitatem recte ritæque, licet omnia acta sint perita, data præsumitur; cap. bona, el primero, vbi Innocent. & alij de electionibus, & in cap. in presentia, de renuntiatione, & in cap. cura inter, vbi Hostiensis, & Ioannes Andreas & alij, de re iudicata, cum concordantibus, vt per Tiraquellum in dicto tractatu, de præscriptionibus, speciali 32. pagin. 60. Menoch. in tractatu præsumptionum lib. 2. præsumpt. 3. numer. 34. pagin. 140. Et dispensatio inualida propter tempus, consuetudinem, & antiquitatem vires sumit, & redditur valida secundum Speculatorem titul. de legat. alias in titul. de dispensatione, §. nunc Episcoporum, vers. consuetudo, circa finem illius §. Rebus. in cap. extirpanda, §. qui vero, pagin. 411. column. 1. de præbend. faciunt plura, quæ de virtute sententiarum antiquarum, refert Tiraquellus in tractatu de præscriptionibus, vers. Trigesimo secundo pag. 60.

321 Ex quibus inferitur ad facultates antiquas et datas ad faciendum maioratum, vel ad alienandum bona maioratus, quæ habent aliquem defectum, vel nullitatem: vel ad dispensationes, & legitimationes, quæ quotidie producuntur in litibus maioratum; quas qui confirmare velit, legat Aymon. in tractatu de antiquitate temporum, p. 3. lim. 7. Iaf. in cons. 140. col. ult. & in cons. 148. col. penul. lib. 4. Afflict. decis. 107. n. 3. Socin. Iunior in cons. 56. n. 21. lib. 2. & legenda sunt quæ scribo part. 1. quæst. 45. n. 20.

Et instrumento antiquo, in quo Constitutum apparet, præsumitur et possessionem tunc fuisse apud constituentem, secundum Barth. Socin. in cons. 187. In controversia, col. 4. lib. 2. & alios, vt per Decium in l. contractus, num. 18. ff. de reg. iur. & Tiraq. in tract. Constit. par. 3. li. mit. 1. num. 18. fol. 78. Et obseruantia subsequuta post sententiam declarat quem possedisse virtute sententiæ, secundum Aymonem in cons. 10. nu. 9. & obseruantia et est priuilegiarum fida interpret, secundum Rom. in cons. 27. n. 3. Aretin. in cons. 11. & alios, quos citat Menoch. in cons. 75. n. 56. & faciunt scripta per eundem in cons. 31. n. 43.

324 Et vbiunque non apparet de fundatione emphyteutis, et præsumitur secundum solutiones præcedentes, secundum Bald. in l. si certis annis, C. de pact. Corbul. de iure emphyteut. ampliatione 25. num. 1. fol. 168. & obseruantia declarat actus naturam, secundum Bald. cons. 136. col. 1. lib. 2. & alios, quos citat Alciat. res. 199. num. 28. Menoch. cons. 32. num. 45. & 64. & cons. 37. n. 47. lib. 1. & cons. 2. num. 264. eodem lib. & cons. 199. num. 28. & cons. 191. num. 19. lib. 2. vbi scribit, quod si dubitetur, an sit feudum, vel donatio, constat ex antiqua obseruantia: & posteriores et inuestituræ factæ in fauorem masculorum declarant quod priores inuestituræ fuerunt de masculis, vt per Decium cons. 193. col. penul. in fin. Roland. cons. 85. num. 10. lib. 4. & obseruantia subsequuta probat donationem, & priuilegium, vt eleganter Aym. cons. 277. n. 1. & 2. & faciunt quæ scribo part. 1. quæst. 33. n. 25. cum sequentibus, & quod scribit Siluan. cons. 93. n. 18. vbi tradit, quod obseruantia subsequuta et offendit qualis fuerit mens Principis donantis, an vellet posse rem donatam alienari; & supra, n. 240. Menoch. in cons. 265. num. 7. lib. 3. & cons. 331. num. 21. & 390. num. 16. 17. & 341. num. 5. & 349. num. 15. lib. 4. Etiam si verba priuilegij aduersentur, ad quod est etiam notabilis l. 5. tit. 33. part. 7. in versic. Et paladinar, & faciunt notata per Petrum Barbol. in l. diem 41. ff. solut. matr. tom. 2. pag. 866. num. 47. & 48. Mascard. in tractat. de probat. lib. 1. conclus. final. num. 3. & quod tenet Ripa in l. 2. ff. de priuilegiis credit. num. 2. vbi vult, quod et pri-

uilegia recipiunt interpretationem à communi vsu & practica, Curtius Iunior consil. 311. num. 18. lib. 2. & per præscriptionem et declarat qualitas alicuius rei, cap. num. qui, de præbend. in 6. tradit Anton. Gama decis. 47. & faciunt quæ scribit Anton. Peregrin. in tractatu de iure fisci, lib. 1. num. 99. pag. 29. l. 12. tit. 1. part. 2. in versic. E a poder, l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopilat. ibi: Aya la dicha jurisdiccion si esa della, iunctis verbis præcedentibus, & l. 16. dict. titul. 10. in versicul. Las ayan, & ibi: Segun antiguamente se acostumbro, & faciunt scripta per Iosephum Mascard. in tractatu de probationibus, lib. 1. conclus. 577. & vltim. numero tertio, fol. 348. Cephal. consil. 347. numero. 32. lib. 3. Et præsumptæ falsitates cessant vbiunque heres institutus est in possessione bonorum virtute alicuius testamenti, secundum Bald. in consil. 37. Quidam Tabellio, lib. 1. Aymon in cons. 65. num. 11. vbi etiam citat eundem Bald. in allegationibus suis, quæ sunt post consilium 200. Super primo puncto, lib. 4. vbi quod copia instrumenti probat, quando secundum eius tenorem aliquid obseruatum, quia ex tali et obseruatione censetur copia approbata; Ioan. Gurtierr. lib. 3. practiarum quæst. 62. numer. 26 & 27. & priuilegium magis interpretanda vsu, et consuetudine, quam à mente capite dilecto, de consanguin. & affinit. Ancharan. consil. 4. 33. Postquam ista dominia, column. 1. Decius in cap. de hac, numero 37. de postulat. Pralat. Barthol. Socin. in consilio 84. numero 15. libro 3. Anchar. & Dominicus in cap. 1. de verborum significatione libro 6. Capit. de cis. 189. numero 10. Parisien. in consil. 75. num. 20. lib. 1. Burgos de Paz consil. 15. numero 21. & consil. 25. num. 5. facit tex. notabilis in l. 2. §. cum Stichum, versicul. Sed si fundus, ff. de rescupion. pro emptore: & plura quæ scribit Molin. dicto lib. 2. de primogen. capite 6. numero 38. folio 260. ad quem addo Siluanum consilio 63. numero 18. & consil. 66. num. 22. Caldum Peteyram in tractatu de renouatione emphyteut. quæst. 9. numero 17. vbi ex Paul. de Castro in consilio 347. column. fin. libro 1. Aretin. consil. 11. Palacius & alij probat, quod in consuetudine interpretatiua et non requiritur temporis præscriptio, sed sufficit aliquo tempore sic obseruatum fuisse; Decius consilio 21. numero 15. & priuilegium non soluendi decimas interpretatur et consuetudine; sint ne ordinariæ, vel extraordinariæ; vt per Iacob. Putcum decisione 1.

332 Et ex sequentibus actibus declaratur et animus præcedens, & quod prius actum fuit, sed Iul. §. proinde, ff. ad Macedon. Aym. cons. 101. n. 3. & cons. 226. num. 6. & alij, quos citat Bursat. in cons. 104. num. 14. lib. 1. & si maritus et disponat de aliquo castro vxoris, & illa, & ipsius hæredes per multum et antiquum tempus accent, consentire videntur, vt probat Iaf. in consilio 89. n. 6. libro 1. quod est notandum ad maritum qui fecit maioratum de re vxoris, & absque illius consensu: & ad ea quæ scripsi in 1. part. quæstione 23. Et cum maioratus et ordo iuxta testamenti formam fuit obseruatus, inter masculos primogeniti in conditione positos, apparet fuisse dispositum vocatos propter obseruantiam subsequutam, vt in causa maioratus, & status Ducis de Alburque tradit Cephal. in consilio 251. num. 90. lib. 2. citat Aymon in consilio 158. num. 1. & in consilio 224. num. 7. quod facit pro doctrina Glos. Paris. dist. cap. 5. num. 39. vbi resoluit, quod consuetudo succedendi iure maioratus licet non sit immemorialis, arguit maioratum fuisse institutum cum aliquibus coniecturis; ad quem addo Gamam decisione 48. in fine, & decisione 345. num. 1.

335 Ex quibus inferitur egregia et notabilis limitatio ad dictam l. 41. Tauri, sequentem et præscriptionem immemorialem, vt probetur aliquam rem esse maioratus per testes; nam illa lex procedit vbiunque quis vult probare aliqua bona esse maioratus per solos testes, nam si produxerit aliquam scripturam ad probationem ex qua colligatur fundatio maioratus, licet non exacta, non erit necessaria præscriptio immemorialis; modo probentur

probenur alia; quæ in dict. l. continentur. Pro qua limitatione facit regula legis, instrumenta, C. de probat. cum vulgaribus. Quod confirmo ex opinione tenentium, quod licet missio in possessionem probanda sit per scripturam; testibus etiam coadiuari potest probatio, dum dubitatur quæ fuerunt bona in quibus facta fuit missio, secundum Curtium in l. 3. num. 8. C. de edit. Dni Adriani. tollend. & ibi Züchard. num. 157. qui confirmat ex resolutione Doctorum in l. certi conditio §. i. ff. si certum petatur, Decium in cap. 2. num. 86. de probat. Afflict. decisione 352. & tradit Iulius Ioseph. Mascard. in tractatu, de probationibus, lib. 2. conclus. 1065. nu. 5. fol. 15.

336 Et pro intelligentia istorum addo; quod ad hoc vt mens ambigua statui testamenti, vel alterius et dispositionis declaratur ex tempore, non sufficit vnica interpretatio, sed quod bis exequutata fuerit, & decennium effluxerit, per l. Imperator, & l. de quibus, ff. de legibus, vbi Doctores tradit idem Ioseph. Mascard. dict. lib. 2. conclus. 1044. num. 6. fol. 196. Et obseruantia subsequuta et declarat statutum, vt ex pluribus resoluit Petrus Sordus decis. 129. num. 19. & faciunt scripta per eundem; decis. 134. num. 9. Et in factis antiquis præsumitur ignorantia, vt notatur per Lafontem in l. si res obligata, num. 34. ff. de legat. 1. quibus addo textum singularem, & in practica notabilem in l. vltim. quæ incipit, Scenola, ff. de aqua pluuiæ arcend. & quæ notantur per Balb. in tractatu de præscriptionibus, par. 1. 3. part. princip. quæst. 10. Et circa hæc vide alia plura similia, quæ refert & cumulat Ferdinand. Menchac. lib. 2. controuersiarum; cap. 84. num. 16. fol. 90. vbi etiam late tractat de vi immemorialis præscriptionis. Et qualiter et in probatione factorum antiquorum sufficiunt leuior probationes, & generaliter in præscriptione immemoriali sufficiunt testes de auditu, secundum Speculat. in titulo de teste, §. nunc tractandum, versiculo, de auditu; notant Doctores per illum textum in cap. licet ex quodum, de testibus, Decius in consil. 148. num. 5. & alij plures.

339 Tandem dicit Gregor Lopez in l. vltima, titulo 9. part. 4. in glo. 1. quod in primogeniis et antiquis, quæ excedunt hominum memoriam, testes deponentes de auditu faciunt plenam probationem; ad quod lector videat Iacob. Albenf. consilio 6. num. 6. cum aliis, part. 1. Quod autem dicatur tempus antiquum; scribo in prima parte huius operis, quæstione 45. à num. 24. vbi vide quoddam dictum Alexand. multum necessarium ad propositum eorum, quæ hic tractantur. Quod autem de sententia ad bona maioratus probati non possit contra possessores, per testes deponentes secundum formam cap. licet ex quadam, de testibus, tradit Burgos de Paz cons. 29. n. 69. ex doctrina Cornei in cons. 78. col. 3. lib. 3.

340 Et quod origo probetur et per communem opinionem scribit Albertus in 1. part. statutorum, quæst. 78. Angel. consil. 194. Vbi præcessibus, post principium, Nicol. Boerium decis. 13. num. 16. quod magnificandum est ad lites Nobilitatis, in quibus prætenditur, quod si aliquis procedat ab aliquo solari (quod nos vocamus) vel ab aliquo primogenio: & in terminis fideicommissi, quod fama probet dominium in et antiquis, tradit Parisius in cons. 52. n. 50. lib. 3. quem citat Francisc. Mantica de coniect. mente de fund. lib. 7. i. 6. n. 6. pag. 771. Et de probatione iuris patronatus antiqui plura scribit Lambertin. de iure patronat. part. 2. lib. 2. 4. art. 10. quæst. princip. fol. 26. num. 1. cum aliis; & in quæstione sequenti; ex quo loco possunt sumi alia pro intellectu istius quæstionis.

342 Et qualiter descendenti et antiqua, et filiatio probetur per historias, tradit Parisius consil. 23. num. 235. lib. 1. Menoch. consilium 112. num. 68. lib. 2. ad quos addo quæ scribo part. 1. q. 5. 1. & part. 2. q. 7. Et quod per vniam priuilegium antiquum, in quo Rex attestatur consuetudinem esse, quod nepos ex filio primogenito excludat patrum, probatur consuetudo succedendis tradit in terminis Aretinus in cons. 162. n. 19. versiculo, possunt

enim, ex Anton. in cap. vltim. de success. ab intestat. & Dominini in cap. si Papa, de priuilegiis in 6.

Et qualiter testes et de auditu sufficiant in probanda parentela et consanguinitate, & an in isto casu habeat locum dispositio text. in dist. cap. licet ex quadam, resoluit Aymon in tractatu, de antiquitate temporum, parte 1. num. 306. fol. 144. ad quem addo Decium in consilio 321. num. 6. Menoch. de arbitrariis iudicium; centuria 5. casu 475. num. 23. vbi late materiam tractat, quando sufficiant testes de auditu, Calcan. in cons. 11. num. 10. Cephal. in consilio 137. num. 45. lib. 1. Rojas in epitome de success. cap. 10. num. 51. idem Calcan. in cons. 8. n. 10.

343 Quærit etiam Gregor. Lopez. circa hanc materiam in l. 2. titulo 15. part. 2. in glossa, Sino el hijo mayor, folio 45. in versiculo, quæro etiam, tu habes: quod si frater maior et qui per tempora possidet bona maioratus, semper providebat fratri minori de necessariis certo modo in domo sua, vel alibi, an hoc similiter facere teneantur successores pro tempore succedentes; dat: quod frater minor haberet bona ex quibus alij possit. In qua quæstione dicit, quod forte videtur dicendum; quod sic per certa iura, & authoritates, quæ refert. Sed ego contrarium existimo auctacter tenendum; quia ille frater, qui dedit illa alimenta fratri minori, videtur in dubio illud fecisse causa fraternitatis, & pietatis; quæmuis ipse bona habeat, de quibus alij possit; l. alimentis, l. si pater, C. de negotiis gestis, l. 35. & 36. & 37. titulo 12. part. 5. & quod notatur in l. Nefemius, ff. de negotiis gestis, & ideo etiam tractat Gregor Lopez in dist. 16. in glossa, in verbo, Muerie de su padre; quod si mortuus patre onus alimentandi transierit in filium masculinum; vt sit in maioria, si mater det alimenta filijs, quæ frater maior dare fratribus tenebatur, vtrum mater repetere possit et filio maiore et primogenito; in quo vide distinctionem Gregor. Lopez, quam deducit ex Paul. & aliis in dist. l. alimentis, & pro decisione istius puncti lector legat quæ scribunt Alexand. & Decius columnis vltimis, in auth. præterea C. unde vir et vxor; Barth. Socin. in cons. 30. lib. 4. & in cons. 5. n. 14. eodem lib. de quo legenda sunt quæ scribo infra, hac part. quæst. 28.

346 Præterea contra Gregorium Lopez facit, quia actus et consensus et tacitus strictè debet interpretari, nec debet extendi ultra casum, quo factus fuit; l. vltim. C. ne vxor pro marito; Glossa notabilis in l. 2. in verbo; præstiterunt, C. de fideicommissis; & in l. non dubium, §. illud; in verbo, agnoverit; C. de testamentis, quam dicit communem Iaf. in l. si ob tempem, num. 2. de condit. causa dat. Menoch. in tractatu de presumptionibus, libro 2. præsumptione 64. num. 16. pagina 188. & libro 3. præsumptione 131 numero 24. pagina 452. Parisius in consilio 84. num. 12. & consilio 85. numero 8. & consilio 68. numero 9. consilio 113. numero 22. libro 1. cons. 81. numero 58. libro 2. consilio 56. numero 4. libro 3. Tiberius Decianus responsio 21. numero 76. libro 1. Petrus Sordus in tractatu de alimentis, titulo 3. quæstione 16. numero 32. folio 158. Sordus decisione 33. numero 12. Mascard. in tractatu de probationibus, libro 1. conclusione 31. numero 9. folio 46. tradit Iulius Clarus libro 3. receptorum sententiarum; §. testamentum, quæstione 90. numero 8. Burgos de Paz in l. 3. Tauri, part. 5. vnica conclusione, n. 1391. fol. 368. eleganter Iacob. Putcus decis. 180. part. 1. n. 8. & 14. & decis. 368. n. 7. part. 2.

347 Pro quibus facit quod resoluit Domin. Anton. de Padilla in l. 2. numero 1. folio 16. C. de fideicommissis, vbi tractat quæstionem, an hæres, qui soluit legatum ex testamento imperfecto et teneatur soluere cætera legata eiusdem testamenti; et notatur etiam per Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdico, ff. de timere acti que priuato, & in l. si Titium et Manium, §. alterum, ff. de administratione tutor. Decium in cap. 1. de iura, num. 24. de iudiciis, & in cap. cum venerabilis, n. 26. de exceptionibus, & in authentica, qui rem, in fine, C. de sacrosanct. Eccles. & in l. 1. num. 1. C. de edendo, & in cons. 72. nu. 4. Iaf. in l. naturaliter, §. nihil commune, numer. 96. ff. de acquirend. poster. §. §.

348 *sessione: & in l. cum quid, in lectura 2. num. 18 ff. certum petatur, Cephal. in cons. 645. num. 75. lib. 5. eundem Iaf. in l. qua doti, num. 108. ff. solut. matrimo. & in l. si prius, n. 31. ff. de noui operis nuntiat. Aymon. in tract. de antiquitate temporum, 4. part. num. 217. fol. 336. Quod confirmo: quia quando aliquis tenetur ex causa necessitatis t aliquid facere, praesumitur id facere quantum necessitas vrget, non amplius: l. ult. ff. de exercitoria act. & tradunt Bald. in cons. 332. Praemittendum est ad euidenciam, lib. 1. Iaf. in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 37. ff. de verbor. obligation. Decius in l. si donacione, num. 17. Cod. de collation. & alij, quos citat Menoch. consilio 370. numer. 21. lib. 4. & pacta non extenduntur, quando sunt tacita, vt tradunt Bald. in l. certi iuris, C. locati; Doctores in rubrica, ff. de verborum obligation. Menochius de adipsiend. posses. rem. 3. num. 94. p. 34. & praescriptio adeo est restringibilis, vt propter illam, ea quae sunt connexa separentur, secundum Ioan. Andr. in addit. ad Speculatore, in rubrica, de his quae sunt a maiore parte Capit.*

349 Ex quo inferit, quod praescriptio t decimarum non comprehendit noualia alijs vnita: quod confirmat Fuluius Pacian. in tractatu de probationibus, lib. 1. capit. 26. par. 1. numer. 92. fol. 71. Hinc est quod licet non sit praesumendum, Principem velle derogare conuentionibus, capit. ex multiplici, de decimis, intelligitur nisi conuentio sit tacita, vt per Barth. Socin. in consil. 297. numer. 6. versicul. ad tertiam, libro 2. per notata in l. 1. Cod. de dotis promissione. Et actus tacitus non est tantae potentiae, t quantae expressus ad inducendam ex eo specialitatem contra iuris regulas; vt per Bart. in l. si rem aliquam, ff. de acquirenda possessione, Bald. Nouel. in tractatu de dote, p. 6. priu. 66. num. 3. & priu. 71. num. 2. Et quod verbo fit, magis expressum dicitur, & extenditur secundum Glossam in Clementina, sape, in verbo, per tibus, in fine, de verborum significatione; de qua per Paul. Castren. in l. si conuenerit, ff. de iurisdictione omnium iudicum, Roman. in cons. 130. cum similibus, vt per Decium in l. non vult, num. 12. p. 75. ff. de regulis iuris, ad quos addo l. 31. titul. 14. p. 5.

350 Praeterea cum bona maioratus non sint possidentis, nisi pro vita sua, non potuit antecessor, qui author maioratus t non fuit, obligare descendentes, nec eis praesudicare, l. vltima, vbi notat Bald. in 8. opinione, C. de haeredibus instituendis: l. pacto successorum, C. de pactis; facit textus in authentica, ingreffi, C. de sacrosanctis Ecclesis; & in l. conficiuntur, §. si post, ff. de in eod. cillorum; & in l. pete, §. fratre, ff. de legatis 2. & quod notat Andr. de Ilermia, & ibi Baldus in §. quid ergo, de inuestitura feudorum de re aliena facta. Et haec sententia alijs pluribus rationibus probari poterat, quas omitto, & contra Gregor. Lop. teneri ibi nouissime Ahumada glossa 10. num. 10 cum sequentibus, fol. 144.

352 Et quod quando agitur de probando fideicommissio incidenter, t sufficit minor probatio, tradit Cephal. in cons. 311. num. 33. lib. 3. supra allegat. per doctrinam Bartoli in l. 1. ff. de edendo.

353 Rursus lectores animaduerto, quod dict. l. 41. Taurina t non excludit quod maioratus non possit probari per alios modos, vltra eos, qui in dicta l. assignantur: quod probat praedicta l. in illis verbis, se pceda probar, quae non inducunt necessitatem; argumento l. non quidquid, ff. de iudicijs. Ex quo fit quod si reperiantur testes sufficientes, & legitime dicentes aliquem fecisse maioratum, sufficienti ad probandum maioratum. Item si pars confiteatur aliquam rem esse maioratus, erit idonea probatio.

354 Item si reperiantur t aliqua scriptura, quae licet non sint foundationis ipsorum maioratum, constar tamen ex eis, bona esse vincularia, & maioratus, erit concludens probatio, & sic per alia genera probationum. Et illa exempla in praedicta lege posita non restringunt regulam, nec alia genera probationum, secundum Karb. in cap. si cui, de probationib. vbi vult, quod quando aliqua lex dicit quod fiat probatio per testes, vel certo modo, tunc illud ponitur causa exempli, & potest fieri

probatio per alios modos probationis. Cui conuenit notabilis resolutio Augusti Beroin in quaestione familiari 37. num. 5. vbi tradit, quod si lex, vel statutum faciat mentionem de probatione per instrumentum, non excludit probationem per testes. Et quod ad hoc vt alia probatio non admittatur, debet lex loqui negatiue, scilicet, quod alia probatio non valeat, quem refert, & sequitur Aluar. Valasc. in tractatu de iure emphyteutico, quaestio. 7. num. 18. fol. 32.

355 Et iste intellectus ad dictam legem 41. Taurina, t confirmatur ex pluribus quae scribunt Caesar Lambertinus in tract. de iure patronat. lib. 1. part. 1. quaestio. 3. principali, Menoch. cons. 90. nu. 28. libro 1. & consil. 106. numer. 232. libro 2. & in consil. 241. numer. 2. cum sequentibus, lib. 3. & in tract. de praesumptionib. lib. 3. praesumptione 90. num. 5. cum sequentibus, pag. 373. de quo etiam legenda sunt quae scribo part. 2. quaestio. 6. vbi refero hanc Menochij praesumptionem; & nouissime Ioan. Guttier. quaest. practica. lib. 3. qu. 62. num. 15. ad quod etiam facit doctrina Matt. de Afflict. titul. de prohibita feudi alienatione per Lotbar. §. satis bene, numer. 3. vbi dicit, quod licet, quando esset vnus successor ex vna casata, non possit probari quod viuiter iure Francorum, tamen si per scripturam apparet, quod viuebatur in illis bonis iure Francorum, illud sufficit, licet mille annis non fuerit nisi vnus successor in illis bonis; nec habuerit fratres, qui essent competitores. Et istam nostram sententiam alijs rationibus ductus, tenet Molin. lib. 2. de primogen. ca. 8. numer. 1. cum sequentibus fol. 281. Burg. de Paz qu. ciuili 2. numer. 19. pro quibus etiam facit doctrina Andr. de Ilermia in ca. 1. §. praeterea ducatus: numer. 16. fol. 102. de prohibitis. feud. alienatione per Federicum; vbi vult quod lex ponens certos modos t probandi, non excludit alios, & facit doctrina Marc. Anton. in authentica, quod sine, n. 14. C. de testament. quem citat ad aliud propositum Aluar. Valasc. consil. 67. num. 16. Et per ista obiter confirmo quod scribunt nouissime Ioan. Garc. in tractatu de nobilitate, glossa 7. num. 34. cum sequentibus, Azeued. in titulo 2. de los hidalgos, lib. 6. Recopilat. vbi ostendunt quod leges 7. & 8. r. 1. lib. 2. Recopilat. quae loquuntur de probatione nobilitatis, non excludunt alios modos probandi nobilitatem, praeter illos in ea lege contentos; quorum sententia melius fulcitur ex superioribus, quam per fundamenta ab illis tradita; & tradit Mascard. in tractatu de probationibus, lib. 2. conclus. 1062. num. 62. fol. 313. per doctrinam Pauli in cons. 54. lib. 1. qui refert tex. in l. si eum, §. item si seruum, ff. de exercitoria act. & l. aliam, ff. de donationibus; & confirmo, quia licet inuestitura feudi debeat constare; vt per illam, potest probari t ex possessione 30. annorum, & ex praetitione seruitutis, & alijs praesumptionibus, ea. siquis per 30. si de feudo fuerit conuers. cum concordant. vt per Matth. ab Afflict. decis. 314. num. 5.

358 Ex quibus & alijs, quae scribo supra, hac quaestione, infero, quod vltra casus contentos in dict. l. 41. de probatione maioratus, potest t maioratus probari per sufficientem numerum testium testificantium se vidisse, quod aliquis fecit maioratum in filium, vel aliam personam de aliqua re, vel rebus; & faciunt scripta per Menochium de recuper. possessione, remedio 6. num. 496. pagina 320.

359 Ad ista facit doctrina tenentium, quod filius potest exhaereditari vltra casus t in legibus contentos, vt tradunt Angel. in l. lex Cornelia ff. de iniurijs; & alij, quos citat Episcop. Couarru. in ca. Roynerius, de testament. in principio, num. 16. fol. 89.

360 Ex quibus etiam fit, quod licet non appareat t scriptura maioratus, & primaeva fundatio; si tamen Princeps in aliqua scriptura dicat, aliqua esse bona maioratus, & super tali scriptura, & assertione fundetur intentio Principis, probatur bona esse maioratus; vt probari potest ex doctrina Alex. consilio 15. num. 2. lib. 5. vbi vult, quod per verba narrativa Principis in quibus fundatur, probatur bona esse feudalia; & idem tradit Carol. Rum. in consil. 22. n. 8. lib. 1. Iaf. in cons. 235. in si. lib. 2. vbi

361 vbi generaliter tradit, quod licet bona praesumantur esse libera, & non feudalia, fallit, nisi per verba enuntiativa Principis aliud constet. Pro quibus facit sententia illorum, qui tenent, quod conceditur iure feudi antiqui; per talia verba probatur feudum esse antiquum secundum Bald. in cap. 1. §. hoc quoque, in fine, de successione feudorum; & alios plures quos referunt Curtius in tractatu de feudo, part. 1. quest. 8. num. 9. pag. 61. Aymon de antiquitate temporum, part. 5. num. 15. fol. 364. & idem quod Alexand. in dict. consil. 15. tradunt Matth. de Afflict. in c. 1. ex quibus caus. feud. amittatur, n. 75. Alciat. in tract. de praesumptione, regula 2. praesumptio 3. num. 9. Roland. in cons. 2. num. 112. lib. 1. quae notanda sunt in ista materia, tradit etiam Matth. de Afflict. in dict. loco, fol. 168. num. 73. quod si Rex bona feudalia, faciat Burgensitica, probatur bona fuisse feudalia, quod conducit ad probandum, quod si Rex bona maioratus faciat libera, ex hoc probatur quod antea erant bona maioratus.

In hac etiam materia ad memoriam est trahenda sententia Glos. in dict. cap. 1. in glossa vltima, in fine, de praescriptionibus, in 6. quae tenet, quod t si aliqui testes deponant extare alicuius rei memoriam, alij vero contrarium affirmant, est potius standum testibus dicentibus memoriam extare, quam alijs contrarium affirmantibus, quam sententiam post alios probat Alex. in cons. 108. In causa & lite inter Dominos, n. 10. & 11. li. 2. citat Gl. in l. diem proferre, §. si plures, ff. de arbitris; quae dicit esse standum potius testibus affirmantibus quam negantibus; cuius Glossa meminit Doctores in pluribus locis, praecipue Ioan. Faber in §. item verborum, numero 9. Infit. de inutilibus stipuler. Socin. in regula 246. Iaso. in §. quadrupli, Infit. de actionibus; & in rubrica, ff. de iur. iurando, num. 8. & in l. 1. num. 21. & in l. vt vim, nu. 6. ff. de iustitia & iure: & in l. plane, §. eadem numero 7. ff. de legat. 1. Alexand. in l. haeredes palam, in principio, ff. de testamentis; Decius in c. si iustus metus, numer. 9. fol. 234. de appellat. Anton. Gabriel lib. 1. communium opinionum, titulo de testibus, conclus. 4. num. 1. pagina 37. Rebuff. in tractatu de decimis, quaestio. 13. numero 98. pagina 52. vbi alia de hac materia tractat, & de materia Glossae in dict. capit. 1. de praescript. quibus testibus credi potius debeat? tractat Anton. in cap. quid nouale, num. 13. de verborum significatione; Mascard. in tractatu de probationibus, lib. 2. conclus. 1041. fol. 294. & qualiter probetur in noualibus memoriam extare? tradit notanter Iacob. Pute. in decimis Episcopatus de Malaga, decis. 366. part. 3. Et quod probatio praescriptionis immemorialis sit referenda ad tempus magis vtile ei, qui illam allegat, voluit Aufserius in decisione Tolofana 439 Alex. in cons. 6. num. 5. lib. 1. & alij, quos citat Baeca de inope debito, c. 16. n. 114. & 117. fol. 126. qui id tradit in libris nobilitatis, quam, vt alibi dixi, nos hidalguiam vocamus.

362 Et quod praescriptione immemoriali assistat t iuris praesumptio, ita quod contrarium probari non possit: tradunt Felin. in cap. vlt. n. final. de praescriptionibus; Decius in cons. 158. n. 18. Albanus cons. 5. n. 56. Bursat. consil. 41. n. 9. lib. 1. licet in contrarium citet Antonium, & alios, Patif. in cons. 26. n. 30. lib. 1. Et de probatione praescriptionis immemorialis, lege extraordinariam remissionem Bursat. cons. 82. n. 31. lib. 1.

363 Tandem in hac quaestione est notanda doctrina Andr. de Ilermia in §. praeterea Ducatus, de prohibita feud. alienat. per Federic. vbi dicit, quod quando interuenit tempus triginta annorum, t potest in vna agnatione induci consuetudo, quod primogenitus succedat in solidum: cuius doctrinae & aliorum autoritate suffultus Guid. Papae in consilio 131. Circa processum reuisionis; n. 1. tenet, quod si probetur per duos, vel per tres actus, aliquos successisse in aliqua re iure primogeniturae, sufficit ad probandum, aliquam rem iure primogeniturae ad maiores nato pertinere; quod tractant Alex. in l. si non specialit. C. de testam. Barth. Socin. in cons. 61. sol. 2. lib. 3. & alij quos citat Socinus Iunior cons. 65. n. 34.

lib. 1. de quo latius Molin. lib. 2. de primogeniis, cap. 6. n. 1. cum sequentibus folio 250. ad quos addo elegans consilium Curtij Senioris 66. n. 15. cum sequentibus; Tiraquel. in tract. de primogenitur. quaest. 40. n. 38. Lipatul. in addit. ad Andr. de Ilermia in cap. 1. de probib. feud. alienat. per Federic. n. 35. fol. 266. in additione, quae incipit; Consuetudine. Sed nos seruare debemus dispositionem dictae l. 41. Taurina, & legenda sunt quae scribo infra, q. 21.

Animaduerto etiam, quod solum vnicus t actus interueniens ante completam praescriptionem, interruptit praescriptionem primogeniturae, vt per Tiraquel. in tractatu primogeniturae, quaest. 38. num. 3. & quaest. 90. num. 4. in fine, pro quo est doctrina Bald. in l. vnic. per text. ibi, C. de vsucapion. transformand. vbi inquit, quod plus operatur vnicus actus de interrumpendo, quam mille actus ad praescribendum.

365 Quarto probatur maioratus per sententiam, in qua t fuerit declaratum aliqua bona esse maioratus; vt fundari potest ex scriptis per Anton. Peregrin. in tractatu, de fideicommissis, art. 43. n. 22. fol. 394. faciunt scripta per eundem, art. 53. n. 32. folio 523. & quae scribo in quaestione sequenti.

366 Considero etiam circa praxim huius materiae, quod licet per dispositionem dictae l. Taurina, sit necessaria praescriptio immemorialis, vt supra ostensum fuit, sufficit tamen titulus, licet inualidus cum praescriptione quadraginta annorum; quod fundatur ex cap. 1. de praescriptionibus in 6. cum ibi notatis, & per expressam l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopilat. & in alijs similibus locis. Et pro ista conclusione facit, quia equiparantur ius commune, & consuetudo praescripta quadragena, & pactum in fundatione appositum, & priuilegium Sedis Apostolicae; vt probatur in Clementina, quia contingit, in principio de religiosis domibus; vbi hoc notat Cardinal. num. 6. facit Concil. Trident. sess. 12. cap. 9. & inquit Episcop. Couarru. in regula, possessor, de regulis iuris in 6. 2. part. 5. 3. num. 4. quod iurisdicchio contra Regem acquiritur per praescriptionem quadraginta annorum, cum titulo, vel sine titulo per praescriptionem immemorialem; & ista confirmantur ex pluribus quae scribo in sequenti quaest. 21. a num. 5. cum sequentibus; ad quae addo scripta nouissime per Ioan. Guttier. quaest. practica. lib. 3. quaest. 62. Quae conclusio est intelligenda, modo ille qui praescribit, aut illius successor habeat bonam fidem; & iustam & probabilem ignorantiam, & non erassam, ac supinam inualiditatis tituli; ac priuilegij: vt probant Dominicus, num. 5. Philip. Franc. n. 6. in cap. cum persona, §. quod si tales, de priuilegijs in 6. & in casu arduo atque notabili, praesumitur mala fides continuata in successores, vt notat Balb. post Bald. & alios, quos citat in l. Celsus, §. 3. n. 22. pag. 704. ff. de vsucap.

367 Quod confirmatur, quia in facto memorabili, t obliuio non praesumitur, vt post Felin. in c. nostra, de rescript. tradit Capicij decis. 69. num. 15. Aymon in consilio 134. n. 31. Barb. cons. 28. col. 8. in fine, lib. 1. Menoch. de arbitrar. iuris iudicum, lib. 2. Centuria 1. casu 26. nu. 6. pag. 165. Auend. part. 2. de exequend. mand. cap. 1. n. 3. qui id tradit in acceptatione donationis, qui refert Capicium dict. decis. 69. num. 14. facit doctrina Abb. in cap. cum olim, num. 3. versiculo, praesumerem tamen, de re iudicat. de qua per Ioseph. Mascard. in tract. de probationibus, lib. 3. concl. 1280. n. 27. fol. 123.

368 Sed quod etiam t in re magna & propria praesumatur obliuio ex lapsu decem annorum, tradit Natta in cons. 315. numer. 10. lib. 2. In contrarium tenet Aymon in consil. 148. n. 5. per cap. quanto, de translation. Pralator. cap. illud, de Clerico excomm. cap. quosdam, & cap. quanto, de praesumpt. & facit, quia dominus praesumitur icire factum procuratoris, quando factum est magnum & graue, secundum Abbat. in cons. 18. col. 2. versic. tertio facit. lib. 2. Rom. in cons. 481. n. 3. & alios, vt per Menoch. in tract. praesumpt. lib. 6. praesumpt. 23. num. 43. fol. 78. & idem num. 81. qui ad hoc addit Petrum Benedictum dec. 71. & ibi num. 80. ponit aliam conclusionem singularem in ista materia; quod in factis Nobilium seu magnorum

369 rum virorum, non praesumitur + ignorantia, ex cap. cum illorum, de sententia excommunicat. Tiraquel. in tractatu nobilitat. cap. 37. numer. 110. & aliis quae referunt: & faciunt scripta per Mascard. in tractatu de probationibus, lib. 2. conclus. 637. num. 21. fol. 31. vbi tradit, quod error non praesumitur in facto insigni, & graui; & tradit Seraphin. in tractatu de privilegiis iuramentis, privileg. 5. num. 11. & privilegio 68. num. 8. Menoch. lib. 2. de arbitrariis, casu 308. num. 7. ideo dicit Cornueus consil. 250. col. fin. lib. 4. quod possidens bona haereditaria, quae licite possidere non potest, nisi vigore testamenti praesumitur illius notitiam habuisse; notat Aymon consil. 123. num. 4. qui num. 3. scribit, quod ex qualitate facti, quando est tale, quod verisimiliter solet venire in notitiam, hoc est coniecturandum, per cap. quanto, de translat. Pralat. Imò in facto multum notabili, etiam antiquo, + non praesumitur obliuio, cap. cum illorum, §. circa. de sententia excommunicat. in 6. cap. quod dicitur, 16. distinctione, notat idem Aymon consil. 134. num. 31. & faciunt quae scribit Roland. consil. 6. num. 44. lib. ex quibus deduci potest, quod si perierat maioratus factus cum licentia Regali, quae aliquem defectum habeat, cum hoc tamen titulo interuenerit praescriptio 40. annorum, nihil postea opponi poterit contra talem licentiam Regalem.

Et an ad probandum maioratum iuxta l. 41. Taur. sufficiat + praescriptio 40. annorum cum titulo, qui possit praestare iustam causam praescribendi: late resoluit Molin. lib. 2. de primogeniis, cap. 6. num. 51. fol. 260. qui hanc vltimam illationem probat. Et iuxta intellectum text. in dict. cap. 1. de praescript. in 6. vt supra dixi, animaduerto ad vnum singulare, quod notat Decius in consil. 134. num. 4. vbi ex Abbate in cap. vigilanti, n. 34. de praescript. tradit, quod ille textus procedit, quando ius commune resistit fortiter contra possidentem; secus si esset leuis praesumptio: & quod procedit in praescriptione, non in consuetudine, secundum Archidiacon. & Dominicum in dict. cap. 1. Sed Decius errauit in referendo text. in c. vigilanti, quia est in c. si diligenti. Et per regulam text. in dict. c. 1. de praescriptionibus in 6. inferrebam + in practica vnum, quod verisimium credo, scilicet quod si quis habuit à Rege sententiam nobilitatis, licet latam absque solemnitate legis 12. tit. 11. lib. 2. Recopilat. si post talem sententiam fuerunt transacti quadraginta anni, quia praebuit iustam causam ad praescribendum, nihil opponi contra talem sententiam potest.

Itis conuenit singularis doctrina Baldi in l. 2. qu. 8. C. de seruit. & aqua: vbi resoluit, quod si Papa infeudauit aliquem de certo castro, quod erat alterius; ei acquireretur iusta causa praescribendi aduersus dominum, tradit Socin Iunior, in consil. 76. n. 63. lib. 1.

374 Quibus addendum, an l. 45. Taur. procedat in maioratu, de quo constat per praescriptionem. + Ratio dubitandi procedit ex verbis eiusdem legis ibi: Que segun la disposicion del mayorazgo de uera suceder en el. Ex quo videtur, quod deficiente scriptura maioratus, lex negat possessionem transferre: & cui non conueniunt verba legis, non conuenit eius dispositio, l. 4. §. toties, vbi Barr. & alij, ff. de damn. infecto: l. ita autem, in principio, & ibi Barr. & alij, ff. de administrat. tutorum, cum mille similibus; vt per Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, libertus, num. 2. cum sequentibus, pag. 83. C. de reuocand. donat. Et si bene consideretur, est inter vnum & alium casum + longa differentia; quia vbi cumque maioratus constat per scripturam, est probatio probata, & euidentis probatio: & concurrunt omnia quae notantur in l. vlt. C. de edit. Diui Adrian. tollend. & quae scribo supra in 3. part. quae. 24. a num. 14. Quando autem de maioratu debet constare per praescriptionem quae probari debet, altiore requiritur indaginem; & ideo dicta l. non procedit, argumento l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibendum. Confirmatur, quia vbi exceptio praescriptionis non est liquida, vel statim liquidabilis, non impedit remedium dict. l. vltim. C. de edit. Diui Adrian.

tollend. secundum Decium ibi, num. 22. per Bald. in l. si is quem, C. ne statu defunctorum; & in l. per hanc, num. 11. Cod. de appellat. & alios, quos citat Menoch. de adipiscenda possessione, remedio 4. num. 771. pag. 116. quod est singulariter animaduertendum circa praxim praedicta legis, & pro hac sententia faciunt plura quae scribo in 3. part. dict. quae. 24. a num. 25.

Ista autem conclusio + limitari forsitan potest, vbi de tenore scripturae maioratus constiterit per testes deponentes cum qualitatibus requisitis, & scriptis in hac quaestione, num. 116. cum pluribus sequentibus: & conclusio ista persuaderi potest ex doctrina Angeli in dict. l. vltim. col. 3. num. 20. de edit. Diui Adrian. & aliis, quae scribit Roderic. Suarez in l. post rem iudicatam, versiculo, tertio principaliter limbo; num. 1. pag. 297. ff. de re iudicata. Alia autem circa istam quaestionem, petenda sunt à Molina d. lib. 2. c. 6. Matienç. in d. l. 1. tit. 7. lib. 5. Recop. gl. 2. cum seqq. fol. 165.

Et est ad memoriam repetendum vnum extraordinarium, quod scribit Oroscius + in l. de quibus, nu. 46. ff. de legat. pag. 179. vbi dicit se respondisse ex facto circa intellectum d. l. 41. Taurina, scilicet, quod in probanda consuetudine successionis maioratus sufficit vnus actus: quod non credo verum.

Et aliud etiam singulare, quod dabit commodum & honorem, est animaduertendum, quod ratione ignorantiae potest peri restitutio + aduersus praescriptionem immemoriam, maxime Ecclesiae, & neruose defendit Carol. Ruin. consil. 103. num. 18. cum sequent. lib. 5. & in consil. 68. num. 19. cum sequentibus, lib. 1. quem citat Sforcia Oddi in tractatu de in integrum restitutione, part. 1. quae. 16. artic. 10. pag. 407. pro quo faciunt quae scribunt Balb. in tractatu praescriptionum, p. 5. quae. 2. pag. 408. Barth. Socin. in l. qui agnatis, in fine, ff. de except. Augustin. Berouis in consil. 56. num. 50. & 51. lib. 3. Episcop. Couarr. in regula, possessor. de regulis iuris, in 6. part. 3. relect. 83. num. 3. fol. 98. Caldas Pereir. in l. si curatorem habens, C. de in integrum restit. minorum, in verbo, infra legitimum tempus; num. 3. fol. 387. & idem Sforcia Oddi in d. tract. p. 2. quae. 89. art. 7. pag. 921. quae conclusio licet eam defendat Sforcia in praedicto loco, contra Gozadinum in consil. 8. difficilis mihi videtur.

Et aliud etiam est memorabile, quod ad probandum ius patronatus, non requiritur + praescriptio 3. immemorialis, sed sufficit quadragenaria; vt magna autoritate resoluit Lancellotus in tractat. de attentat. part. 2. c. 6. de attentatis lite pendente, in praefatione, n. 651. pag. 21. Et qualiter per verba narratiua probentur fines diocesum, constat ex Hieronymo de Montec. 60. Gregor. Lopez in l. 10. tit. 15. part. 6. & aliis, quae refert Valdes in addit. ad Suarez, allegat. 6. pag. 84. & alleg. 8. pagin. 83.

QVÆSTIO XXI.

An in bonis maioratus currat praescriptio.

S V M M A R I V M.

- 1 Deciso quaestione, & num. 4. 6. 7. 9. 13. 20. 22. 27. & per plures sequentes.
- 2 Alienatio comprehendit prohibitionem.
- 3 Praescriptio tantum operatur quantum expressa conuentio.
- 5 Alienationis prohibitio habet tractum continuum, & successuum.
- 8 Praescriptio non nocet descendens nondum natis. & numer. 19.
- 10 Nec admittitur in prauidicium illorum, quibus non erat aperta fideicommissum. & num. 12. 14.
- 11 Quid in bonis feudilibus.
- 14 Successores in maioratibus habent ius succedendi à patris fundatoribus.

- 15 Praescriptio non nascitur contra actionem non nati am.
- 16 Bona Regni & bona maioratus in pluribus aequiparantur.
- 17 Pontificis suprema potestas praescribi non potest.
- 18 Iurisdicctio qualiter praescribi possit.
- 21 Grauumen nomen & arma perpetuo portandi intelligitur, vt perpetuo sine intermissione portentur.
- 23 Negligentia haereditis fideicommissario non nocet.
- 25 Praescriptio an habeat locum in bonis prohibitis alienari; quando alienatio facta fuit cum formae requisita, & ex consensu illorum, in quorum fauorem fuit facta prohibitio.
- 26 Pactum vt praescriptioni renunciari possit an valeat.
- 28 Bona maioratus an praescribi possint inter collaterales & de familia. & n. 30. Resoluitur, n. 39. 42. 43. 44. 49. Quid in fideicommissis. n. 45.
- 29 Vacatus ex dispositione maioratus an possit bona vsucapere, & n. 37. & 40.
- 31 Feudum antiquum potest alienari in agnatos remotiores sine consensu domini.
- 32 Prohibitio alienationis an comprehendat filios inter se.
- 33 Primogenitus an possit facere renuntiationem primogeniturae in secundogenitum.
- 34 Feudum inter vassallos potest praescribi, & vnus vassallus contra alium spatio triginta annorum.
- 35 Restitutio an concedatur aduersus quadragenariam, vel centenariam praescriptionem.
- 36 Priuatus contra priuatum potest iurisdictionem tempore ordinario praescribere.
- 38 Insuccedendi est praescriptibile.
- 39 Praescriptio inchoata ante maioratus institutionem an procedat in bonis postea acquisitis.
- 41 Ecclesia semper dicitur ciuiliiter praescribere.
- 46 Bona maioratus vsucapi possunt praescriptione immemorialis, sed non centenaria. & n. 49. & 53.
- 47 Tributum, aut quid simile cum aliqui per tempus immemoriale non soluant, ex causa legitima exempti praesumuntur.
- 48 Et quid in praescriptione nobilitatis. & n. 64.
- 50 Privilegium ex possessione immemoriali probatur.
- 52 Intellectus ad l. 7. tit. 2. §. part. 3.
- 54 Bona maioratus esse aliqua si duo probent, ad antecessoresque illorum cum praescriptione immemoriali pertinuisse, qua probatio sit potior.
- 55 Ad vsucipiendam rem aliquam maioratus an sufficiat allegare titulum cum praescriptione triginta annorum? Resoluitur, num. 68. 69.
- 56 Allegans sibi solutum pluribus annis, non debet solum inniti temporis diuinitate, sed allegare Constitutum fuisse ex aliqua causa & num. 57. 58. 62.
- 59 Bona fisco incorporata qualiter vsucipiuntur.
- 60 Allegans vnionem esse factam, & se possidisse per quadraginta duos annos, obinet in probatione vnionis.
- 61 Laicus quando possit prouidere beneficium.
- 63 Ius pascendi cum titulo quo tempore acquiratur.
- 65 Praescriptio quadraginta annorum cum titulo an sufficiat vbi ius commune resistit.
- 67 Titulus Regius an operetur iustam causam ad praescribendum.
- 70 Bona maioratus in possessione sunt praescriptibilia.
- 71 Possessor bonorum maioratus opponens se executioni factae per creditorem praedecessoris, an teneatur probare praescriptionem cum qualitatibus requisitis per l. 41. Tauri.
- 73 Praescriptio currit in bonis maioratus aduersus ipsum institutorem vendentem.
- 74 Ad praescribendum bona maioratus an sufficiat possessio per Constitutum.
- 75 Praescriptio an currat in bonis prohibitis alienari stante duplici prohibitione.
- 76 Praescriptio an currat contra ignorantem sibi fideicommissi bona competere.
- 77 Vnus portandi nomen & arma an praescribatur.
- 78 Primogenitus qualiter se possit opponere liti, in qua contra patrem allegatur praescriptio.

- 79 Regalia quo tempore praescribantur.
- 80 Dimisso terminorum ad Principem spectat.
- 81 Tabellionum creationem an possit praescribere contra Regem in suo Territorio.
- 82 Possessio priuatum non constituit terminos publicos. Praescriptio immemorialis an currat contra Principem. ib.
- 83 Iurisdicctio transit in primogenitum.

Vigesimo primo quaero, an in bonis maioratus currat praescriptio? quem articulum, quamuis multa tractari in eo poterant, quia alij de hoc latissime egerunt, breuiter tractabo; & concludo + cum communi opinione, quod in bonis maioratus non habeat locum praescriptio contra non natum, vel contra illum, qui praeceditur ab alio possessore maioratus: quae fuit sententia Roderici Suarez; cuius scripta magnam apud me semper habuerunt auctoritatem in allegatione 3. Et ista opinio confirmatur viua & concludenti ratione. Quia cum possessor bonorum maioratus prohibetur alienare bona maioratus expressè, nec alienatio valeat in prauidicium vocatorum ad maioratum; maiori ratione non potest tacite consentire alienationi permittendo praescribi; nec tacitum plus debet operari quam expressum, iuxta regulam l. qui ad certum, ff. locati. Ad haec facit, quod communitas, quae non potest alienari, non potest pari praescribi; vt per Siluan. consil. 1. num. 170. Et alienatio + comprehendit prohibitionem praescriptionis, secundum Bard. in l. 1. opposit. 16. C. de edit. Diui Adrian. Rebuff. in tractat. de alienatione rerum Ecclesiae, num. 1. pag. 69. Et praescriptio + tantum operatur quantum expressa conuentio, secundum Gloss. in l. 1. C. de seruit. Barth. Socin. in consil. 4. lib. 3. q. 4. Tiraquel. in tract. de primogenit. q. 30. num. 2. Aluar. Valasc. de iure emphy. qu. 8. num. 18. fol. 48.

Corroboratur consideratio, quia si daretur + praescriptionem in bonis maioratus respectu nasciturorum, esset voluntarium fideicommissum, non perpetuum: nam si pateretur alienans, vel alius successor res praescribi, esset in eius voluntate, vel alterius sequentis, qui non alienauit, destruere maioratum; quod non est dicendum; cum contradicat mens testatorum, & clamet contrarium diuersa iura.

Et ad hoc est text. notabilis in l. si id quod, ff. de liberatione legata, §. 2. ibi: Quia in arbitrio haereditis esse non debet, vt quandoque condicione existente; nec ipsi legatario debeatur legatum, & l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. ibi: Nec tamen sequentium causa propter superiorum in posterum ladi debet. Et alienationis + prohibitio habet tractum continuum, & successuum, & sic respicit omnes de familia, & vocatos, secundum Cumanum in l. cum ita, §. in fideicommissis, lectura 1. num. 4. ff. de leg. 2. Tiber. Decian. respons. 60. num. 4. lib. 1. Et corroboratur ista sententia ex text. & eiusdem ratione in l. si quis emptiois, §. in his, C. de praescript. 30. annorum; quem post alios explicat Balb. in tractatu praescriptionum, 4. part. quae. 4. num. 1. cum aliis, pag. 321. Et hanc opinionem pluribus Authoribus relatis communem esse, palam confitetur doctus Pinellus in authentic. nisi tricennale, num. 46. fol. 143. C. de bonis maternis; quamuis ipse magno animo contrarium teneat: & idem tenet Gama, eo non relato, decis. 345. & prius decisioe 48. ad finem & ab ista + communi opinione non est recedendum, secundum Anton. Petram in tractat. de fideicommissis, qu. 14. num. 3. 9. pag. 571. post Ripam in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 113. ff. de leg. 1. & facit quod scribit Ioan. Lopius in l. 5. Tauri, num. 22. & ibi Castillo versiculo ex supra dictis. Et quod ius primogeniturae inter non vocatos sit impraescriptibile, notanter resoluit Glof. Paris. in consuetud. Paris. p. 1. §. 8. gloss. 3. num. 29. fol. 115.

Et istam nostram sententiam, licet dubitans, tenere videtur Gregor. Lopez in l. 10. tit. 26. part. 4. in glossa 3. verbo, No le empece tiempo, vbi per + quinque columnas quaestionem hanc latissime disputat, & postea distinguit

quit quinque casus in sine Glossa, qui caute sunt legendi; Anton. Rubens *consil.* 13. *num.* 13. laudat Carol. Ruin. *consil.* 41. *lib.* 1. Et hoc sequitur, & constanter amplectitur Anton. Gomez in *l. 40. Tauri*, *num.* 90. ad quod addo Stephan. Bertrand. *consil.* 15. *num.* 37. *lib.* 1. vbi istam opinionem late fundat in bonis relictis familiae, & dicit quod quamvis bona subiecta restitutioni praescribi possint longissimo tempore (quae fuit multorum sententia) & post alios tractat Socin. Iunior. in *l. §. Diui*, *num.* 212. *cum sequentibus*, ff. de legat. 1. *fol.* 197. intelligitur aduersus habentem tunc ius; non in prauidicium aliorum vocatorum, quibus nulla negligentia imputari potest, in qua omnes praescriptiones fundantur? quod etiam clare tenere videtur Decius in *consil.* 468. *nu.* 23. vbi tenet quod praescriptio non nocet in descendentes nondum natis quibus competit ius ex donatione facta alicui & successoribus; late Parisius, qui plures citat *consil.* 23. *num.* 199. *libro* 1. quod secundum eum: *num.* 196. fortius procedit, quando alienatio fuit facta ab illo, qui prohibitus erat alienare: Rubens *consil.* 84. *Crotus in d. l. §. Diui*, *col.* 44. Loazus *num.* 512. Ripa *116. ff. de leg. 1.* Gratus *consil.* 101. *num.* 43. *lib.* 2. Anton. Gama parum sibi constans *decis.* 84. *num.* 2. & *decis.* 26. *num.* 5. & *decis.* 93. *num.* 3. Bald. in *consil.* 351. *lib.* 3. *decis.* Pedem. 177. *num.* 1. *cum sequentibus*, faciunt scripta per C. Socin. in *d. l. §. 5. in versiculo*, ex *supradictis colligitur*, *fol.* 162. *col.* 3. & in *versiculo*, sed *numquid*, post Hypolyt. Riminald. in *consil.* 339. *nu.* 142. *cum sequentibus*, *lib.* 3. Olsac. *consil.* 15. *num.* 32. & faciunt in simili doctrina Agidi. Rossi. in *practica crimin. titulo*, de *proclam. n.* 11. *pag.* 540. vbi tradit, quod proclamata facta in bonis fideicommissi non prauidicant nondum natis: & punctum etiam & quaestionem resoluit concordando cum praedict. Anto. Petra in *tractatu de fideicommissis*, *d. g.* 14. *numer.* 157. *cum pluribus sequentibus*, *pagin.* 550. & Anton. Peregrin. in *tractatu de fideicommissis*, *art.* 40. *n.* 16. *fol.* 375. & in *tractatu de fisco*, *lib.* 6. *per totum*, maxime *num.* 17. qui loquitur in fideicommissis, bonis feudalibus, & maioratibus, & idem quod Parisius, & alij, tradit in terminis Suid. *decis.* 336. *num.* 14. vbi citat Molinam in *libro de primogeniis*, *cap.* 10. *num.* 3. *lib.* 4.

9 Et istam sententiam in quodam maioratu Hispaniae probat viuis & concludentibus rationibus Alciat. *responsio* 594. *num.* 15. vbi inter alia inquit, quod quando testator vocat ad fideicommissum Petrum & eos, qui ex eo descendunt; non currit praescriptio aduersus descendentes, nisi ab eo tempore, quo prior in gradu perfecta praescriptio sit excusus, per *l. 1. §. sed videndum*, ff. de *success. edict.* & doctrinam Bart. *consil.* 122. & alia quae refert, praecipue doctrinam Aluaton. in *c. hoc quoque*, *versiculo*, *quaro ab extra*, de *success. feudorum*, *num.* 6. *fol.* 23. & eandem opinionem tenet etiam *Gloss. Paris.* qui plures citat *consil.* 6. *num.* 15. & idem tenet Alex. *consil.* 99. *num.* 12. *lib.* 3. & *consil.* 98. *num.* 4. *lib.* 2. & alij quos refert *Gloss. Paris.* in *d. consil.* 59. Tiraquel. *lib.* 1. *de retract.* §. 1. *gloss.* 10. *num.* 47. & confirmat ex pluribus Authoribus & rationibus idem Tiraquel. *lib.* 1. *de retract.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 247. *pag.* 2011. ad haec videndus, & alij plures relati ab Anton. Gabriel. *lib.* 5. *communium opinionum*, *concl.* 13. *de praescriptione*, *num.* 1. *pag.* 309. vbi *num.* 11. citat Parisium in *cap. cum non liceat*, *num.* 18. *de praescriptionibus*, & alios dicentes non currere praescriptionem in bonis prohibitis in alienari in prauidicium illorum, quibus nondum erat apertum fideicommissum, & sic agere non poterant; qui ad ista legendus est; Cephal. *consil.* 115. *num.* 18. *cum aliis*, *lib.* 2. & *consilium primogeniale*, *num.* 189. & 190. Andre. ab Exea, *lib. praedictorum*, *num.* 232. *pag.* 108. Marien. in bonis maioratus in *l. §. gloss.* 5. *num.* 25. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopil.* *fol.* 192. vbi ad istam opinionem plures citat, Molin. in bonis maioratus *lib.* 4. *de primogeniis*, *c.* 10. *num.* 3. *fol.* 199. August. Beron. in *consil.* 67. *num.* 40. *lib.* 1. C. r. r. Senior *consil.* 82. *num.* 4. Cephal. *consil.* 624. *num.* 4. *lib.* 5. vbi *num.* 41. *cum sequentibus*, tradit maxime procedere, interueniente mala fide, quae continuatur in successores, etiam si quis

velit incipere praescriptionem ex propria persona; Natta in *consil.* 337. *num.* 7. *lib.* 2. vbi inter alia refert Alex. in *consil.* 101. *num.* 24. *lib.* 7. idem tenentem, & concludentem, quod vbi est publica vox & fama, quod bona sunt fideicommissa subiecta, non currit praescriptio propter malam fidem, Simon de Praetis *lib.* 3. *de interpretand. defunct. volum. dubitat.* 6. *fol.* 5. & *ult.* *num.* 25. *fol.* 374. & dicit idem Alexand. singulariter ad nostrum propositum in *consil.* 101. *lib.* 7. quod licet praescriptio longissimi temporis noceat super bonis prohibitis alienari non tamen nocet filiis, vel aliis vocatis ad fideicommissum qui nondum erant nati, vel erant minores; quod est notabile consilium in ista materia.

Et idem clare scribit Paul. *consil.* 181. *Notandum est quod dicitur Albertus num.* 1. *lib.* 2. vbi ex hoc dicit, quod agnatis non prauidicant praescriptio in bonis feudalibus: quod procedit nisi in praescriptione immemorabili, secundum Socinum Iuniorem in *consilio* 76. *num.* 101. *lib.* 1. qui refert Curium Seniore in *consil.* 72. *col.* 3. *num.* 4. *versiculo*, si *opponatur*, dicentem, quod ad hoc sufficit tempus quadraginta annorum, cuius dictum minimè verum puto per supra dicta: & de praescriptione bonorum feudaliu late agit Socin. Innior in *consil.* 86. *num.* 20. *lib.* 1. vbi tradit, quod lex resistens praescriptioni feudorum videtur prohibere praescriptionem immemorabilem? quod etiam verum non credo; in praescriptio centum annorum sufficit contra dominum in bonis feudalibus, vt tradit Iul. Clar. *lib.* 4. *receptarum sententiarum*, *quasi.* 45. §. *feudum*, *num.* 2. *pag.* 199. vbi resoluunt materiam, quando bona feudalia praescribi possint post Curium in *tractatu de feudo*, 4. *part.* ex quibus *causis feud. amittatur*, *vt. caus. priuata feud. quasi.* 82. *pag.* 369. quod etiam tractat Barth. Socin. in *consil.* 86. *num.* 8. *lib.* 1. Parisius in *consil.* 1. *num.* 123. & in *consil.* 115. *num.* 14. & in *consil.* 27. *num.* 66. *lib.* 1. Menoch. in *consil.* 2. *num.* 3. *lib.* 1. idem Menoch. in *consil.* 307. *num.* 68. *lib.* 4. vbi post alios, quos citat, resoluunt praescriptionem non obesse filiis in bonis feudalibus: & materiam etiam tractat & resoluunt cum praedictis, Anton. Peregrin. in *tractatu de fideicommissis*, *art.* 41. *num.* 1. *cum sequentibus*, *fol.* 477. Sed pro dicta opinione est etiam text. in *l. ult. §. si autem auaritia*, *C. communia de legat.* per quem textum tenet Bald. in *consil.* 351. *item ad illud*, *lib.* 3. quos ius fideicommissi conditionalis non currit antequam existat conditio & per istam rationem hanc sententiam etiam tenet Decius in Baronia, & bonis feudalibus, in *consilio* 445. *n.* 46. de quo per Barb. in *tractatu praescriptionum*, 5. *part.* *cum seqq.* *lib.* 3.

Ex quibus manifestè liquet, quod licet praescriptio in bonis maioratus prauidicet ei, contra quem praescribitur, minimè nocet successoribus, quibus nondum in ius erat delatum: & ad hoc etiam est bonum consilium Bald. in *consil.* 4. *In causa Basilij*, *num.* 2. *lib.* 4. vbi dicit, quod praescribi non potest res subiecta restitutioni in prauidicium eius; cui debet fieri restitutio, cum interim agere non possit, ad quod est notabile consilium Pauli de Castro 153. *num.* 3. *lib.* 2. licet in contrarium faciant scripta per Paris. in *consil.* 48. *n.* 19. *cum seqq.* *lib.* 3.

Et haec ratio fulcitur, quia successores in maioratibus habent ius successionis à primis fundatoribus, quod ius non defertur vsque ad diem mortis vltimorum possessorum, iuxta *l. quoties*, *C. de donation. qua sub modo*: & ante non oritur actio, & contra actionem non natam non nascitur praescriptio: *l. de decem*, ff. de *verborum obligat.* *l. cum noisim*, §. *illud*, *C. de praescriptione*, 30. *annorum*. Quae ratio corroboratur ex scriptis per Corneum *consil.* 22. *num.* 15. *lib.* 3. qui eleganter loquitur. Sed istud fundamentum difficultatem habet ex *Glossa in l. cum pater*, §. *libertis*, ff. de *legat.* 2. & aliis quae scribo supra, 3. *part.* *qu.* 9. vbi probatum fuit, quod si res maioratus alienetur, potest vocatus statim petere res maioratus alienatas: quod confirmo, quia imputandum est illi, qui potuit remouere impedimentum, & non fecit diligentiam, vt tradit Balb. in *tra-*

ctatu

ctatu praescriptionum, 6. *p. princip. in princip.* *num.* 23. quem citat Ioann. Guttier. in *consil.* 28. *num.* 8. ad haec facit *l. 1. tit. 17. part. 2.* ibi: *Ni por tiempo que la ouiesse tenido*, supposito quod bona Regni, & bona maioratus aequiparantur in pluribus, prout in aliis locis supra affirmavi, ex dispositione *l. 2. tit. 15. part. 2.* & *l. 40. Tauri*, & aliis argumentis: quamuis dispositio dicta *l. 1. cum* qua etiam concordat *l. 6. tit. 29. part. 3.* quae prohibet vsucapionem bonorum Regni, hodie sit restricta ad collectas, & tributa Regi debita, vt patet ex *l. 6. tit. 13. lib. 3. Ordinandum*, ibi: *El las otras leyes que dizen que las cosas del Reyno se pueden ganar por tiempo, que se entienda de los pechos, y tributos que a nos se demandan*: hodie *l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil.* & idem est in Papa i cuius suprema potestas praescribi non potest, secundum *Gloss.* & Doctores in *c. cum vobis*, de *praescriptionibus*: & alios, vt per Balb. in *tract. de praescriptionibus*, 4. *p.* 5. *part.* *num.* 14. *pag.* 402. Anton. Peregrin. *dicto tit.* 8. *num.* 14. & istis adde consilium Zafij 15. *num.* 44. *lib.* 2. vbi tractat, quo tempore praescribatur contra Ducem Austriae? vbi tradit qualiter in isto casu competat restitutio, & quod scientia Officialium dicti Ducis non nocet ipsi Duci. Et quod in Regiis patronatibus nulla currat praescriptio, resoluunt notanter Aluat. Valac. in *tractat. de iure emphy.* 9. *num.* 26. *fol.* 62. Et qualiter praescribatur i iurisdictione, vltra ordinaria, late tractat Falcon. *regul.* 369.

Et dicta sententia, quod praescriptio non procedit in bonis maioratus contra nondum natos, & alia concludenti ratione confirmatur; quia cum quilibet ex vocatis ad maioratum sit donatarius de per se, & tot dicantur donationes, & substitutiones, quot sunt personae vocatae, vt tradunt Andre. de Isern. in *c. 1. §. Praterea ducatus*, de *prohibita feudi alienatione per Federic.* & alij quos citat Molin. *lib. 1. de Primogeniis*, *c. 1. num.* 17. *fol.* 4. & ego trado in *1. q. istius quaria partis*, à *num.* 7. sequitur euidenter quod negligentia illius, qui passus fuit rem praescribi, nullatenus potest prauidicare successoribus, qui dominium & donationem habet de per se, non dependentem à dominio antecessoris; & alteri per alterum non debet iniqua conditio afferri, iuxta regulam, *non debet, de reg. iur. in 6.* cum *concordantibus* Ex quibus non sine magna ratione dubitari potest de resolutione *Gloss. Parisien.* *lib.* 4. *de Primogeniis*, *c. 9. num.* 38. *fol.* 187. vbi scribit quod remedium laesionis enormissimae competens successoribus in maioratu aduersus transactionem, praescribitur triginta annis aduersus omnes successores, & aduersus non natos.

20 Rursus, quod praescriptio non procedat in bonis maioratus probatur, quia bona maioratus tam ex iure, quam ex dispositionibus testatorum, perpetuo esse debent apud vocatos, & successores: vbi autem perpetuo aliquid competit, praescriptio non habet locum, secundum *Gloss.* in *l. quod si nolit*, §. *si quid interuenierit*, ff. de *adilit. edict.* vbi Bald. & Angel. idem Angel. & Imolin. *l. 1. ff. de vsucap.* Barth. Socin. *consil.* 86. *num.* 11. *lib.* 1. & alij quos citat Tiraquel. *libro* 1. *de retract.* §. 1. *gloss.* 2. *num.* 17. *pag.* 814. ad quem addo *Zafium consil.* 15. de quo puncto late agit Tiraquel. in *dicto loco*. Et quod vbi aliquod priuilegium perpetuo competit, tollatur praescriptio; tradunt Riminald. in *consil.* 338. *num.* 20. *lib.* 2. Ioan. Garcia in *lib. 2. de nobilit.* §. 1. *gloss.* 1. *num.* 79. *fol.* 58. & de perpetuitate plura notabilia tradit Quintil. Mandos. in *procurat. gloss. facultatem*, *fol.* 3. *calum.* 4. & *fol. sequenti*. Seraphin. in *tractatu de priuilegiis iuramentis*, *priuilegio* 58. *num.* 14. *pag.* 302. & idem Ioann. Garc. *dict. gloss.* 1. §. 1. *num.* 9. *fol.* 41. vbi agit de intellectu text. in *l. 4. tit. 26. part. 2.* post Gregor. Lop. ibi, & legi debet Barb. in *l. quia tale*, ff. *solutio matrimonii*, *num.* 10. *pag.* 309. *tom.* 2. qui plures refert, & Rebuff. in *l. nam quem* 149. *ff. de verbor. significat.* *pag.* 736. vbi inter alia refert Nicol. Boerium *dec.* 150. tenentem de illis verbis, *semper masculus erit haeres*, quod dictio *semper* includit ipsum & posteros, vt per Ripam in *l. fin.* *n.* 212.

quasi. 64. *C. de renouand. donat. per l. semper*, ff. de *iure immunitatis*.

Et vbi cumque fuit appositum in donatione grauen portandi perpetuo nomen & arma, & requiritur, vt perpetuo possentur sine intermissione, & cum tractu successiuo, vt resoluunt notanter Theaurus *de cif.* 270. *num.* 24. qui ad hoc refert *l. 1. §. hoc interdicto*, ff. de *in iure*, *ad iure priuato*; Angel. Alexand. Decium, Ias. Bart. Socin. Bologninum, faciunt scripta per Tiraquel. in *l. si unquam in verbo*, *susciperit liberos*, *num.* 202. *pag.* 391. & legendus est Natta in *consil.* 64. *num.* 5. & 6. qui loquitur in priuilegio immunitatis, & legi debet in materia fideicommissorum de isto verbo, *perpetuo*, Menoch. in *consil.* 327. *num.* 87. & *num.* 114. *lib.* 4. facit *l. 40. Tauri*, hodie *l. 5. tit. 7. lib. 5. Recopil.* vbi late Aucendan. *gloss.* 14. *fol.* 127. & *l. 11. tit. 6. eodem libro*, & tradit idem Aucend. *gloss.* 5. post Molinam, quem citat *lib. 1. c. 4. n.* 30. Tellum in *l. 17. Tauri*, *n.* 17.

Et haec sententia quod regulariter bona maioratus sint impraescriptibilia, mihi verissima & videtur: & cauendum est à Hieronym. Grato in *consil.* 106. *num.* 10. *lib.* 2. vbi nimis generaliter tradit, quod in bonis prohibitis alienari, currit praescriptio; allegat notata in *l. filiusfamil.* §. *Diui*, ff. de *leg. 1.* pro quo est text. in *l. si haeres*, *la. 2. §. fin.* ff. *ad Trebell.* vbi probatur, quod negligentia in haereditate nocet fideicommissario, & currit praescriptio: quem citat cum *Gloss.* Ludouic. Gom. in *regul. Cancellaria*, in *regula de trienniali*, in *epilogo negligentiarum*, *pag.* 810. *versiculo* 43. Cauendum est etiam, ab his quae de praescriptione in bonis prohibitis alienari, scribit nouissime Petra in *tract. de fideicommissis*, *q.* 14. *n.* 67. *cum seqq.* *pag.* 551.

Et in memoria est habenda doctrina Alex. in §. *Diui*, ff. de *leg. 1.* vbi dicit, quod praescriptio habet locum in bonis prohibitis alienari, & quando alienatio fuit facta cum forma requisita ex consensu illorum, in quorum fauorem fuit facta prohibitio, quem citat Cur. Iun. in *consil.* 88. *num.* 3. quae maxime sibi locum vendicat in illis bonis, in quibus per fundatores maioratum bona vsucapi prohibentur; quae clausula in multis maioratibus, praecipue nouis reperitur; in quo casu concurrere videtur prohibitio legis & testatoris, quae fortius vrgent iuxta notata in *d. §. Diui*, ff. de *leg. 1.* & *Gloss.* in *d. l. cum pater*, §. *libertis*, in *verbo nec alienauit*, ff. de *leg. 2.* per doctrinam Bald. in §. *donare*, *qualiter olim feud. alien. poter.* & Barth. Socin. *consil.* 163. *col.* penult. *lib.* 2. & quae adducit Greg. Lop. in *d. l. 10. tit. 26. part. 4. fol.* 70. *col.* 4. *versiculo*, *similiter nec obstat*, quod latius trado *infra q.* 40. *n.* 8. & faciunt scripta in *haec quaestione*, quod tenendum est licet Bertrand. de Argentr. in *consuetud. Brit. articul.* 266. *pag.* 364. conetur probare, testatores non posse prohibere praescriptiones in fauorem publicum inductas: quod non credo verum, ex regula *leg. in traditionibus*, ff. de *partis*, & aliis quae scribo *part.* 2. *q.* 3. & in aliis locis; & ex his quae scribit Tiraquel. *lib.* 2. *de retract.* §. 1. *gloss.* 2. *num.* 14. *pag.* 813. vbi resoluunt; quod ex communiori sententia & valet pactum vt praescriptioni renunciari possit; pro qua opinione est text. clarus in *l. quod si nolit*, §. *si quid ita venerit*, ff. de *adilitio edict.* licet quod per pactam renunciari non possit praescriptioni, dicant communiorum esse opinionem, Paris. in *consil.* 92. *num.* 45. *lib.* 3. Socin. Iunior in *consil.* 145. *num.* 50. *lib.* 1. & alij, quos citat Ant. Gabri. *lib.* 5. *communium opinionum*, *titulo de praescriptionibus*, *conclus.* 6. *num.* 10. *pag.* 305. vbi refert contrarium tenentes, & punctum tractat Guttierrez in *l. nemo potest*, *num.* 1. ff. de *leg. 1.* Et quae dicta sunt maxime locum sibi vendicant, vbi cumque bona maioratus sunt prohibita praescribi ex facultate Regia, prout plerumque contingit; vt probatur ex his quae eleganter scribit Barth. Socin. in *consil.* 86. *num.* 10. *lib.* 1.

Et ista conclusio, quod bona maioratus sunt impraescriptibilia, procedere videtur non solum inter extraneos, qui velint vsucapere bona maioratus, sed etiam inter collaterales, & inter illos de familia, qui ordi-

no

ne successiuo vocati sunt ad maioratam: quia vnus in
 praedictum alterius vocati, non potest vlcupere ius
 succedendi in maioratu, excludo proximior: quod
 ratione vrgenti probatur, quia cum ex dispositione l.45.
 Tauri, defuncto possessore bonorum maioratus conti-
 nuus transeat in successorem proximum in gradu posses-
 sionis tam civilis, quam naturalis, quamuis in vita pos-
 sidentis bona maioratus, ea alij tradiderit: vel alius
 quispiam occupauerit, vt latius in dict. l. cauetur, aperte
 patet quod alius, qui non sit proximus, & vocatus
 29 ex dispositione maioratus non potest bona vlcupere
 quia cum in proximior vocato sit vtraque possessio,
 non solum civilis, sed etiam naturalis, & duo non
 possunt in solidum possidere, & alius non proximior
 nullam habeat possessionem, & sine possessione praes-
 criptio non procedat, ex regula, sine possessione, de re-
 gul. iur. in 6. cum concord. sequitur euidenter, quod non
 procedit vlcupio in praedictum primitus vocati
 ante alium qui bona maioratus occupauit sub aliquo
 colore. Ex qua l.45. apparet veram esse sententiam Glos.
 Paris. in consuet. Paris. titulo 1. §.8. glossa 3. m.29. folio 125.
 vbi affirmat, quod nec vnus ex fratribus praescribere po-
 test ius primogenituræ ad quod varias rationes adducit.
 Sed in hoc sequor Barth. Socin. & in consilio 47. Fa-
 30 cili narratione, lib.3. vbi affirmat, quod inter collate-
 rales consanguineos currit praescriptio in bonis pri-
 mogenituræ: licet huic consilio respondeat Grego. Lopez
 in dict. l. 16. quod loquitur in primogenitura: cuius
 alienatio non est prohibita; & idem quod Barth.
 Socin. tenet Ioan. Guttier. in tractat. de primogenit. lib.3.
 quest.9. & vltima, vbi dicit, quod frater secundogeni-
 titus potest praescribere aduersus primogenitum ius
 primogenituræ, licet alius praescribere non possit: quem
 sequi videtur Tiraquell. in tractatu de primog. q.30. n. 10. pag.
 228. & probat ex aliquibus Parisiis in dict. consil. 23.
 n.193. lib.1. vbi multa refert, & expresse sequitur Chaf-
 san. in Catalogo glor. mundi part. 11. conclus. 47. folio 19.
 colum. 2. in versiculo, & in hoc: qui refert Socin. in dict.
 31 consil. licet vitiose. Pro quorum sententia facit: quia
 fundus antiquus alienari potest in agnatos remotio-
 res sine permissu domini in praedictum vocatorum,
 secundum Mart. Laud. & Cardin. Alexand. in cap. Ti-
 tius, si de feud. fuerit contro. inter domi. & vassal. per tex.
 in cap. 1. de alienatione feudorum, & in cap. 1. §. sed & res,
 ibi, fratri vel nepoti, titulo, de alienatione feudorum: &
 in l. fin. in Cod. de secund. nuptiis. Rationem ad hoc
 assignat, quia cessat ratio prohibitionis ne feudum
 veniat ad extraneas personas, notat Glos. Paris. in 1.
 consuetud. Paris. §. 13. gloss. 6. numer. 5. vbi ex Bart. &
 aliis, in l. 1. C. de imponend. lucra. descript. lib. 10. tradit,
 quod plures emphyteutæ possunt alienare inter se sine
 domini consensu, & Iul. Clar. lib. 4. receptarum sen-
 tentiarum, §. Emphyteutis, qu. 14. pagina 144. Iul. consil.
 236. in fine, lib. 2. Tiraquell. lib. 1. de retractu in pro-
 mio, num. 52. & alij, quos citat Menochius in consil. 2.
 numer. 28. lib. 1. Zalius in consil. 12. num. 2. lib. 1. & hoc
 confirmatur ex text. in l. qui complures. ff. de leg. 3. &
 in l. 1. C. de habit. lib. 11. & ex doctrina Baldi in consil. 10.
 32 498. Factum super quo, in fine, lib. 1. vbi dicit quod prohi-
 bitionem alienationis non comprehendere filios inter
 fe, de quo plura scribit Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 11.
 gloss. 6. num. 6. cum sequentibus: facit l. voluntas, Cod. de
 fideicommissis, & liquoribus ab omnibus, eodem titulo; & l.
 filiusfamilias, §. cum pater, ff. de lega. 3. quæ iura ad hoc
 sunt expressa: & l. pater, §. quindecim, ff. de lega. 3. tra-
 dit Aflit. in consil. Neapolita. lib. 3. rubric. 5. de re-
 uocatione alienat. num. 17. fol. 161. Vnde siquis sit pri-
 33 mogenitus, non prohibetur quod facere renuntiationem
 primogenituræ in secundogenitum, secundum Iacob.
 Bald. Mart. Laud. Iacob. Aluar. Curt. Alex. in cap. 1. §.
 praeterea si ille; quibus modis feud. amittatur; ad quod
 concordantes, & alia ad propositum refert Tiraquell.
 in tractatu de primogenit. quest. 26. pagina 220. de qua ego
 34 latius tracto in 3. part. huius operis, quest. 18. Et feudum
 inter vassallos, potest praescribi, & vnus vassallus con-

tra alium spatio triginta annorum, vt tradunt omnes in
 cap. si quis per triginta, rit. si de feudo fuerit contronefia;
 Glos. in cap. 1. §. praeterea, de Capitaneis: & volunt Cur-
 tius Iunior in consil. 25. & in consil. 82. quos citat Paris.
 in consil. 5. numer. 13. lib. 1. qui addit Matthæ. ab Aflit.
 decisio 254. Et plures citat Natta in consil. 456. num. 26.
 vbi resoluit an concedatur quod restituitio aduersus qua-
 dragenariam, vel centenariam praescriptionem: & de
 35 conclusione tex. in §. quis per triginta, agunt etiam Iul.
 Clar. in §. feudum, quæst. 85. & alij, quos citat Meno-
 chius in consil. 2. num. 12. lib. 1. & in consil. 307. numer. 52.
 lib. 2. Tiberius Decianus in consil. 24. num. 108. lib. 1. vbi re-
 soluit, qualiter femina possint praescribere bona feu-
 dalia, & pro hac conclusione faciunt plura quæ scri-
 bo supra, hac quarta part. quest. 19. vbi late probatum
 fuit, quod priuatus contra priuatum potest praes-
 36 scribere iurisdictionem tempore ordinario, & alia si-
 milia, vbi refero tex. in dict. §. si quis per triginta; &
 alia plura, quæ isti quaestioni maxime conueniunt, &
 laicus potest praescribere contra laicum decimas pro
 tempore communi, decem, vel viginti annorum, secun-
 dum Felinum in cap. causam, de praescriptionibus, Nicol.
 Boerium in consuetudinibus Aurelia. titul. de iudiciis, c. 2.
 pag. 127.
 Et hæc solciuntur, quia testatores prohibentes bo-
 norum maioratus vlcupationem, ea ratione quod mouen-
 37 tur ad prohibendum vlcupationem bonorum vincula-
 torum, quod nolunt propria bona in extraneas fami-
 lias transire: quæ ratio cessat vbicumque ille, qui ea
 praescribit, est de familia, & testatoris generatione, &
 ab eo vocatus; & cum ista ratio cesset, cessare debet
 dispositio, dict. l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legat. 2.
 Et in isto casu non vlcupantur bona maioratus, sed
 ius succedendi, quod est praescriptibile, sicut alia
 38 pleraque iura, vt longè agit Tiraquell. lib. 1. de retra-
 ctu, §. 36. gloss. 2. num. 36. cum sequentibus, quem refero in
 1. part. huius operis, q. 6. & pro hac conclusione est tex.
 notabilis iuxta doctrinam Dominici, num. 3. & Fran-
 cisc. numer. 5. in c. cum de beneficio, de prebendis, lib. 6.
 quæ conclusio erit magis certa & plana vbicumque
 cum praescriptione quadraginta annorum concurrat
 titulus Regalis, iuxta tex. in c. 1. de praescriptionibus in 6.
 cum concordantibus, quæ scribo in q. 20. procedenti; &
 vbi inter alia refertur doctrina Molin. l. 2. de primogen.
 cap. 6. num. 51. quod vidi in practica in successione cu-
 iusdam status. Pro qua scribo infra. Et hoc aperte tenet
 Burg. de Paz in consil. 41. num. 11. & sentit expresse
 Molin. lib. 4. de primogen. dict. cap. 11. num. 10. fol. 190. &
 faciunt scripta per eundem Molin. lib. 2. de primog. c. 6.
 num. 51. fol. 259. Mouentur omnes, quia ista praescri-
 ptio habet vim praescriptionis immemorialis, & ista
 conclusio erit certissima vbicumque Princeps in facul-
 tate facit bona libera, vel alio quocumque modo de-
 rogauit clausulis maioratus. Et pro ista sententia faci-
 unt plura quæ scribit Paris. in consil. 23. num. 213. cum
 39 seqq. lib. 1. Et quod praescriptio qualibet inchoata ante
 maioratus institutionem procedat in bonis postea in-
 sertis, scribit Falcon. d. reg. 368 num. 3. ex Molin. lib. 2.
 c. 10. num. 2. & 3.
 Non obstat d. l. 45. Taur. quia non procedit vbicum-
 que ille, qui verus erat successor honorum, tacuit
 per tantum tempus, quod verisimile est, cum posses-
 sionem animo auisisse, vt late probaui in 3. part. huius ope-
 ris, qu. 6.
 Ex quo inferatur, quod cum in isto casu ille, qui est
 de vocatis ad maioratum, habeat possessionem ciui-
 lem, & naturalem, & vlcupere potest aduersus proxi-
 40 miorum vocatum ante eum, & iste secundus efficitur
 primus propter alterius taciturnitatem, incuriam, vel
 negligentiam; & pro hoc facit quod scribit Bald. in
 consil. 299. Dicunt Petrus. ante finem, vers. pone, Ecclesie,
 lib. 1. vbi vult, quod Ecclesia non petendo pensionem
 ab emphyteuta per decennium, amittit possessionem
 ciuilem; notat Aymon in tractat. de antiquitate tempo-
 rum, 4. p. num. 139. fol. 276. vbi tradit, quod vbicum-

que quis tenuit rem tanquam liberam non tanquam
 feudalem, iusto titulo, & bona fide durante decennio,
 nulla currit praescriptio, possessione ciuili existente
 apud dominum per illud tempus, sed lapso decennio
 incipit currere praescriptio longissimi temporis aduer-
 sus dominum: refert notata per Ias. in l. 1. C. de seruis fu-
 gitivis: & ibi Aym. alia ad propositum adducit; & quod
 41 Ecclesia semper dicatur quod ciuilitèr possidere, etiam si per
 sexaginta annos careat possessione, tradit eleganter Pa-
 ris. in consil. 24. num. 9. cum seqq. lib. 1. & ratio deducta à d.
 l. 45. hodie l. 8. tit. 7. lib. 5. Ordinar. noui, non est gene-
 ralis, nec procedit in praescriptione excepta ante publi-
 cationem illius legis; argumen. l. si fundum, ff. de fundo
 dotali; & doctrinæ Bart. in l. fin. vers. ista non est bona res-
 porsio, C. in quibus causis in instrum. restit. non est necess.
 & aliorum quos citat Anton. Gabriel. tom. 2. commu-
 nium opinionum lib. 5. conclus. 13. de praescription. num. 9. pag.
 309. Et istam sententiam tenere videtur Olanus in an-
 tinom. litera M. n. 12. & 13. & in hoc illa lex. 45. est dis-
 42 positio noua, & exorbitans, & non est sicut aliarum le-
 ges, quæ pro maiori parte sunt declaratoriaræ, vt scri-
 bit in principio 2. partis.
 Et ista est prima limitatio ad regulam, quod bona
 maioratus vlcupari nequeunt: quæ etiam probatur per
 ea quæ scribit Lucas de Penna in l. 1. fol. 68. col. 4. C. de
 imponend. lucra. descript. li. 10. vbi vult, quod si filius pri-
 mogenitus habens alios fratres possidet castrum per tri-
 ginta annos, praescribit aduersus alios fratres: & eum ve-
 ra possessio, & actualis tam ciuilis, quam naturalis amit-
 titur per taciturnitatem, incuriam, & negligentiam, & obli-
 uionem, vt latissime scribo in d. quest. 6. cum maiori rati-
 one & fundamento amittitur possessio, quæ transfer-
 tur ipso iure absque apprehensione in successorem in
 maioratu per dictam l. 45. Taur. per argumentum à forti-
 ori, quod est efficax, & forte, cum in cunctis, iuncta
 Glos. quæ ponit concordantes, de electionibus; vbi Ioan.
 Andr. auben. multo magis, C. de Sacrosanct. Ecclesiæ, cum
 concordantibus adductis per Euerard. loco 65. Et ani-
 maduertit, licet per aliam rationem Olanus vbi supra.
 Ex qua limitatione nouiter inferri potest, quod ad-
 43 mittitur praescriptio in bonis maioratus exclusis mal-
 culis remotioribus super qua tamen illatione maturius
 cogitandum esse iudicoret tamen ista illatio verissima in
 praescriptione immemoriali, vt constat ex sequentibus,
 & aliis pluribus quæ scripsi in quaestione procedenti.
 44 Potest autem circa istam dubitationem praescriptio responde-
 ri, quo si ille qui se defendere nititur praescriptione bo-
 norum maioratus, est de vocatis per testatorem in de-
 fectum aliorum tunc habet locum praescriptio, quia ces-
 sat ratio prohibitionis alienationis: & idem erit in praes-
 criptione quadragenaria, cum titulo Regali, vt constat
 ex superioribus: si autem ille, qui praescribere vult, voca-
 toris non fuit, quauis sit de familia, vel generatione testa-
 toris, tunc praescriptio non procedat. Quæ distinctio
 est iuridica, & confirmatur ex elegantibus ad propositum
 distinctione Gl. Paris. in d. §. 13. gl. 9. n. 8. fol. 159. tentauit
 etiam Crier d. lib. 3. q. 5. quod Soc. d. consil. 47. concludit,
 45 quod ius fideicommissi an pertineat ad vnum, vel ad
 alium, est praescriptibile, non tamen loquitur respectu
 rerum in fideicommissis contentarum: & Ant. Gam. dec.
 93. n. 3. tradit, quod opinio Socin. & Ioan. Crier proce-
 dit respectu illius contra quem praescribitur, non con-
 tra successores; ex doctrina Matth. de Aflit. in tit. si de
 feudo fuerit. controuersum; §. si quis per triginta; & ita tenet,
 & limitat, & intelligit doctrinam Socini Greg. Lop. in
 d. l. 10. tit. 26. p. 4. in gl. in verbo, No le empeze, fol. 71. col.
 1. in fine, vers. non obstat. Et quod vna linea non possit
 praescribere contra aliam, tradit Flores de Mena in ad-
 dition. ad Gam. decis. 93. in fine post Auend. quem citat in
 l. 40. Tauri, gloss. 6.
 46 Secundum prædicta conclusio, quod bona praescriptio-
 nis sunt impræscriptibilia, limitatur, nisi per praescriptio-
 nem immemorabilem, secundum Roder. Sna. in d. allegat.
 3. quem sequitur Greg. Lop. vbi supra, in finalibus verbis,
 quod in praescriptione immemoriali, & in praescriptio-

ne centenaria concludit Tiber. Decia. respon. 24. n. 11. cum
 seqq. lib. 1. vbi concludit, quod tales praescriptiones praes-
 iudicant etiam nondum natis: & idem tenet Ant. Gom.
 in d. l. 40. Mouetur Suarez, quia cum per priuilegium
 Regale, & Regiæ facultatem bona maioratus alienari
 possint iusta de causa, per tantum tempus praesumitur
 quod interuenit Regalis licentia: pro qua ratione faci-
 unt quæ scribo in 1. part. huius operis, q. 45. & Ant. Gom.
 aliam efficaciorum rationem adducit, quia cum constare
 non possit, an ille Tertius habuerit prædicta bona
 praescripta ante prohibitionem alienationis, vel postea;
 potest ea tanquam bona libera retinere; quod tradit
 etiam Matienç. in l. 8. tit. 7. li. 5. Recop. gl. 5. nu. 36. fol. 192.
 Lud. de Molin. lib. 2. de iust. & iure, tr. 2. disputat. 79. pag.
 474. Et hanc rationem Anton. Gam. ante eum in alio
 proposito nostro consimili scribit Innoc. in c. si diligenti-
 ti. in finalibus verbis, de praescrip. vbi dicit, quod in praes-
 criptione immemoriali non est necessarius titulus, & si
 quaeratur à praescribente de titulo, sufficit dicere, Nescio
 quo titulo hæreditas ad prædecessores meos pertinet,
 sed credo, vel credere debco, quod iusto titulo, &
 quo tanto tempore sine contradictione possederunt. Et
 pro ratione Ant. Gom. est regul. tex. in l. si fundo dotali;
 vbi probatur, quod quando prohibitio alienationis
 superuenit post inchoatam praescriptionem, praescriptio
 excepta pericitur non obstante prohibitione, tradunt
 Bart. & Salicet. in l. vlt. C. in quibus causis restit. non est
 necessaria; Bald. in l. 1. C. de seruis fugitiuis. Croc. in l. si
Pro quibus facit, quia transactio est quadam donatio, l. si heredes, vbi Bald. notat num. 2. C. de fideicommissis, lib. 1. & in consil. 226. Hane etiam vir. lib. 1. num. 2. Curti igitur possessor bonorum maioratus donare non potest bona maioratus (quod notissimum est) transigere etiam non potest; & cum iuramentum sit quadam transactio, vt patet ex l. 2. ff. de iur. iur. vbi Doctores; & in cap. ultim. de iur. iur. constat, quod quemadmodum in bonis maioratus non potest fieri transactio, ita nec iuramentum deferri potest, quia iurans non potest deponere de rebus maioratus: & idco nec iurare potest; quod verissimum est, & colligitur ex mente Gloss. Parisiens. quamuis in alio proposito in consuetudin. Parisien. p. 1. §. 30. num. 10. fol. 238. Regulariter igitur vera est conclusio, quod non valet transactio facta super bonis maioratus, pro qua facit Gloss. in l. 3. ff. de popularib. action. & conducunt quae scribit Felin. in cap. penult. num. 13. de re iudicata, Roland. consil. 100. lib. 4. num. 110. vbi tradit, quod licet transactio valeat, non tamen praedudat aliis vocatis post transigentem: Notat Anton. Gam. decis. 84. num. 1. Menoch. in consil. 442. num. 29. lib. 5. Et transactio facta super bonis feudilibus non valet, etiam cum consensu Imperatoris, vt probat Socinus Iunior in consilio 112. num. 1. lib. 2. post alios quos citat, & plura ad propositum scribit Cephal. in consil. 349. num. 5. cum sequentibus, lib. 3.

Et est regula generalis, quod qui non potest alienare

5 nate, non potest rem in iudicium ꝑ deducere, l. ait prator, vbi Bart. ff. de iure deliberandi, cum concordantibus, vt per Caldam Pereiram in l. si caratorem habens, C. de integritate restit. minor. in verb. lasis, num. 38. fol. 305. quod eleganter tractat Deci, in cap. edoceri, num. 8. fol. 80. de rescriptis, & dixi supra, quæst. 14. in hac. 4. p. & plura bona scribit Aymon. in consil. 197. num. 7. & 8. Et ista maxime procedunt vbiunque transactio est procurata, & affectata; ꝑ prout plerumque contingit puta si lis mota sit cum fraude, & postea fiat transactio, quod probatur ex regula l. cum hi, §. si l. ff. de transactionib. & aliis quæ in propria specie in bonis prohibitis alienari, tradit Ioan. Lopez in rubr. de donationibus inter virum & uxorem, §. 46. num. 4. & 5. pag. 132. v. artil. consil. 16. nu. 121. & 124. lib. 2.

6 Ex quibus & regul. tex. in l. iura sanguinis ff. de reg. iur. & l. id quod nostrum, ff. eodem titulo, & aliis quæ scribo supra hac parte, in princip. semper dubitavi, & adhuc magis dubito de doctrina Otaloræ in tract. de nobilit. 2. p. 3. part. principal. cap. 9. num. 17. in fin. pag. 224. vbi resoluit quod transactio facta per eos qui litigant super ꝑ nobilitate præiudicat transigentibus, & eorum successoribus, licet non præiudicet Regi sine eius licentia: quod salua pace tanti viri, durissimum est, & contra omnia iuris principia: & contra etiam facit egregium consilium doctissimi Carol. Ruin. 107. numer. 17. vers. non oblat etiam, lib. 5. & regul. text. in l. 3. ff. de interd. & relegat. cum mille similibus. Et quod notanter scribit Glof. Paris. in consuetud. Parisien. p. 2. §. 5. num. 30. fol. 75. vbi ponit regulam, quod aduersus dominum non valet confessio, transactio; voluntarium compromissum, nec sententia voluntaria & resolutio Anton. Gam. decis. 151. vbi resoluit; quod si pater accipiat emphyteusum pro se, & filius, non potest transigendo filius præiudicare; & ibi additio Mennæ.

8 Regula tamen fallit in casibus sequentibus. Primo, secundum Grego. Lopez & Anton. Gomez in locis supra citatis, nisi res maioratus, super qua transigitur, retineatur apud possessorem maioratus, & ipse det aliquid in recompensationem; motus ex doctrina Baldi in c. unico, num. 5. fol. 61. col. 4. de controuer. inuestitur. inter vassall. & alium benefic. vbi Bald. tenet, quod si vassallus de feudo faciat transactionem, si transigit dimittendo feudum apud possessorem, potest transigere; si autem tradat feudum, transactio est inefficax, per textum, quem dicit vnicum, idem Bald. in l. si pro feudo, Cod. de transact. vt latius per Baldum traditur, notat Capic. decis. 155. num. 14. Decius qui dicit ab omnibus communiter teneri, consil. 474. num. 10. & Roland. consil. 15. n. 42. lib. 1. Carol. Ruin. consil. 11. num. 4. lib. 4. Cephal. consil. 152. Bertrand. consil. 302. lib. 3. Alciat. respons. 94. num. 4. qui id fundat in transactione facta à Consilio ciuitatis; & Menoch. de arbitrariis iudicium lib. 2. casu 171. num. 74. & in consil. 73. num. 9. cum aliis, Berol. in consil. 68. n. 50. lib. 1. Parisius consil. 16. nu. 36. lib. 2. & in consil. 118. n. 23. eodem libro, & faciunt scripta per Menochium in consil. 73. num. 8. Olasc. consil. 31. num. 63. per Socin. l. un. in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 170. fol. 58. ff. de acquir. reud. possessio.

9 Et ista limitatio, vt ego iudico, vera est, tam propter rationes adductas à prædictis scriptoribus, quæ valde vrgent, quam quia ex tali transactione nulla fit alienatio bonorum maioratus, nec aliquid resultat præiudicium, imo potius vtilitas magna, cum liberentur à lite mota, vel mouenda contra bona maioratus, vt statim dicitur, & ad hoc facit dictum Baldi in consil. 415. Præmittendum est: num. 3. lib. 1. vbi vult, quod transactio tunc dicitur alienatio, ꝑ quando continet dari, non alias; per dict. l. si pro feudo: & idem constat ex resolutione Alberici in aubent. hoc ius porrectum, numer. 11. fol. 17. C. de sacrosanct. Eccles. & transactio, & in l. si pater puelia, C. de inoffic. testam. l. cum hic statui, §. si arbo, vers. proinde, ff. de donat. inter virum & uxorem, & adduco textum notabilem, qui non refertur in l. Lucius Titius, in princip. 78. ff. ad Trebell. Cephal. in nostra materia

10 fl. 94. num. 5. supra allegato, & traditur per Ægid. Bofium in præctica crimin. cit. de Principe, num. 335. pag. 648. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 14. num. 62. pag. 314. facit quod scribit Iaf. in l. fin. num. 122. C. de iur. conphyteut. Franciscus Marcus decis. 52. num. 10. part. 2. Amadeus de Aponte in tract. laudemiorum, §. 32. col. 2. fol. 39. notanter Menoch. in consil. 73. num. 8. Et ista conclusio fulcitur ex pluribus, quæ scribit Glof. Parisien. ad hæc videnda; i. p. consuetudin. quæst. 22. numero 67. fol. 192.

11 Et ex istis alijs inferrebam, quod transactio facta inter dominos & vassallos, valet, & efficax est vbiunque dominus possidebat res, de quibus fuit facta transactio; præcipue si plures annos eas possederat licet Cephal. in consil. 134. num. 78. lib. 1. dicit communiorum, & veriorum esse opinionem, quod vassallos non potest compromittere sine consensu domini, etiam dimittendo rem apud possessorem. Sed ista conclusio, & limitatio non ita indistinctè intelligenda est, nec in omnibus casibus. Nam licet valeat transactio ex parte illius qui remansit cum proprietate bonorum maioratus, & in præiudicium ipsius transigentis, non ꝑ tamen valet in præiudicium filiorum illius, qui pecuniam accepit, & transactionem fecit; quo in maioratu succedente, illis ius succedendi competeat; quia cum ea successio eis non competeat ex persona eius, qui transactionem fecit, sed à genito, & ab antecessore qui maioratum constituit, l. coheredi, §. cum filia, ff. de vulg. cum concordantibus, quæ in alijs locis refero; transactio eidem præiudicare non potest, l. 3. ff. de interd. & releg. l. 1. C. de transact. l. pacto successorum; C. de pactis, dict. l. 3. in princip. ff. de transaction. vbi transactio facta cum hærede non nocet legatariis, & fideicommissariis, sed nec prodest, vt contrarior eadem est disciplina; secundum Barthol. Socin. consil. 259. num. 4. lib. 4. Et res inter alios acta alijs præiudicare non debet; & quod omnes tangit, ꝑ debet ab omnibus approbari, vt est regula iuris deducta à l. per fundum, ff. de seruit. rusticor. prædior. cum qua concordat l. 10. in 31. part. 3. facit l. in concedendo, ff. de aqua pluuiæ arcend. Et pro hac opinione est bonus tex. in cap. 1. de alienatione feud. cum his quæ adducit Curtius in tractatu de feud. 4. p. 97. & 9. Ludouic. Gozandin. in consil. 75. Alexand. in consil. 15. num. 8. lib. 7. Et quod licet valeat transactio cum res dimittitur apud possessorem; ꝑ non præiudicet transactio agnatis, & alijs vocatis, probat Cephal. in consil. 135. num. 8. lib. 1. ex Decio consil. 445. num. 37. Iacob. de S. Georgio in tract. feudorum charta 18. num. 12. Curti in eodem tract. charta 34. num. 97. Zafio de feudo, charta 73. ad quem addo Roland. in consil. 97. num. 45. lib. 1. vbi tamen num. 46. scribit quod hæres transigentis non potest tali transactioni contradicere; quod vltimum pender à notatis supra, §. 16. & hanc nostram sententiam videtur tenere Molina; licet prædicta non referat lib. 4. de primogen. cap. 9. numer. 23. cum sequentibus. fol. 182.

12 Et ex his inferri potest inefficaces esse transactiones, ꝑ quas faciunt Domini cum vassallis super impositionibus, & alijs iuribus, quæ Domini sibi à vassallis debita esse contendunt, maxime respectu succedentium in statibus aut alijs maioratibus particularibus, nisi talia pacta facta sint pro bono pacis, & auctoritate Principis sint confirmata (vt statim fundabitur) aut nisi pactum vel transactio sit reciproca, & in vtilitatem bonorum maioratus, quæ vtilitas præsumitur in his pactis factis inter dominos & vassallos ex parte Dominorum, quia per potentiam, & iurisdictionem, quam super vassallis habent, extorquent ab illis quicquid volunt, prout experientia docet.

13 Et hæc conclusio, & limitatio, probatur ex tex. in dict. l. de fideicommissis, C. de transactio, & in l. si pater puelia, C. de inoffic. testam. l. cum hic statui, §. si arbo, vers. proinde, ff. de donat. inter virum & uxorem, & adduco textum notabilem, qui non refertur in l. Lucius Titius, in princip. 78. ff. ad Trebell. Cephal. in nostra materia

14 ria in consil. 28. num. 52. & 57. lib. 1. Ioan. Lopez in rubr. de donationibus inter virum & uxorem, §. 50. n. 18. pag. 152. vbi resoluit quod pactum reciprocum inter coniuges ꝑ valet, & non potest per parentes reuocari. Et plura ad propositum tradit Petra in tract. de fideicommissis, §. 14. num. 89. pag. 545. Iaf. & alij in dict. l. de fideicommissis, C. de transact. & in l. si pater puelia; idem Iaf. in l. 1. num. 4. ff. de condit. ex lege, & in l. mandata, num. 7. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdic. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 3. cap. vltim. num. 31. Hippolyt. sing. 333. late Ioan. Lopez in rubric. de donario. inter virum & uxorem, col. 231. §. 50. num. 14. hodie pag. 150. Deci. in consil. 115. & 235. Tiraquel. in l. si unquam, in verb. donatione largitus, num. 110. C. de reuocand. donat. Olasc. decis. Pedemont. num. 2. & 21. Cald. Pereir. in l. si curatorem habens, C. de integritate restit. minor. in verb. vel aduersary dolo, num. 12. pag. 1259. Parisius in consil. 15. num. 75. lib. 2. Decius in consil. 277. num. 5. idem Parisius in consil. 86. num. 22. lib. 2. Et valet conventio inter fratres, vt altero decedente sine liberis ꝑ bona ipsius ad superstitem perueniant, secundum Oldrad. in consil. 139. Ad habendum. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de instrumentorum editione, §. porro, vers. fuit etiam alia quæstio; & alios plures quos citat Tiraquel. in tract. de primogenitura, quæst. 6. num. 5. pag. 96. faciunt scripta & relata per Pinel. in l. 1. C. de bonis mater. part. 1. n. 37. fol. 33. Baëga de dotibus cap. 25. n. 40. ex quorum dictis colligi potest quam vera sit illa limitatio.

15 Et per regulam dict. l. de fideicommissis, & quæ scribit Natta in consil. 465. num. 1. cum sequentibus, lib. 2. alijs inferrebam, quod valet transactio ꝑ facta super bonis maioratus, quando est dubium, an sint bona maioratus, & vinculata, vel non; & super eo disputatur an sit certum quod est singulariter notandum, Circa quod etiam legi debet Marzani quæstio 72. in lib. de fideicommissis, vers. de transactione, de quo etiam lege Molin. lib. 4. de primogeniis, cap. 9. num. 5. fol. 181. & iterum numer. 19. fol. 183. & induco textum in ratione sui, in l. preses. Cod. de transactio. vbi late & Doctores in l. Imperatores, ff. eodem titulo; ad quod etiam adduco Glossam notabilem in l. pactum curatoris, vbi Barthol. Angel. Salicet. C. de pact. & in l. contra iuris, §. si filius, Gloss. vltim. ff. eodem titulo, cum pluribus concordantibus quæ scribit Tiraquell. in dict. verb. donatione largitus, num. 195. & 197. pag. 250. num. 3. quod tenendum est licet contrarium teneat Molina dict. cap. & num. 19. Et pro ista mea opinione faciunt quæ de transactione facta super bonis ꝑ primogenituræ, scribit Menochius in consil. 322. num. 66. & 67. lib. 4. & ita sunt intelligenda quæ de transactionibus factis inter dominos & vassallos scribit Michael Palacios de contractibus, lib. 5. cap. 8. pag. 450. col. 2. Et conducunt aliqua quæ scribo in limitationibus ad primam quæstionem huius 4. partis, & quæ scribit Roman. consil. 50.

16 Ex quibus inferri potest idem dicendum esse in alijs transactionibus factis in alijs rebus particularibus maioratum, quæ sunt reciproce, & in notabilem vtilitatem successorum; & propter eandem rationem idem dici potest in alijs pactis circa transactionem, de quo vide quæ scribo infra. E contrario autem qualiter sit valida transactio facta per Redtores ciuitatis, & Consilia, qui populum repræsentant, & omnibus de populo præiudicet; tradit eleganter Alciatus dicto consilio 94. Antonius Thefaurus decisione Pedemont. 249. num. 1. melius Olascus decisione Pedemont. 199. num. 51. Curtius Iunior in consil. 296. num. 1. cum sequentibus, lib. 2. quod altiorum requirit indaginem, & non est presentis instituti, & dependet ab intellectu text. in l. 24. tit. 4. part. 3. Animaduerto etiam lectores in dicta allegatione Molinæ dicto cap. 6. num. 10. vitio impressorum male scripta esse quædam verba ibi, in præiudicium successorum, non possessorum.

17 Secundò, transactio facta super bonis maioratus ex Principis facultate, & fauore publicæ vtilitatis, & per bonum pacis, valet, vt nouiter fundat Arius Pi-

Pinel. in d. l. 1. C. de bonis mater. per textum in d. cap. 1. de transactionibus, & alia iura, quæ refert, & idem voluit Ferdinand. Menchac. libr. 3. controueriarum; cap. 61. num. 7. & 8. vbi hoc extendit in meliorationibus factis sine Principis licentia. Quod ex pluribus confirmat Parisius in consil. num. 25. lib. 1. August. Berol. in consil. 76. num. 64. lib. 1. & adduco l. 9. tit. 20. part. 3. & Princeps solus validat transactionem nullam; vt tradit Matthæ. ab Afflict. in c. 1. qua sint Regalia, nu. 58. fol. 335. per c. 1. de transactio. pro quibus facit: quia Principis confirmatio arguit concessionem realem, secundum Glossam; & communem, per textum ibi in c. veniens, de transactio, Bald. in consil. 353. Super eo, lib. 1. & Ancharran. in consil. 327. Discutrit materiam, numer. 4. & Decius in consil. 262. numer. 8. Sed illud consilium Baldi quod Decius refert, non inuenio, & vitiose etiam refert Ancharran. Guid. Papæ decis. 173. numer. 5. Et induco bonum textum in cap. dilecti, vbi Abb. de foro competenti. Et in transactione de rebus Ecclesiæ per Papam confirmata, tradit Alciatus dict. respons. 17. n. 9. & confirmo nouiter per singularem l. 10. tit. 14. lib. 4. Recopilat. ibi: Saluo si bene interuenido sobre ellas concordias de consentimiento de partes de tales causas; iunctis verbis præcedentibus: & idem quod Pinel. tenet Aluarad. de coniect. ment. desinect. Paris. consilio 24. num. 1. cum sequentibus, lib. 4. vbi tractat de alienatione confirmata per Papam de rebus Ecclesiæ, & quod omnes supplet solemnitates, & titulum coloratum. Papa validum reddit, cap. proposuisti, de concessione præbendæ, tradit Rebuff. in tract. de pacifico possessore, numer. 17. pag. 278. & quæ tradit Iaf. consil. 19. column 5. in princ. lib. 3. vbi vult, quod transactio facta super decimis cum Papæ confirmatione, præiudicat successoribus transigentium; & per Pinello etiam adduco doctrinam Iaf. in consil. 236. lib. 2. vbi varijs rationibus probare conatur, posse ꝑ Imperatorem vni primogenito ad iudicare totius fundi iurisdictionalis præminentiam pro bono pacis, & quiete fratrum, & subditorum; & auferre primogenitorum de qua doctrina latius tracto in 1. p. huius operis, §. 26. n. 3. cum sequentibus. notat Barthol. Socin. consil. 63. numer. 4. libro 3. Decius consil. 269. & 271. & 341. num. 9. & consil. 478. numer. 27. & 655. numer. 19. Paris. consil. 16. num. 35. & 118. num. 24. & 25. lib. 1. & consil. 3. num. 27. lib. 4. Caccialup. de transactioibus, qu. 81. n. 12. Quod confirmo, quia licet filij non possint diuidere bona feudalia, nec valeat diuisio, fallit in diuisione facta cum confirmatione Principis, secundum Andre. de Iferniz in c. 1. An agnatus: & in cap. 1. de alienatione feud. pater. Alex. in consil. 28. libro 5. Afflict. decis. Neapolit. 138. & 240. Decium in consil. 194. Brunum Altensem consil. 54. numer. 4. Tiber. Deci. consil. 23. numer. 37. lib. 1. ad hoc etiam spectat doctrina Innocent. per illum textum in cap. cum inter Rom. ibi, inuitum coegit, de electionibus; vbi tener, quod Princeps ꝑ habet potestatem cogendi partes ad concordiam, vbi Paul. & alij modeterni in l. quidam existimauerunt, ff. si certum petatur. Deci. in consil. 42. numer. 5. Alexand. in consil. 62. lib. 1. num. 7. & idem est in Papa, quod potest cogere partes ad compromittendum, vt probatur in d. c. cum inter; & tradit Gomezius in reg. de nox tollendo iure quæsto 39. 3. pag. 77. & est speciale in Iudice Ecclesiastico, quod potest compellere partes, quæ diu litigauerunt, ad concordiam, maxime si videat imminere scandala, vt tradunt Felinus in rubr. de treuga & pace, fallentia 7. Barba. in cap. 1. eodem tit. & alij quos citat Tiber. Decian. in pract. crimin. tom. 1. cap. 10. numer. 3. versic. decimo limita, fol. 167. col. 4. & ad euitanda scandala, Papa dispensare potest, & ob pacem, vt dissoluatur matrimonium iam contractum, vt per Felinum in consil. 26. numer. 19. Portium Imolenf. consil. 154. num. 22. & 24. quos citat Menoch. in tractatu præsumption. libro 2. præsumpt. 10. n. 42. pag. 122.

18 Inno sacrum Consilium, quod repræsentat personam Regiam, potest cogere partes ꝑ ad compromissum factum, vt tradit Matth. de Afflict. decis. 149. nu. 7. quod

maxime procedit quando partes diu litigauerunt, & res intricata sit, cap. placuit, 90. distinet. per quem text. hoc Abb. tenet in rubr. de treuga & pace, & in cap. ultim. in 4. notabili, de maiorit. & obedientia, & in aliis locis, vt per Felinum in dist. rubr. de treuga & pace, Anton. de Padilla in rubr. C. de transact. num. 14. Marant. in speculo aureo, part. 6. numer. 164. fol. 154. Lancellor. Conrad. in Templo Iudicum, p. 6. de pace, concl. 102. num. 1. cum sequentibus, pagin. 54. Iulius Ferretus de feriis, milit. nu. 25. pag. 124. & iterum num. 145. Zafius in l. si conuenerit, num. 10. ff. d. re iud. Ioan. Garcia reg. 251. n. 5.

Et quod in quatuor casibus possit Iudex ex officio compellere partes ad concordiam, tradit idem Gratian. Falcon, reg. 329. numer. 80. ex dicta decisio. Afflic. 149. & Molin. lib. 4. de primog. cap. 9. num. 30. & tradit dominus Anton. de Padilla in l. transigere, nu. 90. pag. 121. C. de transact. per l. equissimum, ff. de usufruct. & alia, Conrad. in templo Iudicum, part. 6. conclus. 102. fol. 53. & legenda sunt quæ scribit Paris de Putco in tractatu. de syndicat. in verb. concordia, fol. 85. numer. 9. & tradit recte dominus Anton. de Padilla in rubr. Cod. de transact. numer. 5. & legenda est l. 13. tit. 5. del Presidente y Oydores, lib. 2. Recop. Rebuff. in repetitioe c. ad vltimum, de caus. posses. & propriet. pag. 275. vers. quarto nota, ex tex. col. 1.

Ex quo feuda, & iurisdictiones, & alia, quæ regulariter sunt indiuisibilia, diuidi possunt pro bono pacis, & ad euitandum scandalum, & rixas sedandas, tenuit ante Ias. Alex. quem mirandum est Iasonem non retulisse, in conf. 7. num. 1. cum seqq. lib. 5. qui hoc notanter tradit, & Iulius Barth. Socin. qui omnibus melius fundat in conf. 67. n. 3. cum sequent. lib. 1. & in conf. 165. n. 22. lib. 2. & in conf. 8. lib. 3. & conf. 104. n. 3. li. 4. August. Beroi, in conf. 76. num. 33. cum seqq. & iterum n. 64. lib. 1. Menoch. de arbitrar. Iudic. casu 442. nu. 9. quibus iungo bonum text. in c. hoc quippe, 3. q. 6. & in cap. 2. de desponsat. impub. ibi: Pro bono pacis talis coniunctio toleretur, vbi Glof. ponit verbum.

Pax vt seruetur moderamen iuris habetur. Quintilianus Mandolius de signatura gratia, in parte, dispensationes matrimoniales, folio 88. col. 1. & fol. 89. col. 4. Barbacius in conf. 11. lib. 2. quem citat Restaurus in tractat. de Imperatore, q. 104. num. 9. Masuerius in practica: Ferrar. in parte, forma libelli quo vxor: pag. 265. Redin. de maiestate Principis, in princip. n. 33. fol. 61. & in verb. omnibus aequum, fol. 117. n. 21.

Et pro bono pacis & concordia Rex potest donare bona Regni, vt fundat Oldrad. in conf. 91. num. 7. vbi loquitur in quadam donatione facta per Regem Aragonia Regina, de parte Regni propter habendam pacem cum Rege Castellæ; quod consilium multum facit in nostro proposito, & facit quod de pace inter Cæsarem & Pompeium scribit Neuzanus in Sylua nuptiali, lib. 4. & rubendum: pag. mihi 344. & notabile consilium Menoch. 307. n. 40. lib. 3. & quod scribit Hippolyt. in l. 1. §. cum quidam, num. 7. ff. de questionibus, Matth. ab Afflic. in constit. Neapolis, in preiudicis, in parte post mundi machinam, num. 36. fol. 16. & contractus Principis factus pro pace, & ad sedandas discordias, late est interpretandus, tanquam factus in fauorem Reipublicæ, vt per Curtium in consilio 275. num. 3. & 10. lib. 2. qui loquitur in contractu, & concessione facta per Catholicos Regem nostrum Ferdinandum & Isabellam & Guillelm. Benedict. in cap. Rainuntius, de testamentis, in verb. si absque liberis, in 2. numer. 54. fol. 340. & in verb. uxorem nomine Adelaßam, numer. 467. fol. 85. & idem in verb. mortuo itaque testatore, numer. 231. fol. 375. & in verb. si absque liberis, in 2. folio 340. Et idem resoluit in notabili casu Capicius decis. 166. num. 4. & 6. Socin. Iun. in conf. 140. num. 21. lib. 2.

Et qualiter pro bono pacis & possunt vassalli iniuncti alienari, latissime tradit Mercabrunus ab Anguillis conf. 55. num. 84. cum sequentibus, Augustinus Beroius in eleganti conf. 76. num. 52. cum sequentibus, lib. 1. Et quando alienatio prohibita videatur permissa ob habendam

pacem, resoluitur in decis. Rotæ antiquæ, 3. tit. de Paetis: olim decis. 849, pag. 383. Et facere pacem conuenit masculis, secundum Baldum & Glossam in cap. 1. §. de cedente, qui feud. dare possunt; Guillel. Benedict. in ca. Rainuntius, de testam. in verb. duas habens filias, n. 134. fol. 28. & legi debet Paris. in conf. 10. num. 26. lib. 1.

Et in materia est & memorabilis sententia Guillelm. Benedict. in cap. Rainuntius, de testamentis, in verb. cuiusdam Petro, num. 24. fol. 415. vbi refert quod Carolus Octauus, Rex Franciæ, post multa habita cum Rege Britannia, duxit ad habendam pacem vxorem Annam Ducissam Britannia; & idem fecit Rex noster Philippus I. dum ob habendam pacem cum Henrico Rege Franciæ, duxit vxorem dominam nostram Isabellam, & tradunt Ledefina in tractatu de matrimonio, quæst. 43. artic. 2. Thomas Sanchez in tractatu de matrimonio, lib. 2. disputatio. 3. num. 4. pag. 252. & est notabilis l. 35. tit. 2. partit. 3. & facit tradita per Marantam in speculo aureo, tit. de inquisitione, nu. 164. fol. 154. Iulius Ferretus in titulo de feriis, num. 1. cum aliis pluribus, fol. 123. de Oratoribus, num. 5. fol. 83. Bossius in tract. crimin. tit. de crimine laesa maiestatis, num. 30. pag. 138.

Noto etiam, quod indulgentia Principis non liberat illum qui commisit falsitatem, secundum Bart. in l. Lucius, ff. ad Turpilliam. Menoch. casu 306. num. 11. & quod femina non possunt facere pacem, sed masculi, volunt Glossa in c. 1. §. hoc autem notandum: qui feudum dare possunt, Syluan. conf. 1. num. 16. & compositio nem esse vtilem docet summus Pontifex in cap. ex multiplici, & cap. dilecti, & in cap. siggestum, c. nuper, de decimis; & ad rem pertinent quæ scribit Rebuff. in l. quod iussit, notabili 1. num. 74. ff. de re iudicat. vbi per textum in dist. cap. 1. de transactionibus: & doctrinam Innocentij, & Decij in cap. 1. de confirmatione vtili vel inutili, tradit quod vbiunque sententia est per superiorem confirmata, non potest dici contra eam de nullitate & ita limitat famosam Glossam in Clement. 1. de sequent. stratione posses. & fructuum; & doctrina Pinelli etiam corroboratur, quia licet non sit licitum diuidere beneficium, & præbendas, iuxta textum in c. maioribus, & in cap. tua, de præbend. hoc fallit pro bono pacis, secundum Communem, in cap. nisi essent, de præbend. & Ioan nem Ananiam in cap. audiuius, colum. vltim. de collusion. detegend. & Decium in consilio 141. num. 3. & plures Doctores sciibentes privilegia pacis, refert Burgos de Paz in l. 1. Taur. part. 1. numero 1. fol. 77. quibus adde Francisc. Viuium tom. 1. communium opinionum libr. 2. opin. 203. pag. 464. & filij Regis, viuo Rege, possunt inter se diuidere Baronias pro futuris defensionibus euitandis, secundum Oldrad. Laudens. in tract. de confederat. & conuention. Principum, cap. 10. quem citat Purpurat. in l. vltima, num. 13. C. de pactis, & addo etiam doctrinam Luca de Penna in l. prædica, Cod. de locat. prædiorum ciuiliu, lib. 12. folio 203. col. 2. vbi dicit quod obligatio inualida per rescriptum Principis confirmatur per l. 2. ff. de rebu eorum; licet Andre. de Iernia in cap. 1. §. si inter, de legat. Conradi: numero 3. folio 71. in vrbibus feudorum, teneat, quod stante statuto de litibus compromittendis inter affines, si tamen agatur super re feudali, cuius alienatio est prohibita, non potest Iudex compellere partes ad eompromittendum, tradit Dueñas regula 396. num. 4. quod confirmatur ex doctrina Antonini in cap. 2. num. 24. de mutuis petition. vbi Imol. num. 9. Abbas in dist. cap. cum inter, d. num. 9. de elect. Felin. in rubrica de treug. & pace, saluentia 1.

Et sane si lis multo tempore, sicut sæpius contingit in litibus maioratum, propter dubia obscurissima, & penè inexplicabilia, quæ istæ lites habent; qua ratione Indices in diuersas sententias eunt (vt plerumque accidit) ego sine dubio approbo tales transactiones cum Principis facultate: quia litium dubitatio, maxime si per longum tempus tales lites durauerint, est causa sufficiens, ad hoc vt Princeps confirmet transactionem: quia in

in hisce litibus solent integri status expendi, vt notidie videtur, & bona maioratus, vt laud ostensum fuit in 1. quæst. huius 4. part. in limitationibus, nimirum si licitum sit transactionem confirmare, per quam partes à litibus arcentur, quæ tot solent in republica mala excitare, & odia, & dissensiones: experientia enim cogniturum est; quanta mala & incommoda ex litibus oriuntur. Cum igitur Princeps ex iustis causis possit dare facultates ad alienandum bona maioratus, maiori ratione ei licitum esse debet vt transactionem confirmare, & irreuocabilem facere, d. regula, Cui licet, de regulis iuris in 6. cum similibus: & expedit Reipublicæ, quod quocumque modo finis litibus imponatur, cap. finem litibus, de dolo, & contumacia, l. propterandum in princip. C. de iudiciis: cum vulgaribus, faciunt tradita per Ludouic. Gomez. in regula, de annali possessore, quæst. 1. pagina 402. & in regula, de triennali possessore, q. 2. pag. 778. vbi ponit regulam, quod interpretatio, per quam à lite disceditur, & conuenit Reipublicæ per doctrinam Bart. in l. ambitiosa, ff. de decret. ab ordine faciend. Felin. in rubrica de treuga & pace. Et pro ista etiam sententia facit tex. in l. minoribus, ff. de minoribus, ibi: Sed etiam cum inter sit ipsorum litibus non vexari & sumptibus, vbi Glossa dicit, quod minor non restituitur contra transactionem, quando etiam verum debitum sine molestia consequi non potest, & est bonus tex. in l. qui cum vno, §. nec tamen, ff. de re militari. l. 19. tit. 1. part. 3. ibi: Quitar denemos a los omes quanto pudiermos de contienda, & inquit Ancharan. in consilio 136. numer. 2. valuisse transactionem factam inter Mommals & quosdam Fratres; quia ius Monialium erat dubium & incertum, & iusta fuit causa transigendi; notat Decius in conf. 473. numer. 9. facit l. cum lege, ff. de arbitris: quia poterat, ff. ad Trebellian. litem si res, §. 1. ibi: Hac etenim verecunda cogitatio eius, qui lites exequatur, non est vituperanda, ff. de alienat. ind. mand. caus. fact. l. 45. quæ est vltima in legibus de Madrid, hodie l. 4. titulo 21. libro 4. ordinam. noui, tradunt Albericus in l. etiam, in principio, ff. vt legatorum nomi. caveatur; & de virtute transactionis legi debet l. 7. titulo 16. part. 3. ac conducunt plura, quæ de exactione litium scribit Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 8. glof. 7. numer. 21. & in dist. l. si vnus, nam, in verbo, donatione largitus, numer. 205. pag. 253. & notat Gomez. in regula, de annali possessore, quæst. 1. pagin. 482. & facit consilium Christi, cap. 5. ibi: Si quis voluerit unicum tuum tollere, & in iudicio contendere, da ei & pallium; tradit plura Rebuffus tom. 1. ad constitutiones Regia in proemio, numer. 154. pag. 50. & in Concordat. in proemio, pag. 33. Ripa in l. 1. §. iudicata, n. 18. fol. 154. ff. ad Trebellian.

Et hæc est ratio, quod transactio non debet rescindi propterea enormissimæ læsionis, secundum Alexan. conf. 42. col. 4. li. 1. Gom. in dist. reg. q. 2. pag. 488 vbi plura scribit in exactionem litium, & Quintil. Mando. in reg. 19. de subrogand. colligant. in princip. fol. 64. & in tract. commiss. consisione 11. iurisdictionis, fol. 34. col. 2. vbi plura adducit ex sacra pagina notabilia & Domin. Anton. de Padilla in rubrica de transactionibus, num. 3. Et coadiuuatur, quia & res minus æstimatur, vbi est litigiosa, & minus habet pretij vt per Bart. in l. societatem, §. arbitrorum num. 18. ff. pro socio: & in l. si quis cum aliter, nu. 5. ff. de verbo, obliga. & Doctores in c. cum causam, in 2. nu. 1. fol. mihi 364. de testibus, Pinclan l. 2. p. 3. c. 4. & vlt. nu. 16. C. de rescind. vendit.

Et licet in his quæ pertinent ad plures vt singulos, non valeat quod à maiori parte factum est d. l. per fundum, de seruit. rusticis pred. & l. in concedendo de aqua pluui. cum similibus, fallit fauore dirimendarum litium, c. prudentia, in principio, de officio Delegati, notat Felin. in c. cum omnes, & ibi Dec. lectura 1. limit. 5. Andr. ab Exea. n. 146. de constitutionibus. Ex quo obiter deduco, quod si sunt aliqui litigantes super aliqua re maioratus, & quidam eorum volunt facere transactionem, & alij id negant, stabitur sententia illorum qui volunt facere transactionem, nisi ex iustissima causa alij

contradicant. Pro qua illatione adduco quod notat Felin. in c. cum inter, in fine, de re iudicata. Infero etiam confirmationem ad resolutionem Aymonis consil. 193. numer. 8. cum duobus sequentibus, vbi tradit, quod si reformatio vel transactio sit à toto Concilio, aut à maiori parte, est seruanda, quantum aliqui particulares contradicant aduersus eam, quia subest contra eos suspitio maxima; & ided ob contradictionem aliquorum, non debet transactio irritari, per iura & rationes quæ ibi adducit, Cuius doctrina notanda est ad transactiones, quas faciunt populi cum Dominis, quas postea particulares contradicunt.

Et vt super hac limitatione nullum vsquam dubium oriatur, vltimus eam confirmare statui ex textu notabili in l. 43. tit. 18. part. 3. vbi si Princeps confirmauerit transactionem factam inter duas, vel plures ciuitates, valet perpetuo; & probat hanc conclusionem l. 15. eodem titulo 18. quæ est singularis, & l. 39. eodem titulo 18. facit egregia & moralis l. 3. titulo 8. lib. 8. Recopilat. ibi: Ca tan grande es el poder del Rey, que todas las cosas; y todos los derechos tiene sobre si, y el su poder no lo ha de los hombres, mas de Dios, cuyo lugar tiene en las cosas temporales: & l. 9. tit. 10. par. 3. ibi: E porque sea mas firme; piden merced al Rey que les de ende sus cartas: inunctis verbis præcedentibus, vbi lege Greg. Lopez, in qua materia est memorabilis doctrina Bursati consilio 160. num. 10. libro 2. vbi tenet quod consensus præstitus per syndicos Vniuersitatis, non præiudicat hominibus non natis, & successoribus, qui nunc vitam agunt: ex Paul. de Castro in consilio 70. num. 6. lib. 1. Valquio in controuers. cap. 82. num. 9. Et quod instrumenta facta per vassallos in fauorem Dominorum non valeant, volunt Bald. in l. si quam, C. de operis libertorum; Ioan. Andre. Specular. Dominicus, quos citat Auiles in c. 24. pratorum, num. 4. fol. 217. qui plura scribit ad propositum illorum; quæ hic tractantur.

Item Princeps pro bono pacis potest remittere iniurias, & damna data, vt per Matthæ. de Afflic. decisioe 361. Monasterium, num. 4. notatur per Iasonem in l. Gallus, §. quid si tantum, num. 65. ff. de liber. & posth. & Senatores debent curare componere partes, vt tradit Olafcus decisio. Pedemontan. in proemio, num. 60. per legem 1. §. deinde, ff. de noui operis: cap. 1. vbi Glossa, de mutuis petitionibus. Et in terminis, quod ratione oræ discordiæ, & scandali imminenti euitandi, liceat diuidere feudum & Comitatum; quod aliàs est de sui natura indiuisibile, sustentat Barthol. Socin. in d. consil. 165. num. 22. lib. 2. vbi hoc probat ex l. si quis filio exheredato, circa medium, ff. de iniusto, rupto: & cap. si quando, de rescriptis, & alia iura, & idem tenet Decius in consil. 445. num. 3. vbi ex hoc, & aliis concludit, quod Baronia, quæ est indiuisibilis, potest diuidi ad sedandam litem, quæ multo tempore durauit, maxime quando lis est inter coniunctos, & dubia; per l. congruentius, C. de patria potestat. & alia quæ refert, & ad ista facit Angeli doctrina in l. venditor, §. si constat, ff. communia prædiorum; quam ornat Decius in consilio 520. numer. 5. quod latius ostendit Tiraquel. in tractat. de primogenitura, quæst. 4. numer. 60. & 61. pag. 93. & valet pactum prælati cum Capitulo, quod tendit ad lites euitandas, secundum Dominicum in conf. 129. Circa istud dubium, col. 2. in versiculo, præterea vbi pactum: notat & ex pluribus confirmat Decius in conf. 564. numer. 17. qui plura refert. Et tutorem posse remittere offensam pupilli propter habendam pacem, voluerunt Innocent. in cap. grandi, de supplend. neglig. prælatorum, lib. 6. Bald. in dist. rubrica, de treuga & pace, & alij relati à Glof. Paris. in consuetud. Parisien. part. 1. §. 30. num. 116. fol. 243. Quæ omnia confirmantur per legem vltimam, titu. 1. part. 4. & l. 22. tit. 1. part. 7. ibi: E por toller de execo de seguir el pleyto. Et Episcopus potest ordinare pro bono pacis, vt alteri litigantium super beneficio aliqua pensio detur, secundum Gigantem in tract. de pensionibus, quæst. 6. num. 4. Lancellor. Conradum in Templo Iudicum, libro 2. cap. 5. de

Episcopo

Episcopo

Episcopo

Episcopo

Episcopo, versiculo de potestate Episcopi in temporalibus, lib. 9. num. 3. fol. 173. faciunt scripta pet Hiero. Gabriel. conf. 1637. 19.

47 Et pro bono pacis Princeps potest t donare, quæ alias non poterat, vt per Barbacium consil. 11. lib. 2. Marcabrunum de Anguillis in cons. 55. num. 80. Quintilian. Mandof. in tractat. de signatur. gratia. cap. dispensationes nuptiales folio 88. col. 1. versiculo, ad cuius andum grauias faciunt quæ scribit Rebuffus in cap. vlt. de causa possessionis, pag. 275. col. 1. Guillelm. Benedict. in cap. Raymarius, de testament. in verbo, mortuo. 1. num. 127. fol. 374.

48 Et t pensio pro bono pacis est licita, vt per Mandosium regul. 19. num. 7. fol. 134. & regul. 33. quæst. 14. num. 11. fol. 144. Castald. in tractatu de Imperatore, q. 6. fol. 20.

49 Et Iudices possunt compellere subditos ad faciendam t treugam, vt probat singulariter lex 2. tit. 12. part. 7. et tribunaia suprema compellere possunt ad faciendam concordiam, vt notat Mathæus de Afflictis decisio 149. n. 7.

50 Et transactio in dubio præsumitur facta utiliter & in commodum t transigentis, secundum notabilem doctrinam Antonini in dist. cap. cum causam, numer. 2. de emptione & venditione, & Alexand. in consilio 222 libro 2. num. 2. quod consilium in libris antiquis duplicabatur 66. libro 6. numero 19. & plures, quos citat Natta, qui plura ad propositum scribit in consilio 426. Iaf. in l. si conuenit, num. 7. de re iudicata; quod magis procedit vbi per aliquot annos fuit obseruata; textus, coniuncta Glossa, in cap. contingit, de transactioibus, notat Decius in consilio 474. num. 9. & consilio 564. num. 15. notat Tiraquel. in tractatu de prescriptionibus, 11. speciali, pagina 34. Pinel. in l. 2. part. 1. cap. 4. num. 31. C. de rescindenda venditione, fol. 73. Anton. Gama decis. 49.

51 Valer igitur transactio super bonis maioratus facta ad effugiendas lites, & dubios litium euentus, in quibus esset multo præiudicialius sperare quandam sententiam contrariam, & pro bono pacis, & cum facultate Principis: nec est credendum de testatore qui maioratum fecit, quod si respiceret rem in statu, quem supra scripsimus, negaret transactionem, imò illam maxime desideraret. Sciant tamen lectores, quod August. Berouus in cons. 70. num. 36. cum sequentibus lib. 1. probat, quod transactio in isto casu, etiam accedente Imperiali consensu, non præiudicat successoribus transigentis, & renuntiantis: animaduerto, quod licet regulariter transactio, quæ non valet vt transactio, valet vt pactum si sit iuratum; vt per Bart. in l. signis maior, C. de transactioibus, & est communis opinio secundum Curtium in l. 2. num. 6. de transactioibus, tradunt Episcop. Coquat. in cap. Raynaldus, §. 1. numer. 10. versiculo, sexto hinc, de testament. Olafcus decisio Pedemontan. 91. num. 24. Ioan. Gutierrez. de iuramento confirmat. part. 2. cap. 20. 6. fol. 164. transactio tamen facta super bonis maioratus, sicut non valet vt transactio in præiudicium successorum, nec valebit vt pactum.

Et est animaduertendum, quod si Princeps t confirmat transactionem in prædicto casu factam, quæ aliquibus solemnitatibus necessariis caruerit, postquam Princeps confirmauerit talem transactionem, videtur supplet omnes solemnitates, secundum Abbatem in consil. 41. num. 31. lib. 1. qui loquitur in quadam transactioe facta de bonis Ecclesiæ, quod per Pontificis summi dispensationem omnes suppleunt solemnitates; & idem tenet Alexand. in consil. 79. num. 20. libro 1. Barthol. Socin. in consil. 16. libro 1. num. 51. in versico. in super etiam, Decius in consil. 341. num. 12. penes finem, in versiculo, & quando concessio fuit facta; facit simile, quod vbi constat Principem velle testamentum, et si sit minus solemne, valere, valet absque solemnitatibus; quia ab eius potestate dependet testamentorum solemnitas, secundum Aret. in l. 3. ff. de testament. & est communis opinio secundum Boerium decis. 228. num. 6. & traditur per Tellum in l. 3. Tauri, part. 1. num. 23. quod

moderandum est, si agatur de præiudicio Tertij, l. 2. §. si quis a Principe, ff. ne quis in loco publico: cum mille concordantibus, quæ scripti part. 1. q. 3. Et vbi constat de voluntate Principis, satis est præscriptioe, priuilegiis, & similibus generaliter loqui; & idem sufficit ad validandum transactionem, & tollendum subreptionem, cap. 1. de transactionibus, cap. illa quotidiana, de electionibus, cum similibus, vt per Guid. Pap. in consil. 65. num. 16.

Confirmatur, quia si transactio est confirmata Principis auctoritate, t non potest prætextu læsionis infirmari, text. vbi Bart. in l. 1. C. de prædijs Decurion. lib. 11. notat Ioan. de Plarea in l. si quis, eodem titulo, magis in terminis Archidia. Ioan. Andre. & Dominic. in c. 1. de part. in 6. dicentes aduersus actum à Principe confirmatum non competere parti restitutionem, licet partes læsæ sint: idem notat Alex. cons. 240. lib. 6. n. 10. Aymon. cons. 5. n. 2. Paris. cons. 16. n. 35. lib. 1. & in cons. 3. n. 27. lib. 4. Matth. de Afflictis in c. 1. qua sint Regalia n. 110. Chaffanæ in Catalogo gloria mundi part. 1. considerat 24. de quo lector legat quæ scribit Molina lib. 4. de primogeniis, c. 10. n. 32. fol. 186. qui prædicta non refert. Et de transactioe facta inter Regem & vassallum colligentes, legenda sunt quæ scribit Aluar. Valasc. consil. 120.

Item animaduerto, quod Princeps inferens tenorem transactionis, videtur eam confirmare ex certa scientia, secundum Archidia. in cap. presertim, 7. q. 1. Doctores communiter in cap. penult. de confirmat. utili vel inutili, Alex. in cons. 113. num. 17. lib. 6. & ista Pinelli limitatio fortius procederet vbiunque Princeps in vim sententiæ diffinitivæ confirmaret transactionem, & licet annullaret; quod vtrumque sæpe reperitur in istis transactionibus, & Regis confirmationibus; & t sententia Regis facit ius quoad omnes l. vlt. C. de legibus, notat Matth. de Afflictis lib. 3. consil. Neapol. rubric. 24. num. 19. folio 299. & probat l. 1. tit. 22. part. 3. ibi: E por que la del Rey ha fuerça, è deue valer como ley en aquel pleyto sobre que es dado, è en los otros que fueren semejantes. Marant. de ordine iudiciorum, part. 6. n. 241. fol. 278. Matth. de Paz in proæmio legum Tauri, num. 461. Alex. cons. 160. num. 9. lib. 7. & facit l. 28. tit. 18. part. 3. & de extinctione, vel annullatione litis, scribunt Iacob. de San. Senefino in l. diem funto, ff. de assessoribus: Iaf. consilio 144. num. 1. lib. 2. & alij, quos citat Gomez. in regula de non tollendo iure quæst. 9. 7. pag. 101. Tiraquel. in tractat. de primogeniis, quæst. 35. nu. 17. pag. 258. Et quod sententia Regis faciat legem etiam absque citatione, tradit Alex. in l. vlt. num. 1. ff. de iudiciis, quem citat idem Tiraquel. in tractatu Res inter alios acta, limitatione 29. qui se refert ad notata per ipsum, limitatione 7. pag. 22. de quo legendus est quod scribit Vantius de multitate processus, titulo an qualibet sententia, n. 14. pag. 106.

Et quod sententia Regis possit probari per scripturam eius sigillo roboratam, vt hoc obiter dicamus, tradunt Bald. in l. exemplo, quæstioe penultima, C. de probat. Felin. in c. post cessionem, de probationibus, & alij, quos citat Iosephus Mascard. in tractatu de probationibus, libr. 3. conclus. 1228. num. 14. fol. 159. in quo nos seruare t debemus leges Regni, & stylum scripturarum Regis, qui sententiam protulit, & ea quæ scribit part. 1. quæst. 62. & addo etiam Alexand. in consilio 92. num. 34. lib. 6. vbi tradit quod Papa confirmando tenorem transactionis, videtur habere scientiam defectuum, & eos supplet quæ doctrina ad multa est notabilis. Et ista fortius habent locum, vbiunque Princeps approbando transactionem, vtitur illa clausula saluberrima (supplet omnes defectus) quia ex hac clausula suppletur t solemnitatis defectus substantialis, secundum Anton. in d. c. 1. de transactionibus, Roman. sing. 419. & ad hoc alios refert Glos. Paris. in addit. ad Alexand. in dist. consil. 79. in additione, quæ incipit, supplet, num. 7. lib. 1. vbi Alexand. post Anton. in dist. cap. 1. dicit, quod licet dicta clausula tollat omnes defectus iuris positivi, non tollit defectum naturalem, vel

vel defectum impotentia Papæ, aut aliorum ventionium clausula prædicta, Gomezius in regula, de non tollendo iure quæstioe 18. pag. 127. quibus addo Albericum in l. digna vox, C. de legibus, n. 7. fol. 47. vbi aliqua scribit de viribus dictæ clausula: & de virtute prædictæ clausula, scribit idem Alexand. in consil. 111. num. 3. lib. 6. Felin. in cap. ex parte, in 1. num. 51. de scripturis, Parisius consil. num. 52. & 53. lib. 3. Crot. consil. 43. num. 1. & 2. Decius in cap. 2. num. 7. de confirmatione utili vel inutili, Barth. Socin. in cons. 66. num. 52. lib. 1. vbi ad hoc etiam refert Speculatorem in titulo, de leg. versico. 16. & ibi Ioan. Andr. Alexand. cons. 162. n. 30. cum aliis lib. 6. faciunt tradita per Robert. Marantam in speculo aureo p. 6. n. 325. fol. 287.

57 Et quando prædicta clausula iungitur cum aliis clausulis ordinariis, Ex certa scientia Non obstantibus; & similibus conferunt t multum ad validitatem transactionis, vt probant Parisius consil. 15. num. 61. lib. 2. & consil. 53. num. 91. lib. 4. Siluan. consil. 50. num. 21. & 28. Roland. consil. 71. num. 49. lib. 1. Et istis duobus casibus, & fallentiis, transactio præiudicat tam transigentibus, quam omnibus posteris, t successoribus, t qui ius ad bona maioratus prætereundere poterant. Et an ille, qui faciendo transactionem contaxit, vt à Principe imperaretur confirmatio transactionis, possit re integra pœnitere, antequam confirmatio à Principe obtineatur lege Cephal. consil. 91. num. 1. cum sequentibus, lib. 1. quem cito supra, hac quarta parte, quæstioe 15.

59 Et in ista materia t animaduerto ad quandam singularem, & nouam conclusionem, quod licet transactio facta super bonis maioratus cum facultate Regia magnas vires habeat, vt ex superioribus constat, & transactio super talibus bonis fuerit confirmata cum legitima causa cognitione, & contra vnus ex litigantibus per sententiam visionis, & reuisionis; talis confirmatio ex iustitia, & non ex gratia facta, videri meo, maiorem vim habebit, quam confirmatio facta cum Regia facultate; maxime quia quod mandant, & decretant Auditores, est sub nomine Regis; quod verissimum credo ex visceribus legum, tam iuris communis: quam Regij detractum.

60 Tertio valet transactio, super bonis maioratus facta t inter ipsos consanguineos, & vocatos ad successionem in bonis maioratus: quia in isto casu cessant omnes rationes, quæ transactionem in bonis maioratus impediunt: quod probari potest ex doctrina Barth. Socini in consilio 47. lib. 3. & ex aliis quæ scripti in quæstioe præcedenti, num. 20. cum sequentibus, quamvis (vt supra affirmari) ista transactio nequam facit præiudicium filiis, nepotibus, & successoribus transigentium: quid enim interest, vbi agitur de præiudicio successorum, an qui renunciauerit simpliciter bonis primogenituræ? quia ex tali renuntiatione non præiudicantur successoribus; vel an facta transactioe renuntiationem fecerit? quia vtroque casu ius successorum remanet illæsum.

Et statim pro vera prima limitatione, cuius auctores fuerunt Antonius Gomez, & Gregorius Lopez dubitatur, an teneatur successor in maioratu, ad quem commodum transactionis denoluitur fuit, quia antecessor remanet cum re maioratus, super qua litigabatur propter pecuniam, quam ipse dedit ad redimendam litem, & vexationem, solvere hæredibus antecessoris pecuniam per ipsum datam, quæ sunt causa redemptionis bonorum maioratus. In quo t mihi videtur regulariter iniustum esse, compellere successorem in maioratu ad solutionem talis pecuniæ: existimo tamen in hoc casu habendum esse rationem utilitatis, quæ peruenit ad illum, qui transactionem fecit, ex tali transactione; & temporis, quo habuit bona post transactionem factam vsque ad tempus mortis; argumento textus in l. 2. C. de negot. gestis, ibi: Contra impuberes quogue si negotia eorum urgentibus necessitatis rationibus utiliter gerantur, in quantum locuple-

riores facti sunt, dandam actionem ex utilitate eorum receptum est. Et cum successor in maioratu ferat commodum, t & damnum sentire debet; l. secundum naturam, ff. de regulis iuris, cum similibus, & faciunt aliqua quæ scribo t in quæst. 26. infra, hac parte; & est bonum consilium vbiunque possessor maioratus facit talem transactionem, & soluit pecuniam, quod prorestitur se illam soluere cum animo, vt eam eius hæredes repetere possint à successore maioratus, argumento l. alimenta, & l. si paterno, C. de negotis gestis, cum similibus; & de hac quæstione lector videat quæ scripsi Molina lib. 4. de primogeniis, d. cap. 9. num. 24. fol. 184. Olafcus decis. Pedemont. 39. n. 28.

Quarto dici potest, quod valet (prout supra, n. 19. dictum fuit) transactio facta super bonis maioratus, vbi esset t reciproca, & vtrique parti coequalis; & quod etiam videtur casus expressus in dist. l. de fideicommissis, C. de transactionibus, vbi fideicommissum reciprocum potest per pactum remitti, nec ex hoc minus larditur. Ad idem est dist. l. si pater puella, C. de inoffenso testamento, vbi Iaf. plura ad propositum scribit, l. si ea pactione, C. de usuris, ad quod conducunt quæ tradunt Alexand. Decius, & Iaf. in d. l. de fideicommissis, dicta Iaf. in l. 1. num. 4. de condit. ex lege: & in l. mandata, nu. 7. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. & in l. quominus, num. 38. ff. de summis; Puzpurat. in l. 1. num. 18. C. de pactis, Suarez in l. quominus in prioribus, ampliatione 7. num. 4. pag. 32. C. de inoffenso testamento; Hippolyt. singular. 333. & in rubrica de probation. num. 406. Decius consil. 23. & 115. Ioan. Lopus in rubrica de donation. inter virum & uxorem: col. 231. Tiraquel. in l. si unquam, in verbo, donatione largitus, num. 110. pag. 222. C. de reuocand. donat. Socin. Jun. latè in cons. 116. num. 57. & 68. lib. 2. & cons. 50. n. 7. lib. 2. faciunt scripta per Baëgam in tract. de non meliorand. cap. 25.

Et quod Princeps ligetur ex transactioe t facta cum subditis, quando est facta super dubio euentu conditionis, & super his, quæ pendent à futuro euentu, quod possunt prodesse; scribit Curt. Iunior cons. 286. num. 26. lib. 3. per regulam dist. l. de fideicommissis, C. de transact. & dist. l. si pater puella, C. de inoffenso testamento.

Sed licet prædicta in propriis casibus vera sint, quæntum ad nostram rem pertinet concludendum est, eam transactionem t non præiudicare successoribus eorundem præiudicium statuere possunt. Nec obest textus in dist. l. fideicommissis; quia ibi agebatur tantum de præiudicio transigentium, & idem iure alter alteri fideicommissum remittere potest, & fauori suo renuntiare, l. siquis in conscribendo, C. de pactis cum concordantibus; Secus est vbi non tantum agitur de præiudicio transigentium, sed etiam aliorum, prout est in nostro casu: quia tractatur de præiudicio debentium in æternum in maioratu succedere, tunc si quidem transactio reciproca non præiudicat, nisi transigentibus; l. 1. Cod. de transactionibus, cum concordantibus, facit generalis regul. l. non debet, ff. de regulis iuris: possunt autem procedere ea, quæ supra scripsi dist. l. de fideicommissis, vbi maioratus incertus est, & super eo disputatur an sint bona maioratus, vt per text. in d. l. de fideicommissis, iuncta Glossa in verbo, transactio, tradit Natta consil. 465. num. 1. lib. 2. & supra dixi à num. 18. in quo articulo notandum est, quod ad iustificandam transactionem, dubium iuris æquiparatur dubio facti, secundum Bart. in l. cum proponas, de rebus creditis; Alexand. & alios in l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verbor. obligat. Felin. in c. de quarta, de prescriptionibus, quos citat Curt. Iunior in consil. 150. n. 15. lib. 1.

Qualiter autem cognoscatur an transactio sit realis; t & successoribus liget, vel sit personalis, eleganter & melius quam alius in iure explicat Bald. loquendo in quadam donatione Regia in consil. 159. Super eo, quod queritur, lib. 4. n. 4. quod consilium refero in 1. quæst. supra, hac parte.

Et qualiter Principes teneantur t obseruare transactioes

Etiones factas cum subditis, & ligent successores? ostendunt Alberi. in l.digna vox, col.2. in medio, C.de legibus, Abb. in consi.13 dubio 26.lib.2. quos citat Curt. in d. conf.286. num.13. Et quod filij substituti ad aliq. fideicommissum, possint etiam si sint hæredes patris venire contra transactionem ab eo factam, tradit eleganter Nicol.Boer. decis.147. & solum tanquam num.11. Et quod filij alienantis feudum, si sint hæredes, & aliq. possideant de bonis alienantis, & non fecerint inuentarium, non possint venire contra transactionem factam super feudo, tradit Paris. in consi.16. num.41. lib.1. ex Martino Laudensi in c.Titius filios, si de feud. fuerit controuersum; Doctores communiter in cap.1. an agnatus, vel filius Iacobin. in tractatu de feudis, in versiculo, cum pacto de non alienando, col.10. versic. quero utrum filij: & versiculo item licet.

S V M M A R I V M.

- 70 Arbitramentum in bonis maioratus an valeat, & in quibus casibus a n.70. vsq. 74. & an possit rescindi, num.76.
- 75 Transactio in ista materia maioratum qualiter rescindatur beneficio minoris ætatis.
- 77 Quid sit iurata.
- 78 Euentus dubius qualiter æstimeretur, & n.81.
- 79 Confessio transigentium super bonis maioratus non est effica. nec præiudicat successoribus.
- 80 Confessio Prælati an præiudicat Ecclesie.
- 82 Contractus transactionis titulum an præbeat.
- 83 Transactio in dubio valida præsumitur.
- 84 In transactione super bonis maioratus an requiratur scientia scriptura & fundationis maioratus.
- 85 Hæres transigentis super bonis maioratus an possit transactioni contradicere.
- 86 Transactioni super rebus maioratus facta contrariens, an teneatur ante omnia restituere quod accepit.
- 87 Transactio ut valeat non est necesse quod lis speretur.
- 88 Contra transactionem intra quod tempus possit agi, vt rescindatur ex capite læsionis restitutionis, & aliis remediis.
- 89 Transactioni si contrariens reus, an possit actor prima actione agere.
- 90 Transactionis titulus non est ad præscribendum sufficiens, cum res super qua litigatur, apud possessorem diuinitur.
- 91 Transactionis non impleta exceptio, est exceptio litis finita, & impedit ingressum.
- 92 Transactionis causa quod debetur, non dicitur deberi ex causa negotiationis.
- 93 Portiones acquisita pretio non veniunt in restitutione fideicommissi.
- 94 Ad fideicommissarium non pertinent quæ sita per hæredem ex propria industria, & quæ ad illum extra testatoris patrimonium peruenerunt.
- 95 Transactionis causa quod venit an teneatur successor in maioratu soluere, ad hoc vt res penes maioratum maneat.
- 96 Transactionis causa acquisitum si vendatur an possit peti per consanguineum tanquam res patrimonialis.
- 97 Præscriptio non interruptitur, si litigans transigendo causam renuntiet.
- 98 Transactio generaliter accepta quocumque pactum comprehendit.
- 99 In transactione minorum quot solemnitates requirantur: remissive.

Hæc autem omnia, quæ in transactione bonorum maioratus dicta sunt, non immerito seruanda erunt in transactione, quod etiam regulariter non valent in bonis prohibitis alienari, ex sententia Abbatis in dicto c. auditis, de præscript. Nam arbitramentum dicitur quædam transactio, seu conuentio partium, per quam a lite disceditur, secundum Glos. in

authenticæ, vt differen. iudices, §. si vero contigerit, C. de iudiciis, & alios, quos refert Iaf. in §. omnium, num.17. C. de actionibus, & in l. transactionis, num.2. C. de transactionibus; & in l. iusurandum quod ex conuentione, §. pupillus, num.4. ff. de iureiurand. Decius in cap. si quando, num.6. ff. de officio Delegat. & idem vult Iaf. in l. quod Ephesi, num.6. ff. de eo quod certo loco; Alexand. in consi.165. num.6. lib.7. Decius consi.60. num.13. Ioan. Baptista de Cacciapul. in tractat. de transactionibus, quæst.3. & est vera transactio secundum Decium in consi.630. nu.2. Lancelotum in tractatu de attentatis, part.2. cap.15. de attentat. contra compromissum, num.139. pag.314. quod tamen, si partes consentiant arbitramento, & non alias intelligit Ripa in l. ex factis, §. si quis rogatus, num.8. folio 168. ff. ad Trebellian. & omnia remedia quæ competunt contra transactionem, competunt contra laudum approbatum, vt ex pluribus probat idem Decius in dict. consi.6. num.3. & 4. & plures citat Domin. Anton. de Padilla in l. sub prætextu, num.8. pag.134. C. de transactionibus, quorum opinio expresse probatur in l. ult. in legibus de Madrid, in volumine pragmaticarum, hodie l.4. tit.21. lib.4. Recopilat. in fine, vbi quod tradit Azeued. num.8. folio 322. & in terminis Orosius in l. non posse, num.5. pag.892. ff. de pactis. Procedit tamen ista conclusio, nisi arbiter cognitionaliter procedat, secundum Bald. in l. 2. C. de sacrosanct. Eccles. & Peralta in l.1. num.43. pag.27. ff. de leg.2. vbi de hoc agit, pro quo faciunt scripta per Beroum consi.26. num.5. lib.3. Et quod super bonis prohibitis alienari non liceat facere arbitramentum, tenet Ioan. Andr. & Abb. in cap. cum tempore, de arbitris, per illum textum, vbi Hostiensis in verbo, licentia, Ancharran. Imol. & Ant. & alij, quos refert Decius in consi.44. num.2. & consi.300. & consi.282. Vise puncto n.3. & in l.2. n.38. fol.20. ff. de iurisdict. omnium iud. Ioan. Guttier. in authentic. sacramenta puerum, C. si aduersus venditionem, num.124. & Paris. in consi.123. num.11. lib.4. Anton. Capic. decis.93. num.3. qui loquitur in rebus vniuersitatis; & idem Decius in dict. consi.44. num.2. Ripa responso 175. num.12. & facit notata per eundem Decium in consi.39. & probatur in cap. peruenit, iuncta Glossa vbi Abbas de arbitris, & alios plures refert Tiraquel. in lib. de legibus communiabilibus, in glossa, in verbo, contractus: q. 10. num.202. folio 292. & concludit l.3. in principio, ff. de arbitris; l. si pupillus, ff. de arbitris, & quæ tradit Speculator tit. de arbitris, §. restat, & versic. quod de minore; & l.24. in versiculo: O que fuisse sobre las cosas. Et l.25. tit.4. part.3. notat Pinel. in l.1. part.3. num.44. in versiculo, idem præsit, C. de bonis maternis, Purpurat. in dict. rubric. num.78. & probatur etiam in l. si dictum, §. si compromisso, ff. de arbitris; & in l.36. in versiculo, El segundo, titulo 5. part.5. & in bonis feudalibus hoc resoluit Afflicti. in consi. Neapolitan. lib.3. rubrica 5. num.52. licet diuersum videatur tenere Zasius in libro de feud. titulo de feud. aliena, num.20. pag.301. post alios, quos citat; vbi tamen tradit, quod aliis agnatis non præiudicat arbitramentum: Et quando sententia arbitri noceat agnatis; & ibi num.20. scribit vnum notandum in ista materia, quod in isto casu, licet in arbitrium iuris possit fieri compromissum in rebus feudalibus, non tamen in arbitrationem, & est communis opinio, quod in bonis feudalibus non potest compromitti, vt per Bald. in cap.1. verbo, Marchio, qui feud. dare possunt, Iaf. in consi.168. num.13. libr.4. Iulius Clar. lib.4. sententiarum, §. feudum, quæstion. 39. tradit Menoch. in consilio 1. numer.297. Socinus Iunior in consi.77. nu.14.76. & 123. libr.1.

Erit tamen licitum arbitramentum pro bono pacis, & cum facultate Principis, quod prout in transactione dictum fuit: & qualiter transactio & illud æquiparentur, latissime resoluit Purpurat. in rubric. C. de transactionibus, num.22. cum seqq. ex pluribus resoluit Tiber. Decian. responso 56. num.17. lib.1. ad quem addo Suarez allegat.23. versic. 1. quia dicta iura, Lancelotum de assentat. part.3. cap.24. quæst.23. num.19. pag.455. Nicol.

Nicol. Boer. decis.147. num.6. vbi ex hoc & aliis resoluit; quod hæres grauatus, potest compromittere cum prætendentibus, & facere transactionem, quam tenetur fideicommissarius seruare: ad quod refert inter alia text. vbi Bart. Paul. de Castro, & Angelus in l. cum hæreditas, ff. ad Trebellian. & in cap. Raynaldus, in principio, vsque ad §. porro, de testament. & Angel. in consi.1. & quod arbitri non possint inducere fideicommissum per sententiam, tradit Tiber. Decian. responso 33. n.139. lib.1. ex Bald. in l. filiusfamil. §. Dini, ff. de leg.1. per text. in cap. Raynaldus, de testamentis; & Angelus in consi.66. Decius consi.11. Et quod super bonis fideicommissi, & maioratus non possit fieri compromissum, resoluit nouissime Anton. Pegrin. in tractatu de fideicommissis, art.60. num.119. fol.375. qui inter alios citat Molin. lib.4. de primogeniis, cap.2. Anton. Peregrin. de fideicommissis, §.8. num.63. pag.106. qui id etiam tradit in transactione.

Et quod arbiter possit remittere compromissum, quando fideicommissum fuit necessarium, tradit Marcabrun. ab Anguillis consi.66. num.264. Et est notatu dignum, quod si in Principe fuit factum arbitramentum super bonis maioratus (sicut plerumque visum fuit in Hispania) & per Principem fuerit lata sententia, non potest ab ea appellari, nec reclamare apud Iudicem inferiorem, quod probatur ex his quæ scribit Iaf. in l. si quis aduersus, num.3. C. de precibus Imperatori offerend. vbi dicit, quod quando propter dignitatem personæ non potest ab eius sententia appellari, illud procedit etiam si ex commissione partium ferret sententiam, vel ex prorogatione; Paris. consi.118. Domina Lucina lib.1. per totum, vbi hoc tradit in terminis, & loquitur in Duce Sabaudie, & quando quod arbitratum fuit, peruenit in euidenter utilitatem bonorum maioratus, quod fundatur ex superioribus, & scriptis per Gregor. Lopez in dict. l.24. in glossa, in verbo, In personero. Ex his autem quæ scribit Purpurat. in dict. rubric. C. de transactionibus, præcipue num.36. & iterum num.56. dum citat text. in cap. examinata, de confirmatione vtili vel inutili: iuncto cap. præterea, de transactionibus; & iterum num.59. &

74 postea num.70. inferunt quod notabiliter in ista materia, quod licet regulariter non valeat arbitramentum factum super bonis maioratus, valeat tamen si lis relinquatur in arbitrium iuris, cum talia arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, l.1. ff. de arbitris, l.23. tit.4. part.3. ibi: Tambien como si fuesse juez ordinario, quod vidi in practica in negotio maximi ponderis; & pro hac resolutione faciunt scripta per Zasium in dicto loco, & de istis compromissis plura scribit Bertazolus in l. si quis maior, C. de transact. num.304. cum sequentibus, & de diuersitate inter arbitramentum & transactionem agit Blancus de compromissis, quæst.4. n.21. quem citat Valdes in additionibus ad Suar. allegatione 19. pag.94.

In casibus autem, quod valet transactio facta super bonis maioratus, rescindi tamen potest beneficio minoris ætatis, aut læsionis enormissimæ, quod vt patet ex titulo, C. si aduersus transactionem. Sed qualiter rescindatur transactio prætextu læsionis enormissimæ? locupletissime & eleganter agit Arius Pinellus in l.2. C. de rescindenda venditione, p.1. cap.4. num.12. cum sequentibus, fol.71. cui addo l.34. titulo 14. part.5. quæ est notabilis, & resoluit plura quæ de iure communi erant dubia: Suarez allegatione 19. versiculo, quando cum ex dicta sententia; quam legem limitat Messia super l. Toleti, responso sexto ad 6. 8. part. fundamento 1. nu.30. fol.179. & illam latè declarat Matienç. in Dialogo Reclatorum, cap.20. part.5. num.10. cum sequentibus, de quibus agit Pinel. in dicto loco; & vide Gregor. Lopez in dict. l.34. & decis. Neapolitan. 220. num.2. & 3. Ayron. Gabriel lib.3. communium opinionum, titulo de emptione & venditione, conclus.1. num.68. pag.205. & titulo de iure dotium, conclus.2. num.1. cum sequentibus, qui punctum resoluit latissime: qui num.17. tractat de læsione in

transactione: Socin. Iunior in consi.98. num.17. lib.1. late Ioseph. Ludouic. decis.19. num.55. cum sequentibus, Burgos de Paz consi.19. num.12. cum sequentibus; Cephal. in consi.208. lib.2. Zasius & Communis in l. si quis cum aliter, num.23. ff. de verborum obligat. latissime Menchaca lib.3. controuersiarum, cap.61. num.9. folio 73. qui nec etiam refert dict. l. part. vbi tradunt qualiter æstimeretur dubius euentus litis; de quo notanter agit Abbas consi.64. lib.1. Ayron. consi.151. num.27. & est solidissimum consi. Zasii, 18. num.16. lib.1. & tradit idem Zasius in dict. l. si quis cum aliter, ff. de verbor. obligat. num.20. pag.298. vbi resoluit contra Bart. per textum, quem dicit esse expressum in l. Lucius, in fine, ff. ad Trebellian. & tradit nouissime, & notanter Andr. Gail. obseruationum lib.2. obseruat.70. num.1. cum sequentibus, pag.187. vbi resoluit non posse rescindi transactionem prætextu læsionis enormissimæ, si sit facta, de dubia lite, & incerta, & dato aliquo, vel retento; & facta bona fide; & non cum dolo vero, vel præsumpto. Et doctrinam Bart. in dict. l. si quis cum aliter, sequitur, & magis communem dicit Anton. Gama decis.110. num.15. & Mençá additione 10. Thefaurus decis.243. & legenda sunt quæ refert Dominus Valdes in additionibus ad Rodericum Suarez, allegat.23. pag.98. post Rodericum & Sforciam in tractatu de in integrum restitutione, part.2. quæst.66. art.4. num.20. pag.767. Cephalus in consi.208. num.1. lib.2. & ibi consi.295. per totum, eodem libro, & 265. num.2. Mauritius in eodem tractatu 110. & 111. pag.145. & in transactione magis requiritur quam in iudiciis, vt tradit idem Sforcia p.2. quæst.77. art.10. num.36. pag.540. & tradunt Glos. Paris. lib.4. de primogen. cap.9. num.34. Caldas Pereir. in l. si curatorem habens, C. de in integrum restit. minor. in verbo, litis, num.153. pag.1385. Augustin. Berouis in consi.176. num.25. cum sequentibus, lib.1. & vide etiam Emilius Perretum in dict. l. si quis cum aliter, Azeued. in l.4. tit.2. lib.4. Recop. num.134. fol.350. Matienç. in l.1. glos.8. tit.11. lib.5. Gurtierrez de iuramento confirmator. part.3. cap.21. num.24.

Et arbitramentum quod etiam rescindi potest prætextu læsionis enormissimæ, & contra sententiam arbitri competit remedium l.2. C. de rescind. vendit. vt probat late Decius consi.60. numer.4. quem citat Marant. de ordinè iudiciorum, 14. distinct. iudiciorum, numer.8. folio 107.

Et quid si transactio sit iurata, an prætextu enormissimæ læsionis quod rescindi valeat? constat ex Alex. consi.82. num.6. lib.6. Barth. Socin. consi.86. col. ult. lib.1. Ayron. consilio 151. num.26. Felin. in cap. de causis, nu.2. de officio Delegati, & in cap. cum sit generale num.9. de foro competenti, qui hoc tradit in iuramento præstito populo cuius doctrina notanda est ad transactionem factam per populum, & vniuersitates, in quibus interuenit iuramentum; Messia in loco citato, num.31. decisio Pedemont. 179. n.6. & legenda sunt quæ scribit Glos. Paris. dict. cap.10. n.4.

Et in ista materia est etiam animaduertendum, quod ad hoc vt transactione facta super bonis maioratus valeat, non sufficit quod partes transigentes consenteant esse vtilem eisdem; & successoribus: quia cum alienare prohibeantur, etiam verantur tales facere confessiones; quæ quamuis ipsi præiudicent, successoribus tamen nocere non possunt, argumento l. qui testamentum, ff. de probationibus; l. si forte, vbi Bart. ff. de castrens. pecul. notant Glossa & Doctores in l. si donatione, C. de collation. & in materia prohibitiua, sicut ista est, non statim patris confessioni, dicens litem subesse, nisi de ea verè appareat; vt per Decium in cap. præterea; num.6. de officio Delegati, & in consi.351. col.2. in fine, Ayron. consi.175. num.4. Et de confessione Prælati, quod non præiudicat Ecclesie, notat Bald. in l. iudicemus, in principio, circa 80. finem,

70

71

72

73

74

75

76

77

num. 56. Purpur. num. 113. Ripa num. 29. Curt. num. 90. 91. Purpur. in l. postquam liti, num. 101. C. de pact. Balb. in tract. de præscript. part. 6. quæst. 4. num. 45. pagin. 623. quod expedit scire ad multa, ad transactiones factas super bonis maioratus continentis renuntiationes litium, contra quas allegatur exceptio enormissimæ læsionis, & replicatur de præscriptione, an præscriptio sit numeranda à die motæ litis, & factæ contestationis, vel à die transactionis; quod impugnans transactionem ex ea iurare se non possit, tradit in notabili casu Aymon in conf. 290. num. 5. vers. Decimoquarto. Et quod non obferuans transactionem in re minima incurrat penam, & dicatur non obferuata transactio, tradunt Rubeus in conf. 30. num. 3. Cagnol. in l. si quis maior. num. 196. C. de transactio. Cephal. in conf. 24. nu. 2. libr. 1. & faciunt quæ scribo supra.

98 Et transactio generaliter accepta ꝑ comprehendit quodcumque pactum probatur in l. 2. ff. de transactio. & volunt Glos. in l. 1. §. 1. verbo, transgendi, eodem titul. & alij, vt Bertazol. in l. si quis maior. num. 759. C. de transactio. fol. 24. Et quæ ꝑ solemnitates requirantur in transactioe minorum tradit latè Farinac. in pract. quæst. 15. n. 9. fol. 138. & an in contractu transactioe oriatur fideicommissum, tradunt Dec. in conf. 63. n. 4. & in conf. 613. col. 2. Marzarius de fideicommissis. par. 2. vers. Constituit præfens pag. 8.

QVÆSTIO XXIII.

An bona maioratus amitti possint propter delictum.

S V M M A R I V M.

- 1 Bona Maioratus per nullam delictum amitti posse probatur.
- 2 Autor fideicommissi an possit fiscum excludere.
- 3 Bona alienari prohibita non amittuntur per delictum, & num. 4. 5. & 6.
- 7 Vassallus delinquens contra naturam feudi, an eo priuetur.
- 8 In bonis maioratus possessores non habent nisi fructuum commoditatem.
- 9 Fiscus non capit ea, quæ non possunt ad hæredes extraneos transire.
- 11 Meliorationes factæ in bonis emphyteuticis qualiter confiscantur.
- 12 Feudum conuentionale, quod ad filios, & generationes defertur non amittitur per delictum.
- 13 Quid quando non est hereditarium.
- 14 Agnati an priuentur feudo propter delictum in personam Domini per feudatarium commissura.
- 15 Feudum non amittitur per delictum, quando dicitur, Concedo feudum Titio, & suis hæredibus, de vno in alterum.
- 16 Feuda redacta ad instar patrimonialium possunt confiscari ob delictum.
- 17 Feudum generi concessum non amittitur per delictum.
- 18 Alienatio prohibita fauore aliorum operatur, quod bona alienari prohibita non amittantur per delictum.
- 19 Quid fauore Tertij.
- 20 Bona donata ea lege, vt si possidens sit bannitus, & bona publicentur, vadant ad alium, non amittuntur propter delictum.
- 21 Nihil tam conueniens naturali, æquitati, quam ea, quæ placuerunt, seruari.
- 22 Si testator præcipiat, quod certa domus stent perpetuo pro hæredibus, & eorum filiis, non amittuntur propter delictum.
- 23 Hæreditas, quæ ex pacto in contractu matrimonij ad primogenitum defertur, non confiscatur.
- 24 Noua concessio facta per Imperatorem an valeat.
- 25 Feudum si sit concessum Titio & liberis eius, veniant liberi ex persona propria, & delictum patris non nocet filiis.
- 26 Primogenitus non habet primogenituram ab eo, qui deli-

- ctum commisit, sed ab institutore.
- 27 Propter delictum patris ius patronatus non amittitur.
- 28 Ius substitutionis pupillariorum non venit in confiscationem.
- 29 Publicatis ob crimen bonis filijsfamilias, non publicatur peculium castrense, & contra, publicatis bonis patris, non publicatur peculium profectitium, & n. 30. & 31.
- 32 Filius exheredatus an admittatur ad retractum consanguinealem.
- 33 Negligentia patris, qui accipit rem in emphyteusim pro se, & filiis, si canonem non soluat, illis non præiudicat.
- 34 Filij an possint in causa nobilitatis obtinere, cum pater soluit tributa, vel alio modo nobilitatem amittit.
- 35 Testator si præcipiat, quod ipso momento quod successor in maioratu delictum committat, bona ad successorem deueniant, an confiscentur, & n. 36. & deinceps, & n. 43. Et resoluitur à num. 48. & 51.
- 37 Bona alienari prohibita non confiscantur. Quid de bonis quorum diuisio prohibetur, n. 39.
- 38 Verba si alienauerit, vel contra fecerit, an differant.
- 40 Patronus an possit agere pro offensa patroni, licet in vita non sit conquestus, ubicunque in infundatione pactum apponitur, quod commissæ feloniam feudum amittatur.
- 41 Verba, ipso iure, faciunt dispositionem directam.
- 42 Conditiones resolutiua in fundatione iuris patronatus quid operentur, & n. 43.
- 44 Fundator maioratus si statuat, ne illius possessor cum concubina, vel aliter indigna matrimonium contrahat, an per contrauentionem priuetur bonis maioratus.
- 45 Feudi inuestitura taliter potest esse concepta, quod agnati illo non priuentur propter delictum in personam domini commissum.
- 46 Bona fideicommissio subiecta possunt ex confiscatione fisco addici, vna fideicommissarij durante.
- 47 Nisi ultra tacitam prohibitionem, quæ ex fideicommissio resultat, bona expresse alienari sint prohibita.
- 49 Beneficium competens patri meliorandi filium in Tertio & Quinto, an competat illi à lege.
- 50 Intellectus ad l. 34. titul. vltim. part. 7.
- 52 Quibus in casibus bona maioratus propter delictum amittantur, à n. 52. usque ad 55. & deinceps.
- 56 Princeps propter delictum an possit confiscare bona alibi sita, & n. 57.
- 58 Gratia facta per Principem condemnato an extendatur ad bona alibi sita.
- 59 In confiscatione bonorum mobilium & immobilium, an veniant iura & actiones.

Post num. 59. inuenies alia summatia.

Vigesimaltertiò hoc in loco oportet examinare quæstionem, quæ propter hominum malitiam & naturam pronam ad malum; non minimam iudiciorum partem occupat, in qua inquirere conuenit, an bona maioratus saltem amitti possint crimine hæresis, aut læsæ maiestatis, aut Sodomix, aut alijs similibus atrocioribus criminibus: In qua quæstione omiffa verborum multiplicatione, quæ à me in his pusillis scriptis abhorretur. Et relictis his, quæ ab alijs in hoc puncto scripta sunt, quæ hic describere superfluentur tractatum ab alijs comperimus, huc veluti transplantatum inferere videamur? Vera, & solida est conclusio, quod regulariter bona maioratus ꝑ amitti non possunt, neque pro aliquo crimine ex supra scriptis, neque pro alio crimine cuiuscunque generis sit, Cuius opinionis ante me etiam fuerunt Gregor. Lopez in l. 2. titul. 2. in glos. in verbo, Mandas, part. 2. & Anton. Gomez in l. 40. Tauri, num. 91. Anton. Gama decif. 352. num. 4. & Tellus in l. 27. Taur. num. 18. qui istam sententiam magnis viribus defendit, loquendo in melioratione Tertij & Quinti, à doctissimo viro Siman. in lib. de institut. Citho. cap. 9. num. 138. cum alijs, vbi addit, quod pater potest apponere in melioratione Tertij & Quinti pacto, quod non confiscentur propter crimen hæresis, & læsæ Maiestatis, aut sodomix: vt latius ipse sustinetur; cuius scripta magnificianda sunt pro confirmatione istius sententiæ; apud quem, & in Gregor. Lopez, &

& in Ant. Gomez videre licet huius sententiæ argumenta, & faciunt quæ scribit August. Berotius in consil. 65. num. 140 lib. 1. & idem voluit Peralta in l. 3. §. qui fideicommissi, num. 127. pag. 241. ff. de hered. institut. vbi ad hoc refert notabilem doctrinam Alberici in l. 4. §. si ab ignoro. ff. de fideicommissi. libet. volentis, quod donans alicui bona, & cauens expresse, quod si contingeret ipsum donatarium committere delictum, propter quod bona ipsius delinquentis essent in fiscum peruentura, donatio haberetur pro infecta; si talis donatarium committat postea delictum, non amittit bona; & idem probat Episcop. Sarm. in l. 2. num. ex familia, §. si de falcidia, & in §. sed est fundum, num. 4. fol. 171. ff. de leg. 2. latius lib. 3. selectarum interpret. cap. 4. num. 5. fol. 107. & idem tenet Riminald. conf. 81. n. 12. Natta in conf. 528. num. 113. & 20. Segura de bonis lucrativis constante matrimonio, num. 220. & 225. & alij quos citat Marzar. in lib. de fideicommissis, quæst. 47. pag. 36. qui omnes concludunt, auctoritatem fideicommissi ꝑ posse excludere expresse fiscum; & idem quod Gregor. Lopez & sequaces tenent Grati. Falcon. vbi hoc refert regul. 55. numer. 13. fol. 24. additio Petri de Ferrar. in practica, in parte forma inquisitionis n. 8. pag. 59. & sequitur nouissimè Io. Gutierrez. li. 2. practicarum quæstion. quæst. 66. per totam, Angul. in l. 11. tit. 6. lib. 5. n. 6. cum seqq. fol. 215. ad ista legendus, vbi tradit hoc magis procedere in bonis vincularis si ne facultate Regali. Et quod prohibitio alienationis & confiscationis arguat agnationem, tradit Ceph. in conf. 251. num. 53. lib. 2. in causa status de Alburquerque in Hispania.

Quibus ego plura addere dectevi: vt de hac sententia, & de illius veritate nunquam dubitetur, & aliquid ex nostro labore producat. Adducitur igitur ab his scriptoribus inter alia text. in l. Imperator, ff. de fideicommissarij libertatibus, & in Laura libertorum patronorum, ff. de iure patronat. & est famosus casus in l. 3. ff. de interditijs & reiecta. vbi Bart. ponit regulam, quod ꝑ bona alienari prohibita non amittantur per delictum, quem inter alios sequitur Abbas in c. vlt. n. 9. fol. 92. de feud. & facit text. in ratione sui, in lres quæ, C. de donation. inter virum & uxorem, & in l. cotem, §. dominus, ff. de publican. & in Authent. de Eccles. titulis, §. si quis in sua, col. 9.

Et istam sententiam, quod bona prohibita alienari non cadant ꝑ in confiscationem, tenet Bart. in d. l. Imperator ff. de fideicom. libet. vbi Paris. Ias. in l. vlt. §. si de qua nostra maiestas, C. de communia de leg. & in l. filiusfamil. §. diuis. lectur. 2. col. 4. n. 16. ff. de leg. 1. vbi Ferdin. Loazes num. 114. Opizon. num. 47. Croius num. 32. Ripa n. 47. Barthol. Soc. in conf. 21. num. 22. lib. 4. & conf. 266. nu. 38. lib. 2. Decius conf. 442. Boer. decif. 268. nu. 6. Carol. Ruin. in conf. 23. num. 11. lib. 5. H. ppolyt. singular. 314. prohibitorio, & late Petrus Suro. decif. 254. num. 18. cum seqq. Ant. Petra de fideicommissis, quæst. 289. pag. 134. & prius num. 110. pag. 110. & plura singularia & extraordinaria tradit Chassan. in consuetud. Burgundia, rubric. 2. de confiscatione §. 2. num. 6. cum seqq. pag. 379. ad ista legendus Segura in l. hæredi, §. cum filijs, ff. de vulgarib. Barth. Soc. in conf. 121. col. 4. vers. Tertia ratio, lib. 4. vbi tradit, quod bona alienari prohibita per viam testamenti ꝑ non veniunt in confiscationem: & idem voluit Socin. Iun. in conf. 77. num. 11. lib. 1. & idem in bonis fideicommissi tenet in conf. 158. num. 63. lib. 2. & in conf. 174. numer. 11. eodem lib. & probat Laurentius Calcan. in conf. 74. numer. 6. & idem Socin. Iunior in l. filiusfamilias, §. diuis. num. 39. ff. de legat. 1. fol. 183. & ibi Carol. Ruin. numer. 43. Alciat. in conf. 522. & in conf. 533. in princ. & in consilio 660. vbi hanc dicit esse communem opinionem, licet idem Alciarius in conf. 783. contrarium teneat, Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centuria 2. casu 182. numer. 46. pag. 352. & in tractatu præsumptionum libro tertio, præsumptione 125. numer. 50. pagin. 436. August. Berotius in conf. 65. num. 155. lib. 1. Anton. Peregrin. qui plura in materia scribit in tractatu de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 108. pag. 276. qui tamen num. 111. attesta-

tur ista non procedere in Senatu Patauino in crimine læsæ Maiestatis, quia excluduntur substituti fideicommissarij etiam ex ordinatione testatorum, Celsus in conf. 20. nu. 37. Hieronym. Gabriel. conf. 184. per totum, nouissimè Petrus Barbosa in l. si ab hostibus, num. 24. pag. 109. ff. solut. matrimo. & prius num. 21. Tiberius Decian. resp. pons. 23. numer. 42. lib. 1. Mascard. in tractatu de probationib. libro 3. conclusioe 1237. numer. 110. fol. 177. late Burfatus qui plura in proposito scribit in consil. 225. num. 187. cum sequentibus, libro 2. Carol. Ruinus in consilio 24. num. 10. & in consil. 25. per totum, lib. 5. qui omnes idem tenent quod Bart. & alij tenent, tenet etiam Chassan. in consuetudin. Burgund. rubric. 3. §. 3. fol. 47. colum. 2. & rubrica 6. §. 1. fol. 25. vbi tradit quod prohibita alienari per contractum, censentur prohibita alienari per delictum, Roland. consil. 64. num. 37. lib. 2. latius consil. 98. num. 14. cum alijs, lib. 2. vbi ex Bart. & alijs, hoc extendit procedere etiam pro vita delinquentis; & confirmat idem Roland. consil. 15. num. 3. & 4. lib. 4. idem Roland. consilio 1. numer. 54. cum alijs, lib. 3. Socin. Iunior in conf. 77. n. 12. lib. 1. Hieronymus Gabriel in conf. 123. per totum consilium, vbi num. 32. scribit, quod in dubio est iudicandum non factam fuisse confiscationem, & in consil. 184. num. 1. Anton. Gabriel lib. 7. communium opinio. de criminalibus, conclus. 24. pag. 432. colum. 2. Iul. Clarus in practica criminali, quæst. 78. numero 10. pag. 343. & plures citat residendo cum hac opinione Marzar. in libro de fideicommissis, quæstion. 47. licet contrarium teneat Roman. in l. si constanter, §. fin. n. 12. ff. solut. mar. simpliciter citat ibi Barbosa n. 15. pag. 65.

Et in hac materia notabilem resolutionem ponit idem Barbof. in l. si ab hostibus, §. final. nu. 25. pag. 110. tom. 2. vbi tradit quod cum admissio filij ad successioem maioratus procedat immediatè ex vocatione facta per primum institutorem maioratus, delictum patris non nocet filio; & generaliter, quod quando quis secundum rei naturam potest succedere, delictum superueniens alterius non potest ei nocere: si autem propter naturam rei excludatur ab illius successione, pariter & descendentes censentur exclusi, qui ad hoc allegant quædam iura. Quibus addo Lucam de Penna in l. 1. C. de priuilegijs eorum qui in sacro Palatio, colum. 3. vers. 6. & in vers. sequenti, fol. 28. vbi dicit, quod damnato patre qui habebat primogenituram, ꝑ nepos eam non amittit; nec ad fiscum transeunt ea quæ tribuuntur à genere, per iura supra citata, & in feudis hoc tenet Bald. in c. 1. §. insuper, num. 115. fol. 78. de prohib. feud. alie. per Federic. vbi notanter loquitur, & in conf. 215. num. 5. lib. 2. & quod feudum, quod non obuenit iure hereditario, non amittatur per delictum, est communis opinio secundum Alexand. in conf. 19. nu. 15. lib. 4. & idem tenet in conf. 92. num. 18. lib. 2. Bart. Soc. in conf. 58. n. 1. lib. 3. & tradit eleganter Iul. Ferrer. qui plures citat de act. tacito bellorum principum consilio, n. 29. fol. 48. col. 4. Ant. Thefaur. decif. Pedem. 197. Burfat. in conf. 225. n. 112. lib. 2. & prius conf. 43. num. 15. faciunt scripta per Ant. Peregr. in tract. de fideicommissis, art. 31. num. 35. fol. 284. vbi nouiter tangit an bona transeant in fiscum, & quando, qui refert notata per illum in tractat. de iure fisci, in titul. de bonorum publicatione, num. 68. & 84. faciunt in simili notata per eundem Socinum in conf. 66. num. 18. eodem libr. vbi concludit, filios non esse priuandos, si pater inuicturam non petierit, quando pater feudum non acquisierit.

Fallit tamen ꝑ ista conclusio nisi vassalli delinquant contra naturam feudi, & commiserit contra dominum feudi offensam, propter quam veniunt directè priuandi feudo. Nam in isto casu posteri delinquentis feudum amittunt, etiam si feudum sit antiquum, cap. 1. cum Glos. si vassall. feudo priu. cui deseratur; cap. si vassallus culpam, cum Glos. in iij. si de feudo fuerit controuer. inter domi. & agnat. & tradit Molina lib. 4. de primogenijs, cap. fin. num. 53. fol. 200. & est communis opinio, secundum eundem Alexand. in consil. 30. numero 9. libro 6. T r 2 qui

qui ad hoc plures refert, & cum eo transit Glof. Par. ibi; & receptam opinionem esse scribit Roland. in conf. 1. de quo etiam agit notabiliter Barthol. Socin. in conf. 4. num. 27. lib. 3. vbi tradit, quod licet in isto casu faciat præiudicium filiis patris delictum, non tamen nocet agnatis. Et ista sententia Alex. & aliorum confert ad doctrinam Speculat. in tit. de locarione, §. nunc aliqua, quæst. 78. vbi resoluit, quod si emphyteuta cadat à re in emphyteusim accepta pro se, & filiis, & agnatis, & veniat contra tenorem primæ inuestituræ, non præiudicat agnatis, & vocatis; & est communis opinio secundum Ias. in l. 2. n. 58. C. de iure emphyt. & alios, quos citat Iul. Clar. lib. 4. sententiarum, d. emphyteusis, qu. 9. n. 14. 139. vbi tamen ipse contrarium tenet quia videtur iniquum quod negligentia, sine delictum alicuius præiudicat successoribus in re quæ ad eos peruenire debet, non ex facto, aut iure ipsius delinquentis, sed ex pacto & providentia primi inuestiti.

Secundò ista sententia suadet, quia cum ex primæ testatorum & condentium maioratus institutio, bona quæ vinculo maioratus relinquuntur, sint successorum maioratum pro tempore in illis succedentium, & solùm possessores t̄ habeant pro vita fructuum commoditatem, & semper, & in infinitum sint referuanda, & tradenda posteris, l. vnum ex familia. §. si de falcidia, ff. de leg. 2. facit consilium Alex. 91. num. 11. lib. 1. iniquissimum quidem esset, quod vnus puniretur pro facto alterius, & contra legem diuinam, & humanam, quæ solummodo puniunt authores delicti, & non alios, Ezechielis cap. 18. l. sancimus, C. de poenis, cap. vltim. de delict. puerorum, l. 9. tit. 3. par. 7. & de hoc in alio loco ego latius tracto, & nouissime Tiberius Decian. in praxi criminali. lib. 7. cap. 41. num. 19. fol. 176. qui plura singularia scribit, Quintilian. Mandol. in glof. commissionis interdicti, Cardinal. 82. col. 1. Paleotus de nobis & spuris cap. 65. num. 3. fol. 74. 8. volumine tractatum & faciunt quæ tradit & scribit Molina pro ista sententia lib. 4. ca. vlt. num. 31. cum sequentibus, fol. 196. Et quod delictum primogeniti non nocet secundogenito in primogenitura, resoluit Farinacius in pract. c. 25. nu. 67. fol. 120.

Tertiò t̄ facit quia ea quæ non possunt ad extraneum heredem peruenire, non transeunt in fiscum per confiscationem, dicit. l. iura libertorum, ff. de iur. patron. vbi Barr. in l. 1. C. de bonis libertorum, cum concordantibus, vt per Alex. conf. 89. lib. 4. Ias. in dicit. l. filiusfamilias, §. diui, ff. de leg. 1. num. 16. & Nicolaus Boer. decis. 278. & veniendo, num. 6. part. 2. vbi bene ad propositum loquitur Barth. Socin. in conf. 121. numer. 22. lib. 4. vbi plura ad rem nostram adducit Thomas Grammat. decis. 105. numer. 18. Decium in consil. 442. numer. 31. vbi tradit, quod emphyteusis Ecclesiastica, & emphyteusis quæ non transit in hæredes extraneos, non confiscantur, sed ad Ecclesiam reuertuntur: quæ conclusio probatur in cap. felicitas, §. si qua verò, de poenis in 6. & eam late tradit Carol. Ruin. in conf. 155. numer. 9. cum sequentibus, lib. 1. Barth. Socin. in conf. 266. numer. 32. lib. 2. & ad hoc plures citat Simancas in libr. de institut. Cathol. cap. 9. numer. 98. fol. 26. nouissime Cald. Pereir. de nominatione emphyt. quæst. 10. numer. 16. fol. 98. & in eodem tractatu, quæstion. 23. num. 41. folio 271. & tradit Curtius Iunior consilio 4. numer. 20. Curtius Senior consilio 59. numer. 18. & qualiter feudum Ecclesiasticum non veniat in confiscationem bonorum, tradunt Cardinal. in Clement. 1. in verbo, Inquisitoribus, de hæreticis, Laudensis in tit. de crimine læsæ Maiestatis, quæst. 15. & 34. Agidius Bossius in practica criminali. tit. de crim. læsæ Maiestatis, num. 143. pag. 257. faciunt quæ scribit Challan. in consuetudin. Burgud. rubric. 2. de confiscatione §. 2. numer. 11. pagin. 379. vbi etiam tradit, quid obtineat in confiscatione bonorum emphyteuticorum ad Ecclesiam pertinentiam. Quæ resolutio notanda est ad confiscationes modernas, quas fecit Regia Maiestas de bonis, quæ fuerunt ob rebellionem confiscata, quam commiserunt anno 1569. in hoc Regno Granatæ nouiter ad Fidem conuersi: quia plures ex istis habe-

bant bona concessa in emphyteusim ab Ecclesiis istius Regni; & idem Carol. Ruin. in conf. 160. num. 7. lib. 1. & plures citat Bufatus in conf. 122. n. 3. lib. 1. Curt. Senior conf. 59. num. 18.

Ex quibus & aliis, quæ infra traduntur, aliàs in practica inferebam, t̄ quod si propter aliquod delictum Princeps confiscet bona alicuius delinquentis, inter quæ reperiantur aliqua bona emphyteutica, quæ sunt maioratus, & restitutioni subiecta, non confiscabuntur talia bona maioratus in emphyteusim concessa, etiam quoad vile dominium, sed libere reuertentur ad dominum directum possessorem maioratus; cum talia bona non possint ad hæredes extraneos transire, secundum præfatam doctrinam: & hoc tenet in terminis primogenituræ, quem legi postquam hoc scripsi, Boerius decis. 278. n. 6. per regulam leg. peto, §. fratre, ff. de legat. 2. l. filiusfamilias, §. diui, ff. de leg. 1. pro quibus etiam est conf. Pauli Castrensis 311. Circa id. n. 3. lib. 1. qui loquitur in bonis feudaliibus, & opinio Bar. & aliorum est communis, Alexand. in conf. 89. n. 2. lib. 4. & notat idem Alex. in conf. 120. num. 7. lib. 5. & consil. 13. eodem lib. vbi tradit, quod si pater accipiat emphyteusim pro se, & successoribus, culpa in non soluendo canonem non præiudicat filiis: licet idem Alexand. in consil. 13. num. 5. lib. 6. dicat communem esse distinctionem, quod iura etiam libertorum patronorum confiscantur in præiudicium filiorum, vbi delictum fuit læsæ Maiestatis commissum contra Principem, vel rempublicam; & est tenenda opinio Bartoli, & aliorum, quæ est verior & communior opinio, vt eleganter tradit Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 29. per totam, pag. 155. & cum ista opinio sit in fauorem Religionis, in dubio est amplectenda l. summa ratio, ff. de relig. & sumptibus funerum, cum concordantibus; ad quem addo Menoch. de recuperat. possess. remed. 9. num. 82. pag. 403. licet in contrarium citet plures authores Cald. Pereir. in l. si curatorum habens, C. de in integrum restit. minorum, in verbo, sua facilitate, num. 5. fol. 202. Et qualiter t̄ confiscantur meliorationes factæ in bonis emphyteutis, tradit Ioan. Garcia de expensis & melioration. cap. 10. n. 51. fol. 98. & cap. 20. num. 11. fol. 144. post Cardinalem in Clement. nolentes, §. Inquisitores, num. 4. de hæreticis, Bernard. Diaz in pract. cap. 124. quos citat.

Quarto facit egregia sententia Ioan. Andreae in addit. ad Speculatorem, tit. de feud. s. vltim. vers. scilicet. 1. vbi dicit, quod si quando feudum est conuentionale, quod lege contractus defertur ad filios, aut certas generationes, vel personas, t̄ tunc indistinctè, quodcumque delictum, vel quæuis culpa non nocet nisi committenti & ad vitam eius dumtaxat, quo mortuo liberum & integrum ius deuoluitur ad sequentes in gradu vocatos per contractum infudationis, & venientes iure proprio: & idem tenent Andr. de Isern. & alij in cap. 1. §. vassalli feud. oriuntur, & alij quos refert Glof. Paris. in consuetud. Parisiensibus, §. 30. num. 133. fol. 246. quo nihil expressius pro hac sententia adduci potest; & alia scribit eadem Glo. quæ faciunt pro ista parte, & hoc dictum corroboratur ex eo quod scribit Andr. de Isern. in c. 1. an agnati, vbi dicit, quod quando feudum t̄ non est hæreditarium, sed ex pacto & providentia, non potest quis relinquere, nec ex fructibus feudi vnquam can delam, num. 7. fol. 215. vbi Nard. addit. refert, & confirmat Marth. de Afflict. decis. Neapol. 26. Fuit dubitatum, num. 6. & traditur in decis. Capellæ Tolosanæ 396. vbi est longa additio.

Quintò conducit doctrina Iacobi Aluaroti in c. 1. §. denique; col. 4. in vers. septima conclusio, vbi dicit, quod inuestitura potest esse taliter concepta, quod agnati t̄ non priuenter feudo propter delictum etiam in personam domini commissum, veluti si inuestitura dicat; Concedo feudum pluribus principaliter de vno in alium, qui ad hoc refert Bald. idem dicentem in dicit. cap. si vassalli feud. priuè. col. 3. in vers. Ego autem, num. 3. fol. 54. vbi proprius ad nostrum propositum dicit, quod si dominus dicat, concedo castrum in feudo Titio, t̄ suis hæ-

16 dibus de vno in alterum reuertendo, vel dicit, Concedo omnibus principaliter; aut dicit, si non extent filij, aut nepotes; tunc Bald. ait, quod culpa, & delictum patris non nocet filio. Sed de doctrina Afflict. in dicit. cap. 1. §. denique, vltra Bald. & alios, & Bart. in l. 1. ff. de cond. & demonstrat. l. 1. ff. quibus modis vsufruct. amittatur, videatur late Curtius Senior in consil. 49. num. 25. & legendus est Hieronym. Gabriel in consil. 172. num. 40. late Ripa in l. final. C. de reuocand. donation. 236. quæst. 70. Anton. Capic. decis. 121. num. 31. pro quibus est text. in c. 2. de feud. in fine, vbi probatur quod si vassallus committit delictum alienando feudum, feudum non reuertitur ad dominum, sed ad filios, vel agnatos; de quo plura ad propositum scribit Menoch. in consilio 226. num. 205. cum sequentibus libr. 3. Et ita intelligenda sunt quæ indigestè scribit Andreas Gail. obseruationum lib. 2. obseruatione 149. n. 5. pag. 266. & in tractatu de pace facta, lib. 2. cap. 13. notantur Roland. in conf. 78. n. 6. & 7. lib. 4.

Animaduerto tamen, quod vbiunque feuda sunt re- 16 data ad instar patrimonialium, t̄ possunt confiscari ob delictum, vt ex Bart. in d. l. si finita, §. si de veltigalibus, ff. de dam. infect. & Boer. decis. 264. num. 8. & 9. Deci. conf. 680. num. 8. Cephal. conf. 1. num. 67. Glof. Parisien. in consuetud. Parisien. §. 1. glof. 4. num. 62. Tiraquel. Aym. & aliis pluribus probat Menoch. de recup. possess. remed. 9. n. 252. pag. 416.

Sexto adduco quod scribit idem Bald. in c. 1. §. denique num. 1. que fuit prima causa, fol. 43. vbi limitat illum textum dicentem, quod propter iniuriam illatam in dominum feudi, applicatur domino; t̄ nisi feudum sit concessum generi, quia tunc ad dominum reuertitur ius delinquentis, non ius reliquorum, quod ex propria persona habet, quodam ordine mortalitatis, non per viam hæreditatis; citat ad hoc text. in dicit. l. 3. ff. de interdicit. & relegat. & idem tenet Curtius in tractatu de feudo, p. 1. col. 1. in vers. limita nunc primus, fol. 53. & alij, quos refert Ludouicus Gozadin. in consil. 74. num. 19. & vide illum num. 14. qui ista confirmat; quibus adde Alexand. conf. 30. num. 15. lib. 1. Et secundum ista intelligi, & distingui debet quædam sententia Speculatoris in tit. de feudo, §. quoniam, g. 40. fol. 123. in 4. p. vbi dicit, quod bona feudalia confiscari possunt per Principem ob delictum læsæ maiestatis, aut hæresis, quem sequitur Guid. Pap. decis. 341. In quo contrarium tenent Bart. in l. si finita, §. si de veltigalibus, ff. de damno infecto, vbi Imol. Roman. & Alexand. communem dicunt; & idem Barthol. in Authen. de non alienand. aut permut. rebus Ecclesie §. 1. Bald. in l. 1. C. de bonis libertorum, & alij plures, quos citat Francisc. Viuius to. 1. communium opinionum, lib. 2. opinio 7. 1. pag. 440. num. 9. Et ista etiam intelligenda sunt, quæ absque distinctione scribit nouissime Tiberius Decian. in pract. crimin. d. lib. 7. c. 41. n. 24. & 25. fol. 177. & lege quæ scribo infra.

Septimo hæc sententia fulcitur ex alia notanda doctrina Bart. in l. si quis in tantam, num. 12. C. vnde vii: dicit, quod quando alienatio rei est prohibita fauore personæ alienantis, tunc non est prohibita propter delictum alienatio; aliàs secus, quando prohibita alienatio t̄ fauore aliorum, quam delinquentium, quem, & alios ad conclusionem refert Tiraquellus in tractatu de legibus connubialibus, in glof. 5. in verb. contracter, n. 159. Carolus Ruin. in conf. 129. num. 4. lib. 2. & conf. 23. n. 29. & conf. 25. lib. 5. vbi hoc extendit etiam in vita prohibiti.

19 Octauo facit regula firma, quam ponit Glof. Paris. in consuetud. Parisien. p. 1. glof. 4. §. 3. num. 21. fol. 60. vbi dicit, quod quando prohibitus est alienare non propter se, sed fauore Tertij, t̄ tunc excluditur omnis alienatio, non solum voluntaria, sed etiam necessaria; & non solum hominis, sed etiam legis; & quando fieret propter factum, vel delictum prohibiti, nec sit in eius potestate alteri præiudicare: & idem fere scribit eadem Glof. Parisien. in §. 30. num. 65. fol. 238. pro quo

facit notabile dictum Angeli, quod habui in facto, in l. si filius, num. 6. fol. 13. ff. de damno infect. vbi dicit, quod peculium profectitium filij non publicatur, etiam si donandi habeat expressam potestatem, propter filij delictum; non virtute potestatis donandi, quia delinquere non est donare, non ex virtute potestatis dissipandi, quia non intelligitur cogitatum de delictis. Ex quo doctrina inferitur, quod si quis est hæres institutus, & rogatus fuit alij rem restituere, & simul cum hoc licentiam habeat ad donandum, non potest propter delictum talia bona amittere in præiudicium fidei-commissarij.

Nonò ista sententia corroboratur ex quodam notabili dicto Agidij Bossij, qui in criminalibus maximam apud me habet autoritatem in pract. crimin. de bonorum publicatione, num. 31. pag. 508. vbi dicit, quod si tibi donarem t̄ bona hac lege, vt si contigerit, quod d'esses bannitus, & tua bona publicarentur, donatio nihil valeret; & bona ad me reuertentur, vel in alium transfrent, valeret donatio; quia in disponente est mera facultas disponendi vsque ad mortem; nec inhabilitas donatarij superueniens repugnare potest voluntati, & facultati disponentis, est licitum illi qui vult, quod bona non alienentur, quæ familia relinquunt, præcidere, & amputare vias per quas bona amitti poterant, secundum Barthol. Socin. in l. qui Romæ, §. coheredes, ff. de verb. oblig. fol. 91. pro quibus facit regu. l. in traditionibus, ff. de pat. & quæ secundum illam tradit Aym. Crauet. in conf. 118. num. 5. & in conf. 247. num. 5. & 112. num. 1. & in consil. 174. num. 4. facit l. legem, C. de pat. coment. l. 1. §. si conuenit, ff. de positi: cum concordantibus, quæ scribo, p. 2. q. 3. Et pro hoc etiam facit quod scribit Odofred. in l. ea lege, C. de condit. ob caus. quod si fiat donatio sub conditione, ea deficienti, donans habet quod primo habet: notat Afflict. in consil. Neapol. lib. 3. rubr. 5. num. 42. cum similibus quæ scribo p. 2. q. 4. illat. 8. & nihil tam conueniens naturali t̄ æquitari, quam ea quæ placent seruari, l. 1. ff. de pact. l. iuris gentium, §. prætor ait, eodem tit. & Glof. singularis in c. 3. io. q. 1.

Decimò ista sententia confirmatur ex late scriptis per Alex. in conf. 23. lib. 1. vbi plura fundamenta sustentat, quod si restator instituit filios hæredes; & struit quod certæ domus starent continuè vsque in infinitum pro suis hæredibus, & eorum filiis, & in familia remanerent, & vnus hæredum ob delictum bannitus est bonis confiscatis, quod filius à tali parte excluditur; & statim spectat ad filios banniti, quia est res prohibita transire in extraneam hæredem: illud inter alia plura adducens, quod illa, quæ non possunt in extraneum hæredem transire, t̄ non deueniunt ad fiscum, d. l. iura libertorum, ff. de iur. patronat. cum aliis supra citatis; & istam opinionem aliis pluribus rationibus fulcit, & est singulare consilium in hac materia.

Vndecimò, adduco dictam decisionem Nicolai Boerrij 278. num. 6. vbi dicit, quod in hæreditate, quæ ex pacto in contractu matrimonij inito debet deuenire ad primogenitum, & ad alios liberos successiuè, si decedant sine liberis, & ad extraneum hæredem non transeant, t̄ tunc talia bona non confiscantur, citat 23 text. in d. l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2. & alia iura, & quædam elegans conf. Barth. Socin. 121. n. 22. lib. 4. quamuis ibi ref. ratat, 3. vol.

Duodecimò, vt ad Baldum redeam, huc recta ratione aduocari potest quædam illius doctrina in cap. 1. col. 2. de vassallis qui contra confit. Lothar. quam refert Alexand. in consil. 103. Videatur prima consideratione, lib. 1. col. vltim. quos refert Deci. conf. 606. num. 15. Ex hoc inferens t̄ quod noua concessio facta per Imperatorem tanquam ex iure deuoluto ob delictum non valeret.

Decimotertiò, huius operis est alia sententia Pauli conf. 374. Vissis omnibus punitis, col. 2. num. 3. lib. 1. vbi dicit, quod quando Princeps concedit feudum Titio, &

25 & liberis eius, Titio mortuo ꝑ vocantur liberi ex persona propria, non patris: notat Deci. in consil. 389. *Visa longa serie: num. 1.* vbi tradit quod quando filij sunt expresse nominati, acquiruntur filiis ius efficacius, & delictum patris non nocet filiis, refert Bart. in dict. l. 3. ff. de interditiis, & relegate. & idem voluit Alexand. in consil. 19. num. 14. & 15. lib. 5. & in consil. 2. col. 5. eodem lib. hodie consil. 30. num. 17. lib. 1. Bald. & Salicet. in l. 2. C. de libert. & eorum liber. & alij plures, quos citat Augustinus Beroius in consil. 77. num. 22. & per totum consilium lib. 1. & in consil. 78. n. 13. eodem libro: vbi num. 11. & 12. hoc extendit, quod nec quoad fructus tale feudum non confiscatur in præiudicium filiorum: quod notandum est ad ea quæ scribo in 3. part. quæst. 9. & legendus est Roland. in dict. consil. 64. lib. 2. & Andr. de Isern. in cap. 1. si vassalli feud. priuer. vbi contra Augustinus Beroi. scribit quod quando filius non priuatur feudo propter delictum, vel culpam patris, tamen in vita patris dominus habebit fructus in vltionem sui iuris; vbi hoc vult Matthæ. de Afflict. num. 2. fol. 225. qui ad hoc allegat textum vulgatum in l. Statius, §. in ff. de iure fisci, ad textum in cap. 1. in fine, de capit. Contrad. & doctrinam Bar. & aliorum in d. l. 3. ff. de interditiis. latissime confirmat Burlatus consil. 225. prius num. 91. cum sequentibus, & postea num. 185. lib. 2. ad ista omnino legendus, & in consil. 148. per totum eodem libro; vbi limitat in feudo hæreditatio. Quod autem primogenitus ꝑ non habeat primogenituram ab eo qui delictum commisit, sed ab institutore, patet ad sensum; & probatur in l. cum paronius, ff. de leg. 2. & in l. si arrogator, ff. de adoption. & in dict. l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulgari. Et quod bona feudalia, vel emphyteutica hæreticorum pertineant ad dominum directum, non ad fiscum, resoluit Burlatus in consil. 43. num. 31. & Beroi. in consil. 114. num. 56. lib. 1. & Bernard. Diaz in pract. tit. de bonorum publicatione & tit. de hæreticis: Bossi. in tit. de bonorum publicatione, ad quod plura refert Nicol. Boer. decis. 264. num. 9. & in ista materia magni facio textum in l. si Titio & Manio, §. si ff. de leg. 2. vbi probatur, quod si sunt duo hæredes instituti, & ab altero sit relictum fideicommissum siis repudiet, accrescit portio hæredi absque onere fideicommissi, quem text. eruat Tiber. Decian. in practica crim. tom. 2. lib. 7. c. 41. nu. 29. fol. 177. de quo legenda sunt quæ scribit Menoch. de adipsend. posses. remed. 4. n. 116. cum sequentibus, pag. 65. Amedeus de Aponte in tractatu laudemiorum, 9. 12. fol. 13. col. 1. & iterum fol. 15. col. 1. Tiraquel. in l. si vnquam, C. de reuocand. donation. in verb. reuertatur, n. 351. pag. 531. & n. 429. pag. 549. notanter explicat Petr. Surd. decis. 152.

Decimo quarto induco text. in l. si hac §. patronum, & l. 1. ff. de in ius vocan. vbi probatur, quod propter delictum patris filius ꝑ non amittit ius patronatus, quod filio competit à lege, & non ex parentis beneficio: vbi notant DD. & Barth. Socin. in consil. 58. Super proposita quaestione n. 1. lib. 3.

27 Decimo quinto, ius substitutionis pupillaris non venit in confiscatione, ex sententia Cyn. Bald. & Alex. n. 8. in l. ex facto, §. Iulianus, ff. de vulg. & pupil.

Decimo sexto, publicatis ob crimen bonis filijfamilias, ꝑ non publicatur peculium Castrense, vel quod ei pater militaturo dedit; l. si filius, C. de bon. damnat. Cyn. Bart. Bald. Salicet. Paul. & Alexand. in l. si finita, §. si de veltigalibus, ff. de damno. infic. & alij quos refert Episcop. Couartu. resolutionum, lib. 2. cap. 8. num. 7. cui adde Ripam in cap. safe, num. 76. fol. 396. de restitut. spoliatorum: quam quaestionem nouissimè, & elegantissimè tractat Cald. Pereira in l. si curatorem habens, in verb. lafis, num. 112. fol. 342. C. de in integrum restit. minor. & ante cum Iul. Clar. in pract. crimin. d. quæst. 78. numer. 12. cum sequent. pag. 344. Ant. Thesaur. 30 decis. Pedemont. 167. num. 2. ꝑ Et de contrariis publicatis, bonis patris ob delictum commissum, ꝑ non publicatur peculium profectum filij, l. 3. §. sed vtrum, ff. de minoribus; quam ad hoc communis citant, & tradit latius Episcop. Couartu. vbi supra, cui iungo Iaf. in

aubent. si qua mulier, num. 30. C. de sacrosanct. Eccles. & in d. actiones, num. 61. Inst. de actionibus; & in l. frater à fratre, num. 3. ff. de condit. indubit. & in l. seruum filij, in princip. num. 7. ff. de legat. 1. & in l. 3. §. si filius, num. 1. ff. quod quisque iuris: & in aubent. nouissima, num. 8. C. de inoffic. testament. Ripa in l. 2. §. quid si in patris; num. 19. ff. solut. matrimon. Roderic. Suar. in l. post rem indicatam, notabili 3. vers. potest etiam addi alius casus, pag. 264. ff. de re iudicat. Nicol. Boer. decis. 7. num. 10. Tellus in l. 5. num. 6. fol. 58. Quæmadam in quaestionibus suis, 9. 19. fol. 68. vbi scribit, quid dicendum est in crimine hæreticis, & in crimine lætæ maiestatis.

Nec pro delicto filij potest fieri executio in peculio aduentitio, etiam super proprietate, quæ est tota filij, secundum Bartol. Amol. & Alexand. in dict. §. si de veltigalibus, Robert. Marant. de ordine iudiciorum, art. 6. vers. tertius & vltimus actus, num. 35. fol. 300. Olaf. decis. 94. Thesaur. dict. decis. 66. Quod ꝑ vidi in practica feruari in quodam filiofamilias, qui fuit condemnatus in absentia in magna pœna pecuniaria, ob quam facta fuit executio in bonis maternis, in quibus matri successit, & pater se opposuit, & obtinuit: & plura ad propositum scribit Ioseph. Mascard. in tract. de probat. lib. 3. concl. 1158. cum sequentibus, fol. 59. Farinac. in tract. de delictis, qu. 24. num. 25. cum sequentibus, fol. 118. post Anton. Gom. tom. 2. de contractibus, cap. 15. tit. de seruitutibus, num. 18. Et ista opinio tenaciter est obseruanda, & tenenda; quidquid in contrarium tenet Alberic. in l. fin. C. de communi diuidendo; & alia similia ad hoc adducit Marcabrun. de Anguil. consil. 83. num. 158. qui num. 183. fatetur communem opinionem esse in contrarium, quam ipse sequitur. Ex quibus omnibus confirmatur quædam opinio Gloss. Paris. in d. §. 30. num. 82. contra Ripam in l. vlt. quæst. 3. C. de reuoc. donat. quæ non alia ratione procedunt, nisi quia non debet esse in potestate vnus, alium priuare beneficio; quod non ab ipso, qui priuare vult ob contractum, vel delictum, sed à lege, vel consuetudine, vel ex testamento, vel contractu illi competit.

Et ex his etiam fit, ꝑ quod filius exhæredatus admittitur ad retractum consanguinealem, ex ea ratione, quia ius illi non à patre, sed ab antecessoribus profluit, secundum Montalium in l. 13. tit. 10. lib. 3. fori, Cifuentes in l. 7. Tauri, 9. 10. qui in quæst. 12. dicit ius retractus consanguinealis competere bannito. Sed an filius exhæredatus admittatur ad retractum, legenda sunt quæ scribit Tiraquel. lib. 1. de retractu, §. 1. gloss. 8. n. 45. pag. 125. cum seqq.

Decimo septimo negligentia patris, qui accepit rem in emphyteusum pro se, & filiis, si canonem non soluat, filiis ꝑ non præiudicat, vt ex Castaloro, quæst. 3. & 9. 4. & alius probat Anton. Gama decis. 119. num. 2. Ex quibus infero intellectum ad ea quæ scribit Auditor Otalora in tractatu de nobilitate, p. 3. cap. 6. pag. 115. num. 9. & 2. p. 3. part. princip. cap. 9. num. 7. cum sequentibus, pag. 215. in quibus locis disputat, si pater soluit tributa, vel alio modo nobilitatem amisit, an filij possint ꝑ obtinere in nobilitate; quæ scribo supra, part. 1. q. 4. illat. 1. Et ad materiam addo nouissimè A Humadam in l. 2. tit. 15. part. 2. gloss. 20. fol. 152. Ioann. Azorium in tractatu institut. moral. lib. 8. cap. 12. pag. 965. & sequentibus, qui facit distinctionem, & credo non erram: Antonium Peregrinum in tractatu de iure fisci, lib. 5. num. 118. cum sequentibus, pag. 272. qui ponit plures conclusiones.

Et hæc conclusio ita confirmata, maiori ratione procedit, vbicumque testator, vel ille qui fecit maioratum, vel meliorationem, disposuit aperte, quod iuramento momento, quod delinquens, & successor in maioratu cogitaret de delicto, bona maioratus, vel meliorationis deuenirent ad successorem: quod colligitur ex scriptis per Alexand. in consil. 23. lib. 1. & Alexand. refert Decius in consil. 252. num. 3. & hoc concludens, quod bona feudalia ꝑ non amittuntur propter delictum feudum possidentis, sed agnatis deferuntur: &

Alexandri

Alexandri opinio communis est secundum Egidium Bossium in pract. crimin. tit. de bonorum publicatione, n. 42. pag. 514. & idem tenet Gregor. Lopez in l. 6. tit. 11. in gloss. in verbo, que la non pudieffe vender, fol. 82. col. 3. in vers. facit etiam: & in l. 4. tit. 15. in gloss. in verb. tanto tiempo, part. 6. Anton. Gom. vbi supra, in vers. tanto tempore singulariter limita: & tradit in bono casu Anton. Peregrin. in tractatu de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 102. pag. 266. & notabile consilium Nattæ 74. num. 10. lib. 2. ad hæc legendum post Iasonem in consil. 211. lib. 2. & eundem Anton. Peregrin. in tractatu de fideicommissis, 9. 51. n. 79. fo. 492. & idem Peregrin. art. 31. n. 35. fo. 285. vbi refert notata in d. tit. 1. & facit scripta pereundem, artic. 51. n. 82. fol. 492. vbi tractat quantum operentur verba resolutiuapro quorum sententia est signanda doctrina Pauli post Bart. ibi in l. qui absenti, §. 1. ff. de acquirend. possessione, vbi dicit, quod prohibita alienatione, alienasse dicitur, si tentauerit alienare; quia dicta verba significant tempus ante alienationem perfectam; & quod antequam sequatur, si est in actu alienandi, priuatio inducitur: tradit notanter Celsus consil. 20. num. 41. Natta consil. 72. num. 1. lib. 2. Carol. Ruin. consil. 129. col. 2. lib. 2. Ioan. Guttier. lib. 2. pract. quæst. 9. 115. num. 5. notat Ripa respons. 179. num. 21. Montal. in l. 5. tit. 12. de hæc donationes, in gloss. in verb. mandamos, vers. sed circa materiam, lib. 3. fori, fol. 171. Ex quo inquit Carol. Ruin. in consil. 129. col. 2. num. 5. lib. 2. quod si testator dixit in dispositione, quod si aliquis institutorum veniret ad aliquem contractum, vel cogitatum; quocepto ne dicta hæreditas, aut bona venirent confiscanda, tunc ipso iure statim, & incontinenti, antequam ad cogitationem ipsam peruenirent, ipsa bona veniant ad alium, qui talia non tentauerit, ꝑ tunc bona non confiscantur: & de hoc etiam vide notabilem casum per Roland. in consil. 56. num. 10. cum aliis, lib. 1. qui sequitur Alexan. in dicto consilio: & nostram opinionem quibusdam rationibus confirmat. Et notatur per eundem Roland. in consil. 31. num. 25. lib. 1. vbi dicit hæc esse receptam opinionem, quod ꝑ bona alienari prohibita non confiscantur: ad quæ iungo doctrinam Bologneti in l. filiusfamilias, §. dicit, in 2. num. 86. ff. de legat. 1. vbi dicit, quod vt bona non possint confiscari, etiam pro vita delinquentis, debet dicere testator, Instiitno filium, & prohibeo bona alienari, & volo, quod sit dominus, donec permanserit in seruitio Regis nostri: sin autem sit rebellis, in continentem priuetur bonis, & veniant ad alios de familia. Et an sit differentia in prohibitione alienationis inter hæc verba, Si alienauerit, vel contraxerit, tradunt Aretin. in consil. 18. num. 4. Cornuus in consil. 176. col. 1. lib. 1. Alexand. consil. 57. lib. 2. Carol. Ruin. in consil. 39. libro 5. Marzarius in lib. de fideicommissis, quæst. 45. Idem Carol. Ruin. consil. 114. & consil. 116. lib. 2. licet in contrarium faciant scripta per eundem Carol. Ruin. in consil. 109. num. 14. libro 4.

39 Sed nec bona, quorum diuisio fuit prohibita ꝑ per testatorem, veniunt in confiscationem, vt per Roland. in consil. 84. num. 35. lib. 1. & confirmantur ista per eundem in consil. 81. num. 11. lib. 2. & pro his omnibus est bonus tex. in l. 2. C. de donation. qua sub modo, vbi permittitur donatio ad vitamalicuius, aut certum tempus, & facit l. 1. eodem titulo, & pro doctrina Alexand. in dict. consil. 23. & facit quod scribit Bald. in cap. Imperialem, §. in super, col. vlt. de prohibet. feud. alienatione, patronum ꝑ posse agere pro offensa patrono facta, licet patronus in vita non fuerit conquestus, vbicumque in feudatione esset appositum pactum, quod commissa feloniam feudum amitteretur ipso iure: quia tunc transit in hæredem etiam non preparata, & hoc sequuntur alij, quos refert Gloss. Paris. in consuetudin. Parisien. p. 1. §. 30. num. 129. fol. 245. & verba, ipso iure, important, quod ipso iure dominium in proximiorum vocatum transeat, vt voluit Gloss. Bart. Bald. Ioan. Fab. Angel. Salicet. Alexand. in l. si vnquam, C. de reuocand. donation. Bart. Angel. Salicet. Raphael. Paul. in l. si to-

tas, C. de inoffic. donat. & alij infiniti, quos citat Tiraquel. in dict. l. si vnquam, in verb. reuertatur, num. 1. & 10. & verba, ipso iure, ꝑ faciunt dispositionem directam, secundum Ripam in l. Centurio, num. 142. ff. de vulg. Simon de Pretis lib. 3. de interpretatione vltim. volunt. solut. 2. num. 5. fol. 228. & similia verba habent secum executionem, secundum Bald. in cap. que in Ecclesiarum, num. 2. de constitution. Angel. in Authen. de religiosis, §. vltim. & verba, ipso facto, important idem quod, ipso iure, secundum Gloss. in cap. 2. in verb. si quis autem, iuncto, text. in verbo, ipso facto, Clerici, vel Monach. lib. 6. & in Clement. attendentes, gloss. vltima, de statu Monach. cum aliis, vt per Tiraquel. vbi supra, n. 115. Roland. in consilio 62. numer. 32. lib. 2. Rebuff. in pract. benefic. tit. de mod. amittend. benefic. num. 3. pag. 466. & faciunt quæ de istis verbis, ipso facto, & ipso iure, notanter scribit Ferrar. in pract. in forma libelli, in causa spoliatio possessionis, in verb. ipso facto, pag. 395.

Per doctrinam autem Pauli Castrensi. in dict. l. qui absenti, ff. de acquir. possess. Alexand. in dict. consil. 23. & ex aliis supra citatis, aliis in practicum inferebam; quod si quis in fundatione iuris patronatus apponat aliquas conditiones resolutiuas, scilicet, cauendo in limine fundationis, quod Episcopus senon intromittat in administratione iuris patronatus, vel prohibendo aliud simile, quod si contrarium factum fuerit ꝑ facit ex tunc bona temporalia, ac si fundatio facta non fuisset, vel per alia similia verba; talis ordinatio valet, & ad vnguem est custodienda; pro quo etiam faciunt, quæ de pactis resolutiuis scribunt Innocentius, & alij, in cap. verum, de condit. appositis, Tiraquel. lib. 2. de retractu conuent. in fine, numer. 15. cum sequentibus: Episcop. Couart. lib. 1. resolut. cap. 14. numer. 6. Pinel. in l. 1. part. 3. C. de bonis matern. num. 52. vers. inferitur §. fol. 93. & vers. sed contrarium dicendum est, fol. 96. col. 4. in principio, & prius fol. 95. col. 3. & 4. quod etiam scribo in 2. part. quæst. 3. vbi videndum & vbicumque quis est priuatus ipso iure, vel ipso facto, ꝑ actus intelligitur in eo statu, ac si quis institutus, vel vocatus non fuisset, secundum Angel. Imol. Alex. & modertios in l. huiusmodi, ff. de verb. obligat. Bald. Alex. & Iaf. in l. 1. C. de codicil. & alios quos citat Parisius in consil. 92. numer. 67. libro secundo; qui ponit exemplum in eo, cui pœna fuit adiecta, ne bona alienaret, quod si ea alienasset, ipso facto; & ipso iure, & ex nunc ea amitteret. Et de verbis resolutiuis ꝑ legendus est Hieronym. Gabriel in consil. 76. num. 4. & 5. & clausulæ resolutiæ contractuum operantur, quod dominium ipso iure transferatur, vt per exempla, & autoritates docent Deci. in consil. 298. nu. 6. Nicol. Boer. 9. 182. num. 46. late Tiraquel. in tract. de vtroque retractu. §. 1. gloss. 7. num. 14. & 15. Olafus decis. Pedemont. 65. num. 12.

Ex quibus etiam aliis in negotio maximi momenti inferebam, quod si fundator maioratus contraxisset matrimonium cum sua concubina, vel aliter indigna; ipso facto omitteret bona maioratus; si possessor contraxit tale matrimonium, ipso iure ꝑ est priuatus bonis maioratus: & qui tunc reperitur vocatus & proximus in gradu, bona petere potest, & excludit alium, qui postea natus fuit, siue sit masculus, siue sit femina, qui proximus reperitur tempore contracti matrimonij, & contrauentionis: quod est notandum ad ea, quæ de pactis & conditionibus in fundatione iuris patronatus appositis latissime scribit Cæsar Lambert. de iure patron. lib. 1. 9. q. princip. 1. p. nu. 1. cum seqq. fol. 79. qui doctissime loquitur in ista materia.

Et ex prædictis confirmo bonam cautelam, quam tradit Egidius Bossius in pract. crimin. tit. de bonorum publicatione, num. 301. pag. 507. vbi approbat testamentaria, & dispositiones parentum, in quibus filios exhæredant casu quo aliquod delictum committant: quod confirmo per doctrinam Aluaroti in cap. 1. §. denique, vers. septima conclusio, qua sit prima caus. benef. amitt. vbi dicit, quod inuestitura feudi potest ita esse concepta; ꝑ quod agnati non priuentur feudo propter delictum committentis

commissum in personam domini, ut si investitura dicitur, concedo feudum de uno in alium, vel omnibus principaliter: notat Roland, qui plures refert cons. 15. num. 3. libr. 4. Ad hæc facit, quia licet bona fideicommissa subiecta, et possint ex confiscatione fisco addici durante vita fideicommissarii, l. Statim Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iure fisci. et id restringitur, nisi ultra tacitam prohibitionem, quæ ex fideicommissis resultat, bona expresse alienari prohibita sint, ut ex Bart. in d. l. Imperator, ff. de fidei commissis libert. & aliis probat Molina lib. 1. de primogen. cap. 20. num. 9. fol. 155. ad quem addo egregium intellectum datum ad dicit. §. Cornelio Felici, per Socin. Junior. in l. filiusfamil. §. dicitur, ff. de leg. 1. num. 91. fol. 187. Sylvan. cons. 79. n. 8. & 10.

48 Ex quibus resolutivè fit, et quod bona maioratus vel meliorationis, non amittuntur propter delictum, ubicunque sunt prohibita alienari favore descendenti: & hoc est tenendum, quicquid tenet Simancas in prædicto loco, ad cuius dicta, ut prædixi, satisfacit Tellus, & in terminis, & propria materia, contra eum arguit Episc. Sarmien. lib. 3. selectarum, cap. 4. num. 5. fol. 107. & pro responsione illorum, vide etiam Peralt. in l. cum autem, num. 12. cum duobus seq. pag. 132. ff. de leg. 2. vbi tradit, quod beneficium, quod competit patri meliorandi filium in Tertio & Quinto, non competit illi à lege, ad quod ponderat l. 9. tit. de las mandas, lib. 3. fori, ibi, pueda si quisere. Ex cuius rationibus idem dici potest de maioratu facto cum Regia facultate, quia licentiæ Regale concessæ ad maioratum faciendum, loquantur permissivè, id est, si pater voluerit, non autem præceptivè, siue dispositivè; quod absque dubio tenendum mihi videtur, licet doctissimus Molin. lib. 4. de primog. d. c. f. num. 43. fol. 199. teneat pluribus fundamentis, quod bona maioratus quæ concessa & donata fuerunt, confiscantur propter delictum vnius ex successoribus, quod durum mihi videtur, & contra omnia, quæ supra scripta sunt. Ex quibus colligi potest responsio manifesta ad ea quæ inibi Molin. scripsit, & ad alia quæ in contrarium facere possunt, satis fieri potest ex scriptis per prædictos Doctores.

Nec his etiam obest quædam lex peregrina, quam nullus, refert, in l. 34. tit. ult. part. 7. ibi: diceron otro si que el derecho de parentesco, que ha un home con otro por razon de sangre, que no se puede toller por postura, ni por ley, como quiera que la razon, que ha home de heredar los bienes de sus parientes, se puede perder por pleito, o por ley, quando fiziere por que; Ad quam legem responderi potest, quod licet per delictum quis amittere possit ius succedendi consanguineis, quod etiam expresse probatur in l. 2. tit. 15. part. 2. ibi, No aniendo fecho cosa por que lo deniesse, perder: ipsa tamen bona non amittuntur quando sunt vinculata, & prohibita alienari in favorem descendenti, Et non est omitienda in hac materia, l. 23. tit. 13. part. 2. in illis verbis, No los deven ellos jamas cobrar ni otros que de su linage viniesen. Sed loquitur in casu speciali, quando cultos castri, aut Castellanus non facit homagium Regi novo, & latam remissionem in proposito tradit Corb. in tract. de in e emphy. in tit. de causis privationis ob mortem civilem, nu. 64. fol. 27.

Ex doctrina et autem Pauli Castrenf. Alex. Carol. 51 Ruin. Roland. & aliorum, quos retuli supra, lectori licet videre, quam animosè Dominus Episc. Simancas in d. cap. 9. lib. de hæretico, in nova editione, num. 274. fol. 48. scripserit primogenia non liberari à confiscatione, si statutum sit, quod si possessor commiserit crimen hæresis, ab una hora post commissum delictum, sit privatus bonis maioratus, de cuius sententia maximè dubito propter prædicta, & regulam l. in traditionibus, ff. de pact. & alia quæ scribo p. 2. q. 3. licet pro opinione Episcopi Simancas faciant plura quæ ad propositum scribit Hieronym. Gabriel in cons. 123. num. 36. cum sequentibus; & contra illos faciant quæ scribit Curtius Junior in cons. 192. num. 26. lib. 2. Menoch. cons. 91. nu. 6. lib. 1.

Possunt tamen amitti bona maioratus, vel meliorationis, in quatuor casibus, et Primus casus est, vbiunque Princeps in facultate, quam dat ad faciendum maioratum (sicut quotidie fit) excipit aliqua crimina, in quibus vult, quod bona vinculata propter delictum amittantur: nam tunc cum conficiens maioratum acceptaverit licentiam, & in illis executionem fecerit, tenetur servare omnes condiciones, & vincula in lege apposta; quia acceptans contractum; & approbans, tenetur illum acceptare cum omnibus qualitatibus: si autem, ff. de pactis, vbi Doctores, præcipue Ias. nu. 12. l. Caius, ff. de manumission. notatur per Iason. in l. cum fundus, §. servum tuum imprudens, n. 7. ff. si certum petatur, latè Tiraq. lib. 2. de retr. in fine, pag. 969. n. 5. quod scripsi laetius p. 1. q. 55. & eadem ratione omnes successores, qui maioratum acceptant, idem servare tenentur, & approbatio contractus extenditur ad omnes eius appendices: ut tradit Glof. Parisien in consuetudinib. Parisien. p. 1. §. 22. n. 16. fol. 184. & hoc tenet istis non relatis in l. 11. tit. 5. lib. 5. Recopiar. gloss. 5. n. 8. fol. 216. Avendam. in l. 27. Taurin. gloss. 1. nu. 6. fol. 53. Et ex prædictis omnibus difficile mihi redditur quod scribit Hieronym. Gabr. in cons. 140. n. 31. fol. 1. vbi distinguit inter contractus & ultimas voluntates, ut bona fideicommissi possint propter delictum publicari & amitti: nam in priori casu dicit, quod amittuntur, & publicantur, propter delictum; in secundo casu concludit quod non amittuntur; nam secundum prædictas resolutiones, in eodem casu, omne ius servari debet.

Secundus casus est, et vbiunque conditores maioratum animo arandi successores à delictis, excipiunt aliqua delicta, in quibus volunt, quod dicta bona amitti possint, sicut aliquando fit: & ego vidi testamentum & maioratum cuiusdam Illustris Domini, in quo vinculauit quædam bona, & ordinavit, quod amitti possint, si aliquis successor in maioratu committeret crimen hæresis, læsæ maiestatis, aut sodomie: tunc etenim quamvis bona sint vinculata in favorem descendenti in infinitum, servanda est testatoris voluntas, quæ in fundatione maioratus in primis est attendenda; ut late in alio proposito tradit Lambert. de iure patronatus, l. 1. §. quæst. 9. nu. 1. Et est pium & catholicum præceptum, ad hoc ut successores maioratus caveant à committendis his detestabilibus & horrendis criminibus, ex quibus Deus optimus maximus, & Respublica gravissimè offendentur. Sed an hoc institutor maioratus facere possit, tradit Molina lib. 2. c. 12. n. 56. fol. 334.

Tertius casus colligitur et ex l. 22. in fin. tit. 13. part. 2. 54 vbi hoc tradit Gregor. Lopez in gloss. in verb. ni home, cuius dictum verum puto; & facit l. 24. eodem titulo.

Quartus casus est, et vbi bona fideicommissi perveniunt ad eum, qui ultimus est successor fideicommissi, & poterat liberè alienare res fideicommissi, ut colligitur ex traditis per Iacob. Albenf. cons. 7. n. 19. part. 1. quod rectius fundatur ex his quæ scribo in quæst. 19. supra, hac part. à numer. 1. cum pluribus sequentibus.

Et ex omnibus quæ supra tradita sunt, inferitur, periculofam esse saltem in nostra materia maioratum doctrinam Oldrad. in cons. 242. num. 2. vbi tradit, quod hæres incidit in pœnam adiectam in præiudicium substitutorum. Inferitur etiam cautè legendum esse quod scribit Marcabr. ab Anguillis in cons. 83. num. 40. vbi post Iasonem, quem citat in l. cum filiusfamilias, ff. de legat. 1. Deci. in cons. 478. tradit, quod fideicommissum non acceptatum potest confiscari. Inferitur etiam saltem in materia maioratum, dubium esse, quod scribunt Roman. in cons. 194. col. 1. Alexand. in l. 3. §. illud quoque, num. 7. & num. 3. Menoch. in cons. 101. n. 26. lib. 1. volentes, quod hæres succedat propter delictum alicuius in bonis quæ proveniunt ex contractu conditionali.

Sed circa præsentem quæstionem, plures se offerunt

runt dubitationes, ad hoc ne imperfecta remaneat. Primò dubitatur, si forte possessor bonorum maioratus commisit aliquod delictum, ob quod bona confiscari licuit, & habeat bona et in diuersis Regnis, & Principatibus, an talis confiscatio extendatur ad bona existentia in alio Principatu, & Regno, & extra territorium Principis, cuius Iudices confiscationem fecerunt? Quæ quæstio resoluti potest ex scriptis per DD. in c. vrgentis, & in c. cum secundum, de hæretico in 6. & per Simanc. lib. de instr. cathol. c. 9. n. 106. fol. 36. & Marian. Socin. in c. postulasti, q. ult. de foro competenti, Alex. in l. sed si, §. in arrogato: n. 10. fol. 110. ff. de vulgari; & in cons. 16. n. 2. vbi rectè Glof. Par. in cons. 31. lib. 1. Hippolyt. in l. vlt. n. 186. ff. de iurisdict. omni iudic. A gid. Bossi. in præf. rit. tit. de bonorum publicatione, n. 62. cum aliis, pag. 523. qui hunc articulum melius omnibus tractat, cui adde Guido. Papæ decis. 415. Vbi aliquis & 341. Super quæstione, & late Challan. in Consuet. Burg. rubr. 2. des confiscationes: §. 1. n. 7. fol. 94. col. 1. vers. additio, de vassall. Iulius Clar. lib. 5. sententiarum, q. 73. num. 27. pag. 348. eundem Chall. n. rubr. 9. §. 15. pag. 1256. Rebut. in l. 2. ff. de verbor. signific. pag. 27. Roland. cons. 73. num. 16. lib. 4. & cons. 78. n. 14. 21. 22. & 39. lib. 2. August. Berol. in cons. 66. n. 28. lib. 1. vbi per cap. felicitis, de pœnis in 6. & alia, tradit esse et considerandum in isto casu caput bonorum confiscatorum, ad quod debent confiscari cetera bona; & legendus est etiam Bursat. in cons. 122. n. 4. lib. 1. & quod scribit Berolius d. cons. 66. nouissime Anton. Peregrin. in tract. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. n. 137. pag. 279. quæ conferunt pro confirmatione doctrinæ Molinæ lib. 3. de primogen. cap. 13. n. 74. fol. 105. vbi probat, quod deest causa maioratus in Regio Consilio, remittenda est ad Regale conuentum & Cancellariam, vbi est caput bonorum maioratus, licet alia bona principalia sint in alio districtu. Pro qua sententia etiam faciunt quæ scribit Menoch. de adipiscend. possess. rem. 4. num. 480. pag. 92. licet aliqua in contrarium faciant, & conducunt etiam scripta per Hieronym. Gabriel. in cons. 18. num. 7. & quæ ego scribo in 2. part. quæst. 4. illatione 8. legenda pro doctrina Molinæ, & text. in l. pecculium, §. quadrige, ff. de legat. 2. & locum quidam, & in l. quæstium, §. si quis, ff. de fundo instruit. & in l. si tu aliquam in prima, ff. de offic. proconsul. & in l. qui commentus, §. arma, ff. de re militari; & doctrina Ioan. de Platea in l. col. vltim. vers. item vbi aliquid, C. de dignit. ord. servetur, lib. 12. quæ iura scribit Tiraquel. in lib. de primogenitura, q. 5. 2. num. 2. pag. 335. considerandum esse caput Baronie in ista materia; & in præsentem difficultate scribunt Petrus, Bald. & Angel. in l. ex facto, ff. de hæred. instituen. quod cum fisco cuiuslibet territorij occupat quæ in suo cuiusque territorio habebat, is cuius omnia bona confiscata fuerunt, exiget quoque debitores sui territorij, tanquam sint eiusdem loci, cuius est debitor; quos citat Tiraquel. in dict. tract. de primogenitura, q. 49. n. 7. pag. 333.

Ex cuius quæstionis veritate resultat, & determinari potest alia quæstio, vtrum gratia quam Princeps indulget, & facit restitutionem condemnato de bonis iam confiscatis, et extendatur ad bona sita extra territorium Principis gratiam facientis, quam quæstionem tractat idem Bossius in dict. præf. tit. de remediis ex sola clem. Princip. procedent. n. 52. pag. 584. vbi concludit, quod gratia non extenditur ad bona alibi sita post Ancharran. in cons. 16. n. 1. cum aliis.

Mihi autem videtur, quod si confiscatio vires habuit extra territorium Principis, qui confiscationem fecit pro delicto, potest idem Princeps confiscationem & pœnam remittere, & gratiam facere; quia nihil est tam naturale, quam rem eo modo solui, quod ligata fuit: nihil tam naturale, ff. de regul. iur. cum concordantibus, si vero Princeps non confiscavit, sed alter Princeps, sub cuius dominio bona sita erant, gratia alterius Principis in eis locum non habet; quia quamvis iste Princeps sub cuius dominio bona sunt sita, facta, & condemnatione Principis, qui contra subditum de delicto cognovit

uit, bona habuit; postquam alterius iam illi ius acquisitum fuit, non potest gratia Principis infringi: l. vlt. ff. de pactis; l. si post mortem, §. vlt. ff. de bonor. possess. contra tabul. ad quod facit text. cum ibi notatis in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, & notata per Aymon Crau. in cons. 9. n. 5. & conducunt plura quæ scribo in 1. p. huius tractatus q. 24. n. 5. cum aliis.

Tertio dubitatur vtrum facta confiscatione bonorum mobilium, & immobilium, veniant actiones; et quod explicant Bald. Angel. Imol. & Alex. in l. si constante, §. vlt. ff. solut. matrim. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. gl. 7. n. 9. & alios plures refert Arius Pinel. in 1. p. rubr. C. de bonis matern. n. 26. fol. 5.

S V M M A R I V M:

- 60 Princeps an possit restituere condemnatum in præiudicium successorum maioratus, & nu. 61.
- 62 Indulgentia Principis causam criminalem, & omnes illius effectus extinguit.
- 63 Actiones, quas ius Civile induxit, potest Princeps præiudicium auferre.
- 64 An possit sententiam contra aliquem latam sine causa alienare.
- 65 Exceptio quæ impediatur litis ingressum, potest opponi, cum Rex audientiam denegat.
- 66 Etsi proceditur ad ulteriora, processus est nullus.
- 67 Audientia vbi denegatur, non potest Iudex, etiam ex suo officio procedere.
- 68 Clausula, per quam audientia denegatur, iniuri diuino & naturali, & humano aduersatur.
- 69 Princeps nil in Tertij præiudicium disponere videtur.
- 70 Silentium perpetuum imponere quid sit.
- 71 Privatus propter delictum, an cessante causa, redeat ad priorem statum.
- 72 Viuente patre, ius filio non acquiritur.
- 73 Restitutio facta primogenito post mortem patris, cum iam feudum ad secundogenitum est deuolutum, non præiudicat secundogenito.
- 74 Bona rebellium si aliam personam concedantur, facta pœna an dominis prioribus debeant restitui? & quare.
- 75 Bona homicida si ex forma statuti debeant pro parte hæredibus occisi applicari, & homicida gratiam restitutionis obtrineat, an ius delatum hæredibus occisi per eam tollatur.
- 76 Dispensatio superueniens non tollit ius eligendi quod quis iam acquiserat.
- 77 Restitutio facta per Principem filio post mortem auis, non nocet nepoti, cui erat ius quæstum.
- 78 Bona feudalia, vel in censum data, confiscata propter delictum, si alicui sint acquisita, per restitutionem Principi non sunt auferenda.
- 79 Non est licita restitutio, si restator caveat, quod delinquens ipso iure bona amittat, & num. 80. Quid in pacto legis commissoria, aut adiectionis in diem, numer. 85. Quid in restitutione facta ex iniustitia, numer. 86.
- 81 Mutuum interest, an vassallus sit feudo priuatus ipso iure, aut per sententiam.
- 82 Pœna quando imponitur ipso iure, res indicata dicitur.
- 83 Vassallus si committat delictum aduersus dominum, per quod ipso iure pœna imponitur, non potest moram purgare.
- 84 Alienatio feudi si ipso iure non valet, potest dominus vel agnatus statim agere, non expectata morte alienantis.
- 87 Gratia per Principem facta condemnato, an successor in cuius præiudicium facta fuit restitutio, teneatur fructus restituere.
- 88 Restitutio extenditur ad fructus, & ad omnia quæ ob sunt condemnato, & num. 89.
- 90 Restitutio primogenito, qualiter intelligatur restitui filij & descendentes illius.
- 91 Proditor restitutus, non potest post restitutionem proditor appellari.

- 92 Feudum dicitur antiquum, quando Princeps restituit de-
linquentem ad feudum, quod per delictum amisit.
- 93 Titulus semel extinctus sine noua collatione non reui-
uiscit.
- 94 Nisi aliud interueniat, per quod sequatur in integrum
restitutio.
- 95 Restitutio Principis an extendatur ad iura Tertio qua-
sita ex causa qua per in integrum restitutionem re-
soluitur, & n.96.
- 97 Et quando non extendatur ad fructus.
- 98 Et an fructus pace rupta debeant restituere.
- 99 Bannitus restitutus ad defensionem post annum an au-
diatur quoad fructus.
- 100 Remissiones delictorum non extenduntur ad fructus
pari applicatos.
- 101 Damnatu ad mortem, qui dum ad supplicium ducitur,
remissionem, & in integrum restitutionem obtinuit,
qua feuda recuperet?
- 102 Priuatus officio eo durante, & postea ad idem officium
reassumptus, intelligitur cum eisdem pactis, & n.103.
- 104 Restitutio non extenditur ad praedictum Tertij, &
n.105. & 111.
- 106 Resolutio quaestiois, de qua sup. n.83. & n.107.
- 108 Qua restitutio dicatur ex gratia, & qua ex iustitia.
Et ibi qualiter restitutus recuperet bona, remissus, ibid.
- 109 Remissus etiam traduntur aliqua, circa restitutiones,
quas faciunt Principes condemnato qui habebat ma-
ioratum, & n.112.
- 110 Restitutio ex gratia sperari non debet tanquam im-
possibilis.
- 113 Bona confiscata acquiruntur sisco absque aliqua co-
gnitione.
Post num. 113, inuenies alia summaria.

Quartò quæro de alia magis difficili quaestione, possessor bonorum maioratus commisit aliquod delictum, cuius occasione bona ad sequentem in gradu deuolui debeant ex constitutione illius qui maioratum, fecit, an Princeps restitueret possit talem delinquentem in praedictum alterius vocari? quam quaestione tangit Greg. Lopez in l.2. in gloss. Seyendo home para ello, tit. 1.5. part. 2. vers. sed pone, ubi citans Andr. de Ifern. in §. praterea ducatus, g. 1. col. 4. qua sit prima caus. benefic. amitt. tenere videtur, quod si re integra tanquam bona sint alicui acquisita ex sententia, vel condemnatione, sit facta restitutio, praedicta successori vocato; secus si post condemnationem, & ius acquisitum sit facta restitutio, nam non praedicta; pro quo facit egrigia l.2. tit. 32. part. 7.

Et quod dicit Gregor. Lopez, gratiam Principis nocere vocato re integra, viua ratione constat, quia cum fuerit facta condempnatio auctoritate Principis, vel eiusdem Iudicis, absque qua ea condempnatio fieri minime poterat, eadem Principis auctoritate remitti potest, dicit. l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. & confirmo per sententiam Matthæ. de Afflict. in cap. 1. notabil. 6. per totum n. 34. hic finitur lex Conrad. Bellamer. dec. 743. & 744. Anton. Gom. in bonis maioratus, in lib. variarum, tom. 3. cap. 13. n. 34. vers. in quo deducitur, late Burlat. ubi plura scribit conf. 187. n. 6. lib. 2. & quod si filius fuit hæreticus & à patre ex hæredatus, si reuersus fuit ad fidem, reciperet primogenituram, tradunt Clemens in tract. de patria potestate, effectu 7. num. 7. Burlat. in conf. 14. n. 34. & tradit Roland. conf. 63. n. 27. lib. 3. Et cum ius proximo vocato quaeri poterat ex sententia Principis, qui delinquentem condemnauit, Princeps potest eam sententiam retractare, ut in hac ipsa specie vltima ratione arguit Decius in conf. 152. §. in fine, ubi ex hoc in terminis dicit, quod si Princeps declarat confiscationem minime fieri potuisse, & vult illam pro non facta haberi, omnia sequuntur ex tali confiscatione resoluuntur, per Glossam in cap. 1. in verb. pro infectis, de immunitate Ecclesiarum, qua Cardinalis, & Doctores sequuntur, inter quos Thom. Grammat. decif. 100. n. 55. & per doctrinam eiusdem Cardinalis in cap. qui diligenti, de electionibus, qui di-

cunt, quod si Princeps restituit bannitum, non obstante quacunque condemnatione, quam vult haberi pro infecta, bannitus etiam bona in Tertium translata recuperabit; quem defendit Deci. in dist. conf. 252. alios Doctores refert Rebuff. tom. 3. ad constit. Regias, tractat de appellat. art. 12. gloss. unica, num. 9. & 10. pag. 513. notat Roland. conf. 42. num. 18. cum aliis lib. 4. Alexand. conf. 20. Socin. num. 17. Iaf. num. 77. in l. Gallus, §. & quid si tantum ff. de liber. & posthum. Felin. in cap. inter quatuor, num. 6. de maioritate & obedientia, Carol. Ruin. in conf. 33. num. 2. lib. 1. late Parisius consil. 1. num. 1. cum sequentibus, lib. 4. Burlat. conf. 187. num. 1. cum sequentibus, lib. 2. qui latissime tractat, Felin. in cap. 1. de constit. n. 3. vers. procedunt ista.

Et quod ex indulgentia Principis extinguatur & causa criminalis, & consequenter omnes effectus illius, probatur in l. si docueris, C. de falsis; quem citat Barbof. in l. si ab hostibus, §. fin. n. 47. pag. 123. ff. solut. matrim. tom. 2. Et de virtute clausulae, dum Princeps vult quod aliquid habeatur pro infecto, plura singularia legi possunt in Tiraquel. in tract. de Constit. p. 3. limit. 7. n. 46. fol. 110. Potest enim Princeps actiones, quas ius Civile induxit & pro libito auferre: l. 2. ff. de origine iuris; & potest Iudicibus suis inhibere, ne bis in causam redeant l. iudicium soluitur, ff. de iudicis, faciunt scripta per Bald. in l. 1. in fine, C. quomodo & quando iud. & in cap. 1. n. 11. ff. de inuestitura inter dominum & vassallum lis oritur, Barbac. in dist. rubr. de prescriptione, n. 74. & si contra talem audientiam denegatam & annulationem vltorius procedatur, sententia est nulla secundum Bald. in l. scire oportet, §. consequens, ff. de excusation. tur. Angel. & Alexand. in l. cum prolatis, ff. de re iudicata, Riminald. in l. ait prator, n. 4. ff. de iurand. Barth. Soc. conf. 46. n. 2. lib. 4. Calcan. conf. 74. n. 4. & 5. Paris. conf. 1. n. 41. lib. 4.

Et potest Princeps etiam sine causa annullare sententiam contra aliquem latam, ex quo istud non est derogare nisi his quæ statuta sunt de iure Ciuili ut est communis conclusio Doctorum in cap. quain Ecclesiarum, de constitutione, vt testatur Alciatus resp. 179. n. 16. qui plura ad propositum scribit & si Rex audientiam denegat, potest opponi exceptio, & quæ impedit litis ingressum, secundum Matthæ. de Afflict. in constit. Neapolit. lib. 1. rubr. 24. de violentiis circa possessionem, nu. 61. fol. 76. & ista exceptio denegationis audientia tantam vim habet, quod si proceditur ad vltiora, & processus est nullus, vt probat Alexand. conf. 37. col. 2. quem citat idem Afflict. decif. 306. num. 29. & decif. 245. num. 10. & decif. 354. num. 8. ad hoc legendus Curtius senior conf. 20. num. 22. Barthol. Socin. conf. 110. num. 3. & 9. lib. 3. & in conf. 12. lib. 1. col. 2. Hippolyt. in l. de vnoquoque num. 7. ff. de re iudicat. de quo vide quaerit Vantius in tract. de nullitate, tit. de inhabilitate ex defectu mandati, nu. 53. pag. 436. ubi ponit regulam; quod processus factus ab eo, cui per legem viuam, vel mortuam denegatur audientia, est nullus ipso iure; Auendan. in titul. de las excepciones, num. 27. vers. in tantum, fol. 147. & ubi audientia denegatur, Iudex & non potest etiam ex suo officio procedere, secundum Corsetum in repetitorio Abbatis, in verb. dictio precise, & in verb. index ex off. io, Hippolyt. Bonacofa in libro communium opinionum criminalium, in verbo, Statutum denegans pag. mibi 27. col. 1. & confirmatur ex scriptis per Vantium de nullitate ex defectu mandati, num. 137. pag. 481. & idem quod Alexan. tenet Bald. in dist. l. scire oportet, §. consequens, ff. de excusat. tur. & in authent. mari & auita, C. quando mulier tur. officio fungi pot. Aret. in c. de causis de testibus; quæ notanda sunt ad Regias transactiones confirmatas, in quibus ista clausulae reperitur: de qua etiam clausula tractat Aluar. Valasc. consultatione 85. numero septimo.

Talis autem clausula, per quam audientia denegatur, & aduersatur iuri diuino, naturali, & humano, vt 68 in cap. Deus omnipotens, 2. q. 1. & habetur Regum 3. c. 16. ibi: Constitui te Regem, vt faceres iustitiam, & iudicium tradit Andre. de Ifern. in c. 1. in principio, de pace tenenda,

nenda, naturalique iuri restituitur, cum audientia denegatur, Clement. pastoralis, §. ceterum, de re iudicat. volunt Innocent. Bald. & Cardinal. in dist. cap. qua in Ecclesiarum, de constitut. humano etiam iuri est ipsa denegatio audientia contraria, cum non sit censendum; Principem in Tertij praedictum quicquam & dispo- nere: l. 2. §. si quis à Principe, ff. nequid in loco publico; cum vulgaribus facit l. quoties, C. de precibus Imperatori offerend. ibi, Quod autem totius negotij cognitionem tollit, & vires principalis negotij exhaurit; faciunt etiam l. 1. 2. & 3. tit. 14. lib. 4. Recopilat. in quibus cauetur, rescriptum, in quo audientia denegatur, nullius esse momenti, etiam si clausulam derogatoriam, & non obstantibus, contineat; & dicta clausula nihil operatur, quando non fuit adhibita causæ cognitioni, vt tradunt Dec. consil. 410. n. 21. Ayuon conf. 241. num. 20. & idem est perpetuum & silentium imponere, quam audientiam denegare, secundum Bald. in cap. 1. §. quod autem, de pace Constantia, & sententia imponens perpetuum silentium, vel audientiam denegans, dicitur diffinitiuus, & trahit secum executionem ipso facto, nullo modo interueniente, secundum Bald. in l. 1. §. fin. ff. si quis in ius vocatus non ierit; Innocent. & Ioan. Andr. in cap. cum nostris, de concess. praebend. tradit latus Gomezus in regul. de trienniali; q. 32. pag. 896. Et qualiter Papa possit extinguere litem scribit idem Gomezus in reg. de non tollend. iure quæsto, 9.7. pag. 102.

Et inquit Andr. de Ifern. in c. 1. §. vlt. col. vlt. vers. item ubi quis, num. 6. titul. Imperator Lotbar. folio 23. quod quando quis fuit priuatus propter delictum, causa cessante, vt si fuit restitutus, & redit ad priorem statum, per l. 1. ff. de bonor. possess. contra tab. & alia iura: idem voluit Bald. in cap. 1. in princip. col. vlt. hic finitur lex Conradi; & alij, vt per Dec. in conf. 445. num. 70. qui etiam refert eundem Andr. de Ifern. in cap. 1. §. praterea si vassallus, num. 19. numquid si princeps, fol. 48. qua sit prima caus. beneficij amittend. dicentem, quod si Princeps viuo patre indulsit primogenito, qui delictum commisit, macula omnis abolita videretur; & idem haberi debet ac si nunquam proditor successisset, quia viuente patre non erit alteri ius quæsitum; & idem vult ibi Matthæ. de Afflict. num. 36. ubi concludit, quod si filius fuit restitutus à Principe, patre viuente, quia tempore mortis patris reperitur habilis, mediante restitutione succedit in primogenituram; sed si filius fuit restitutus post mortem patris, postquam feudum est deuolutum ad secundogenitum, & non praedicta restitutio tali secundogenito; quod tradit, & explicat latus Menoch. conf. 103. num. 25. lib. 1. & in conf. 275. num. 42. lib. 3. & tradit Ioann. Guttier. in conf. 11. num. 2. & legenda sunt quæ scribo part. 1. q. 1. 2. per totam, & quod scribit Tiberius Decian. in pract. crim. tom. 2. lib. 7. c. 40. n. 41. fol. 178. de quo latus per eundem Tiber. tom. 1. lib. 3. cap. 35. n. 155. cum seqq. fol. 140. qui omnino legi debet in ista materia.

Et inquit Bald. per illum tex. in extraneam de pace Constantia, in verbo, priuilegia, quod quando bona rebellium sunt concessa aliis personis tempore rebellionis facta pace sunt reddenda primis dominis, quia pax non habet vim simplicis indulgentia, sed restitutionis in integrum, notat in bono casu Barth. Soci. in conf. 58. n. 3. lib. 3. & faciunt scripta per Felin. in conf. 10. num. 1. cum seqq. & dicit idem Bald. post Cin. in l. Gallus, §. & quid si tantum, col. vltim. ff. de lib. & posthum. quod ex forma statuti bona & homicidia pro parte debent applicari hæredibus occisi, illud ius succedenti delatorem hæredibus occisi tollitur, si homicida gratiam restitutionis obtinuerit, & idem Ang. in l. si patris filium, ff. de adopt. de quo per eundem Dec. quem lector legat in conf. 25. n. 7. Vbi tamen ipse contra hanc primam partem dispositionis tenet quod condemnatione etiam facta, & executione sequuta, non est licitum Principi facere gratiam, & restitutionem condemnato in praedictum vocati post eum, quia iam ei ius acquisitum est, quo priuari non debet, vt patet ex cap. quamuis, de rescriptis

in 6. facit l. id quod nostrum, ff. de regul. iur. ad quod conducit doctrina Abbat. in cap. innotuit, n. 11. fol. 183. de election. ubi dicit, quod si electus, & confirmatus, seu priuatus per aliquem citra Episcopum commisit tale delictum, per quod ipso facto fuit priuatus beneficio, Episcopus non potest dispensare sine consensu illorum, qui habent eligere, & confirmare, seu providere, quia ius eligendi & providendi erat acquisitum illis, idco propter dispensationem superuenientem & non debent illi priuari iure suo, per cap. dudum, eodem tit. de election. & Gl. in d. c. quamuis, de rescript. in 6. & ad hoc etiam facit Gl. in d. l. Gallus, §. quid si statum, verbo, emancipatus, quæ tenet quod restitutio facta per Principem filio post mortem aui & non nocet nepoti, cui ius acquisitum erat, quam declarant ibi Paul. n. 1. 4. Socin. 17. Iaf. n. 61. Carol. Ruin. n. 1. 6. Costa n. 41. pag. 44.

Et pro hoc est etiam sententia Ioan. Fabri in §. 1. n. 4. fol. 14. Instit. quib. mod. ius patria potest. solui. ubi dicit, quod si aliquis qui tenebat res in feudum, vel ad censum, fuit condemnatus ad amissionem corporis, & bonorum, & fuerunt bona domino applicata; quod si Princeps restituit delinquentem, quod bona tertio acquisita restitui & non debeat, per l. quoties, & l. rescripta, C. de precib. Imperat. offerend. & per alia iura notat Lauren. Calcan. in conf. 36. n. 8. late Roland. conf. 45. num. 4. cum aliis, lib. 4. Ioan. Guttier. conf. 11. n. 1. ad quod est etiam expressa doctrina Alex. in conf. 101. n. 5. lib. 2. ubi dicit non esse standum domino restituito dicenti homicidium commissum fuisse casu fortuito, non dolo; & idem erit & vbi cumque conditor maioratus statuerit; quod eodem momento, quo successor in maioratu commiserit aliquod delictum, per quod bona amittere possint, transeat in sequentem in gradu. Nam in isto etiam casu non licebit Principi restitutionem facere in praedictum istius vocati, qui cum primum alter delictum commisit, obtinuit verum, & solidum ius primogenituræ, & quod deleri à Principe recto tramite procedente non potest; quod patet ex superioribus, & ex scriptis per Alexand. in dist. consil. 23. & per eundem in conf. 190. n. 4. lib. 2. Et cum in isto casu transeat possessio in sequentem in gradu, quemadmodum & dominium, iuxta l. 45. Tauri, non est licita restitutio in praedictum vocati; ad quod spectant quæ tradunt Doctores communiter in d. §. & quid si tantum in l. Gallus, ff. de liber. & posthum. ubi Iaf. n. 104. per l. primam, §. si ius, ff. ad Tertullian. dicit; quod Princeps restituendo damnatum auferit ius alteri delatorem ante apprehensam possessionem, secus si sit apprehensa possessio; refert & confirmat Stephan. Bertrand. in conf. 26. n. 19. lib. 2.

Ex quibus fit, quod hoc & procedit, etiam si delictum sit talis naturæ, in quo non imponitur pœna ipso iure, sed per sententiam; nam adhuc erit seruanda testatoris voluntas, etiam re integra, & ante condemnationem non licet Principi facere gratiam praedictorum bonorum, contra legem à testatore in traditione bonorum datam, Authent. de nuptiis, §. disponat, cum similibus; de quo est legenda doctrina Bald. in c. 1. vers. quid si vassallus, de prohibita feud. alienat. per Federicum relata per Tiraquel. in l. si vquam, C. de renocand. donat. in verb. reuertatur, n. 451. pag. 553.

Et ista etiam fulciuntur, & quia longa est differentia vtrum vassallus sit priuatus feudo ipso iure aut per sententiam, ad hoc vt ex noua domini concessione dicatur feudum nouum, aut antiquum, vt explicant Andre. de Ifern. Iacob. Aluarorus, Marti. Laudens. & Cardinal. Alexan. in cap. 1. tit. de vassallis decrep. atatis, de quo latus per Tiraquel. in dist. l. si vquam, in dist. verb. reuertatur, n. 12. & n. 432. 75. speciali, & lib. 1. de retract. §. 32. gloss. 1. n. 29. & de hoc egimus supra, & lege quod scripsi supra, part. 3. q. 5. & resolutionem, quando Princeps restituendo feudum, videatur restituere, vt nouum, vel antiquum; notanter tradit Curtius Senior, in conf. 49. n. 87. 88. & 89. & materiam eleganter, & latissime resoluuit Amedeus de Aponte in tractatu laudemiorum, d. q. 1. 2. fol. 10.

82 Item, quando poena imponitur ipso iure res iudicata dicitur cum prius sententia lata est, non expectatis decem diebus, intra quos appellari potest, secundum Glossam, & Bart. in l. furri, §. 1. ff. de his qui notantur infamia, & in l. qui, vltim. ff. de penis, cum concordantibus, quae scribo p. 1. quæstion. 1. & proprius facit quod scribit Bald. in c. 1. in princip. col. 2. versio. quid si vassallus; tit. de prohibita feud. alienat. per Federic. vbi dicit, quod si vassallus culpam admisit aduersus do-

83 minum, si poena imponitur ipso iure, et non potest illam luere, neque moram purgare, aliàs secus: quod probatur in cap. 1. tit. quid iuris si post alien. feud. & in cap. 1. §. & hoc tit. de feud. form. & facit etiam simile, quod si alienatio feudi ipso iure non valet, et potest dominus vel agnatus statim agere non expectata morte alienantis; secus si non sit ipso iure nulla, cap. 1. §. sed & res, tit. per quos cap. 1. vers. alioquin, de alienatione feudorum, & ita intelligenda sunt quae scribit Præposit. in cap. 1. & unico, si vassalli feud. priuenter: fol. 89. num. 1. vbi dicit, quod si pater commisit delictum, per quod ipse, & filius feudo fuerunt priuati, non potest dominus facere gratiam filio in præiudicium agnatorum, quia illis iam apertum est ius, tradit Syluan. in consil. 89. num. 10. Et facit simile quod dicimus de pactis legis commissoriae, & adiectionis in diem, et quae si concipiantur verbis directis, vt scilicet, restituo, vel oblato pretio venditionis intra certum diem, res sit inempta, aut verbis similibus, quia statim restituo pretio; aut oblato, resoluitur contractus, transireque dominium ipso iure citra traditionem, vt voluerunt Raphael Cumam. in l. 1. ff. de donat. Francisc. Curtius cons. 12. col. vlt. & alij vt per Tiraquel. lib. 2. de retractu §. 1. gloss. 7. num. 14. pag. 858. vbi punctum resoluit.

Et ex istis confirmare possumus sententiam Andre. de Ifern. & Matth. de Afflict. in cap. 1. quæ sit prima causa benefic. amittend. gloss. 3. num. 90. volentium, quod si iuxta institutionis formam Clericus excluditur à primogenitura, si primogenitus sit Clericus, cum statim mortuo patre acquiratur secundogenito ius, non potest talis Clericus primogenitus obtrudere à Principe restitutionem, nec habilitari in præiudicium secundogeniti, quod late disputat Caldas Pereira in l. si curatorem habens, C. de in integrum restitutione minorum, in verb. minoribus, num. 30. fol. 171. Quod confert ad ea quae scribo in 2. part. quæst. 3. & tradit nouissimè Marcabrum, de Anguil. cons. 2. n. 200.

86 Quæ omnia procedunt nisi restitutio sit facta ex iustitia, et quia talis restitutio omnibus præiudicat, dummodo ad hoc sint citati, vt resoluit Iaf. in d. §. & quid si tantum, num. 73. in l. Gallus, ff. de liber. & posthum. vbi Crot. num. 118. & Fortunius Garcia num. 253. & ante eos Cumanus & alij, quos citant Episcop. Couarru. resolutionum lib. 1. c. 5. num. 7. Menoch. qui plura in ista materia adducit in tit. de recuperand. possess. remed. 10. num. 113. pag. 438. Chassan. in consuetudin. Burgund. rubr. 1. §. 5. col. 22. num. 138. Bursat. in cons. 54. num. 35. lib. 1. & faciunt nouissime scripta per Tiberium Decian. in pract. crimin. lib. 3. cap. 35. num. 55. cum sequentibus, fol. 140. qui plura in ista materia scribit; & Bursat. in cons. 187. num. 6. lib. 2. qui citat Anton. Gomez variarum resolutionum lib. 3. cap. 1. num. 39. & alios resoluentes quantum in ista materia considerari debeat restitutio facta à Principe, & loquitur in materia maioratum.

87 Et ex prædictis inferitur, quod vbiicumque bona ipso iure transeunt in successorem in gradu; casu quo Princeps in hoc possit facere gratiam condemnato, et non tenetur sequens possessor bonorum maioratus ad fructuum restitutionem, quos perceperit, à die ipso quo bona habuit; quia interim dominus fuit, & fructus erant illius, & non delinquentis; iuxta sententiam Gloss. in §. 1. in gloss. imminere, in fine, quam ibi sequuntur Iacob. de Bellou. Bart. Angel. in Authent. de incestu nuptiis, per text. in l. eum qui, ff. de his quibus vt indign. & sequuntur Cin. & Bald. in authen. incestis, ad finem,

C. de secund. nup. & alij quos copiosè refert Tiraquel. in dict. verbo. reuertatur, num. 268. pag. 507. facit l. si contra C. si quis ignorans rem minor. ibi: Si non bona fide, l. bona fidei, vers. nec interest, ff. de acquirend. rerum dominio; & pro hoc faciunt quae scribit Caldas Pereira in l. si curatorem habens, C. de in integrum restit. minorum, in verbo. implorare in integrum restitutionem, num. 21. fol. 169. vbi plures refert, & resoluit idem esse si per sententiam quis sit condemnatus, & poena sit parti applicata.

88 Quamuis huic illationi plura contradicant, & in primis, quod restitutio est in integrum statum restitutio, et ideo fructus reddi debent, l. quod si minor, §. re-stitutio, ff. de minoribus, ibi: Restitutio ita autem facienda est, vt vnusquisque integrum ius suum recipiat: ideoque si in fundo vendito circumscriptus restituitur iubeat prior emptorem fundum cum fructibus reddere, l. verum, §. 1. l. patri pro filio, §. si pecuniam, l. ex causa, in principio, ff. de minoribus; l. in condemnatione, §. cum verbum, ff. de reg. iur. vbi dicitur: Cum verbum, restitutus, in lege inuenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen fructus sunt restituendi, tradit late Cald. l. eirei, in dict. l. si curatorem habens, C. de in integrum restit. minor. in verbo. implorare in integrum restitutionem, num. 13. fol. 164. hodie pag. 1176. omnino legendus in nostra materia in numeris sequentibus, vbi tamen ex Alexand. cons. 154. num. 2. lib. 6. scribit vnum extraordinarium, scilicet hoc non habere locum, quando agitur de nullitate aduersus contractum, de quo lege quae scribo in 3. part. q. 25. & generaliter sub verbo (restituere) fructus et comprehenduntur, etsi non dicatur, vt voluit Nicol. Boer. decif. 52. num. 1. Tiraquel. in l. si vnquam, C. de reuocand. donationibus, in verbo. reuertatur, num. 275. late Iaf. in d. l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 55. fol. 187. ff. de liber. & posthum. Azeued. in l. 4. tit. 14. De los despojados, lib. 4. Recopilat. num. 45. fol. 189. facit l. 1. & 2. tit. 19. part. 6. l. vlt. C. de sententia passis, ibi: Ita indulgentia restitutio bonorum ac dignitatis vno nomine amissionum omnium fit recuperatio dict. l. 2. tit. 32. part. 7. ibi: Cobranza estado, e sus bienes bien assi como lo auia ante; l. 6. tit. 6. part. 7. ibi: Quando fuere pnesta en carta de algun señor que diga que da su gracia a alguno, o que le perdona, o le restituere lo supy todo, se entienda que deue de cobrar todo lo que auian tomado y aun la fama, tradit noranter in causa granissima Iacob. Puteus cons. 167. n. 69.

89 Et quod restituo primogenito, quia per restitutionem habilitatur ad feudi successorem, vel ad illius rehabilitationem; filij, & descendentes illius, etiam concepti, & nati post bannum et intelligantur restituti, & habilitati ad succedendum in eo, docent Matthæ. ab Afflict. in c. 1. glo. 3. num. 91. tit. qua fuit prima causa Anton. Peregrin. in tractatu de iure fisci, libro 5. num. 73. pag. 321. qui per totum illum librum plura singularia in ista materia scribit, & facit Gloss. in l. contra pupillum, in glo. 1. ff. de re iudicata, & l. si minor, in verbo. licet, ff. de bonis auctoritate iud. possidend. & semper restitutio tantum restituit quantum erat ademptum; ad quod etiam conducunt notata per Tiraquell. lib. 1. de retractu, §. 32. glo. vnica, num. 69. pag. 682. Et quod notat Episcop. Couar. in regul. possessor de regulis iuris in 6. part. 8. relectionum, §. 1. 7. fol. 93. Et proditor restitutus non et potest post restitutionem proditor appellari, secundum Andre. de Ifern. in cap. 1. quæ fuit prima causa benefic. amittend. cum similibus, vt per Barbacium in cons. 3. col. 1. lib. 2. & in cons. 40. col. 7. lib. 3. quos citat Decius in l. liberos, n. 2. fol. 101. C. de collation.

90 Ad hæc facit quod scribit Matthæ. de Afflictis in tit. hic finitur lex Federi. notabil. 6. num. 28. fol. 219. vbi resoluit, quod si quis habebat officium ad vitam, deinde commisit rebellionem, & Princeps illud officium concessit alteri, denuum fuit restitutus, recuperat idem officium, quia omnia officia sunt Principis, & ibi etiam resoluit, quod si Princeps restituitur delinquentem ad feudum quod per delictum amiserat, et dicitur feudum antiquum, & non nouum, qui etiam citat ad hoc Andre. de Ifern. in cap. 1. de vassallis decrepi. etat. & Andre.

Andre. de Ifern. citat Tiberi. Decia. in practica criminal. lib. 3. cap. 35. num. 72. fol. 142. His conuenit, quia licet titulus semel extinctus et non reuiuiscat sine noua collatione, l. qui res, §. aream, ff. de solut. hoc procedit nisi aliud interueniat, per quod et sequatur in integrum restitutio, vt per Rebuff. in tractat. de pacifico possessore, num. 181. pag. 299. Et quod in causa executionis non excusetur quis à fructuum restitutione, quantumcumque iustam causam litigandi habuerit, vt voluit Bald. in l. ab executione, C. quorum appellat. non recip. quem citat Parlad. lib. 2. rerum quotid. c. fin. p. 5. §. 12. n. 3. pag. 381. Et tradit idem p. 5. §. 16. num. 9. pag. 594. & iterum num. 13.

91 Ex his oritur singulare dictum Iacob. de Bellouisu in cap. hic finitur lex Conrad. vbi dicit, quod restitutio in integrum et extenditur etiam ad iura quæ sita ex causa, quæ per in integrum restitutionem resoluitur, & annullatur; secus si sint ea quæ sita ex alio contractu, vel ex alia causa extrinseca: & sequitur Aluarotus, Bald. & Præposit. ibi Andre. de Ifern. in cap. vnico, de vassallis decrep. Bald. Roman. & Iaf. in l. sed si hæc, §. liberis, num. 4. ff. de in ius vocand. qui ad hoc refert text. ibi, & in l. siue patronus, ff. de iure patronatus; & in l. interdicit, ff. de condit. & demonstrationibus; Hieronym. Gabriel cons. 112. n. 2. & alios concordantes refert Gloss. Parisien. in consuetud. Parisiensibus, tit. de mater. feud. §. 22. num. 36. fol. 186. Et faciunt scripta per eundem in dict. consuetud. §. 1. glof. 9. fol. 52. n. 41. quod si cliente bonis ademptis deponatur, patronus feudum morte ciuili clientuli apertum apprehenderit, deinde Principis beneficio non simplicem poenæ indulgentiam, sed plenam, & integram restitutionem consequutus fuerit; tunc ipse iure ciuili restituitur, & recuperat bona etiam in Tertium alienata, dummodo alienatio immediata ex sententia, & confiscatione processerit; citat l. 1. & vlt. C. de sentent. pass. & alia. Et ex hoc Iafon in dict. loco, infert limitationem ad doctrinam Bart. in l. qui ad tempus, in princip. ff. de decurionibus, & in l. 1. C. de his qui in exil. dat. sunt, lib. 10. dicentis, quod collegiati expulsi Bononia tempore Romæ de Populis restituti, non recuperauerunt locum suum in collegio, cum essent alijs assignati. Quia procedit quando ius fuit quæsitum aliter quam ex ipsa deportatione, secus quando sola deportatio absque alio facto extrinseco: quod infra lacius tracto, & legatur Cephal. in cons. 391. num. 18. lib. 4. & faciunt quae scribit Chassana. in consuetud. Burg. tit. des siefs, rubr. 3. §. 2. n. 20. pag. 414.

92 Tandem istam sententiam leui quadam ratione motus tenet Gregor. Lopez in l. 6. tit. 11. in gloss. in verbo. Que no la pudiese vender, in vers. quid tamen, fol. 84. col. 4. in princip. part. 6. vbi dicit, quod posito quod bona maioratæ aliquo casu confiscari possint, si Princeps crimen indulgeat delinquenti, & illum restituat, et operabitur restitutio, vt habeat suum maioratum cum fructibus: citat Bald. in cap. 1. hic finitur lex Conrad.

93 Et ista maxime procedunt pro bono pacis, quia tunc restitutio extenditur ad bona publicata, & Tertio quæ sita, secundum Bald. in cap. 1. vers. privilegia, de pace Constant. & alios quos citat Augustin. Beroi. in cons. 76. num. 112. lib. 1. Bursat. in cons. 128. num. 31. lib. 2. Et qualiter hereticus reuersus ad Catholicam fidem, & restitutus bona recuperet, resoluit Sfor. Odd. in tract. de in integrum restitutione, par. 2. q. 99. art. 3. & vlt. pag. 965.

94 Pro contraria opinione, quod hoc casu condemnato restituito et non sunt fructus restituendi, siue fuerint percepti à fisco, siue à successore maioratus, siue ab alio quopiam Tertio, facit in primis text. in authent. idem est de Nestorianis, C. de hereticis, per quem est receptissima omnium opinio; quod quamuis condemnatus restitutus recuperet bona alienata, non tamè recuperat fructus perceptos à fisco, vel ab alio Tertio: quod tenent Angel. Raphael. Cuma. Arer. & Iaf. n. 64.

& alij Scribentes in dict. §. & si quid tantum, in l. Gallus, ff. de liber. & posthum. l. in l. vlt. num. 7. fol. 27. ff. de iurisdi. omn. iudi. & in l. iurandam quod ex conuentione, §. procurator, num. 19. fol. 79. ff. de iur. iurand. & plures citat Lara de alimentis, §. sed verum, num. 11. pag. 20. & Quintil. Mandos. in tract. de signatu. gratia: vers. abolutiones & rehabilitationes, fol. 92. col. 2. vbi resoluit plura in proposito, & tradit quando bona dicantur incorporata in fisco: & pro hac opinione alios refert Chassana. quamuis ipse contrarium teneat in consuetudin. Burgund. rubr. 1. fol. 57. num. 140. vers. limitata tamen, vbi in hac materia plura scribit. Et idem tenet Ioann. de Plat. in l. penultim. C. de sive instrumentorum, & iur. hacta fiscal. lib. 10. Et est communis opinio secundum Gregor. Lopez in d. l. 2. tit. 32. p. 7. in gloss. in verbo. Primer estado, vbi sic intellexit illam legem in verbis supra relatis.

95 Et faciunt quae scribit Tiraquel. in tract. le mort. p. 5. declaracione 1. num. 7. pag. 230. vbi tradit, quod quauis collatio, siue restitutio, siue confirmatio, nunquam retrahitur in præiudicium Tertij, licet contra hanc communem opinionem teneat Dec. in d. l. in condemnatione, §. cum verbum, ff. de reg. iur. vbi arguit contra Iafonem in d. §. & quid si tantum, per illum text. & per legem videamus, §. in Fabiana, ff. de vstris. Et de hoc articulo etiam tractat Aegid. Bos. in pract. crimin. tit. de remedijs ex sola c'em. Principis proceden. num. 11. pag. 580. vbi plura notabilia circa hanc materiam scribit quæ inibi videri poterunt, ad quem addo Cardinal. & Imol. in c. quia diligentia, de electione, & alios plures quos cita Iacob. Pute. decif. 118. lib. 3. & ideo dicit Angel. ad propositum nostrum in d. §. & quid si tantum, quod restitutiones bonorum quæ sunt à Principe, siue finito bello propter capitula pacis et non operantur quoad restitutionem fructuum, nam fructus restitui non debent: & idem Curtius in cons. 49. Recondenda memoria Dux Philippus, quorum opinio communior est contra Nellum, & Iaf. secundum Aegid. Bos. in pract. criminal. tit. de restit. qua sunt à Princip. finito bello, num. 17. pag. 191. ad quos iunge notabile cons. Bald. 36. num. 3. lib. 1. & adde Aegid. Bos. in dict. practica tit. de literis Principum bannit. admitt. ad nouas defensiones; vbi tractat de literis concessis banito, et vt audiatur ad defensionem, & dicit, quod si impetrantur tales literæ post annum condemnationis, dantur quoad personam tantum, non quoad bona: si vero ante annum audiatur, quoad vtrumque; & ibi tradit an tales literæ tollant ius Tertij, & scribit alia ad intellectum eorum quæ his tractantur, & horum auctoritate innixus Dominicus in cap. auctoritate, §. vlt. num. 4. de privilegijs in 6. dixit, quod dominus non potest remittere ius Tertij, nec possunt remittere damna illa subito in bello, de quo vide plura per Felin. in c. super eo, de officio Delegati.

96 Vnde etiam dixit Petrus Rebuff. in practi. beneficijs, de non tollend. iure quæstro, pag. 264. num. 5. quod remissiones delictorum (quas Gratias vocamus) quæ sunt à Principe, et nunquam trahunt ad remittendam poenam parti applicatam, & idem tenet Alciat. in tract. presumptionum, regul. 1. presumptione 11. num. 4. pag. 279. Pro quibus facit text. & Gloss. in l. vnica, in fine, C. de in ius vocando, vbi probatur, quod Princeps non potest remittere interesse partis: notatur in l. quoties, in l. rescripta, C. de precibus Imperatori offerend. facit Gloss. in cap. dilectus, in verbo. concessione, de officio Delegat. Et conducunt quæ ad hoc vltimum propositum scribit Rebuff. in l. vnica, C. de sententijs quæ pro eo quod interest proferuntur, in præfatione, n. 30. pag. 349. de qua Gloss. in dict. l. vnica, latius agit Parisius in cons. 1. lib. 4. num. 31. vbi multa scribit circa propositum eorum quæ hic tractantur, in quo puncto est magni faciendæ notabilis l. 4. tit. 22. part. 3. cum traditis ibi per Greg. Lopez in gloss. in verbo. Penas; ad quem addo August. Morl. in emporio iuris, tit. de legibus, par. 1. num. 1. cum sequentibus, fol. 29. Dicunt tamen Innocent. & Abbas num. 6. in cap. nisi de officio Delegati, quod Princeps iusta de causa potest

test remittere poenam parti applicatam, vbi Abb. addit vnum singulare, quod Princeps hoc, præsumitur facere ex iusta causa de quo vide quæ scribo in princip. huius 4. part. 1. num. 27. & ad Abbatem addo quod scribunt Bart. & DD. in dict. §. & quid si ratum, Alex. in l. vrim. C. de sentent. passis, Matthæ, de Afflic. decis. 361. Monasterium S. Mariae, dicentis, quod propter bonum pacis bona sunt restituenda primis dominis; & de causis indulgentiæ & restitutionis plura scribit Tiber. Decia. in pract. crim. lib. 3. cap. 33. num. 4. fol. 137. & iterum num. 96. fol. 143.

Præterea dicit Bald. eleganter ad nostrum propositum in c. 1. in princ. col. 4. vers. pone Rex, hic finit lex, de inde consuetudo, & ibi Aluarot. num. 5. & 21. & Præpositus, in fine, quod si condemnatus ad mortem, dum duceretur ad supplicium remissionem, & in integrum restitutionem obtinuerit à Rege, recuperat feuda aperta Regi, sed non aperta Tertio. Quare dixit Alber. quem omnes maximum practicum faciunt in 4. par. statutorum, q. 46. quod quando is, cui aliquid acquiritur ex condemnatione, certat de damno euitando, vt puta si ex statuto dimidia pars bonorum condemnati de homicidio acquireretur hæredibus defuncti pro interesse, recuperatione, & satisfactione iniuriæ, tunc restituitio gratiosa quantumcunque plena, ad illam condemnationem hæredibus applicatam non extenditur, notat Fortun. in d. §. & quid si tantum, col. 92. & egregie Glos. Paris. in consuetud. Paris. §. 22. num. 38. fol. 187. quod est notandum ad ea quæ traduntur per Rebuff. & Aegid. Bos. vbi supra, ad hæc facit egregia sententia Barr. in l. 2. ff. de Decurion. per illum tex. vbi dicit quod Doctor de Collegio expulsus, & postea restitutus, non receperat locum, quem habebat, nec primum gradum, vt tanquam antiquior præferatur in dando primum suffragium, sed habebitur vt quidam de nouo veniens ad Collegium, & dicit ita fuisse practicum Romæ; quem citat Dec. in l. cum quid, num. 11. ff. si certum petatur, Felin. in cons. 1. num. 29. Rebuff. in tract. de nominatione. q. 21. num. 24. pag. 254. & confirmat ex aliis Menoch. de recup. poss. remed. 10. num. 107. pag. 437. & supra terigi: & confirmo, quia semel legitime priuatus non potest amplius illud officium exercere, vt voluit Dec. in c. vt nostrum, num. 4. de appellat. vbi loquitur de Milite, Equite, Doctore, Notario priuatis, & Capic. decis. 121. num. 17. Francisc. Marc. 390. num. 2. Lancellot. in tract. de attentat. 2. p. c. 4. de attentat. lite pendente. declaratione 4. num. 29. 30. 31. pag. 150. vbi post Marcum hoc extendit etiam per rescriptum Principis; de quo vltimo dubito, & tradit Cephal. in cons. 591. num. 20. lib. 4. quibus addo Bald. in l. si constante, vers. sed pone, C. de donat. ante nupt. vbi dicit, quod si potestas durante officio fuit cassatus de officio & postea fuit reassumptus, intelligitur cum eisdem pactis, per legem penult. §. vxor. ff. solut. matrim. Ioan. Garc. de nobilitat. §. 1. gloss. 6. num. 44. fol. 168. quod notandum est ad Auditores Regios & ad alios ministros remotos ab officio, quibus postea officia de nouo dantur, sicut contingit in hac Regia Cancellaria.

Ex quibus etiam tradit idem Rebuff. in praxi beneficii, tit. ratione persona. & rei, num. 19. pag. 504. quod si quis oppressus infirmitate resignauerit præbendam, & Canonicatum in fauorem alicuius, qui demum reconualescenti resignauerit, erit in Choro posterior, qui ad hoc refert tex. in c. quoniam, de simonia, & alia plura; & faciunt quæ scribit idem Rebuff. in eadem praxi, tit. de public. resignat. glo. 18. num. 30. pag. 560. Menoch. de recup. poss. remed. 10. num. 105. Auiles in cap. pratorum, c. 24. Azuced. in pract. Pisana, lib. 2. c. 2. nu. 18. fol. 35. Auil. in cap. 44. num. 3. fol. 260. Quibus conuenit Glos. in l. quid ergo, §. pena grauior, ff. de his qui notantur infamia; in verbo, onerasset, quam sequuntur ibi Barr. & alij dicentes, quod restitutus non recuperat primum locum, si alius ante restitutionem fuit in eum locum cooperatus, quos refert Tiraq. in lib. 1. de retractu, §. 32. glo. 1. & vnica, num. 70. pag. 682. vbi hoc limitat nisi locus te-

neatur ab eo, qui succedit in locum primi, tunc primum restituitur in pristinum statum, per l. 1. §. vlt. vbi Glo. Bart. & alij, ff. de bonorum possessione contra tab. eundem Bart. in d. §. & quid si tantum, quæ omnia ad plura sunt notanda; ad quæ etiam est legendus Nicol. Boe. in tract. de autoritate magni Consilij, num. 82. Azuced. in l. 2. tit. 14. De las provisiones, num. 4. & 5. lib. 4. Recop. fol. 199. & in Curia Pisana lib. 2. c. 2. nu. 18. fol. 35. Rebuff. in l. plus est in restitutione 22. pag. 193. ff. de verbor. signific. quomodo autem depositus ab officio ad id aspirare non potest, vt obiter hoc sciatur, traditur in l. si aliquid, vbi Rebuff. C. de Præposit. & Arcer. lib. 10. & scribunt Bald. in c. 1. §. si duo, de pace tenenda, & in proemio Decretalium, & in aliis locis; quos & alios citat Rebuff. in l. quod iussit, ff. de re iudicata, in 3. & 4. notabili, num. 336. pag. 108. ad quem addo Capicium decis. 121. num. 17. Dec. in c. vt nostrum, num. 4. de appellat. Lancellot. in tract. de attentatis, 2. p. c. 4. de attentat. lite pendente. 4. declaratione, num. 29. pag. 150.

Præterea, licet restituitio ponat omnia in pristinum statum, non tamen hoc procedit in præiudicium Tertij, cap. quamuis, de rescriptis, in 6. Glos. in dict. §. & quid si tantum, vbi Alexand. & alij, Felin. in cap. inter quatuor, de maioriata & obedientia; Dec. in d. §. cum verbum, num. 3. Barth. Socin. in cons. 23. lib. 1. & in cons. 264. num. 20. lib. 2. de quo etiam per eundem Dec. in c. quia diligentia, num. 9. fol. 359. de electione, & in cap. vlt. num. 8. de constitutionibus, in quibus locis late tractat quando Princeps restituit, an ille restitutus recuperet bona alienata in præiudicium successoris, & vtrouique citat Cardinal. in cap. ad petitionem, de accusationibus, dicentem, quod si Princeps restituat baninitum, non obstante quacunque condemnatione non habet locum in præiudicium Tertij; de cuius dicti veritate disputat ibi Decius, & Gregor. Lop. in dict. l. 2. Iaf. in d. beneficium, num. 17. Bursat. cons. 34. num. 30. lib. 1. de quo etiam tractat Nicol. Boet. decis. 65. cui adde Alexand. in cons. 101. Vifo processu, lib. 2. num. 6. & in l. vlt. num. 2. fol. 160. C. de repud. hared. quæ lex vlt. facit etiam pro ista sententia, & l. vlt. tit. 6. part. 6. quæ est singularis, vbi cauetur, quod si minor repudiet bona hæreditaria, si sint alienata, non potest illa recuperare, alias secus; & faciunt scripta per Quintil. Mandos. in regul. 14. reservationis, quæst. 2. num. 7. fol. 71. Cephal. in cons. 395. num. 11. lib. 3. Cæterum cum possidens talia bona maioratus sit dominus, vere fructibus gaudere debet, l. fructus, C. de acti. empti. cum concordantibus, quæ omnia etiam notanda sunt ad ea, quæ ego scribo in princip. huius 4. part. quæst. 1. & circa text. in dict. cap. quamuis, de rescriptis, plura scribit Tiraquel. in tract. de viroque retractu, §. 1. gloss. 10. num. 68. pag. 242. sic etiam Natta in cons. 471. num. 10. lib. 2. & Bald. & Alexand. in d. §. & quid si tantum, in l. Gallus, ff. de liber. & posthum. concludit, quod quando ex donatione bona applicata sunt aliis, & est apprehensa possessio, restituitio postea facta non præiudicat Tertio, qui possessionem habebat Tandem ex aubent. Gazaro, C. de heretic. & cap. vrgenti, eod. tit. hæreticus restitutus non recuperat fructus, secundum Alber. ibi & in dict. aubent. idem est de Nestorianis, C. de heretic. & ibi Salicet. Iacob. de Ruten. & Iacob. de Bellouif. Henric. in d. vrgenti, Ioan. Lop. in cap. per vestras, de donat. inter virum & vxorem, in rubr. num. 3. pag. 273. Simanc. in tract. de hereticis, cap. 9. num. 3.

Vides igitur, lector, quantis difficultatibus hæc quæstio circumdata sit, aded vt intricabilis pene videatur. Ego attentis tamen omnibus superioribus, & in quantum mihi sufficiunt viros, & ingenium, consideratis pressius, cuncta rimando, credo quod sit tenendum, quod vbiunque Princeps, siue ex mera gratia, siue ex iustitia restituit illum, qui bona maioratus propter delictum amisit, in casibus in quibus bona amissa fuerunt propter delictum, & non in successorem, sed ad Cameram Regalem fuerunt applicata, quæ Camera nondum fructus perceperat, delinquens

linquens restitutus fructus recuperabit in bonis principalibus: & ita intelligi debet d. l. in condemnatione, §. cum verbum, ff. de reg. iur. & alia iura supra scripta. Si vero fructus fuerint percepti à fisco, & in Cameram Regalem incorporati, tunc si restituito sit ex gratia, nequaquam fructus recuperabit; secus si ex iustitia, quia vbiunque restituito facta fuit ex iustitia, fructus restitui debent cum re principali, secundum Raphael. Cuman. in d. §. & quid si tantum, vbi Iaf. num. 73. Nellum in tractatu banitorum, t. p. tertij temporis, quæst. 11. in fin. citant text. in l. patre pro filio, §. item ex diuerso, ff. de minoribus: & idem tenet Fortun. Garc. & Galiul. & alij, quos refert Episcop. Couarr. lib. 1. resolutionum, cap. 3. num. 16. Cui adde Glos. Paris. in addition. ad Dec. in dict. §. cum verbum, pag. 366. & in dict. consuet. §. 22. num. 39. fol. 187. vbi hoc extendit, & declarat, & Emmanuel Acoft. in dict. §. & quid si tantum, §. 2. num. 49. cum seqq. pag. 46. & Costa, Couarr. & alios plures refert ad hoc Menoch. de recup. poss. remed. 10. num. 113. pag. 438.

Ex quo fit, t quod idem dicendum est, vbiunque restituito ex iustitia fuit concessa ad bona, quæ priuatus, & alius successor in maioratu ante restitutionem possidebat. Quamuis in his duabus conclusionibus attentari potest, quod attento quod siue priuatus, siue fiscus, qui hæc bona possident, illa habent cum titulo, videtur tamen non teneatur nisi ad restitutionem fructuum perceptorum post litem contestatam, & non antea, si habeant bonam fidem; iuxta text. in l. certum, C. de rei vendicat. & videtur seruanda distinctio illius text. & l. ex diuerso, ff. de rei vendicat. & l. 39. tit. 28. p. 3. cum concordantibus. Sed nihilominus prædicta communis opinio seruanda videtur, quia id operatur restituito, quam etiam defendit Menoch. post alios, quos citat reme. d. 1. de recuperanda possessione, num. 113. pag. 438. Si vero Princeps ex gratia restituat delinquentem qui possidebat bona maioratus, non est illi facienda restituito fructuum, qui ab alio Tertio fuerunt percepti, quia in hoc casu non est extendenda in præiudicium Tertij, qui forsan cum titulo habuit bona, nisi cum de apertissima Principis mente constaret, vt cum condemnationem, & publicationem pro infecta haberi vellet, cap. quia diligentia, de electione, notat Alciat. in l. plus 22. pag. 112. ff. de verbor. signific. de quo vide Menoch. vbi supra, num. 116. & quæ scribit Quintilian. Mandos. in dict. tit. de signatura gratia, fol. 91. col. 4. vers. in absolutioibus. Quibus conuenit notabilis resolutio Rebuff. in tract. de pacific. possess. num. 183. pag. 299. vbi tradit, quod in casibus in quibus quis potest redire ad suum beneficium sine noua collatione, debet intelligi, quando illud tempus alius non occupauit; per Rotæ decis. 1. Fuit dubitatum vtrum beneficia, decis. 3. incipit si quis permutauerit de verum permitt. & decis. 1. Si illegitimus, de filiis presbyterorum: & per alia quæ citat.

Quæ autem dicatur restituito t ex iustitia, quæ ex gratia colligitur ex scriptis per DD. in dict. §. & quid si tantum: & in c. ad nostram, de emptione & venditione, Pinel. in l. 2. p. 1. num. 21. fol. 111. C. de rescind. vendit. & adde notabilem differentiam inter restitutionem gratiæ, & iustitiæ, quam ponit Iacob. Put. decis. 356. p. 2. vbi scribitur, quod restituito ex gratia non impedit sententiæ executionem, & qualiter hæreticus recuperet bona resoluunt Cardin. & Abb. in cap. quia diligenti, de electionib. Paul. Guill. in tract. de hereticis, q. 6. num. 1. Felin. in cap. vrgenti, num. 2. de heret. Cagnol. in l. id quod nostrum, num. 5. ff. de reg. iur. t, Carrer. in tract. de hereticis, cap. penult. incip. Modo qualiter, num. 16. late Menoch. in cons. 218. num. 8. cum seqq. lib. 3. quo in loco allegat duo consulta notabilia in ista materia, scilicet Paris. cons. 2. n. 185. lib. 4. Roland. in cons. 13. num. 24. libro 3.

Alias autem quæstiones circa hanc restitutionem, quæ Princeps facit in fauorem delinquentis, t qui habebat maioratum, vide per Grego. Lop. in d. l. 2. tit.

32. De los perdones, p. 7. & plura spectantia, ad hanc materiam, & quæstionem vide in q. 1. p. 1. huius operis: & p. 2. qu. 4. illa 1. & 2. Et qualiter, & quomodo Princeps possit facere gratiam bonorum confiscatorum; traditur in pragmatice data Pintia anno 1523. l. 17. & 18. hodie l. 5. tit. 10. lib. 5. Recop. & lege l. 3. tit. 18. lib. 8. Recop. fol. 190. & l. 7. tit. 13. lib. 4. Recop. fol. 240. Quibus adde Matth. de Afflic. in c. 1. §. præterea si vassallus, glo. 3. num. 39. in tit. qua sit prim. cau. benef. amitt. vbi resoluuit, quod si pater commisit crimen læsæ Maiestatis, per quod ipse, & eius filij effecti sunt incapaces feudum, ob quod feudum tranfuit ad secundogenitum, si filius primogenitus restituitur ad feudum, mortuo patre, & secundo genitus habuit filium, succederet in feudo filius secundogeniti, & non filius primogeniti restitutus; quem sequuntur Gigas in tract. de crim. læsæ Maiestatis, lib. 1. in rubr. de penis committent. crimen læsæ Maiestatis, q. 22. Menoch. in cons. 103. num. 25. lib. 1. & in cons. 275. num. 42. lib. 3. Ista etiam seruatur ad defensionem quæstionis, quam tangit Ant. Gam. decis. 352. num. 4. vbi scribit si quis contraxit incestas nuptias, & bona ob delictum amisit, & postea dispensationem obtineat, an possit recuperare bona maioratus, quæ propter delictum confiscata fuerunt, & magis inclinatur, quod non potest bona recuperare.

Istis omnibus addo, quod restituito ex gratia sperari non debet, tanquam impossibilis, & difficillima, secundum Curt. lun. in cons. 182. num. 12. lib. 2. Paris. in cons. 157. num. 45. lib. 4. quos & alia citat Odd. in tract. de in integrum restit. p. 1. q. 43. num. 36. pag. 608. & de materia ista vide quæ latissime hodie scribit Ioan. Gar. in tract. de nobilit. §. 1. gloss. 6. num. 37. cum seqq. fol. 165. Et quod in casu legis, Lucius, ff. de emptione, si res fuerit euicta ab emptore, sit per Principem restituendum pretium, tradit Innocent. in c. quia diligentia, de electione, quia restituito non intelligitur t quoad Tertij præiudicium, & ita intelligit Iacob. Put. decis. 381. p. 3. nu. 3. Tandem de materia quando & qualiter operetur restituito Principis est t legendus Fatinac. in tract. de delictis, tit. de Inquisitione, qu. 6. numer. 28. fol. 36. & ego materiam tracto à radicibus, & lauffime.

Et in ista materia adde, quod licet quando bona auferuntur ab aliquo tanquam ab indigno, non acquiruntur subsecuto ipso iure, sed per sententiam & agnitionem subsequantam, vt ex Glos. in l. his consequenter, §. 1. ff. familiaris cunct. tamen t si bona alicuius propria propter delictum confiscantur, siue ipso iure, siue per sententiam acquirantur fisco, siue aliqua agnitione, secundum Barr. post Dynum in l. 1. §. an bona ad finem, ff. de iure fisci: quod est notandum secundum Vincentium in l. si vir, ff. ad l. falc. quos refert Peral. r. 18. l. 6. Tit. 7. 13. pag. 93. ff. de legat. 2.

S V M M A R I V M.

- 114 Confiscatio non extenditur ad bona conditionalia, nec que de futuro acquirenda.
- 115 Et quid in confiscatione pro delicto hæresis, læsæ Maiestatis, & sodomia.
- 116 Lex 40. Tauri an procedat, si propter delictum sit aliquis ciuilitate mortuus.
- 117 Condemnatus an possit repudiare maioratum vel meliorationem in præiudicium fisci, Resolutum, nu. 141. 150. & 161.
- 118 Mulier an possit renuntiare legato sibi à marito relicto, cum commisit homicidium, ex quo debebam omnia bona confiscari per sententiam.
- 119 Monachus retinet agnationem quoad monasterij commodum.
- 120 Prælati an possit repudiare sine solemnitate res que Ecclesie deferuntur.
- 121 Mulier nupta an possit repudiare sine licentia mariti donationem ei factam.
- 122 Auctoris sententia.
- 123 Renuntiatio hæreditatis an renouetur ex dispositione legis.

- legis, si vnquam, C. de reuoc. donat.
- 124 Primogenitus an possit renuntiare primogenitura in præiudicium creditorum.
- 125 Mulier an possit in præiudicium creditorum renuntiare bonis constante matrimonio acquisitis.
- 126 Possessor maioratus an possit in præiudicium vxoris, cui medietas facultatum competere poterat, renuntiare bona maioratus.
- 127 Reus ob crimen læsæ maiestatis an possit ante sententiam condemnatoriam repudiare hæreditatem sibi delatam.
- 128 Procurator recipiens canonem emphyteusis qua cecidit in fideicommissum antequam dominus declaret se rem illius habere velle, an domino præiudicet.
- 129 Minor absque auctoritate tutoris, & Prætoris decreto, non potest alienare feudum in testamento sibi relicto.
- 130 Renuntiatio iuris quaestii est mera donatio, & numer. 131.
- 132 Renuntiatio iuris quaestii reuocatur ex l. si vnquam, C. de reuocand. donat.
- 133 Populi & ciuitates non possunt facere remissiones condemnationum.
- 134 Administratores non possunt remittere ius quaestium per instrumentum.
- 135 Nec pœnas remittere.
- 136 Tutor debitum liquidum remittere non potest, & numer. 140.
- 137 Renuntiatio facta in fraudem aquæ reuocatur ac donatio.
- 138 Delinquens condemnatus ad soluendum aliquid cuiuspiam in satisfactionem, an possit hæreditatem repudiare.
- 139 Reus an possit ante condemnationem lucra acquirere.
- 142 Lex Taurina an procedat vbi agit de fauore successoris in maioratu.
- 143 Mulier si ex statuto obligari non potest sine certa solemnitate, ipsa de hoc opponere potest, sed non alij aduersus illam.
- 144 Præiudicium non est ita interpretandum, ut tollat præiudicium ex alio iure, vel ex alia causa competentis.
- 145 Filius in utilibus non liberatur à patria potestate.
- 146 Filius in utilibus presumitur hæres patris, non in damnosis, nisi se immisceat.
- 147 Scholares habentur pro Ciuibus in his, qua eis sunt utilia.
- 148 Mulier an possit acquirere possessionem sine solemnitate, statuti requirentis consensum consanguineorum.
- 149 Creditor non potest opponere minori, vel filiofamilias, quod contraxit absque auctoritate Tutoris, vel patris. Quod confert ad l. c. Curiam ann. 1555.
- 151 Parentes in præiudicium filiorum, & filij in præiudicium parentum an repudiare possint hæreditatem illis delatam.
- 152 Quid in muliere nupta.
- 154 Mulier nupta an possit renuntiare bonis matrimonio constante acquisitis in præiudicium parentum.
- 155 Mulier quomodo possit renuntiare bonis matrimonio constante superlucrat.
- 156 Maritus an possit renuntiare bona constante matrimonio superlucrata in præiudicium fisci.
- 157 Pupillus potest repudiare hæreditatem in præiudicium creditorum absque decreto Iudicis.
- 158 Prælatus, aut tutor si recipiant canonem ab emphyteuta, sibi præiudicant.
- 159 Bona maioratus si sint propter delictum confiscata, an reuocantur si iustare locati facta per prædecessorem.

Post num. 159, inuicnes summatia quæ desiderantur.

Item nota, quod in confiscatione non veniunt bona conditionalia, nec bona de futuro acquirenda, secundum Gloss. in l. nam ad ea. ff. de condit. & demonstrat. quam multum commendat Bald. in l. etiam, ff. ad l. falcidiam, & probatur in l. eius qui, post principium, vbi notat Paul. Castrensis. ff. de interdicit. & demonstrat. de quo latius per eundem Peraltam in l. omnia, §. fundum, num. 4. pag. 337. ff. de leg. 2. qui adde Abbatem, qui tenet, quod confiscatio non extenditur ad bona futura in cap. ad liberandum, num. 4. fol. 39. de Iude. & in cap. cum aliquibus, num. 4. fol. 53. de re iudic. latè Natta in conf. 472. num. 4. cum seqq. lib. 2. & alia quæ refero in prima part. quæst. 1. num. 1. de quo etiam legenda omnino sunt quæ scribit Matien. in l. 3. tit. 4. lib. 5. recopilat. glof. 7. num. 6. fol. 114. vbi ex pluribus resoluit, quod in confiscatione facta pro delicto hærelis, læsæ Maiestatis, & sodomie, solum remanent confiscata bona, quæ quis habebat tempore commissi criminis: de quo legenda sunt quæ scribo supra, dist. part. 1. Ferrar. in practica, dico in addit. in forma inquisitionis in vers. irascatur in exemplum, & in addit. in verbo, reseruantur. pag. 510. Matien. in l. 3. tit. 4. glof. 7. n. 1. fol. 113. lib. 5. Recopil.

His etiam vicinum est quod notat Gregor. Lopez in l. 2. tit. 15. part. 2. in glof. in verbo, Si dexasse hjo, o hja, vbi dicit, quod l. 40. Taurina, quæ præfert in successione maioratus nepotem patrum, procedit non solum si possidens maioratum sit naturaliter mortuus, & verè; sed etiam si sit mortuus ob aliquod delictum quod commisit, cuius occasione maioratum amisit; refert l. etiam, §. si deportatus, ff. de bonis libert.

Hoc etiam in loco erit opportuna, & necessaria quæstio, vtrum successor in maioratu vel melioratione possit repudiare maioratum vel meliorationem in præiudicium fisci, qui bona præterit esse confiscata? cuius quæstionis resolutio pendet ab his quæ latè scribit Tel. in l. 4. Taur. num. 6. 2. cum seqq. vbi tractat, an quis possit repudiare hæreditatem, vel legatum in præiudicium fisci, qui illa præterit? vbi resoluit cum Alberic. in 2. part. statutorum, quæst. 24. concludens, quod si banniti bona confiscentur, non confiscabitur hæreditas postea delata, si non adita fuerit; & idem tenet Nellus in tractatu bannitorum, in 1. part. 2. temporis quæst. 30. pto quibus refert casum, cui nulla est d. habilis responsio in l. cum quidam capitis, ff. de iure fisci; cui adde egregium text. in l. alienationis, §. qui occasione, ff. de verborum significat. ibi: Qui occasi. ne acquirendi non vitur, non intelligitur alienare, veluti qui hæreditatem omittit, aut opinionem intra certum tempus datam non amplectitur. Et ista est ratio quare filius potest renuntiare totam legitimam: nec per hoc dicitur minnere patrimonium suum, vt tradit Ioan. Lopez in l. 1. Taur. num. 16. faciunt scripta per Alexand. & Iaf. in l. si mihi & tibi, in fine principij, ff. de leg. 1. Stracham de mercat. part. 3. de decoloribus, num. 38. & est expressa doctrina Baldi, quam dicitur Tell. non refert in aubert. hoc locum, C. si secundo nupter. mulier, in vers. modo quæro; vbi dicit, quod mulier potest renuntiare legatum sibi à marito relicto, quæ commiserat homicidium, ex quo debebant omnia bona confiscari per sententiam: & hoc in terminis tenet nouissimè Anendan. vbi hoc refert in l. 4. Taur. glof. 7. num. 6. fol. 5. & confirmo ex scriptis per Gozad. conf. 97. vers. Sexto, tenet Negul. allegat. 1. num. 421. & num. 52. Paris. conf. 127. num. 61. cum seqq. lib. 2. Pet. Surd. decis. 140. per totum, & Tiber. Decian. in propria materia in pract. crimin. tom. 2. lib. 7. c. 40. num. 25. fol. 173. & ad hoc est notabile consilium Nattæ 470. num. 29. lib. 2. Anton. Peregrin. in tractat. de fideicommiss. art. 32. num. 127. fol. 39. Roland. à Vall. de lucro doctis, quæst. 40. & Phanucius in eod. tract. glof. 8. n. 16. & 20. & alij, quos citat Zanchus in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 4. num. 401. cum seqq. pag. 115. ff. ad Trebellian. Aluar. Vaez conf. 83. num. 12. Azucud. in l. 3. tit. 10. lib. 4. recopil. num. 140. fol. 156. † & Monachus retinet agnationem

tionem quoad commodum monasterij, l. Deo nobis, §. 1. cum Gloss. in verbo, parentum, C. de Episcop. & Cleric. & in aub. de sanctis. Episcop. §. nullam, cum concordantibus, vt per Paris. in conf. 47. num. 62. lib. 3. Cephal. in conf. 53. num. 98. n. 1. Francisc. Mantic. de coniectur. ment. defunct. lib. 8. tit. 1. 2. num. 25. pag. 348. & est in isto proposito notabilis tex. in l. 1. §. hoc interdicitur, ff. nequis in loco sacros; ibi; Non ad hoc pertinet, quod ornamenta causa sit; sed quod deformitatis, & incommodi; qui tex. est singularis pro ædificiis factis in sacratissimo monte istius Ciuitatis, pro quibus etiam facit singularis l. 5. tit. 1. p. 4. & conducut scripta per Iaf. in l. 3. C. de fideicommiss. & in §. item si quis in fraudem, num. 27. de actionib. & in l. 1. §. denique ff. ad Trebell. & in l. legatum, n. 19. ff. de leg. 1. & in l. illa stipulatione, per te non ferimus, 3. ff. de verbor. obligat. & in l. si seruis, C. de pactis, & in l. 3. §. si filius, num. 3. ff. quod quisque iuris; Hippolyt. in singulari 144. Magna est differentia, & singulari, 518. Segur. & addit. in l. 1. §. si vir vxori, nu. 60. ff. de acquirend. poss. Dec. in conf. 269. Tiraquel, in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 180. pag. 46. C. de reuocand. donat. Rebus. in tractat. de alienat. rerum Eccles. num. 3. vbi tractat, qualiter Prælatus † possit repudiare res legatas Ecclesie sine solemnitate; de quo plura scribit Lambert. de iure patron. lib. 3. artic. 9. 2. q. princip. n. 5. fol. 10. plenius Lara de aliment. in §. vtrum, n. 62. fol. 32. cum seqq. qui plura notanda in proposito scribit, & idem Rebus. in cap. postulasti de Clerico excommunicato ministran. num. 47. pag. 488. Natta in conf. 441. num. 12. cum sequentibus, Chassan. qui plura similia tradit in consuetud. Burgundia, sit. des droits, rubric. 4. §. 1. pag. 507. Curt. in tractatu de feud. part. 2. quæst. 3. ad fin. pag. 101. Iacob. Pur. decis. 331. p. 1. Peralt. in l. Titia cum testamento, §. si ea conditione, n. 3. pag. 426. & §. Lucia, num. 6. pag. 421. ff. de leg. 2. Quod etiam adiuuatur ex tex. in l. si ego, ff. de negotijs gestis, & in cap. si tibi absenti, de præbend. in 6. per quæ iura decidit Paul. Castrensis. in conf. 171. in casu præsentis, visis omnibus, num. 1. lib. 2. quod † mulier donationem sibi absenti factam, & non acceptatam potest repudiare, non obstante solemnitate statuti dispositis, quod in alienationibus mulierum intersint consanguinei, quam doctrinam sequuntur Barth. Socin. in conf. 53. Viso instrumento, num. 21. lib. 4. Chassan. in consuetudinibus Burgundia rubr. 4. §. 7. n. 10. & alij plures, quos refert Tiraquel. in legibus consubstantialibus, glo. 5. in verbo, contra, n. 3. fol. 269. vbi hanc opinionem latè fundat; cui adde Gozadin. in conf. 12. n. 6. vbi dicit, quod in repudiatione iuris querendi non requiritur illa solemnitas, quæ erat necessaria ad repudiandum quæsitum, Castell. in l. 55. Taur. fol. 161. col. 4. & quæ notanter tradit Quintil. Mandos. in tract. de ætate minorum, §. 21. per totam, fol. 24. & quod in minori tradit Petrus Surd. decis. 278. n. 8.

Sed de hac doctrina Pauli ego dubito, † stante dispositione l. 54. Tauri, in illis verbis: Repudiar nunguna herencia que le venga ex testamento, ni abintestato; ad quod facit l. 55. ibi: No se pueda apartar de nungun contrato que a ella toque, ni dar por quitto a nadie, & licet d. l. 54. loquatur in hæreditate, idem est in donatione, propter eandem rationem; & fortificatur ex d. l. 55. quæ generaliter loquitur, & de dicta doctrina Pauli etiam dubitat in Hispania Ioan. Gutierrez alleg. 3. n. 15. pag. 449. Et grauisimum virorum est sententia, per l. fuit quaestio, ff. de acquir. hered. & per alia iura, quod renuntiatio hæreditatis, quæ potius dicitur repudiatio, eo quia non est donatio, † non reuocatur ex dispositione legis, si vnquam, C. de reuocand. don. inter quos hoc voluit Alex. in conf. 29. lib. 3. Barth. Socin. in l. 1. C. de pact. & alij plures, quos citat Burg. de Paz in conf. 3. n. 63. Ioan. Garcia Falcon. regl. 150. n. 29. Et hæc & alia similia faciunt pro ista sententia, & ex his etiam tractat Episc. Couar. in c. Rainaldus, §. 3. n. 12. de testam. fol. 146. an legatarius rogatus legatum, aut eius aliquam partem alteri restituere, possit in præiudicium alterius legatum repudiare; ex istis etiam disputat Carol. Ruin. in conf. 204.

n. 11. lib. 1. an. Monachus in præiudicium monasterij, an te quam in monasterium intrer, possit hæreditatem repudiare? & legendus est in conf. 205. num. 6. eod. lib. & in conf. 206. & 207. eod. lib. quod quotidie contingit; & ex eisdem fun damentis concludit etiam Tiraq. in tract. de primogen. quæst. 24. n. 1. pag. 213. † quod primogenitus potest renuntiare primogenituræ in præiudicium creditorum. Quod ego intelligo vbi nondum primogenitura illi delata fuerit: nam si postquam illam possidet, ei renuntiauerit, iam renunciat bonis acquisitis, non acquirendis; & ideo renuntiatio non est licita per iura supra allegata. Et ita intelligenda sunt quæ scribunt de renuntiatione primogenituræ facta per patrem, Greg. Lop. in l. 9. tit. 1. p. 2. gl. 2. vers. Sed an poterit filius conueni & ibi Ahumada qui distinguit gl. 2. n. 4. cum seqq. fol. 126. & ex his resoluit Episc. Conatin epítome de sponsalib. par. 2. cap. 7. §. 1. n. 12. † quod mulier in præiudicium creditorum potest renuntiare bonis constante matrimonio acquisitis; ad hæc facit text. singularis in l. patrem, ff. de his qua in fraudem credem, & cum grauaui, quod post mortem suam restitueret hæreditatem communi filio, non possunt petere creditores patris, quod dum pater viuir, mittantur in possessionem, imò pater illico potest bona restituere filio, non detracta Trebellianica, nec per hoc dicitur fraudare creditores, quod notant Bald. in rubr. C. de fide instrum. col. vlt. Iaf. in l. post mortem, n. 2. ff. de his qua in fraud. creditorum, & in §. item si quis in fraudem, Instir. de actionibus.

Ex quibus etiam confirmo quod scribit Dominus Anton. de Padilla in l. post mortem, n. 2. fol. 62. C. de fideicommiss. quod de rigore iuris † possessor maioratus potest in præiudicium vxoris, cui medietas fructuum competere poterat renuntiare bona maioratus, ad hæc facit celebris resolutio Gloss. Paris. part. 1. consuetud. Parisiens. §. 22. num. 114. fol. 199. vbi resoluit, quod hæres pendente conditione, vel dilatione data ad restituendum legatum, vel fideicommissum potest statim restituere etiam in præiudicium creditorum, nec hoc faciendum dicitur fraudem facere, per regulam l. eum qui, ff. de annis leg. dist. l. post mortem, C. de fideic. quod est notandum ad possessores maioratum, qui vt possunt ista licentia & facultate in præiudicium creditorum; de qua legenda sunt quæ scribit D. Anton. de Padilla in dict. l. post mortem, n. 4. fol. 59. C. de fideicommissis.

Et reus, † ob crimen læsæ Maiestatis potest ante sententiam condemnatoriam repudiare hæreditatem sibi delatam, & accretescet consanguineis, secundum Barbac. conf. 21. col. 5. lib. 3. vers. Ad tertium dubium; Tiberium Decian. in pract. crim. lib. 7. cap. 40. num. 25. fol. 173. & faciunt plura quæ nouissimè scribit Thom. Sanchez in tract. de matrim. lib. 6. dist. 4. n. 1. cum seqq. pag. 903. & Ant. Peregr. in tractatu, de iure Fisci, lib. 6. tit. 7. n. 378. pag. 378. Episcop. Couar. in cap. Rainaldus §. 3. n. 14. de testam. fol. 147. qui tractat punctum, debitoris hæredem non posse repudiare legatum factum defuncto in præiudicium creditorum Hinc firmat Marth. de Afflic. in decis. Neapol. 129. Comes, quæst. 3. quod procurator, † vel receptor, scienter recipiendo canonem emphyteusis, quæ cecidit in commissum fideicommissi, præiudicium declarauerit se velle habere rem fideicommissi, præiudicium domino; notat latius Gloss. Paris. in consuet. Paris. p. 1. q. 14. n. 10. fol. 169. quem vide in numeris sequentibus, & iunge eandem Gl. Par. in distis consuet. §. 1. glo. 3. n. 13. fol. 19. vbi circa intellectum tex. in d. l. si vnquam, C. de reuocand. donat. reprobatur ibi Ripam q. 11. Quod confirmo resolutione Imol. in c. potuit, n. 10. de locato, vbi concludit, quod solus Prælatus etiam Ecclesie collegiatæ, quando ipse solus habet administrationem, recipiendo solutionem census videtur remittere caducitatem; quod sequuntur ibi Cardin. & Abb. Aret. in conf. 89. col. fin. quos refert, & intrepidè sequitur contra Barr. Gloss. Paris. in consuetud. Paris. par. 1. §. 30. n. 113. fol. 243.

His tamen obijciunt l. 45. Taur. vbi defuncto possessore rerum maioratus, mox & in continenti transferuntur possessione

possessio civilis, & naturalis in sequentem in gradu, quæ possessio transfertur absque acceptatione, ut patet ex d.l. 45. in prædictis verbis. Et sententia in 3. part. huius operis, quæst. 3. Quo itaque, pro hac sententia videtur tex. in l. magis puro, §. fundum, ff. de rebus eorum, qui sub tutel. in quo probatur, quod si minor absque auctoritate tutoris, & decreto Prætoris non potest alienare feudum in testamento relicto minori, quod non est ob aliam rationem, nisi quia in legato. ius ignorantis quaeritur, & renuntiatio iuris iam quaeritur et donatio memorata, in adibus, in princip. ff. de donat. l. si mater, C. de transactum. & per mille similia quæ refert Tiraq. in d. l. si unquam, d. verb. n. 173. cum seqq. ad quem adde quæ refert Matien. in l. tit. 10. gl. 6. n. 7. fol. 309. lib. 5. recop. & tradit Ioan. Gurtier. vbi hoc citat d. alleg. 3. n. 14. & quod legati repudiatio dicatur alienatio, quia à die mortis domini in legatarium recta via transit, volunt Barr. & Dec. d. l. non fraudantur, ff. de reg. iuris, Bur. in conf. 118. n. 8. lib. 2. qui ad hoc refert Tiraq. lib. 1. de retractu, §. 26. gl. 1. n. 13. in sine, quod vrgit in nostro proposito attenda d. l. 45.

131 Et quod si renuntiatio iuris iam quaeritur, sit donatio probatur expresse in l. 6. tit. 7. par. 1. & notantur per 132 Decium in l. si quis obligatione, ff. de regul. iuris, & Episc. Couar. resolut. lib. 2. cap. 4. n. 8. fol. 100. & dicit Bald. in conf. 183. refutatio facta absque causa lib. 4. quod renuntiatio si sit inofficiosa, æque reuocatur ac donatio.

Ex quibus ego aliàs in facto dicebam, quod cum quidam locus habuisset in Regali consilio sententiam in sui fauorem latam, ex qua confirmata fuit altera sententia, quæ in hac Regali Cancellaria fuit lata in fauorem prædicti loci, de qua pars aduersa supplicauit ad Regiam maiestatem cum pena & fideiussione mille & quingentarum duplarum, quartum tertia pars pertinebat ad dictum locum, in cuius fauorem sententia fuit prolata in Regali consilio secundum l. Regales: ille autem locus fecisset remissionem post prædictam sententiam suæ tertiæ partis in fauorem rei condemnatis; dixi illam remissionem fuisse inualidam, et cum esset renuntiatio iuris quaeritur, & consequenter mera donatio, quam facere non possunt Ciuitates, villæ, vel loci, ex tex. in l. Præses, C. de transact. & in l. Imperatores, ff. de pactis, in quibus iuribus probatur, quod administratores Ciuitatum non possunt facere pactum, vel transactionem super re quæ liquidò debetur Ciuitatibus; de quo late agunt DD. in d. l. Præses, præcipue Alex. Ias. & Dec. in d. l. Imperat. & faciunt notata per Barr. in l. ambitiosa, ff. de decreto ab ordine faciend. & Alex. in conf. 23. Vfo instrum. lib. 1. nu. 7. Peral. in l. 1. n. 42. pag. 27. ff. de leg. 2. & concludit text. in l. si ad resoluendum, C. de præd. min. & quæ proprius ad istud propositum scribit Gl. Paris. in consuet. Paris. part. 1. §. 30. n. 15. fol. 244. & n. 124. fol. 245.

134 Et administratores si non possunt remittere ius quaeritur per instrumentum publicum, ut fundat Dec. in conf. 97. n. 4. faciunt tradita per Marien. in l. 3. tit. 3. gl. 2. n. 2. & 3. fol. 56. Nec pœnas remittere possunt et tales administratores, secundum Bald. in d. l. Præses, Curiam Pisane. 10. vbi Azeu. fol. 80. multa nouissime refert ad propositum Auend. part. 1. de exequend. mand. Regis, c. 7. num. 3. fol. 75.

136 Ex his fit, quod tutor debitum liquidum si remittere non potest, tutor de transact. notat Rom. conf. 28. n. 3. & faciunt quæ scribit idē Dec. conf. 199. n. 2. vbi post Alex. conf. 22. col. 2. lib. 1. probat, quod ad renuntiandam sententiam, quæ transiit in rem iudicatam in fauorem Vniuersitatis requiritur speciale mandatum Vniuersitatis, ad ista facit doctrina Corn. in l. cum oportet, §. si autem, n. 3. C. de bonis qua liberis; vbi vult, quod si pater ante acquisitionem vsusfructus remittit filio vsusfructum, non dicitur donare; secus si sit remissus post acquisitionem; & idem Corn. conf. 285. n. 15. lib. 1. quem citat Tiraq. in l. si unquam, in verbo, donatione largitus, n. 212. pag. 256. C. de renouand. donat. Tell. in l. 17. Taur. n. 61. quod tracto in 1. par. quæst. 3. à n. 13. ad alium finem. Et in ista materia est singularis doctrina Imol. in l. 1. ff. de cond. insti. dicit, quod licet Episcopus vel alius

citra Papam, non possit alterare relicta ad pium vsum; Clemem. quia contingit, de religiosis domibus, hoc verum est in voluntate testatoris iam executata, voluntatem autem non executam potest alterare; quam doctrinam variis rationibus & iuribus ad propositum confirmat Ioan. Lop. in rub. de don. inter virum & vxor, §. 47. n. 10. pag. 136. vbi additior Bar. eom.

Item pro hac sententia, quod successor maioratus non potest renuntiare maioratum in præiudicium filci, qui illum confiscare potest, facit ratio, quia hæc renuntiatio non potest esse sine fraude, cum sit certum, quod illum non fecisset renuntians, nisi speraret, quod si non faceret renuntiationem, bona confiscarentur, & ideo dicit tex. in l. 1. §. vlt. ff. de his qua in fraud. credit. 137 renuntiatio facta in fraudem æquè reuocatur, ac donatio, notat Paul. in conf. 125. Dubium facit, lib. 1. & pro hoc facit doctrina Ioan. Fabr. in §. manet, Inst. de societ. vbi dicit, quod socius non potest renuntiare societati, quando id dolo faceret, per quam doctrinam dixit Gregor. Lop. in l. 12. tit. 10. p. 5. in glo. in verbo, Engañosamente, de iur. iur. quæstionem, de qua iam ego etiam vidi dubitari, nam quidam alium iniuriòse percussit in manu, & manus fuit abscissa, & condemnatus fuit pro percussione, quod daret vulnerato duo millia ducatorum, & lata sententia, super eum percussori in fuga existenti hereditas magna, cum antea esset pauper, nec haberet unde solueret condemnationem, qui tamen percussor repudiavit hereditatem, quo non obstante, pronuntiatum fuit in Regio Consilio quod exequutio fieret in bonis repudiatis; quia renuntiatio videtur dolosa, & in fraudem facta, quem citat Ioan. Gurt. in §. sui, Inst. de hereditum quali. & differet. n. 95. pag. 172. pro quo facit elegans doctrina Barb. in conf. 11. col. 15. in vers. Capio primū; lib. 1. vbi dicit, quod non potest renuntiare officium is qui deliquit, quia repudiando alienare dicitur, refert Petr. Rebuf. in tr. de alien. rerum Eccl. n. 4. pag. 69. & doctrinam Barbac. refert etiam, & confirmat Nicol. Boer. decif. 2. n. 5. & vide illum dec. 205. n. 8. quæ doctrina Barbacia est egregia & practica bilis; de quo vide quæ latus scribit Tellus in d. l. 4. n. 64. vers. vlt. pro complemento, Azeu. d. l. 2. tit. 7. De las residencias, lib. 4. recop. 284. num. 15. & lege quod scribo infra, pag. ... & quod 139 mater possit lucra acquirere, ante condemnationem, voluerunt Bar. & Alber. in l. in fraudem, ff. de iure fisci, per tex. in l. cum quidam, ff. eodem tit. tradit Anton. Petegr. in tractatu, de iure fisci, lib. 5. num. 182. iterum n. 190. 191. 192. pag. 298. ad quos omnes addo elegantem resolutionem Ioan. Andree in addit. ad Speculatorem, lib. 4. tit. de locato, §. nunc aliqua, num. 184. in addit. quæ incipit, Suis, fol. 112. Stracham in tract. de mercat. tit. de deceptoribus, part. 3. num. 37. pag. 349. Ioan. Gurtierrez in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. num. 24. pag. 328. & allegat. 12. Tiraquel. in tractat. de vtroque retract. §. 26. gl. 1. num. 13. elegantem Butsar. consil. 119. num. 21. in litera l. & ista faciunt pro decisione quaestionis in practica contingentis in quadam Comitissa, quæ per plures annos fuit tutrix filij et Comitris satis diuitis, an 140 mater tutrix filiorum possit remittere in præiudicium filiorum decimam ei ex l. fori competentem, cum ista sit lucrum à lege delatum, quod absque aliqua agnitione & acceptatione in tutorem transfertur, vt ex Alexand. in l. si vir, ff. ad l. Falcidiam, & alii scribo p. 1. q. 24. à n. 73.

Sed his & aliis similibus minime refragantibus, verior videtur opinio, quod etiam in hoc casu liceat successor in maioratu, vel melioratione facere renuntiationem maioratus, vel meliorationis sibi delatæ in præiudicium filci; quod constat ex præcitat. & probatur ex quadam doctrina Gl. Par. in consuet. Paris. §. 30. n. 158. fol. 249. vbi dicit, quod si hæreditas vassalli deuoluta est Titio proximiori habili ad succedendum, Titius, qui graniter offendit patronum ita quod sufficeret ad amissionem feudi, postea abstinet ab hæreditate, posterior in gradu adit patronum petens inuestituram, patronus si verò recusat, & petit sibi adiudicari iure Commissi; non potest patronus

patronus petere Titium se gessisse pro hærede, neque potest allegare Titium in fraudem Commissi abstinere; quia Titius non censetur in alium transferre, iuxta d. l. quod autem, Nec obstat secundum eum, quod ipso iure sit factus; quia hoc est verum si gereret se, vel gessisset pro hærede, secus si se abstineret; & adduco notabilem doctrinam Bald. in l. maximum vitium, n. 12. fol. 88. C. de liber. praterit. vbi vult, quod si statuto caueatur, quod frater excludat sororem, potest frater in præiudicium creditorum admittere sororem ad successionem.

Non obstat d. l. 45. quæ magis vrget, quia ad illam referri potest et ex doctrina hac Gl. Par. vltra quod considerandum est, quod illa lex est facta in fauorem, & conseruationem bonorum maioratus; & illorum qui in illis succedere debent, in quos transfertur possessio, quod illis id vtile est, non aliàs; & cum lex principaliter sit facta in fauorem successorum maioratum, non debet illorum odium retorqueri, quod fauore, C. de legibus, cum concord. & est nouus intellectus ad l. 45. Credo tamen, quod verius est, vt constat ex doctrina Nicolai de Neapoli in litem in potestate, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris, vbi tenet, quod licet filius Episcopus liberetur à patria potestate, aut sed dignitas Episcopalis, C. de Episc. & Cler. id procedit quando est vtile ipsi filio, non aliàs, si cederet in incommodum filij, notat Episcop. Couar. in cap. quia nos, n. 5. de testamentis; & facit regul. text. in l. nostro, ff. de regul. iuris, quæ scribit & Felin. in cap. cum aliquibus, n. 5. fol. 74. de re iudic. & Ecclesia & Clerici non tenentur acceptare privilegia illis data, si noluerint, vt per Castellum in l. 70. Taur. fol. 214. col. 1. qui hoc late tradit, sed id magis in terminis nostris tenet Laurentius Colcan. in conf. 76. Primo est videndum, quæ actio col. 5. vers. Neque obstat quod dicitur, (quem certe vidi postquam iam hunc intellectum ad prædictam legem Taurinam tenueram) in inquam loquens in statuto Cremen. quod continuat possessionem mortui in viuum, dicit, quod tale statutum procedit in fauorem ipsius hæredis, scilicet, vt possit se dicere factum aduersus alium, si ipse velit; quod si alius id allegaret aduersus ipsum hæredem, non prodesset illi, quia quæstio tenet ad illorum lationem, non debet possessio continuari; & Calcanem citat Anton. Gabriel. tom. 2. communium opinionum, tit. de restit. spoliatorum, con. cius. 9. num. 23. pag. 279.

Quam doctrinam variis & singularibus rationibus confirmat Tiraquell. in tractat. de mort. part. 7. declarata. 1. pag. 278. num. 1. cum aliis, vbi n. 5. refert notabilem doctrinam Paul. Castren. in conf. 91. In causa appellationis; col. 3. vers. 12. dicitur non fuisse, n. 5. lib. 1. vbi dicit, quod si statuto si mulier non possit se obligare sine quadam solemnitate, eam tamen sine ea solemnitate se obligauerit, poterit eadem id statutum allegare contra alios, & obligationem subuertere; alij autem non possunt contra eam in cuius fauorem factum est; per notata in l. his consequenter, ff. familia erciscunda; & alia quæ ipse refert. Quæ doctrina notanda est ad intellectum dictarum legum Taurinarum 54. & 55. quas supra retuli; & illam etiam ex aliis corroborat Tiraquell. cui iunge quod tradunt Archid. Ioan. Andreas, & Dominicus in rubric. de eo qui mittitur in possess. vbi dicunt, quod quamuis actor sit missus in possessionem bonorum debitoris & post annum efficiatur possessor, hoc intelligitur si ipse velit, non aliàs; quod confirmat Decius in conf. 12. num. 3. in princip. Et filij possunt renuntiare dispositioni testatoris, super alienatione, in quorum fauorem facta fuit, secundum Oldrad. in conf. 241. Decium in conf. 403. num. 23. Et priuilegia non est ita interpretandum, vt tollat priuilegia ex alio iure, vel alia causa competentem, l. sen Rufinus, C. de testam. milit. Barr. in l. 3. §. si emancipatus, ff. de bonorum posses. contra tabul. notat recte Ripa respons. 80. num. 42. cum aliis, & his etiam adde quæ scribit pro confirmatione istorum & illorum, quæ notant Nicol. & Partol. in d. l. litem in potestate, ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & plura quæ tradit Roderic. Suarez (cuius aucto-

ris miror ab aliis non factam esse mentionem, cum illius scripta adeo egregia sint) in inquam de his rectè tractat in l. 9. tit. 1. De los casamientos, fol. 82. col. 2. vers. Considera. Vltra quæ faciunt scripta per Cephal. in consil. 411. n. 18. cum seqq. lib. 3.

Ex quibus inferitur intellectus ad legem 48. Taurinam, quæ liberat filium per contractum matrimonij à patria potestate, nam debet intelligi in his quæ tali filio si vtilia sunt in his, quæ illi sunt damnosa, & præiudicialia, & adde Greg. Lop. in l. 7. tit. 18. in glof. in verbo, Confejero, part. 4. vbi ex Gl. in l. nepotes, ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & ex aliis; intelligit illam legem ponentem 11. casus, in quibus filius liberatur à patria potestate in vtilibus, non in his quæ sunt odiosa, notat Bacca in pragmat. dotium, cap. 7. num. 24. fol. 41; Menoch. de recup. pos. remed. 13. num. 321. pag. 504. Menchaca de succes. creat. libr. 2. §. 15. n. 84. & 85. quem citat Alexand. Reftaur. in tractatu de substitut. par. 1. cap. 7. n. 15. fol. 33.

Vnde etiam fit, quod filius præsumitur esse hæres patris in his quæ illi vtilia sunt, non etiam in damnosis, nisi expresse se immisceat propter beneficium abstinendi sibi concessum, l. si filius qui patri, ff. de vulgari; nam nec emancipatus, ff. de leg. 1. & tenet Bald. & alij in l. 1. C. si minor ab hæred. se abstineat, Alex. in conf. 34. Vfo processu, num. 4. lib. 3. vbi Gl. Paris. refert Mantica lib. 12. de coniect. ment. defunct. tit. 10. num. 3. pag. 613. Suarez in tit. De las herencias, n. 49. pag. 454. cui adde Angel. Arct. in §. neque Insti. de auctor. tutor. n. 1. fol. 45. & eadem Gl. Paris. in consuetud. Paris. §. 22. n. 94. fol. 196. & qualiter filius præsumatur hæres patris, vide quæ scribo in hac 4. part. quæst. 16. & contractus factus sine licentia mariti, si vtilis est marito, valet secundum Ioan. Lop. in rubr. de donat. inter virum & vxorem, §. 68. n. 6; & alios quos citat Gurtierrez in practicois quaestionibus lib. 2. quæst. 2. n. 11. pag. 58. & in fauorem pie Causæ, & causa præsumitur finalis, si sit fauor pie Causæ, non aliàs; cap. virum, vbi Abb. de condition. appositis, notat Tiraquell. in tractatu, de cessante causa, & limit. 1. num. 58; faciunt tradita per Hippol. in l. 1. §. si serui, num. 8. fol. 25. ff. de quaestionibus. Et statutum, quod si Scholares habeantur pro Ciuibus, intelliguntur in his quæ sunt illis vtilia, non in damnosis, secundum Bart. in l. 3. §. si emancipatus, ff. de bonorum posses. contra tabul. & alios quos refert Alciat. in tract. de pres. reg. 3. pres. 29. n. 11. & dicit Gl. Paris. in consuet. Paris. §. 22. p. 1. n. 94. quod præsumptio illa filius, ergo hæres, & virtus suitatis non habet locum nisi ad commodum filij, & quando à filio, vel causam habente, allegetur, secus si ab extraneo; & inquit Gl. Paris. in eodem §. 22. n. 133. fol. 222. quod priuilegium concessum Ecclesie ex l. vlt. C. de sacros. Eccles. procedit Ecclesia volente, & acceptante, non aliàs, & Scholastici habentur pro Ciuibus, quoad vtilitates eorum, non ita damnosis, vt scribit Rebuf. in priuileg. scholastic. priuileg. 126. vbi tradit alia huic materiæ affinia, & idem Rebuf. in l. quod dicimus 231. pag. 104. ff. de verb. signific. Quint. Mand. reg. 52. reservationum, quæst. 18. n. 6. fol. 24. & facit quod ex Paul. de Casto scribit Felin. in c. Rodulphi n. 18. fol. 173. de rescript. Et testamentum conditum inter liberos dicitur habere clausulam derogatoriam ad sequentia testamentum, nisi sit aliud secundum testamentum etiam inter liberos, quod sit vtilius & fauorabilius ipsis liberis; quia si non sit vtilius secundum testamentum, primo non derogant, vt volunt Barth. Socin. in conf. 163. col. penul. lib. 2. & alij, quos citat Ias. in aut. hoc inter liberos, n. 3. C. de testam. tradit Aym. conf. 143. n. 8. Et hoc in loco non est prætermittenda quædam egregia doctrina D. Ant. de Padill. in d. l. post mortem, n. 22. fol. 62. C. de fideicom. vbi tradit, quod maritus non potest restituere maioram filio, vel alij legitimo successori.

Et quod mulier sine solemnitate statuti requirentis si consensum consanguineorum, possit acquirere possessionem, tradit Carol. Rujin in conf. 129. in fine, lib. 2. quem citat

citatur Simon de Pratis lib. 5. de interpretand. defun. v. v. lunt. dabit. 3. num. 50. fol. 494. & resolut Quintilia. Mandol. in tract. de atate minoris. qu. 21. numer. 5. fol. 24. & valet contractus factus per tutorem, vel administratorem minoris, si sit illi utilis, vt ex regul. text. in l. non ideo minus, C. de procurator. & aliis inibus concordantibus, resolut Marien. in l. 23. tit. 11. lib. recop. glos. 1. nu. 6. fol. 400. & mulier alibi nupta in his, quæ ad eius commodum tendunt, remanet ciuis, secundum Bart. in l. si. §. idem rescripserunt, ff. ad municip. Rolan. in conf. 76. numer. 2. 6. lib. 3. faciunt plura quæ scribit Ias. in conf. 59. col. 3. lib. 3.

149 Et ex istis infertur etiam quod intellectus ad capitulum Curiarum Vallisolei anni 1555. quod prohibet ne minores 25. annorum, vel filij familias possint facere aliquem contractum, emendo aliquas merces pecunia credita, vt latius in dict. cap. statutum est, hodie l. 22. tit. 10. lib. 5. ordinam. quia licet ipsi minores, & filij familias, & illorum patres, & curatores possint opponere de non obseruata solemnitate dicti capituli, alij tamen in damnum minorum & filiorum familias de hoc opponere non possunt, & ad alia pleraque potest inferri intellectus, quæ omitto.

150 Ex his igitur (vt ad nostrum propositum calalum conuertamus) apparet quod d. l. 45. non obest prædictæ opinionioni, nec obstat alia quæ adduximus, quia habent particulares rationes, & omnia in proposito nostro cessant ex dispositione text. in d. l. cum quidam capitulis, ff. de iure fisci: qui ad prædictam opinionem est clarus: & cum ista opinio sit fauorabilior pro conseruatione bonorum maioratus, in ambiguo est amplectenda: & an qui commisit delictum pendente tempore processus, possit officio renuntiare, tractat Tell. in dict. l. 4. Taurina, num. 64. ad quem addo Gomez. in regul. de annuali possessore, quæst. 24. & lege quæ scribo supra.

151 Et ex superioribus etiam determinari potest an parentes in præiudicium filiorum, quod possint repudiare hæreditatem, legatum, seu donationem eisdem factam, & è contrario an ipsi filij in præiudicium legitimæ, quæ debita est parentibus, possint facere renuntiationem: & videtur, eam licitam esse cessante fraude: quod quando ius non est iam acquisitum: nam altero ex his duobus concurrente, non est licita renuntiatione: ad quod facit doctrina Bald. in conf. 81. lib. 4. vbi vult, quod mater potest approbare testamentum filij in præiudicium aliorum filiorum, quod refert & confirmat Nicol. Boer. decif. 96. num. 10. qui ad hoc etiam citat Alexand. conf. 50. & conf. 148. num. 3. lib. 7. Sed in terminis, quod si mulier nupta non possit in præiudicium patris donare bonâ acquisita constante matrimonio, in præiudicium legitimæ patri debite, licet à principio possit renuntiare, voluit Ioann. Lupi. in rubr. de donationib. inter virum & uxorem, §. 63. num. 6. fol. 40. hodie pag. 202. col. 2. quibus congruunt quæ late scribit Ioann. Gurtier. in cap. quamuis pactum de pat. in 6. in princ. num. 14. cum seqq. pag. 377. vbi disputat, an si filius vel filia renuntiantes hæreditati, possint renuntiare in præiudicium patrum ante acquisitam talem hæreditatem, vel postea quam acquisita fuit: vbi hoc notanter tractat, quo loco concludit renuntiationem non præiudicare parentibus, etiam ante acquisitam hæreditatem.

152 In qua quæstione animaduertat lector ad notabilem doctrinam Pauli de Castro in l. fin. num. 5. C. de bonis que liberis, quam citat Tell. in l. 6. Taur. num. 55. Xuarrez in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testament. ampliat. 1. 6. num. 69. vbi videtur distinguere inter consensum præstitum per filium ad maioratum factum per patrem ante hæreditatem quæ acquisitam, & consensum præstitum post acquisitam hæreditatem: ad quæ adde notabilem resolutionem Tiraquel. libr. de legibus conuenticibus glos. 7. Exptiz, num. 75. fol. 308. vbi ex Barto. & aliis pluribus Authoribus ponit doctrinam, quæ licet renuntiatione hæreditatis declarata non præiudicat pa-

tri, vt ex propria persona possit adire. Et ad doctrinam Ioann. Lopij in rubr. de donationib. inter virum & uxorem, §. 47. num. 2. & 3. pag. 135. vbi vult, quod si pater grauamen fideicommissi imposuit filio in legitima, vt restituat post mortem filio suo primogenito, & filius expressè consentiat, valet grauamen; & filij consentientis non possunt dicere quod fuit factum in illorum fraudem. Et ad doctrinam Bald. addo Carol. Ruin. in conf. 20. num. 4. & 5. lib. 1. Cephal. in conf. 34. num. 18. lib. 1. & in conf. 142. n. 19. & 20. & 48. eodem lib. & conf. 405. num. 55. lib. 5.

154 Et ex his etiam diffiniri potest, an possit mulier nupta renuntiare bonis matrimonio constante acquisitis, in fauorem mariti, & in præiudicium parentum, vel filiorum quibus legitima debetur. In quo etiam videtur, quod sit licita talis renuntiatione, nisi bona iam acquisita, & incorporata in societate matrimonioij fuerint; & nisi hæc renuntiatione facta fuerit in fraudem legitimæ, quæ parentibus debetur. Et idem dici potest si mulier habens filias, velit facere in fauorem mariti renuntiationem horum bonorum, quæ acquiri possunt durante matrimonio; quod refert & sequitur Ioann. Gurtier. lib. 2. practicar. quæst. 127. num. 5. pag. 298. Et hoc modo intelligenda sunt quæ notant decif. Rotæ in antiquis 842. & decif. 2. tit. de pactis, & Nicol. Boer. decif. 244. num. 2. Roderic. Suar. in tit. De las ganancias, limitacione 1. & Gregor. Lopez in l. 5. tit. 11. part. 4. in gloss. in verbo, Otra manera, vbi late tractat, quemadmodum mulier quæ possit renuntiare his bonis matrimonio constante acquisitis, Guillelm. Benedic. in cap. Ræmuntius, de testament. in verbo, quidam Petro tradiderunt, num. 98. fol. 428. Anton. Gom. decif. 367. num. 4. & multos refert nouissime Valdes in additionibus ad Rodericum Suarez, in tit. de las ganancias, litera A. pag. 14. ad quos addo Michaëlem de Palacios in tract. de contractibus, lib. 6. cap. 1. pag. 512. & punctum nouissime resolut Thom. Sanchez in tract. de matrimonio, lib. 6. disputat. 5. num. 1. cum sequentibus, pag. 916. quos iunge ad Menchacam lib. 1. controuerfarum, cap. 12. & ultim. num. 6. vbi plene tenet quod non valet pactum factum inter maritum & uxorem, per quod mulier renuntiat, quod non vult habere partem in fundo per maritum empto: quod fundat contra Nicol. Vbald. Ioan. Lop. & alios quos refert: contra quem ultra prædicta facit sententia Gloss. Paris. in consuetud. part. 1. §. 30. num. 70. vbi præsupponit licite coniuges posse renuntiare bonis, quæ alias communia essent absque renuntiatione, & faciunt quæ scribit ibi eadem Gloss. Paris. num. 75. & idem vult Anton. Gomez in l. 51. Tauri, num. 66. vers. Quinque est, fol. 260. & late tradit Marien. in l. 9. tit. 9. gloss. 1. lib. 5. recop. num. 1. cum seqq. fol. 271. Ioann. Gurtier. lib. 2. practicar. quæst. 9. 126. num. 5. pag. 296. Episcop. Couarru. in epitome de sponsalibus, 2. part. cap. 7. §. 1. num. 11. & 12. fol. 92. qui alios citat, & plura ad propositum: Et pro decisione istius quæstionis omnino legenda sunt quæ scribo part. 1. q. 23. vbi inter alia tracto, an statim quod bona acquiruntur constante matrimonio, transeat dominium in uxorem, & bonum consilium Nicol. Boer. §. 1. num. 5. & decif. 202. & vtrum mulier quæ constante matrimonio consentit liberè, quod maritus possit alienare ex causa lucratiua bona acquisita constante matrimonio, sibi præiudicet; disputat Auend. respos. 33. quod cautè obseruandum est propter legem Regni 5. tit. 9. lib. 5. recopilar. quæ cessante fraude permittit marito liberè alienare bona acquisita constante matrimonio, de qua meminit Auend.

155 Et animaduertat etiam, quod maritus in præiudicium fisci, cui bona postea deferuntur, non potest renuntiare bona constante matrimonio superlucrata, quæ in patrimonio iam sunt delata & incorporata, quod patet ex superioribus, & l. 77. Taurina, hodie l. 10. tit. 9. lib. 5. recopilar. Et quia omittit lucrum iam acquisitum, pro damno reputatur, secundum Gloss. in l. 1. §. si quis propter, in verbo, restitutionem, ff. de itinere actiue priuato, & vbi lucrum est radicatum, priuatio lucri

Iucri est damnus, secundum Cin. & Bald. in l. cum te, in princip. C. de donat. ante nupt. notat Dec. in consil. 260. num. 3. & 6. & probatur ista opinio in l. liberto octuaginta, ff. de bonis libertorum, & traditur per Ias. in l. si cum quis, num. 3. C. de iuris & facti ignorantia; & in l. 3. §. Labeo, 3. ff. de acquir. poss. & in l. reprehendenda, num. 10. C. de insti. & substitui. & in l. ult. num. 10. C. de codicillis, & in l. non amplius, num. 7. ff. de leg. 1. & in l. si ita stipulatus, ff. de verb. oblig. & in l. quominus, num. 48. de fluminibus; & Rebus. in l. vnic. C. de sententiis qua pro eo quod interest preferuntur in Gloss. in verbo, prout nu. 20. pag. 28. Carol. Ruin. in rubric. ff. solut. matr. nu. 273. pag. 40. Alex. vbi Gloss. Paris. & plures refert in conf. 89. num. 11. lib. 2. & Decius in l. in eo quod, ff. de reg. iur. & in cap. Ecclesia, num. 34. de consil. Ioan. Lopius in cap. per vestras, colum. 313. hodie, notabil. 3. §. 2. 1. num. 4. pag. 462. Episcop. Couarru. de sponsalibus, part. 2. cap. 3. §. 3. num. 7. Gomez in regula, de non tollendo iure quæsto, Tiraquel. in l. si emnam, in verbo donatione largitus, num. 155. pag. 249. C. de renouand. donat. & dixi in alio loco, ex quibus apparet diuersum esse, vbi maritus renuntiat in fauorem mulieris talia bona, ante quam acquisita & incorporata sint pro quibus facit, quod ius quæsitum facilius conseruatur, quam de nouo acquiritur, vt late tradit Barbac. in consil. 3. colum. 3. & 5. libro 1. & in consil. 20. eodem libro, & in aliis pluribus consiliis citatis à Tiraquel. in l. 60. vers. 8. hoc sermone, limitat. 1. num. 39. folio 145. vbi refert Felin. Dec. & alios plures.

157 Et prædictis, maxime ex his, quæ scripsi in versiculo, Hoc etiam in loco num. 117. determinatum etiam fuit, quod cum quidam in iudicio petiissent à quibusdam illustribus pupillis magnam pecunia quantitatem viginti mille ducatorum, quæ excedebat valorem pupillis, tanquam ab hæredibus patris, pupilli in exceptionibus repudiauerunt hæreditatem patris, cum autoritate matris illorum turcicis, & fuit petitum pro parte actoris, quod repudiatio non erat solemnis: quia non erat facta cum Iudicis autoritate, iuxta sententiam Bartoli & aliorum in l. tutor, ff. de bonorum possess. secundum tabulas: fuit igitur decifum, hoc non obstante, quod non valuit illa repudiatio contra creditorem illorum, qui dicebat non esse sufficientem, ad quod facit l. non fraudantur, ff. de regulis iuris; & l. quod autem, ff. de his que in fraud. creditorum, & alia supra citata.

158 Et hinc etiam fit, quod si Prælatus, quod vel tutor recipiat canonem ab emphyteuta, qui ceciderat propter aliquam causam in Commissum rei emphyteuticæ, præiudicat minori, vel Ecclesiæ, vt postea non possint petere, rem in Commissum incidisse; non alia ratione, nisi quia nondum ex toto ius erat declaratum rem in Commissum venisse: & notant Glossa. Invol. & Abb. in cap. potuit, de locato, explicat latius Gloss. Paris. quid in procuratore habente generale mandatum, & in marito recipiente canonem de re uxoris, part. 1. consuetud. Paris. §. 14. n. 9. cum sequentibus, fol. 169.

Venit etiam ex his, quod Prælatus potest repudiare legatum relictum Ecclesiæ secundum Federicum de Senis consil. 9. Lapum allegatione 26. versiculo, item solemnitas; Cardinal. in cap. sua in fine vers. 8. quæro, vbi Abb. vers. vit. scias: de his que sunt à prælatis; & est communis opinio, secundum Iasonem in l. legatum, num. 19. ff. de legat. 1. Aretin. in l. si is qui hæres, §. ult. ff. de leg. 1. licet contrarium teneat Bald. in l. magis puo, fundus, versiculo, & nota quod si fundus, ff. de rebu. eorum; Paul. & Alexand. qui communem dicit in d. l. legatum, & est communis opinio secundum Carol. Ruin. in consil. 22. lib. 3. de quo legendus est Anton. Gabriel. lib. 4. communium opinionum, titulo de legat. conclus. 3. n. 1. pag. 244. & faciunt quæ de remissione alicuius iuris, scribit idem Anton. Gabriel. lib. 3. communium opinio num. & titulo de donatione, conclus. 1. num. 41. & postea num. 76. pag. 393. & de materia & quæstione legenda sunt quæ scribit Anton. Perez. in tract. de iure fisci,

lib. 5. tit. 1. nam. 190. pag. 298. & in tract. de fideicommissis, art. 3. n. 127. fol. 39. Sed an si bona maioratus fuerint confiscata pro delicto, teneatur fiscus stare locationi factæ per delinquentem possessorem rerum maioratus, decidi potest ex doctrina Baldi in cap. 1. §. iustus, num. 1. fol. 16. quibus modis feudum amittatur, vbi dicit, quod si domino commissum est feudum, non tenetur stare locationi factæ per feudatarium, de quo puncto late & resolutiue agit Gloss. Paris. in consuetud. Paris. p. 1. §. 30. q. 22. num. 90. fol. 241. quem vide ad resolutionem nostræ quæstionis.

S V M M A R I V M.

- 160 Sequens in gradu si negligat petere maioratum, quem antecessor propter delictum amisit, an fisco ins aliquod acquiratur.
- 161 Possessio non transfertur in fisco propter delictum possessoris maioratus.
- 162 Dominionum vile censuarij, licet aliquo casu reuertatur ad dominum, non tamen possessio transfertur.
- 164 Vt capi possunt per extraneum bona propter delictum amissa, & n. 165.
- 166 Priuarizon potest tertius absque causa cognitione, si habeat & possideat bona maioratus.
- 167 Dominionum bonorum ipso iure amittitur per crimen lasa Maiestatis.
- 168 Fiscus quauiter teneatur soluere pretium emptoribus rerum confiscatarum.
- 169 Fiscus soluere teneatur pretium rei, quam delinquens emerat.
- 170 Lite pendente an sint decernenda alimenta ex bonis sequestratis, filio, vel uxori delinquentis.
- 171 Ius patronatus an confiscari possit cum bonis maioratus.
- 172 Melioratio quando presumatur facta in fraudem fisci.
- 174 Princeps si non procedat contra aliquem, an contra eius filios procedere possit, & n. 175. & 177.
- 176 Acquisitum ab herede ex sua industria & diligentia, non imputatur in l. Falcidia.
- 178 Sententia confiscationis bonorum est stricti iuris.
- 179 Verbis narratiuis & dispositiuis Principis attestantis aliquem fuisse priuatum bonis maioratus propter delictum, an sit standum, & n. 180. & 181.

159 Itca hanc etiam materiam non est omittenda quædam quæstio, quam tangit Gregor. Lopez in l. 10. titulo 13. part. 6. in glossa vltima, vbi dicit, quod si possessor maioratæ committat tale delictum, propter quod maioratæ transeat in sequentem vocatum, quod si illi sic negligens quod petere intra duos menses, quod possit petere fiscus, per illum textum, vbi probatur, quod si pater instituat hæredem, vel faciat legatum in filium incestuosum, aut adulterinum, & competat ius renouandi legatum filijs, vel fratribus, aut alijs consanguineis testatoris, quod si intra duos menses id non renouauerint, fiscus capit relictum; & idem probatur in l. 1. C. de naturalibus liber. Sed dura est conclusio Gregor. Lopez, & idè recta ratione ipse cogitandum relinquit: quia illæ leges loquuntur in bonis liberis, & in casu speciali, de quo in illis fit mentio; & nullatenus in successorem in maioratu sunt trahenda. Quid enim absurdius potest esse, quam excludere successorem maioratus ex eo, quod non petiuit proprietatem, vel possessionem bonorum maioratus, quem ipso iure lex facit possessorem absque aliqua apprehensione, cum antecessor mortuus est, vel delictum commisit, per quod remansit incapax, & ius in sequentem fuit delatum? Item, si de portatus, ibi: Fratris obstat, ff. de bonis libertorum, & dixi latius in 2. p. huius operis quæst. 3. & in 3. parte, quæstione etiam 3. & prædict. l. 1. & l. part. loquuntur in casu speciali, quando filio adulterino vel incestuoso relinquitur lega-

tum, possessor verò bonorum maioratus nihil reliquit, vel amisit quod proprium illius esset, sed successorum.

Ex quibus, & aliis quæ omittunt, intrepidè tenent contra Gregor. Lopez; imò cum bona maioratus penè regulariter sint imprescriptibilia, etiam per tempus 40. vel centum annorum, non excluditur successor legitimus aut illius filius à petitione bonorum, secundum ea quæ scripsi in questione 20. supra eodem.

161 Notandum est etiam in his casibus, quod confiscatis bonis maioratus, siue ipso iure, siue per sententiam, quamvis transeat dominium in filium, & Camera regalem, non tamen transfertur possessio absque apprehensione; nec in hoc casu locum sibi vendicat l. 45. Tauri: quod probatur ex aliquibus quæ scribo in 3. part. huius operis, quæst. 5. per totam; & deducitur: quia dicitur l. 45. specialiter loquitur in illo casu, quando mortuus fuit possessor bonorum maioratus, & in favorem & conservationem maioratum; quod cessat in hoc casu, & est lex exorbitans, & ad alios casus non est extendenda: maxime, quando non militat eadem ratio: & licet dominium transeat sine possessione, quando quid sit ipso iure, ut probatur in l. commissa, ubi Glossa & Bart. ff. de publi. & idem post Dynam in l. Imperator, ff. de iure fisci: possessio tamen non transit, nisi fuerit apprehensa, Glossa in l. cum duobus, §. idem respondit socius se cessante, in verbo, dominium, ff. pro socio: & in l. ultim. C. de sacrosanct. Eccles. & alij vt per Tiraquellum in l. si unquam, in verbo, reuertatur, num. 389. C. de reuocam. donat. pag. 539. & in tractatu, le mort part. 2. declaratione 14. num. 23. pag. 257. & hanc sententiam in aliis terminis late fundat Nicol. Boer decif. 277. n. 10. cum sequentibus, ubi inter alia dicit, quod quamvis Regius procurator propter falsitatem ab initio processus factam de bonis accusati, ac sententiam condemnationis, sit factus dominus, non tamen efficitur possessor, per l. interesse, ff. de acquirenda possessione, & alia quæ citat, & ita dicit conclusum fuisse per maiorem partem Dominorum, & Egidium Bossium in practica crimin. in titulo, de bonorum publicat. n. 26. pag. 506. & idem tradit in acquisitione bonorum vacantium, in titulo, de bonis vacantibus, num. 6. pag. 704. & conducit quod circa hoc & res dotales, scribit Bald. Nouell. in tractatu de dote, part. 8. privilegio 6. num. 18. volum. 42. quod dictum etiam retuli in 3. part. huius operis, quæst. 19. & facit doctrina Baldi in tractatu, de pace Constantia, in verbo pactiones, in fine: ubi dicit, quod licet dominium vile transierit aliquo casu ipso iure reuertatur ad dominum directum, possessionem tamen nullus perdit, donec eiiciatur foras: sic decidit Glossa celebris in cap. licet Episcopus, in verbo, te non vocato, de prebendis in 6. quod usufructuarius finito usufructu non potest à quasi possessione repelli, sed contra eum agendum est negatoria actione, vel ex cautione de restituendo, quam Glossam sequuntur ibi Doctores; & hoc est tenendum.

162 Quamuis Glossa Paris. in consuetudinibus Paris. part. 1. §. 30. num. 172 fol. 25 r. teneat, quod quando in feudo ipso iure domino consolidatur, possessio etiam in dominum ipso iure transfertur. De quo dicto non sine ratione dubitari potest propter superiora scripta, & in dict. q. 5. 3. part. huius operis. Et licet Parisius in consil. 1. num. 174. lib. 1. teneat, quod ubicunque quis est priuatus ob rebellionem dominio bonorum suorum, potest Princeps, seu eius Camera propria auctoritate ingredi in possessionem bonorum suorum: ad quod refert notata per Bald. in cap. ceterum, de iudiciis, & in l. 1. q. 21. ff. de rerum diuisione: & ista seruiunt pro doctrina Anton. Peregr. in tractatu de fideicommissis, art. 31. num. 35. fol. 283. ubi resoluit, an per publicationem bonorum fideicommissa nondum agnita per condemnatum transeant in fiscum. Vtcumque tamen sit, in nostro proposito dicta sententia est tenenda circa intellectum d. l. 45. Tauri, quam etiam tenent in 3. p. huius operis, quæst. 19. ubi legi debet.

Et hac conclusione habita pro vera, sequuntur plures effectus, & inter alios, quod si aliquis extraneus possideat alia bona, & vsucapere potest habita distinctione, de qua per Bart. in l. in omnibus, ff. de diuersis & temporalibus prescriptionibus. Cuius opinio communis est secundum Aretin. conf. 103. de quo tractat Episcopus Couarr. in epitome de sponsalibus, part. 2. cap. 6. §. 8. num. 16. folio 74. & Egidius Bossius in dict. practica crimin. dicto titulo de bonorum publicatione, num. 78. & eundem Episcopus Couarr. in regula, possessor, de regulis iuris in 6. 2. p. relection. §. 2. num. 7. fol. 24. & legenda sunt quæ scribit Simancas lib. de institution. Catholicis, cap. 9. num. 86. Fortius dico, quod hoc casu sufficit vsucapio ordinaria, & non requiritur tantum tempus, sicut exigitur ad vsucapionem bonorum maioratus, ut diximus in quæst. 20. supra, eodem: quia iam iudicari debet sicut de bonis liberis, & non censetur iam bona restitutioni subiecta sed libera, argument. text. in l. cum pater, §. quindecim, ff. de leg. 3. & aliorum quæ scripsi supra, in hac 4. part. quæst. 19. ubi de dicto §. quindecim, late actum est. Sed hoc non transit sine magna difficultate, quia ubicunque bona applicantur Coronæ Regiæ, applicatio fit dignitati & Coronæ Regiæ, & non ipsi personæ Regali, & idè de rebus bonis non est iudicandum sicut de bonis fisci: sed dignitatis Regalis; prout dixi in 1. quæst. supra, eod. in versiculo, & sicut directo. Quare videtur, quod in his procedit, sicut in aliis bonis Regni, l. 1. titulo 17. part. 2. de cuius intellectu tracto in questione 2. supra. Et quod bona prouenientia Regi, occasione delicti, sint de Regalibus, tenet Abbas in cons. 6. col. 3. vers. idem bonis lib. 2. Aymon Crauer. conf. 128. num. 4. in quo puncto vide quandam latissimam distinctionem, quam tradit melius omnibus Glossa Paris. in consuet. Paris. d. §. 30. n. 169. cum aliis fol. 251.

Et sequitur etiam ex prædictis, quod Princeps non potest priuare rum his bonis maioratus, nisi prius conuictum, & condemnatum, & antequam hoc factum sit, non potest ad se aduocare talia bona, nec habere manu iniectioem, nec accipere possessionem: quod probatur ex c. 1. de feudo sine culpa non amittend. late Andre. de Ifern. in c. 1. vers. calidus, de prohibiti. feud. alienat. per Federicum, & aliis, quos refert Alexand. conf. 124. lib. 1. & Thom. Gramm. decif. 15. n. 8. pag. 64. lib. 2. de quo etiam legenda sunt quæ scribit August. Beron. in cons. 65. num. 150. lib. 1. ubi de his late agit: & an fiscus capere possit bona maioratus delinquentis, confiscata ob aliquod delictum pro vita delinquentis, vel vocatus ea petere possit statim non expectata morte delinquentis, resoluit Ang. in l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inofficio. testament. Alexand. in d. conf. 23. lib. 1. & in cons. 185. lib. 2. Curt. Iun. in cons. 120. num. 11. Carol. Ruin. in cons. 122. vers. quinimo etiam, lib. 2. & alij plures, quos citat Cephalus, qui copiosè punctum tractat in cons. 395. num. 29. lib. 3. de quo lege etiam Molinam lib. 4. de primogeniis, num. 12. cum segg. fol. 192. & egregiam doctrinam Alexand. in cons. 23. num. 12. lib. 1. quam cito part. 2. quæst. 3. num. 85. & in hac 4. p. quæst. 40. num. 13. & tradit etiam Anton. Thesaur. decif. Pedemont. 167. num. 2. post alios, quos citat: & an fiscus pro vita delinquentis possit capere pensionem, quam delinquens habet, an pensio vacet, tradit Petr. Gambar. de officio Legat. de latere, lib. 6. num. 723. cum segg. pag. 103. in qua materia est magni faciendi doctrina Anton. Peregrin. in tractat. de iure fisci, lib. 2. tit. 1. num. 17. pag. 74. ubi tradit quod in feudis, fideicommissis, & in maioratibus non succedit fiscus, sed proximior consanguineus, etiam in vita delinquentis, ut fuit factum cum Cosme de Medicis, excluso Laurentio de Medicis, ex sententia Caroli Quinti Imperatoris, ut tradit Tiber. Decian. in cons. 19. num. 143. lib. 3. Quod autem sententia lata contra patrem super crimine læsæ Maiestatis, non præiudicet filiis non citatis, tradunt Barth. Socin. in cons. 4. n. 27. lib. 3. Burfat. in cons. 225. n. 192. lib. 2. supra relatus: quod pendet ab his quæ scripsi supra, quæst. 14.

167 quæst. 14. ubi retuli istud consilium Socini. Animaduerto etiam in hac materia, quod licet de iure Ciuili erant aliquæ opiniones, an per delictum læsæ Maiestatis amitteret quis bona ipso iure, aut per sententiam, ut per Bart. in l. si debitor, ff. de his quæ in fraudem creditorum: & in Authenticis, de incestis nuptiis, in principio, Abbas in cap. dilecti, de arbitris, quæ in aliis pluribus locis tractatur; hodie ex dispositione l. 4. tit. 2. part. 7. hoc expeditum est: quia delinquens ipso iure bona amittit. Quod aperte probatur in illa lege, & in l. 2. tit. de las trayciones, lib. 8. ordinamenti, & in l. 4. tit. 4. part. 5. & hoc nos tenere debemus, quidquid post alios teneat Glossa Paris. in consuet. Paris. d. §. 30. n. 25. fol. 233.

168 Et quid si possessor bonorum maioratus aliquam rem alienauerat ex bonis maioratus, quam postea fiscus reuendicat, & capit ob delictum læsæ Maiestatis, vel hæreticæ prauitatis commissum, an teneatur soluere emptori pretium, quod delinquens præcepit communitur concluditur, quod si pretium fuit conuersum in commodum bonorum delinquentis, & commodum delatum fisco, simul cum bonis, tunc fiscus soluere tenetur pretium, & non aliàs, secundum Bart. in l. 3. ff. de his quæ in fraudem creditorum, per Lemptor, ff. de rei vendic. & Conrad. in tract. de contrahibus, qui adde Ias. in §. item si quis in fraudem, num. 90. fol. 34. Infit. de actionibus, & Simancas, qui hoc latius tradit in lib. de institut. Catholicis, cap. 9. num. 22. cum segg. fol. 19. qui alias quæstiones circa hanc tractat, Episcopus Couarr. in d. §. 8. num. 8. & Egid. Bossius in dict. practica crimin. tit. de bonorum publicatione, num. 77. pag. 528. ubi num. 22. refert Ioan. de Imol. in cons. 37. col. 7. & 9. disputantem si delinquens habeat bona in diuersis principatibus, ita quod alibi non publicantur, & condemnatus habeat creditores, tam in eo loco quam in alio, an ipse debitor teneatur ad solutionem debitorum, an fiscus ad id obligatus sit: & vide eundem Egidium Bossium in tit. de fisco, & privileg. eius, num. 71. pag. 668. & in tit. de remediis ex sola clement. princip. procedent. n. 53. ubi resoluit, quod Princeps non potest facere gratiam, neque indulgentiam quoad bona sita in alio principatu, quem citat nouissime Tiber. Decian. in practica crimin. lib. 3. cap. 33. §. num. 96. fol. 143. & legenda sunt quæ scribo part. 1. quæst. 58. & ad punctum etiam legenda sunt quæ notat Quemada in questionibus suis, q. 7. fol. 24. ubi scribit qualiter dicatur pretium versum in utilitatem fisci.

169 Et ex his fit, quod si illè, qui commisit hæresim, & vel crimen læsæ Maiestatis, emerat iam bona & pretium nondum soluerat, fiscus tenetur illud soluere, si res empta extat, l. in conditione, ff. de action. empti. & tenet Bald. in l. ultim. §. vlt. C. communia de legat.

170 Sed qui scire cupit, an lite pendente inter Regium fiscum, & uxorem & filios condemnati, sint nec decernenda alimenta ex bonis sequestratis, filio, vel uxori? legat Egidium Bossium in practica crimin. tit. de alimentis præstandis uxori, pag. 545. quem ad aliud propositum refero in q. 35. infra, eod.

Deinde quæro si datur casus, in quo per delictum amittat quis bona maioratus, & confiscentur, & ad talem maioratum pertineat aliquod ius patronatus, an confiscetur simul cum bonis maioratus? In qua quæstione Glossa in cap. filii, 16. quæst. 7. in ea est sententia, 171 quod ius patronatus confiscari potest simul cum vniuersitate bonorum, & idem tenet Ioan. Andr. & Abb. in cap. nobis de iure patronatus. Sed ista est lata quæstio, cuius virtutem, & resolutionem lector percipere potest ex scriptis abundantè per Rochem de Curte in tract. de iure patronatus, in verbo, ipse, versis: quæst. 29. fol. 82. num. 65. Chassan. in consuetud. Burgundia, rubr. 2. §. 2. num. 7. & 8. fol. 96. col. 2. in vers. 1. dicit: Socin. Iun. in cons. 31. num. 1. cum aliis, lib. 2. Cæsar Lambert. de iure patronatus, lib. 1. 2. quæst. princip. p. 2. art. 40. fol. 146. n. 3. & 4. & faciunt quæ circa hoc scribo p. 3. q. 11.

172 Et quando præsumatur quod quis fecit in filium maioratum, vel meliorationem in fraudem fisci, & ad excludendum fiscum, ne capiant bona pro delicto; explicat Decius eleganter in consil. 235. num. 2. cum aliis.

173 Pone vero, quod quis commisit aliquod crimen, ob quod bona maioratus amitti poterant, si esset accusatus, sed tamen nunquam accusatio fuit opposita contra eum, sed Princeps dissimulauit vsque ad mortem illius, an eo mortuo filij bona amittant, & possit pro delicto procedi. In quo puncto placet mihi doctrina Baldi in cap. 1. §. insuper, de prohibiti. feud. alienat. per Federic. fol. 76. ubi dicit quod si non est mortum iudicium contra eum, qui dominum feudi offendit, & cum possit dominus querelare, filius, & forte non potest moueri contra filium: ad quod etiam facit Glossa, ubi Cin. Bald. & Angel. in l. vlt. C. de reuocand. donat. ubi Ripa num. 236. & in c. vlt. de donationibus, & rectè explicat Barth. Socin. in cons. 66. num. 19. lib. 3. non tamen citat Bald. in dict. loco, tradit Roland. in consil. 78. num. 11. lib. 4. & est etiam consideranda qualitas delicti, ad hoc vt procedi possit contra memoriam, & bona defuncti, iuxta l. ex iudiciorum, ff. de accusat. l. vlt. C. ad l. Inliam maiestatis: §. 2. Instit. de publicis iudiciis: l. Manichæos, C. de hæreticis, & l. 2. & l. Apostatarum, C. de Apostat. & l. 7. & 8. tit. 1. part. 7. ubi Greg. Lop. in pluribus locis tradit in l. 1. C. ne ex delict. defunct. & in aliis pluribus locis, quos omitto.

174 Et qualiter Rex possit disponere de rebus confiscatis tanquam de propriis, tradit Greg. Lopez in l. 3. tit. 9. part. 6. in glossa, in verbo de los Reyes; ubi citat Andre. de Ifern. & Glossa Paris. quos non inuenio in locis per Grego. Lopez relatis: sed hoc tenet Andre. de Ifern. in c. 1. qualiter vassall. iurare debet fidelitatem, num. 6. fol. 34. sed reperio quod Glossa Paris. p. 1. consuetud. Paris. §. 10. num. 184. fol. 253. ponit regulam, quod Rex potest libere alienare quæ ad eundem iure confiscationis pertinent, & in perpetuum concedere: quod est notandum ad bona, quæ in hoc Senatu Granatenfi venduntur mandato nostri Regis Philippi, & id tradit Molin. lib. 1. de primogeniis, cap. 3. num. 18. fol. 15. qui ad hoc refert Baldum, & Lucam de Penna, & ponderat l. 2. tit. 13. lib. 6. Recopilat. quæ nihil facit vt videri potest. Ego autem confirmo per doctrinam Bald. in cap. inter dilectos num. 11. de fide instrumentorum, ubi vult, quod si vassallus alienat feudum, quod sua industria acquisiuit nocet posteris; quem citat Tiraquell. qui alia familia scribit, lib. 1. de retractu, §. 2. glo. 1. & c. n. 2. pag. 661. facit etiam l. 3. tit. 6. lib. 1. Recopilat. ibi: Por ser este derecho ganado por los Reyes por la conquista que hizo de esta tierra, & colligitur ex l. 14. tit. 3. eodem lib. 1. & ex l. 20. tit. 28. p. 3. & l. 5. tit. 8. & 19. tit. 26. part. 2. notat Belluga in speculo Principum, rubric. 4. Aucnd. part. 1. de exequen. mandur. cap. 1. num. 7. Quod confirmo ex resolutione Bartoli in l. quod dicitur, ff. de impressis in rebus dotilib. fact. ubi vult, quod quando agnatus feudo priuatur, & Princeps feudum apprehendit, si concedat alij, & Princeps feudum feodum idem volunt Glossa in c. 1. §. insuper, ubi Baldus de prohibita feud. alienat. per Federic. Andre. de Ifern. & Iacob. Aluar. in cap. 1. de vassall. decrepit. atatis, & alij quos citat Ias. in consilio 152. ante num. 1. lib. 2. de quo late go part. 1. quæst. 12. ubi hoc legendum est.

175 Ex quibus aliqui audent, & probare volunt, quod cum Reges Hispaniæ debellauerint & acquisierint ista regna à Sarracenis cum magnis laboribus & sumptibus possunt donare bona Regni; & inter alios hoc nititur probare Mencha. de successorum creatio lib. 1. §. 3. num. 4. de quo actum fuit supra, hac 4. p. q. 1. in principio, & in limitationibus, ubi legendum: & conducunt quæ scribit Abbas in consil. 3. q. 6. lib. 2. Restaurus de Imperatore, q. 164. num. 10. Marcabru. de Anguil. cons. 15. n. 71. Matthe. ab Afflic. in institutio. Neapolita super prebuid. quæst. 18. n. 4. & 5. fol. 10. faciunt l. 6. 8. & 9. tit. 26. part. 2. & l. 1. tit. 3. lib. 7. Recopilationis.

Et pro hac sententia induco bonum text. in *l. si haeres in principio*, ff. ad l. Falcidiam, ubi probatur, quod illud, quod acquirit haeres ex sua industria & diligentia non imputatur in l. Falcidia: quem adducit Gomez in regula de annali possess. pag. 825. versiculo 6. quia illud; & text. in cap. consensu, de rebus Ecclesie non alienandis, in quo probatur, quod Praelatus, qui sua diligentia acquisiuit aliqua bona Ecclesiae, libere de illis potest disponere; de quo textu etiam agit Gomez. in dicto loco vers. 25. & non est omittendus in materia, text. in l. cum loca, ff. de relig. & sumptib. funer. ubi probatur, quod vbiunque loca religiosa capta sunt ab hostibus, desunt esse religiosa, nisi sint recuperata, quasi postliminio; & idem probatur in l. sepulchra, ff. de sepulchro violato, tradit latus Tiber. Decia. in pract. criminal. lib. 6. cap. 4. num. 25. fol. 59. ad quem addo Roman. in consil. 477. num. 4. Auenda in tractat. de exequend. mand. Regis, 177 c. 1. num. 1. ubi obiter dicit, quod Rex Hispaniae dicitur possidere Regnum Hispaniae quasi res captas in bello Matienç. in l. 3. tit. 10. lib. 5. Recopilat. glof. 7. nu. 13. fol. 285. qui fol. 284. alia ad propositum scribit, & tradit in bono casu Matth. ab Affl. & in cap. 1. §. si vassall. num. 4. folio 220. hic finitur lex Corradi: & quod ex Curt. Iun. scribo supra, in hac parte, quast. 1. scilicet in cons. 275. num. 13. & 76. lib. 2. an Dominus noster Rex Catholicus Ferdinandus teneretur obseruare quaedam Pragmaticam per illum factam ante acquisitum Regnum Neapolitanum; quibus congruit doctrina Barth. Soc. in cons. 4. n. 12. lib. 3. ubi resoluit Regem posse donare bona Regni, quae ob confiscationem illi declarata fuerint: quem citat Ripa in cons. 80. n. 51. & facit notabilis text. in c. Abbate sane, de re iudic. in 6. & egregia doctrina Matth. ab Affl. in cons. Neap. lib. 1. rubr. 83. n. 5. ubi resoluit quod res patrimoniales Regis sunt propriae ipsius Regis, sicut priuatarum personarum, quae sunt propriae eorum. Et quod inter res patrimoniales Regis, & bona fiscalia, est maxima differentia, nam res patrimoniales Regis sunt propriae ipsius Regis, vt sunt bona, quae obuenerunt Regi ob rebellionem alicuius subditi, vel quia sunt bona vacantia, vel ob aliam causam: & extra praedicta magnam negotium faciunt doctrina Barr. in l. eius; §. Celsus, num. 2. ff. ad municipalem, Bald. in cons. 322. lib. 4. & in cons. 156. Proponitur quod quidam locus lib. 3. Archidia. in cap. placuit, 2. quast. 3. Alberic. in authentica, si vero dominus, C. de hereticis, Martin. Laud. in tractat. de Princip. q. 1. 100. Ripa in l. id quod apud hostes, num. 5. fol. 114. ff. de legat. 1. ubi Carol. Ruin. num. 2. pag. 128. Suar. allegat. 9. quasi per totam; & facit egregium consilium Gozad. 14. num. 15. ubi refert bonum textum & Glossam in d. c. Abbate sane de re iudic. in 6. qui text. inter alia probat, quod possunt legari res hostium sub conditione si nostra fuerint; de quo per Bart. & alios in l. id quod apud hostes, ff. de leg. 1. & per eundem Bart. in l. liber homo, ff. de verb. obligat. quod in donatione facta ad causam piam, resoluit Tiraquel. de pia causa, privileg. 90. per leg. generaliter, §. bestium, ff. de fidei commissis liberatib. & haec addenda sunt ad ea quae de ista materia scribunt Marienço de stylo Cancellaria, praeminentia 13. Episcop. Couarru. in regula possessor de regulis iuris in 6. part. 2. §. 2. num. 9. fol. 26. & quae scribo quast. 22. n. 108. Ioan. Garcia de coningali acquesitu, n. 173.

Post haec, est vtile scire, quod sententia confirmationis bonorum est stricti iuris, & quidquid expressum non reperitur, omnino omittitur videtur, secundum Bald. in l. 1. col. antepenult. versiculo, apparet igitur ex praedictis, C. de heredibus instituend. & l. 2. in fine, C. qui testamenta facere possunt, & circa ea quae scripti quando dicantur de patrimonio Regis, nouiter acquisita; est notatu dignum quod scribit Alberic. in rubric. C. de fruct. & litium expens. ubi resoluit quando feudum aperitur domino propter finitam generationem, sint fructus iurisdictionis, & possit disponere de eo feudo, sicut verus dominus, de quo etiam per Imolam in l. si ff. solui maritum. Aegidium Boffium in pract. crimin. tit. de penis, n. 33. p. ag. 492.

Adde etiam quod verbis narratiuis Principis & dispositiuis attestantis aliquem fuisse priuatum bonis maioratus propter delictum, maxime in antiquis, statim debet; quod latus fundat Barth. Socin. loquendo in Papa in cons. 266. num. 27. cum segg. lib. 2. per text. in Clement. 1. de probationibus, & in c. cum nobis, de testibus, & Glossa in cap. si Papa, de privilegiis in 6. & in c. cum olim, de censibus, & alia plura quae refert, ubi responderet ad omnia quae in contrarium obici possunt, Tiber. Decian. responsio 25. num. 8. lib. 1. sed hoc rectissime resoluit Aymon de antiquitate temporum, part. 1. num. 5. quem lector videat, & eundem cons. 48. num. 1. maxime si in verbis Princeps se fundat, etiam si sint enuntiatua, vt probat Afflict. decij. 305. in causa Martoni. n. 5. late Alciat. responsio 169. num. 9. cum segg. sic inquit eleganter Alexand. cons. 15. num. 2. lib. 5. quod per verba narratiua Principis, etiam enuntiatua probatur aliqua bona esse feudalia, & ubi Princeps dicit se de facto informatum, credendum est, secundum Angelum in cons. 367. Serenissimus, Cornicus cons. 12. circa medium, lib. 1. Menoch. cons. 2. num. 108. & quod si Princeps dicat se bene informatum esse de aliquo negotio, non admittitur probatio in contrarium, probat per plura fundamenta Curtius in cons. 65. num. 6. versiculo, confirmatur, quem citat Paris. in cons. 15. num. 60. lib. 2. Et creditur Principi asserenti se aliquid concessisse per importunitatem, secundum Ioan. de Platea in l. 1. C. de petit. honorum sublat. quem citat Ioan. Lop. in rubr. de donat. inter virum & uxorem, §. 81. num. 7. pag. 293. ubi hoc confirmat.

Contra quae omnia facit: quia vbiunque agitur de prauidicio Tertij, Principi non est credendum, vt per Decium in c. quia in Ecclesiarum, num. 28. de constitu. qui alios citat, tradit decij. Pedemont. 122. num. 4. Menoch. cons. 100. num. 21. lib. 1. late Antou. Gabriel cons. 179. n. 5. Cephal. cons. 168. n. 32. & cons. 185. n. 10. lib. 2. Lucas de Penna in l. cognominis, col. 1. versic. possunt autem haec, fol. 195. de mancipiis, col. 1. lib. 11. Gomez. de annali poss. q. 42. pag. 580. Tib. Dec. resp. 16. n. 84. lib. 1. Iacob. Put. decij. 129. p. 1. Ioseph. Mascard. qui plures refert in tract. de probat. lib. 1. concl. 139. n. 14. fol. 108. ubi per totam conclusionem materia ista tractatur, & conclus. 141. Menoch. in tractat. praesumptio. lib. 2. praesumpt. 11. n. 1. pag. 124. ubi tamen in numeris antecedentibus & sequentibus materiam tractat; ad quos addo doctrinam notabilem Aymon. in tractat. de antiquitate temporum, part. 1. n. 44. fol. 27. Aegidium à Bellamer. decij. 290. & 342. ubi vult. quod verba narratiua Papae de resignatione beneficij in suis, vel alterius manibus facta per procuratorem, non probant vacationem, nec procuratoriam; & idem in decij. 253. quae incipit, Si Papa, quod disputat Staphileus de literis gratia & inslitia, titulo de concessione super reductione pensionis, versiculo, & est notandum, n. 13. p. 288. & sequenti; & qualiter, & quando creditur assertioni Papae, vel Principis, nouissime & latissime tractat Ioseph. Mascard. in tr. de probation. lib. 3. concl. 1228. n. 1. cum segg. fol. 162. ubi nu. 106. resoluit punctum quando creditur Principi asserenti aliquem commississe crimen laesae Maestatis; & confirmatur per doctrinam Andre. de Ifern. in c. 1. in fine, de controuers. feud. apud parent. ubi dicitur, quod non creditur Principi attestanti de Tabellione; quem citat Afflict. decij. 14. num. 6. Thom. Grammat. decij. 105. n. 11. Tiber. Decian. responsio 23. num. 8. lib. 1. qui mediam columnam Doctorum refert, Menoch. cons. 204. num. 50. lib. 1. Curtius in tractat. de feud. 2. part. quast. 12. num. 5. pag. 137. & plures citat Cephal. in consilio 302. num. 83. & 84. 120. lib. 3. & in cons. 458. num. 77. lib. 4. Carol. Ruin. cons. 43. num. 10. lib. 1. Bursat. in cons. 225. num. 90. lib. 2. Ioseph. Mascard. in tractat. de probat. lib. 3. conclus. 1258. num. 4. fol. 201. & faciunt quae scribunt Aegidius à Bellamer. decij. 724. Burg. de Paz in cons. 15. n. 4. post Decium in cons. 245. & 306. Martin. Laud. de Principibus, conclus. 470. ubi generaliter tradunt, quod non est standum Principis assertioni quando tractatur de

de eius commodo, & tradit nouissime Tiber. Decian. in pract. crim. lib. 7. c. 32. de rebell. num. 16. fol. 157. Bursat. qui plures citat cons. 225. num. 90. lib. 2. Rebuffus in Concordat. rubrica, de sublat. Clement. literis pag. 744. versiculo, item non creditur Regi, vel Principi: Ioan. Myninger. singularum obseruationum Centuria 5. obseruat. 34. pagin. 510.

Et sic est intelligendum quod transitoriè indigestè tradit Menoch. in consilio 484. num. 24. lib. 5. vbi dicit, quod creditur Principi attestanti quod aliquem commississe delictum, ex Corneo cons. 312. n. 9. lib. 1. Parth. Socin. in luto And. de Ifern. in c. 1. qui successores teneantur: n. 5. fol. 21. vbi Liparulus Corbul. in tractat. de iure emphyteut. titulo, de causis ob priuationem alienationis, quast. 5. fol. 137. licet in contrarium faciant scripta per Curtium Seniore in cons. 49. n. 32.

Alia autem quae istam quaestionem contingunt, scripta & digesta inuenies in prima parte huius operis, quaestione 1. & vtrum bona haeretici damnati cadant immediato domino, cuius qui erat vassallus, vel fisco Regis superioris, declarat Simancas in dict. libro de institutionibus Catholicis, cap. 9. n. 111. ad quem addo Martin. in tractat. de Principe, in titulo, de fisco, conclus. 24. Andr. de Ifern. in cap. 1. de pace, & eius violator. n. 11. fol. 63. Aegidium Boffium in practica crimin. titulo de hereticis, n. 34. pagin. 232. Aymon. consil. 138. num. 1. cum sequentibus; & legendus est Nicol. Boerius decij. 264. num. 5. & 6. Roland. consil. 78. num. 20. lib. 2. Afflict. decij. 282. num. 13. Ch. flanae. in consuetud. Burg. titulo de confiscatione rubric. 2. §. 1. pag. 269. num. 1. Guid. Papae decij. 76. & 341. Matth. de Affl. in consil. Neapolit. lib. 2. rubrica 3. de bannitis & for. iudicatis, num. 40. folio 196. Bernard. Diaz in practica crimin. cap. 106. pag. 288. & ibi additionator, & Nardus in additione ad Andre. de Ifern. in dicto cap. 1. de pace tenend. fol. 167. & confiscatis bonis Clerici, an pertineant ad Papam, vel Episcop. resoluit Ioan. Lopius in rubrica de donationibus inter virum & uxorem, §. 39. num. 13. pag. 113. & an fiscus p. te e possit donata concubinae? tractat idem, §. 41. num. 1. pag. 119. & vtrouique Barahona, ad quos addo Peregrinum in tractatu de iure fisci, lib. 2. numer. 15. pag. 99. Antonium Thesaurum decisionem 265. num. 7. ubi tradit vnum singulare, quod si Iudex vassalli condemnat aliquem vassallum in poenam pecuniariam, & ille appellat, & sententia fuit confirmata, & condemnatio non spectat ad Principem, ex Oldrado consil. 17. quod est notandum ad ea quae scribo supra, in hac parte quarta, quaestione 2. ubi tractat, quod non agitur ex sententia confirmata Berouis consil. 114. num. 56. libro 3. Bursat. consilio 43. num. 38. libro 1. & quod bona conditionalia non publicentur tradunt Ias. in l. si stipulatus, §. cum stipulamur, numero 4. ff. de verborum obligation. Ripa in l. ex facto, §. si quis rogatus 1. ff. ad Trebellian. Cephal. in consilio 462. num. 27. lib. 4. & tetigit supra.

QVÆSTIO XXIV.

Fructus anni, in quo possessor bonorum maioratus obiit, ad quem pertineant.

S V M M A R I V M.

- 1 Diffinitio quaestiois, & n. 2. & 12.
- 2 Possessor bonorum maioratus si fraude colligat fructus immaturos, quid agendum.
- 3 Fructus naturales pendentes, vt pars fundi iudicantur. Et qualiter, n. 5.
- 4 Pensiones sunt loco fructuum.
- 5 Fructus qui adhuc sunt in solo sunt bona immobilia.
- 6 Fructus maturi habentur pro collectis.
- 7 Feudum si aperiatur ante Kal. Martij, fructus sunt domini, si vero vsque ad Augustum sunt haeredis feudatarij.

- 9 Gabella & condemnatio an pertineat ad successorem in maioratu, an praedecefforem.
- 10 Delictum, per quod potest fieri condemnatio ad Camerae siquis committat tempore vniuersi domini, qui ante sententiam latam deceffit, condemnatio an pertineat ad successorem, aut ad haeredes domini defuncti.
- 11 Rem siquis det in censum, an sit gabella soluenda gabellario qui adest tempore contractus, vel gabellario qui adest tempore quo census redimitur.

Vigesimoquarto quæro, si defunctus fuit primogenitus, an fructus anni, quo mortem obiit, pertineant ad illius haeredes, vel ad successorem in maioratu, cum nondum percepti fuerint tempore mortis; sed adhuc pendentes sint in qua quaestione Episcop. Couarr. qui primus omnium, quem ego viderim hanc quaestionem tetigit lib. 1. resolutionum cap. 15. n. 14. quem citat licet in alio proposito, in materia tamen Anton. Thesaur. decij. 143. n. 1. in ea est sententia, quod debent diuidi inter haeredes defuncti, & successorem in maioratu pro rata temporis: quia primogenium est dignitas quaedam, vt qui illam obtinet, sic caput familiae; & illius honores praecipuos habeat, oneraque ferat, pro Prouincia more; nam & alere ex bono & æquo debet vires ex familia nobili, pauperes tamen ac titulo primogenij in agnationis gloriam, & nomen, Principibus bello & pace seruire, quorum onerum ratione fructus ipsius primogenij ad obitum vsque ac pro rata percipere etiam oportet cum isthaec onera ad vltimum vitæ spiritum sustineat; citat ad hoc text. in l. diuortio, ff. solut. matrim. atque ita dicit fuisse decisum in hoc Regio p. atorio; pro quo est text. in l. si operus, ff. de usufruct. & Couarr. sequitur nouissime Ioan. Guttier. lib. 1. Canonice, q. 9. quast. 33. n. 3. pag. 307. & aliquos refert Castillo de usufruct. cap. 80. n. 1. cum sequentibus. Et qualiter in ista materia annus debeat dinumerari, & incipiat secundum consuetudinem Prouinciae, tradit Anton. Peregrin. in tractat. de fideicommissis, art. 49. n. 102. fol. 458. Ioan. Francisc. in tractat. de Baron. pragmat. 5. n. 10. cum sequentibus, pag. 110. ubi n. 2. tractat quomodo pertineant fructus ad fideicommissarium. Istam etiam quaestionem tetigit Greg. Lopez in l. 26. tit. 11. part. 4. in glossa, in verbo, quanto menses, ubi dicit eam posse determinari ex aliquibus, quae refert; nihil tamen in effectu concludit sed legenda est illa lex, in hoc proposito; & Episcop. Couarr. & Greg. Lopez citat Burg. de Paz in proemio legum, Tauris num. 74.

Sed Ant. Gomez in l. 40. Tauri, num. 74. late sustentat per plura fundamenta, quod ad successorem pertinent omnes fructus pendentes; & idem vult Anto. Gama decij. 35. n. 3. qui in hoc tenet contra Molinam lib. 3. c. 11. n. 11. fol. 80. Et quod fructus rerum maioratus, qui sunt pendentes, pertineant in solidum ad successorem in maioratu, tenet nouissime Barbo. in l. diuortio, in princip. n. 13. pag. 932. ff. solut. matrim. & prius n. 9. tom. 1. qui rationem adducit: quia ex leg. Tauri, possessio transferret statim mortuo praedeceffore in successorem proximum, & A costa in quaestione, de patris & nepote, pag. 144. & 145. recte Ioan. Garc. qui refert bona iura, & ad propositum plura tradit, de expens. c. 16. n. 6. fol. 166. & Molinam refert.

Et pensiones qualiter in ista materia diuidi debeant inter defunctum & haeredes, tradunt Vincent. Carroc. in tr. de locato, q. 23. & segg. fo. 85. & prius q. 6. n. 30. fol. 57. in quo vltimo loco resoluit, quod diuisio pensionum soluendarum sit proportionabiliter inter haeredes conductoris & repetit idem q. 10. fol. 206. ubi tradit an fideicommissarius teneatur stare colono haeredis, ex Alber. & aliis, & hunc articulum latus tractat. Ant. Gom. quibus adde Glor. Paris. p. 1. consuet. Paris. 1. glof. 8. n. 10. fol. 42. ubi tractat, vassallo defuncto, quomodo fructus ad donatum pertineant; quem etiam refert Episcop. Couarr. Ex cuius lectura n. 28. colliges, quid si vltimus possessor bonorum maioratus cogitans se mortem cito obiturum, fraude colligit fructus immaturos; vbi etiam dicit

n.32. quod ad hoc non attenditur ipsa maturitas præcise naturalis, sed tempus, quo communiter magis expedit fructus colligere ad vium, & commoditate hominum, quorum gratia fructus omnes à natura comparantur; citat l. penult. ff. de usufruct. legat. exemplificans in oliua, quæ immature collecta, plus habet redditus, & plus defecit hominibus, quam si matura colligatur, quod Molin. latius explicat, & illius dicta ad plura sunt notabilia, tradit Copus de fructibus, lib. 1. c. 7. quibus etiam addo Tiraq. lib. 2. de retract. §. 5. glo. 4. n. 16. pag. 946. vbi de hac materia agit, eundem Tiraq. lib. 1. de retract. §. 15. glo. 1. n. 21. pag. 551. vbi per l. si seruus. §. si oliuam, ff. ad l. Aquilium, & doctrinam Floriani in l. fundi, C. communi diuidendo, tradit, quod licet regulariter fructus dicantur deductis impensis, (prout ibi latissime scribit,) fallit nisi quis delinqueret, faciendo tales expensas, colligendo fructus immaturos; & ad hoc legenda sunt quæ nouissime scribit Vincent. Carrocius in tractatu de locato, titulo de gradu accidentium, §. 8. n. 1. cum seqq. fol. 192. & l. si Iulianus, §. si fructibus, ff. de action. empt. & l. fin. ff. de iure fisci, & quod ex Alex. in d. l. diuortio, ff. solut. matr. tradit Natta in conf. 141. n. 5. lib. 1.

Sed in principali quæstione mihi placet opinio Ant. Gomez existimantis, quod fructus pendentes sunt successores in maioratu; collecti autem sunt prædecessoris, per iura & rationes quas ipse refert; cui addo notabilem sententiam Baldi in c. 1. in fine, principij, de pace tenenda, vbi dicit, quod fructus naturales pendentes iudicantur vt fundus, & sunt eius pars, & quid immobiles; si vero sunt separati, statim sunt quid mobile: quam sententiam veram dicit Gl. Par. §. 1. glo. 1. n. 3. fol. 14. vbi ex hoc ad nostrum propositum infert, quod in fructibus ciuilibus, qui nõ successiuo tempore, sed semel, & in momento deberi incipiunt, debet attendi quantum ad effectum acquisitionis tempus, quo semel cœperunt deberi; & idem censendum de omnibus reliquis obuentio-nibus fundi dominantis, vel etiam iurisdictionis, alio habente vsum fructum: quia debet attendi tempus, quo ipso iure cedunt, seu deberi incipiunt: quia statim quod cedunt, definiunt esse de corpore, seu de re principali, & sunt tanquam proprietates separatae; sicut fructus separati statim sunt corpus mobile, & ex tans per se, iuxta doctrinam Baldi in c. qua in Ecclesiarum, n. 20. de constitutionibus, & addit Bald. in d. c. 1. quod pensiones seu fructus ciuiles æquiparantur fructibus separatis à solo, si cessit dies pensionis soluendæ: si autem nondum cessit, æquiparantur fructibus pendentibus: si pro parte temporis cessit, & pro parte non iudicatur de eis pro rata temporis; & idem tradit Gl. Par. vbi supra, d. n. 35. de pensionibus domorum: & ad doctrinam Baldi facit quod recte scribit Bertaz. in tractatu clausularum, clausula 26. glo. 1. n. 8. fol. 1320. ad quem addo Anch. conf. 193. n. 1. cum seqq. vbi resoluit, an in solutione pensionis sit inspicendum tempus, quo fructus colliguntur? Et quod pensiones sunt loco fructuum, probatur in l. pradiorum, de usuris, & valuit Glossa in l. uxore, ff. eodem tit. & in l. 1. §. fructus, C. de anno. & tribut. lib. 11. & in aliis iuribus, vt per Carol. Ruin. in conf. 144. n. 5. lib. 1.

Et qualiter fructus pendentes sunt pars fundi esse dicantur, tradit Ioseph. Ludou. decis. 83. n. 6. & 7. & dec. 33. n. 2. relatio Episcop. Couarr. in dicto loco vbi resoluit, quomodo mortuo prælato fructus debeant diuidi cum Camera Apostolica, Ioan. Copus de fructibus, lib. 1. c. 6. Menoch. de recuper. possess. remed. 6. n. 46. quod etiam procedit in fructibus iam maturis: nam licet habeantur pro recollectis, secundum Bald. in l. diuortio, §. interdum, ff. solut. matrim. cum adductis per Tiraquellum post leges connubiales, glo. 2. num. 11. sub verb. en pouoir tamen id non procedit quando tractatur de præiudicio domini, sed quando tractatur de mora temporis, secundum Ias. in d. §. interdum, num. 17. Cæsarem Contardum in l. enica, C. si de momentan. possess. limitat. 1. num. 70. pag. 156. de qua quæstione vide Paris. in conf. 40. per totum, lib. 1. de quo tractant Episcop. Couarr. d. c. 15. n. 32. vers. & licet Gl. Nauarr. in apologia de redditibus, q. 2.

monitu 14. Ioan. Guttier. in quæst. Canonis, cap. 33. num. 4. Tiraquel. d. glo. 4. Cephal. in conf. 181. num. 12. lib. 2. Barbofa in d. l. diuortio, §. in princip. p. 2. n. 27. pag. 938. ff. solut. matr. omnes fere concludentes contra plures Glossas sufficere fructus esse separatos, licet nõ sint reconditi, quam communem aliqui dicunt, ad quos addo notabiles decisiones. Matth. ab Afflic. 188. n. 2. Iacob. Put. dec. 314. p. 2. volentes, quod fructus debentur actori quando fuit decretum mandatum super restitutione bonorum, etiam si sint à solo separati, & sunt adiudicandi illi qui obrinuit sententiam in sui fauorem; & facit quod scribit Cæsar Contard. in dicto loco: & addo Copum in dict. tractat. de fructibus, libro primo tit. 3. cap. 8.

Et quod fructus, qui adhuc sunt in solo, sunt bona immobilia, & non mobilia, probatur in l. arboribus, §. Iulianus, ff. de usufructu; & in l. fructus, ff. de rei vend. & ideo maritus soluto in matrimonio non potest petere partem ab hæredibus, nec de obligationibus quorum dies non cessit, vt tradit Nicol. Boerius in constitutionibus Bituricensis, tit. de societate inter virum, l. 7. pag. 64. Et quod fructus à solo separati, licet non sint in horreo reconditi, pertineant ad omnes hæredes, est communis practica in Lusitania, vt tradit Gama decis. 308. n. 6. qui citat Couarr. in dict. loco, contrarium tenentem. Quod autem Episc. pro contrario adducit de sustentatione familiaris, magis æquum quam iuridicum videtur: & qualiter fructus pendentes sint pars rei, tradit Baeca de decim. tit. præf. c. 28. fol. 153 per quæ nostra opinio confirmatur & tradit Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 3. casu 256. num. 5. pag. 463. vbi plura videre licet ad propositum eorum quæ in hac quæstione tractantur, quibus addenda sunt quæ nouissime scribit Castillo in tract. de usufruct. c. 80. fol. 330. quando autem hoc pro rata significet, & quibus modis sumatur; vide Gloss. in l. 1. in princ. vbi Deci. C. unde lib. & in l. ult. verb. pro rata, C. de dot. promiss. & alia plura quæ refert Tiraq. l. 1. de retractu: §. 11. glo. 8. n. 1. cum aliis, pag. 519. Bartol. Bertazol. in tract. clausularum, claus. 37. glo. 3. fol. 198. quæ seruiunt pro intellectu text. in l. 21. Tauri, hodie, l. 5. tit. 6. lib. 5. Recop.

Et nota, quod fructus maruri, & parati ad colligendum sunt habentur pro collectis respectu eius, ad quem spectant, seu pertinet debent fructus illius anni, vt colligitur ex Bart. & aliis in d. l. diuortio, ff. soluto matr. & tenet Gloss. Paris. in consuet. Paris. p. 1. §. 42. n. 31. fol. 300. Tiraq. in leg. connubial. d. glo. 2. en pouoir de son marit, fol. 249. n. 11. vbi plures refert Alciat. in l. centurio, n. 18. pag. 155. ff. de vulg. post Alex. ibi, & idem Alex. in l. Falcidia, ff. ad l. Falc. & alij quos citat Menoch. in d. loco, n. 3. & idem Tiraq. lib. 1. de retractu, §. 1. glo. 7. n. 44. pag. 86. & idem voluit Gabr. Eusebius conf. 121. n. 58. per regul. d. l. diuortio, §. interdum, ff. solut. matrim. quem citat Simon. de Pret. lib. 3. de interpret. defuncti. voluntat. solut. 2. n. 3. fol. 347. qui num. 4. refert Episcop. Couarr. in d. c. 15. n. 14. lib. 1. resolut. qui ad ista legendus est; Bursar. qui refert Episcop. Couarr. in conf. 178. n. 17. lib. 2. & ibi Simon. de Pret. scribit, an pagæ decurrat tempore vitæ grauati super imprestitis montis Veneti, cum non exactæ pertineant ad hæredem, vel fideicommissarium, ex Beroto conf. 133. n. 9. lib. 3. quod reputo notandum ad iuros Regios, quos nos vocamus.

Et quod fratri primogeniti competant fructus industriali à fundo separati, tradit Nicol. Boer. in consuet. Bituricensis, tit. des Coustumes de Tours, pag. 151. col. 3. & quod fructus maturi pertineant ad successorem beneficij, voluit Abb. in cap. quærelam, num. 7. Ne Prælati vices suas, quem refert & sequitur Theaur. decis. 143. n. 1. citat tex. in c. quia sape de electionibus c. presentis, de officio Ordinarij lib. 6. & Episc. Couarr. in d. c. 15. num. 12. & ad omnes addo Ferrar. in pract. in parte in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi, n. 16. pag. 287. vbi resoluit, si vassallus decessit sine filio masculo, ad quem pertineant fructus vassalli, & an ad dominum.

Et quod si apertiat feudum ante Calend. Martij fructus

fructus sint domini; si verò vsque ad Augustum, sint hæredis feudatarij, probatur in cap. 1. §. his consequenter, in tit. hic finitur lex Conrad. tradunt Alexan. in dict. l. diuortio, num. 3. ff. solut. matr. & Ias. n. 6. qui dicunt hæc esse communem distinctionem, Agidium Bossium in pract. crim. tit. an debitores delinquent. soluere possint, n. 7. pag. 555. & de materia lector etiam videat Parisium conf. 55. n. 39. lib. 3. Iulius Hieronym. Gabr. conf. 22. n. 59.

Quæto etiam in hac materia, dominus alicuius loci habet gabellas in eo loco, factus est contractus in vita possessoris maioratus, & res fuit tradita post mortem istius domini, cui debeatur talis gabella? In quo puncto in specie Baldus in conf. 243. Tempore lib. 4. tradit gabellas debitas pro venditione mercium non deberi nisi sint traditæ: quia tunc emptio perficitur cum res traditur, & idem tradit ipse Bald. in conf. 253. Licet ista allegationes, eodem lib. 4. ista tamen quæstio resolui potest ex his quæ tradit Frisian. in tractatu gabellar. 2. p. 8. part. princip. q. 14. Tiraquel. in tract. de viroque retractu, §. 1. glo. 1. n. 46. cum seqq. pag. 53. & l. 73. & 101. in quaterno gabellarum, quibus addo Purpurat. in l. 2. §. appellata, n. 23. ff. si cert. per. Barthol. Socin. in conf. 70. num. 10. libr. 4. ff. si Bol. decis. 5. num. 25. tractantes an gabella solui debeat gabellatori tempore contractus, an ei qui est tempore existentis conditionis; & punctum etiam tractat nouissime Lafarre in lib. de gabellis, cap. 3. num. 19. fol. 35. vbi hos citat.

Quid autem si quis commisit delictum, per quod fieri potest condemnatio aliqua ad Camera Domini, & fecit delictum tempore vitæ Domini, qui defunctus fuit antequam sententia lata esset, ad quem pertineat condemnatio, ad hæredes Domini defuncti, an ad successorem in maioratu, in quo tempore facta fuit condemnatio? In quo videtur puncto pœna, & multa sit applicanda hæredibus antecessoris in maioratu, & non successori: ex sententia P. r. Cyn. Baldi, & aliorum in l. ult. ff. de iurisdictione omnium iudicum, & aliorum plurium, quos refert: & idem Tiraquel. lib. 2. de retract. §. 5. glo. 4. num. 19. pag. 947. cui addo alios plures, quos refert Gl. Par. in addition. ad Alex. in conf. 7. lib. 3. in addit. quæ incipit, Primus Auend. in tract. de exequen. mandat. Regis, p. 1. c. 17. num. 10. Auiles in cap. correctorium, c. 15. num. 38. fol. 169. & addo notabile consilium Barthol. Socini in conf. 100. num. 1. cum aliis, lib. 1. Dec. in conf. 492. num. 5. Chastan. in consuetud. Burgund. tit. Qui consil. rubr. 2. §. 1. pag. 370. Roland. conf. 77. num. 1. lib. 4. Iulium Ferretum in tractatu gabellarum, n. 356. & vide notanter per eundem Gl. Par. in dict. consuet. §. 1. glo. 1. n. 51. fol. 15. quem lector legat; & Campegin. in tract. de dote, p. 2. q. 35. fol. 91. vbi tractat quæstionem, si condemnatio pœnæ est facta tempore mariti, sed postea soluto matrimonio facta fuit, exequutio, ad quem spectat, ad maritum, an ad vxorem quem citat Cagnol. in l. enica, in pr. n. 108. pag. 193. ff. si quis ius dicenti: Nec omittenda sunt quæ scribit eadem Gloss. Paris. §. 37. n. 42. fol. 282. & an pœnæ, multæ, & confiscationes diuidantur inter virum & vxorem; resoluit Ioan. Lop. rubr. de donationibus inter virum & vxorem: §. 62. n. 11. fol. 38. & faciunt scripta per Molin. lib. 3. de primogen. c. 11. n. 20. Puteum de syndicatu, verb. pronentus, num. 2. fol. 276. nouissime per Parlad. lib. 2. rerum quotidianarum, p. 6. §. unico, n. 34. & 35. pag. 413. elegantè per Roland. in conf. 77. per totum lib. 4. Petr. Barb. in l. diuortio, §. si vir, num. 47. & pag. 1093. ff. solut. matrim. p. 1. & quod pœnæ & condemnationes sint fructus iurisdictionis, voluit Barr. in l. final. C. de fructibus & litium expens. Barr. in l. fin. ff. solut. matrim. & alij quos citat Capicius decis. 27. num. 15. Theaur. decis. 265. Baeca de decim. tutor. cap. 22. fol. 131. Ioan. Francisc. in tract. de Baronibus, pragmat. 8. num. 106. pag. 189. qui refert Olafcum decis. 29. & 101. Auendan. de exequen. mandat. lib. 1. cap. 7. & cap. 18. num. 3. Auiles in cap. correctorium, cap. 2. num. 5. fol. 92. l. 5. iunil. l. 1. lib. 2. Recopilar. & Barr. Imol. & Alex. citat Anton. Peregrin. in tract. de fideicommissarij, n. 10. num. 7. fol. 80. vbi num. 6. ex Oldrad. in conf. 24. ex Ioan. Andr. Alberic. Alex. tradit, quod emo-

lumenta veluti laudemia, renouationes veterum inuestiturarum, seu vilitates, quæ pro renouationibus petuntur; & fructus pertinent ad proprietarium, & est communis opinio Bartoli & aliorum in dict. l. fin. ff. solut. matrim. contra Baldum, quod confiscationes bonorum etiam immobilium acquiruntur usufructuario alicuius castri vt resoluit Amed. de Aponte in tract. laudem. 9. 20. fol. 23. facit, quod tradit Molin. lib. 1. de primogen. c. 25. n. 20. fol. 184. & quod commoda & fructus iurisdictionis debeant diuidi, tradit Gloss. Par. p. 1. consuetud. Parisien. §. 10. n. 25. fol. 126. & resoluit Ioan. Francisc. in tract. de Baron. pragmat. 5. n. 28. pag. 118. de quo lege etiam consilium Rolandi 77. lib. 1. Bobadill. in politica tom. 1. lib. 2. cap. 21. n. 189. pag. 1254.

Ex dictis sumi potest definitio ad quæstionem quòtidie contingibilem disputatam ab Auendan. resp. 26. per totum, si quis dedit in censum & aliquam rem; an gabella statim solui debeat gabellario, qui aderat tempore contractus, vel gabellario qui reperitur tempore quo census redimitur; & an si redditus deputentur ad maioriam, veniant illi qui iam concurrerant, viuo eo; qui concedit maioratum? vide quæ scribit Greg. Lop. in l. 15. tit. 9. in glo. contra sus deudores, part. 2. Et an tutor deducatur decimam ex bonis confiscatis alicui domino; cuius tutelam administrat? lege Baecam de decimaturari prestand. d. cap. 22. n. 13. fol. 132. qui aliqua ad propositum istorum scribit: & quod pensiones perceptæ tractentur ad fideicommissarium, resoluit Iacob. Albenis conf. 79. num. 7. ex doctrina Pauli in l. in fideicommissaria, num. 3. ff. ad Trebel.

Et de materia præsentis quæstionis, vide quæ tradit J. Rebut. in c. extirpanda, §. qui vero, de præbend. pag. 380. col. 1. & qualiter diuidendi sint fructus pendentes in feudo vendito cum pacto de retrovendendo pro rata temporis legendus est Ioseph. Ludouic. decis. 79. num. 1. cum seqq. vbi num. 19. ponit regulam magistralem in ista materia de diuisione fructuum. Et de materia istius quæstionis legenda sunt quæ scribit Francisc. Mantie. de coniect. ment. defuncti. lib. 7. & 10. n. 1. cum sequenti. pag. 283. Simon. de Pretis lib. 3. de interpretand. defuncti. voluntat. dubitat. 5. solut. 2. num. 1. fol. 347. & solut. 4. n. 19. fol. 355. & solut. 6. num. 18. folio 365. Et illam decisionem Ioseph. Ludouic. habui in practica in maioratu maximi momenti, in relicto de quibusdam bonis vni filio; in quo testator cauit, quod alius filius gauderet fructibus bonorum maioratus, interim quod filius, in cuius fauorem factus fuit maioratus, non dedisset certam annuam quantitatem in aliis bonis; & Ioseph. Ludouic. & alia loca citat Anton. Theaur. decis. 56. n. 2. & quid significet, ultra prædicta, tradit Bertazol. in tractatu clausularum, claus. 37. glo. 3. fol. 196. Et qualiter sint diuidendi fructus Capellanis, & alia de ista materia resoluit Perez de Lara in tractatu de Anniversariis, lib. 2. cap. 11. per totum, pag. 401. & an maritus, cui vxor dedit castrum in dotem, in quo habebat iurisdictionem omnimodam, pœnas, & emendas lucreret ea, vel maritus? declarat Nicol. Boer. decis. 180. n. 4. & tit. des coutumes de Berry pag. 209.

QVÆSTIO XXV.

Bona maioratus an possint locari, vel dari in emphyteusim.

SVMMARIVM.

- 1 Decisio quæstionis, num. 1. & seqq. vsque ad finem quæstionis.
2 Successor in maioratu an teneatur stare locationi facta per prædecessorem, & n. 3.
4 Vxor an mortuo marito teneatur stare locationi per illum factæ, & n. 6.
5 Vendens rem cum pacto retrovendendo, & successor necessarius, & alij similes, qualiter teneantur stare locationi, & n. 7.

- 8 Heres prædecessoris in maioratu tenetur stare locati.
- 9 Possessor maioratus si locauerit rem maioratus per nouem annos cum pacto de renouando ad alios nouem annos, nihil agit; & an valeat hoc casu locatio in tempore permissa.
- 10 Primus successor in maioratu an teneatur stare locati facta per prædecessorem.
- 11 Auctoris sententia.
- 12 Contractus claudicare non debet.
- 13 Colonus laborans in fundo, & sumptus faciens, debet percipere fructus illius anni, dum tamen pretium conductionis soluat; pro aliis autem annis, non tenebitur.

Vigesimoquinto quæro, an bona maioratus possint locari ad longum tempus, vel dari in emphyteusim? Et pro parte negativa quod non possint concedi in emphyteusim, facit, quia emphyteusim est species alienationis, l. ult. C. de rebus alienis non alien. l. 10. in princ. tit. 33. part. 7. & cum bona maioratus non possint alienari, tam ex iure, quam ex dispositionibus testatorum, minime possunt dari in emphyteusim, quia est species alienationis, vt dictum fuit: & hanc sententiam in terminis tenet Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. p. 3. n. 65. & 71. vbi ex hoc dicit, quod neque valet locatio facta ad longum tempus talium bonorum maioratus, quia locatio ad longum tempus est etiam species alienationis, & idem in hoc ultimo tenet Anton. Gom. in l. 40. Taur. num. 84. & Gregor. Lopez in l. 19. tit. 8. part. 5. in glos. in verb. su. vbi dicit, & in l. ult. in glos. in verb. la. vbi dicit, quid autem in locatione ad longum tempus, eodem tit. 8. & ead. part. & pro hoc faciunt quæ scribit Alex. in conf. ult. lib. 3. & in conf. 165. lib. 2. & conf. 119. lib. 3. & conf. 117. lib. 5. l. 1. in l. ult. num. 112. C. de iur. emphyt. & in conf. 29. num. 3. lib. 1. Et hoc, & doctrinam Pinelli citat nouissime insignis Cald. Petri. in tract. de renouat. emphyteu. q. 16. num. 2. fol. 126. & postea num. 18. Et quod talia bona maioratus non possint locari ad vitam, colligitur ex text. iuncta Glos. in verbo, eius, in l. clem. 1. de rebus Ecclesie, vbi Episcop. Couarr. resolution. lib. 2. c. 16. n. 3. Aluar. Valasc. de iure emph. q. 29. n. 3. fol. 176. quod vidi in facto.

Addit etiam Ant. Gomez vbi supra, quod si successor in maioratu non tenetur stare locati factæ per prædecessorem, quamuis ea locatio facta sit per modicum tempus; per text. quem dicit esse in terminis in l. si quis domum, §. 1. ff. locati: vbi Bart. Bald. Salic. & Fulgos. cuius inductionem vide per Ant. Gom. qui ad hoc alias leges & fundamenta refert; & idem latius tenet & confirmat Greg. Lop. in l. 2. tit. 8. in glos. in verb. el heredero, per totam glossam, part. 5. & Ferdinand. Menchacam lib. 3. controuersiarum, cap. 53. n. 6. fol. 38. Et ad istam sententiam est text. in l. si domina, C. de usufructu, vbi locatio per usufructuarium facta finitur morte usufructuarij, neque dominus proprietatis locationem seruare tenetur; cum quo text. concordat bona l. 3. titulo 8. part. 5. text. in d. l. si domina, de qua lege, si domina agunt eleganter Alex. in conf. 105. num. 22. lib. 3. Nicol. Boer. consil. 13. num. 1. & 2. quod habui in practica in grandi negotio locationis factæ per quendam Marchionem, quia mortuus fuit conductor durante locatione; & hæc (videri meo) est ratio, quæ magis vrget pro hac opinione, quam etiam tenet Aluar. Valasc. de iure emphyteu. p. 1. q. 20. num. 19. fol. 128. & nouissime Ioan. Gurtier. vbi hoc citat, q. 36. num. 9. pag. 348. Molin. libr. 1. de primogeniis, capit. 21. num. 4. fol. 158. quem vitiose refert Lafarte de gabellis, cap. 18. num. 97. Petrus Surdus decis. 316. num. 7. 8. qui hæc decidit in terminis maioratus. Et quod successor in maioratu, non teneatur stare locati factæ per prædecessorem attestatur Barbosa in l. si filiusfamilias, §. final. ff. solut. matrim. n. 4. pag. 17. cum Pinel. p. 2. & postea num. 11.

Et pro horum sententia est etiam egregius casus in l. filiusfamilias, §. si vir in quinquennium, ff. solut. matrim. vbi probatur, vxoræ non teneri stare locati rei

totalis, quam maritus dum vivebat fecit, de cuius leges intellectu late agit Episcop. Couarr. lib. 2. resolutionum, c. 15. n. 15. vbi etiam tractat quæstionem de Prælato, an teneatur stare locati factæ per prædecessorem de rebus Ecclesie, vbi plura ad nostrum propositum adducit, cui adde Tiraquel. lib. 2. de retract. conuentionali, §. 3. gloss. 1. & unica, vbi tractat quod an venditor qui vendidit rem cum pacto de retrovendendo, in successore locati factæ per emptorem; & quid in successore necessario; & quid in eo cui res fuit data in solutum à Iudice; & quid in locatione facta per maritum de re dotali, tutorem, curatorem, Prælatum; & de locatione facta per proprietarium, & è contrario de locatione factam per usufructuarium; & cum fraus sit in huiusmodi locationibus, qualiter indicandum sit: vide illum pro perfectiori intellectu huius materie; & Abb. in disputatione incipiente, Sempronius, num. 16. vers. tertio videtur, vbi tractat, an vxor teneatur stare locati factæ per maritum respectu solutionis factæ pro futuro tempore, & quid in Prælato; & conducunt quæ scribit Roland. in conf. 49. n. 2. cum aliis, lib. 2. Cephal. conf. 254. nu. 1. cum seqq. lib. 2. & ad hoc ex doctrina Bart. in d. §. si vir in quinquennium, in l. filiusfamilias, ff. solut. matr. vbi dicit, quod quando ille, qui locauit, non habebat administrationem vt usufructuarium iuris dominij, successor non tenetur stare locato: per d. l. si quis domum, ff. locati, quamuis ista opinio difficultari possit ex scriptis per Barth. Socin. in conf. 33. n. 7. lib. 1. & pro istis facit text. in l. nihil proponi, §. fratres, ff. de leg. 1. vbi probatur quod legatarius non tenetur stare locato.

Hæc autem conclusio, quod successor in maioratu non tenetur stare locati factæ per prædecessorem, procedit, dummodo successor in maioratu non sit prædecessoris hæres: nam hoc casu tenebitur stare locati, & approbare factum defuncti: l. viam veritatis, C. locati: l. 2. d. tit. 8. l. cum à matre, C. de rei vendit. cum concordantibus, quæ scribo in q. 16. quod tradit nouissime hoc relato Ioan. Gurtier. in d. q. canonica 36. n. 11. faciunt scripta per Aluarum Valasc. consultat. 76. n. 3. qui loquitur in causa maioratus; & ita concludunt dominus Anton. de Padilla in l. vnum ex familia, n. 12. ff. de leg. 2. Vincent. Carrocus, qui citat Padillam de possessore maioratus, q. 1. n. 8. fol. 116. Petrus August. Morla in emporio iuris, p. 1. tit. de locato: q. 2. n. 21. fol. 444. qui ista refert, sed non fideliter.

Contra hæc autem, imo quod successor in maioratu teneatur stare locati factæ per prædecessorem, facit generalis resolutio Iason. in l. 1. n. 14. ff. de constitut. Principum, vbi vult, quod Reges, Marchiones, Duces, & similes qui habent dignitatem, non per electionem, sed prætextu successionis tenentur seruare omnem contractum, & omnem conuentionem, sicut quilibet successor priuati, per regulam l. cum à matre, C. de reuocand. don. notat Aegid. Bossius in pract. criminali, tit. an delinquent. debitor. soluere possint; n. 6. pag. 534.

Notandum tamen est, quod si possessor bonorum maioratus locauerit bona maioratus per nouem annos, cum pacto de renouando ad alios nouem annos, non valet talis locatio tanquam facta in fraudem, vt probatur in Authen. de non alienand. aut permutand. §. nec autem, col. 2. & est sententia Cyni in l. 1. C. de iure emphyt. Ioan. Faber, in §. penult. insit. de usufruct. & aliorum plurium quos refert Glos. Patif. in consuetud. Parisiens. p. 1. §. 41. num. 38. fol. 290. Tiraquel. lib. de retractu, in fin. num. 144. ad quos addo Ias. in conf. 94. lib. 1. qui eleganter tractat in quibus locis inuenies, si fiat locatio ultra tempus à legibus concessum, an valeat pro tempore, quo fieri poterat & alia plura huc pertinentia, quibus iunge elegans consilium Alexand. in conf. 165. num. 1. lib. 2. & in consil. 139. & ult. lib. 3. D. Anton. de Padilla qui plura in ista materia tradit in l. volumus, C. de fideicommissis, n. 18.

Tenebitur etiam successor in maioratu stare locati factæ per prædecessorem, vbiunque est primus successor in bonis maioratus, & proximus successor illius

QVÆSTIO XXVI.

Successor in maioratu an teneatur soluere debita prædecessoris.

SVMMARIVM.

- 1 Quæstionis decisio, & num. 4. §. 10. & 15.
- 2 Bona maioratus possunt vendi pro debitis illius qui maioratus fecit, & n. 8.
- 3 Rex qualiter teneatur soluere debita Regis cui successit, & num. 14.
- 4 Bona prohibita alienari in fauorem Tertij non possunt alienari nisi ex causa necessaria.
- 5 Executio potest fieri in bonis maioratus, durante vita & possessione debitoris.
- 6 Bona fideicommissi an possint alienari pro dote constituta ante fideicommissum factum.
- 7 Onera inter hæredem & fideicommissarium sunt diuidentia.
- 8 Testator non potest prohibere alienationem bonorum fideicommissi: præiudicium dotorum filiarum.
- 9 Successor in maioratu in quibus casibus teneatur soluere debita prædecessoris, & num. 15. 16. 20. & 28. Quid in fundo, & fideicommissio, n. 18.
- 10 Patronus an possit repetere expensas quas fecit descendendo proprium ius patronatus.
- 11 Prælati an teneatur soluere debita, qua antecessor pro sustentatione contraxit.
- 12 Expensas in maioratu recuperando si quis faciat, an eas repetere possit, & num. 22.
- 13 Maritus an repetere possit expensas, quas fecit in exigenda dote.
- 14 Vniuersitas si litiget, aliis contradicentibus, illi antea teneantur ad expensas qui litem facere decreuerint.
- 15 Auctoris sententia.
- 16 Præiudicium nullum paratur in eo, quod quis inuitus facit.
- 17 Actus ex necessitate factus non infert consensum.
- 18 Successor in maioratu an teneatur ad expensas quas prædecessor fecit in prosecutione litis, qua à principio fuit vitiosa, & postea, n. 30. & 38.
- 19 Creditor precise probare tenetur, quod pecunia fuit conuersa in utilitatem maioria, & n. 33. & 34.
- 20 Qualitas vbi requiritur, debet probari.
- 21 Intellectus ad Glos. in l. vtrum, ff. de petit. hæred.
- 22 Successor in maioratu an teneatur ad expensas funeris prædecessoris.
- 23 Probatio qualiter fieri debeat, cum in facultate Regia ad bona maioratus alienanda cauetur, quod ematur res idonea, & securi.
- 24 Creditor debet probare, pecuniam datam minori in censum, in illius utilitatem fuisse conuersam.
- 25 Primogenitus siue in fratribus succedat, & habeat aliquod præcipuum, an teneatur pro illo præcipuo creditoribus soluere.
- 26 Creditor potest agere hypothecaria contra proprietatem rei maioratus, quando cum pecunia, quam mutuauit, fuit meliorata.
- 27 Mulier an soluto matrimonio possit petere medietatem expensarum, quas maritus fecit in petendo bona maioratus.
- 28 Intellectus ad text. in c. 1. de solut. n. 44.
- 29 Princeps si recuperet suis expensis castrum ab hostibus occupatum, an illud debeatur domino restituere.
- 30 Rogatus hæreditatem restituere, an possit retinere contra petentem bona fideicommissi pro debito.

Vigesimosexto quæro, an successor in maioratu teneatur soluere debita prædecessoris: in qua quæstione firma, & vera est conclusio, quod regulariter successor in maioratu non tenetur soluere debita prædecessoris. Cuius sententiæ fuit Anton. Gomez

in l. 40. Tauri, num. 72. per multa iura, & rationes, quas ipse refert, quem sequitur Anton. de Quesad. disputando late istam quæstionem *lib. diuersarum quæstionum, cap. 3. num. 18.* Petrus Surd. qui refert Molin. in tractat. de alimentis, privilegio 54. num. 5. fol. 304. qui etiam refert Domin. Anton. de Padill. in l. unum ex familia, §. si de Falcidia, num. 7. ff. de legat. 2. Et eandem sententiam pluribus aliis rationibus tenet Gregor. Lop. in l. cit. 15. part. 2. in glos. in verbo, *Sus descendentes*, ubi hunc articulum late tractat, & respondet ad dist. l. 4. quæ prima facie contrarium dicere videbatur. Et pro ista opinione citat etiam Gloss. Parisiens. in consuetud. Parisiens. part. 1. fol. 125. col. 3. est §. 11. num. 8. fol. 128. & fol. 143. colum. 1. Et idem tenet Molina lib. 1. de primogen. cap. 10. num. 1. fol. 73. ad quos addo Rebuff. in l. nihil aliud 24. pag. 222 de verborum significatione, ubi contra Ioann. de Cirier in lib. de primogenitura, lib. 2. quæst. 5. dicit, quod quando primogenitus succedit cum suis fratribus, & habet aliquod principium (quod *Auantage* Galli vocant) non tenetur creditoribus hæreditariis aliquid soluere, per regul. l. 1. C. si certum petatur, & l. qui pecuniam, ff. de statuliber. & quia illud habet non vi successione, sed consuetudinis; & ira dicit fuisse prædicatum, & Ioan. Cirier refert Tiraquel, lib. de primogenitura, quæst. 35. num. 28. pag. 261. Et confirmo, quia successor in emphyteusi non tenetur soluere debita patris, vt tradit Mynfinger. lib. decisionum Cameræ Imperial. Centuria 3. quæst. 67. Alexand. in cons. 19. lib. 5. Iul. Clar. lib. 4. §. feudum, q. 43. quos citat Pereir. in tract. de nominatione emphyt. q. 24. n. 80. fol. 289. qui punctum latius examinat.

2 Et quod bona maioratus possint vendi pro debitis illius, qui fecit maioratum, resoluit Gama decif. 218. num. 9. ubi additio decif. 219. Et pro responsione ad distam l. 4. sunt ponderanda verba prædictæ legis, ubi cum *lex prius dixisset*, quod Rex tenetur soluere debita Regis prædecessoris: *Pero esto deue ser fecho de manera, que ne mengue el señorio, assi como vendiendo, y enagenando los bienes del, que son como rayz del Reyno, mas puede hazer de las otras cosas muebles que ouiere.* Ex quibus verbis palam constat, quod Rex ita demum tenetur soluere debita Regis, si cui succedit, cum à Rege antecessore habet aliquod mobile iure hæreditario, & non vt Princeps, qui in Regno succedit iure sanguinis, non titulo hæreditario, vt latius probatum fuit in hac 4. p. q. 1.

3 Nec nostræ opinioni obest, quod scribit Episcop. Gienensis in d. l. unum ex familia, §. si de Falcidia, n. 3. fol. 172. ff. de leg. 2. ubi dicit, Regem successorem teneri ad soluenda debita prædecessoris, quia donare potest Rex villas, & castra Regni, per l. 8. tit. 1. p. 2. Possessori autem maioratus id prohibitum est. Quia prædict. l. 4. tit. 15. p. 2. in illis verbis: *Pero esto deue ser fecho de manera, que no mengue el señorio, assi como vendiendo, enagenando;* debet intelligi, & moderari prout supra dictum fuit, & sicut ad illam respondit Molin. d. e. 10. n. 30. Nec Rex potest donare bona Coronæ Regiæ, sed solum priuata sua; vt probatum fuit in d. 1. q. huius 4. p. Nec in iust. dictus Episcopus reprehendit de obliuione & negligentia Peraltam, & Molinam grauissimos auctores; & d. l. 4. honestatem continet, non necessitatem, vt resoluit dominus Anton. de Padill. in d. l. unum ex familia, §. si de Falcidia, num. 7. pag. 292. ff. de leg. 2. Sic recte opinatur Episcop. Couarr. in cap. si hæredes, num. 9. vers. præterea, de testament. quod filius ad primogenitum vocatus post patris obitum, non potest grauari à patre ad solutionem onerum ex primogenio soluendorum, post Ioan. Cirier, & Glos. Paris. quos citat, quod satis planum est. Et quod vassallus non possit de feudo testari, probatur in c. 1. de feudi successione; & in c. 1. §. donare, qualiter vassall. non possit testari, probatur in c. 1. de feudi successione, & cap. 1. §. donare, qualiter feudum olim; & tradit late Curr. in tractat. de feudis, p. 4. num. 125. pag. 429. ubi hoc extendit, quod nec pro anima potest testari.

Pro istis etiam facit, quia cum successor in maioratu non veniat ad maioratum tanquam hæres, sed ex titulo maioratus, etiam si sit filius illius, qui debitum contraxit, non tenebitur de debitis, & factis defuncti: secundum Andre. de Ifern. in tit. an agnati, vel filij; notatur per Barb. ubi late Iaf. in l. si non sortem, §. liberius, ff. de condit. indebiti, Alexand. & alios in l. quadam, ff. de edendo Dec. conf. 85. & alios, quos refert eadem Gl. Paris. in dist. consuetudinibus, §. 22. quæst. 26. num. 85. fol. 194. Quam conclusionem confirmo ex pluribus, quæ ad propositum scribit Lucas de Penna de fund. rei priuat. & saltib. lib. 11. col. 2. vers. nota quod successor, fol. 297. qui ad vtramque partem eleganter arguit Andr. Gaill. obseruationum, lib. 2. obseruat. 149. num. 5. pag. 266. & decif. Pedemont. 168. num. 10. cum pluribus sequentibus, ubi late resoluitur, quod bona prohibita alienari in fauorem Tertij non possunt alienari nisi pro debitis habentibus causam vetustiorum, & originem necessariam, non procedentem ex facto, & culpa alienantis; qui ad ista omnino legendus est. Et idem notanter tradit decif. 167. nu. 21. cum seqq. & decif. 169. nu. 16. ubi ponit regulam, quod si per concessionem Principis acquiritur ius alicui, & liberis; est prohibita alienatio pro debitis; ubi ad hoc plures auctores citat; & Andr. Gaill. obseruationum lib. 2. obseruatione 137. nu. 4. pag. 251. resoluit, quod bona prohibita alienari ad soluendum æs alienum illius, qui bona vinculauit, vel ob æs alienum ipsius hæredis pro vita illius, per l. pater filium, ff. de leg. 3. & l. pero, §. prædium, ff. de leg. 2. quod verissimum est. Et quod possit fieri executio in bonis maioratus durante vita, & possessione debitoris, tradit Baec. in tract. de inope debitore, c. 16. n. 106. fol. 122. per tex. in d. s. prædium, & doctrinam Bald. in auth. Et qui iurat, C. de bonis auctorit. ind. possidend.

8 Et quod bona maioratus possint vendi ob debita defuncti, resoluit Ioan. Lop. in rubr. de donationib. inter virum & uxorem, §. 16. nu. 15. pag. 49. per l. pero, §. prædium, ff. de leg. 2. & leg. cum fidei hæredis, ff. de fideicommiss. libertatibus, ubi Barahon. & idem §. 62. n. 10. pag. 192.

9 Et quod bona fideicommissi possint alienari pro dote si constituta ante fideicommissum factum, tradit Cephal. in cons. 345. n. 8. lib. 3. qui refert Rip. in l. filius familias, §. diuis, nu. 76. ff. de leg. 1.

10 Et istam nostram sententiam late etiam tenet Martienç. in l. 6. tit. 7. lib. 5. Recop. glo. 3. nu. 17. cum seqq. fol. 176. qui ad ista legi debet, & hæc est certa conclusio, quicquid tenere videatur Nicol. Boer. decif. 204. n. 41. aduocans ad id alios DD. ubi affirmat, quod primogenitus tenetur ad solutionem debitorum prædecessoris; quam opinionem Boer. etiam sequitur Tiraquel. in tract. de primogenitura, d. q. 35. nu. 28. & 32. pag. 261. de quo etiam tractat idem Nicol. Boer. in consuet. Bituricens. tit. Des coutumes de Tours, art. 12. pag. 264. col. 1. Quod procedere forsan potest in primogenito, qui succedit de nouo in primogenitura, iuxta ea quæ habentur in l. 21. Taur. non in eo qui succedit in maioratu qui ortum habuit à prædecessore, nisi iste quem compellere volunt ad solutionem debitorum, sit hæres vltimi possessoris, quia hoc casu conuenitur non tanquam successor in maioratu, sed veluti hæres prædecessoris: vel in primogenituris Gallia, quæ longe à nostris maioratibus distant, vt in aliis locis animaduerto. Quod confirmatur, quia inter hæredem & fideicommissorium iura diuidi debent, §. si quis vna instit. de fideicommissar. heredit. notat Menoch. lib. 2. Centur. 2. casu 164. nu. 6. pag. 326. Et istis conuenit regul. tex. in l. à filia, ff. ad Trebellian. ubi probatur, quod testator si non potest habere alienationem bonorum fideicommissi, in præiudicium dotium filiarum: quod tradit Menoch. in tract. presumptionum. lib. 4. presumption. 189. num. 116. fol. 337.

Limitem etiam Anton. Gom. prædictam conclusionem, quod successor in maioratu non tenetur soluere debita

13 debita prædecessoris, nisi debitum fuisset contra-ctum in utilitatem ipsius maioratus, & fuisset conuersum in ipsius utilitatem, per c. 1. de solutionibus. & c. ex presentibus, de pignoribus, & l. domus hæreditarias, ff. de leg. 1. & alia plura iura, & idem tenet late Petrus de Petalta in l. 3. §. qui fideicommissum, num. 133. pag. 248. ff. de hæredib. instit. ubi generaliter tenet, quod quando debita, quæ contracta fuerunt per possessorem maioratus, facta fuerunt, propter necessitatem, & utilitatem vel conseruationem, vel tuitionem maioratus, successor tenetur ad solutionem debiti; citat ad hoc inter alia Petr. de Bellouis. qui hoc tenet in successore Regni, in Speculo Principum, fol. 17. pag. 2. ante finem, per tex. in d. cap. 1. de solutionibus. & in c. 2. de precario. Cui addo sententiam Abb. in c. quod quibusdam, num. 7. fol. 99. de fideiussoribus, & in cap. ex presentibus, num. 6. de pignoribus. fol. 96. & in cap. per tuas de donationibus, fol. 104. quæ confirmantur ex pluribus quæ scribit Chassan. in Catal. glor. mund. p. 12. consideration. 99. vers. tertio principaliter, fol. 101. 14 Et hoc in Rege notanter explicat, & distinguit loquendo in Rege in tract. de iure fisci, lib. 1. vers. hærenus differunt, num. 81. cum seqq. pag. 56. & 57. & in propria materia maioratus tradit Petr. Surd. in tractat. de alimentis, tit. 8. privilegio 54. nu. 14. fol. 304. & quod successor in maioratu tenetur soluere impensam factam ad recuperanda bona maioratus illi qui impensam fecit, constat ex doctrina Anan. in cons. 32. quem citat Petra de fideicommissis, quæst. 15. num. 215. pag. 623. qui tradit num. 214. in ista materia, quod si res fideicommissæ alicui oneri subiecta; & per grauatum in fideicommissum fuit ab onere releuata, est soluenda talis melioratio illi qui eam exonerauit, allegat Bertazol. cons. 107. in fine: & facit quod notanter scribit Anton. Gam. decif. 367. num. 7. ubi resoluit, quod vxor ex dote sua tenetur soluere æs alienum, quod maritus contraxit ad illam alendam; quod est nouum & difficile, & contra leg. 7. & 9. tit. 3. lib. 5. Recopil.

15 Et quod successor in maioratu tenetur ad debita prædecessoris, si contracta ad defendendum dignitatem; tenet idem Gam. Et materiam etiam resoluit Dominus Anton. de Quesad. quæst. vlt. per totam, & contracta in utilitatem maioratus, vel si debita sunt parua, resoluit D. Anton. de Padill. in dist. l. unum ex familia, §. si de Falcidia, num. 8. & 10. ff. de legat. 2. & faciunt scripta per Marzarium in tractatu de fideicommissis, part. 3. quæst. 6. Et facit regula æquissima secundum naturam, ff. de regul. iuris: iure naturæ, ff. de condit. indebiti. Et hoc fundatur in cons. feudali 17. num. 4. ubi deciditur in Marchione Salutarum, qui nomine dignitatis se obligauerat, quod successor hoc soluere tenetur, & in indiuiduo loquitur in pecunia accepta ad prosequendam litem super quodam statu: & pro hac opinione est text. notabilis, quem prædicti non referunt, in l. qui exceptionem, §. si pars, ff. de condit. indebiti. ibi: *Si pars domus, qua in diem per fideicommissum relicta est, afferit ante diem fideicommissi, & eam heres sua impensa refecerit, deducendam esse impensam ex fideicommissio constat.* & in l. si proprij, ibi: *Ad dignitatem profecerit, nec locupletior sit factus.* C. de donat. inter virum & uxorem; & facit text. singularis, ubi Abb. Anton. de Butt. & alij in cap. vt prateriti, de electionibus, ubi Capitulum potest repetere a Præloato expensas, quas fecit in prosequendo prælaturam: de quo legenda sunt quæ scribit Cæsar. Lambertini. de iure patronat. lib. 2. part. 3. 14. art. 11. quæst. princip. num. 1. fol. 253. ubi etiam ad propositum resoluit, an Patronus possit repetere expensas, quas fecit in defendendo proprium patronatum, & quasi possessionem iuris patronatus: ad quem iungo Paul. de Citadi. in tractatu de iur. patronatus, 3. part. de acquirend. iur. patronat. num. 78. fol. 37. & quod alios Auctores citat Anton. Peregrin. in tractatu de iura fisci, lib. 5. tit. 1. num. 144. pag. 282.

Et quod ad debita contracta pro utilitate rerum

feudalium tenetur successor in feudo, tenet Andr. de Ifern. in dist. cap. 1. an agnat. vel filij: Bald. in cons. 232. femina, & Aymon Crauet. in cons. 17. num. 1. Et ad hæc etiam est sententia Raphael. Cuman. cons. 56. Quidam filie, ubi dicit, quod hæres qui restituere tenetur fideicommissum, potest detrachere expensam magnam, quam fecit ad perpetuam rei utilitatem, & in sustentanda hæreditate, & detrachit quatenus hæreditas reperitur melior tempore restitutionis si vero non est ad perpetuam rei utilitatem, vel expensa fuit modica, detrachere non potest & ad hanc sententiam spectant quæ scribit Campeg. in tracta. de dote, p. q. 48. fol. 92. & Tiraquel. lib. 2. de retrahit. §. 5. glo. 4. num. 7. pag. 943. Et conducent quæ scribit Burg de Paz q. 7. ciuili, num. 16. & Lucas de Pena in d. l. si quis, in vers. solutio secundum Iacob. & facit doctrina Bartol. in l. cum quaritur, §. prædictis, ff. de lega. 3. ubi dicit, quod si maritus expendit pro custodiendo, & defendendo castro, quod alius occupate volebat, repetere potest impensas pro ipsa defensione factas: & idem voluit Angel. in l. diuortio, §. impendia, ff. soluto matrimonio, & confirmat Barth. Socin. in cons. 26. num. 9. lib. 1. & facit doctrina Abb. in d. c. 1. & 2. de solutionibus; & in d. c. per tuas de donationibus, ubi vult, quod Prælati tenentur soluere debita, quæ antecessor tradidit pro sustentatione, & Prælati tenentur soluere salaria famulorum, & seruitorum Archiepiscopi prædecessoris, secundum eundem Abb. in c. relatum el 2. de testamentis: qua de re plura scribit Iaf. in cons. 122. libro secundo, per totum consilium, ad quos addo Auendan. in l. 46. Tauri, glos. 9. num. 15. cum seqq. fol. 203. & decisionem Iacob. Put. 40. lib. 3. quam citat Quintil. Mandos. in tract. de signatura gratia in tit. translatione, fol. 119. vers. quarto, Episcopus; qui tractant de Præloato obligato soluere debita prædecessoris. Et quod successor Prælati tenetur ad debita necessaria, & non voluntaria, concludit Iacob. Pute. decif. 43. part. 2. allegat notata per Abbatem in dist. cap. 1. & 2. de solution. facit quod notat Quintil. Mandos. in tractatu de Monitijs, q. 59. num. 3. fol. 22.

16 Requiritur tamen ad hoc, vt successor in maioratu tenetur soluere debita per prædecessorem contracta in utilitatem bonorum maioratus, quod utilitas sit manifesta, & quod pecunia actualiter sit conuersa in utilitatem maioratus prout Peraltra latius explicat per multas columnas: quod etiam tractat Molina lib. 1. de primogeniis, cap. 10. fol. 73. & istam quæstionem latius tractat Marzarius de fideicommissis, q. 67. fol. 58. ubi quando veniant detrachendæ expensæ factæ in lite pro defendendo fideicommissio.

17 Et ex his potest determinari quæstio, quæ tacta fuit per Gregor. Lop. in l. vlt. titul. 11. part. 4. ubi quærit, an qui fecit expensas in maioria recuperanda, possit repetere, quam dicit esse decidendam ex l. ex parte ubi Bald. ff. familia eriscund. & gloss. & Bart. in l. 1. & l. in totum, & Lomino, ff. de impensis in reb. dotalib. & ex alijs, quæ ipse refert, Cui addendum est, quod ubicunque expensæ sunt modicæ, nullatenus eas repetere potest is, qui eas fecit; ad quod facit l. hære-nus, ff. de usufructu, ubi usufructuarius tenetur ad paruas expensas, non ad magnas quod resoluit Pinel. in l. 1. part. 2. num. 68. C. de bonis maternis; ad quem addo decisionem Afflicti. 152. num. 1. de quo lege Nicol. Boer. decif. 47. in fine, Tiraquel. lib. 2. de retrahit. §. 7. glof. 1. num. 5. pag. 964. Aym. cons. 3. Menoch. de recup. possess. remed. 15. num. 53. pag. 524. col. 2. & de arbitrarijs iudicium 1 lib. 2. centuria 3. casu 215. num. 1. cum sequentibus; Aluar. Valasc. de iure emphyteu. q. 25. num. 28. Ioan. Garcia in tract. de expensis & meliorationibus, cap. 11. num. 5. fol. 111. & facit l. in rebus, §. possunt, ff. de commodat. ubi commodatarius tenetur facere paruas impensas in rebus commodatis, non magnas; & colonus tenetur facere paruas impensas, secundum Bart. & alios in l. prædita, §. penni, ff. de fund. instruct. Et ad hoc propositum alia similia scribit Ioann. de Amicis in cons. 98. n. 8. cum alijs, ubi

vbi tradit de domino, qui paruas expensas petere non potest à famulo infirmo, quem curari fecit; & de Potestate faciente expensas Allessori, quod paruas non repetit, magnas vero sic; cui adde Bart. in l. 1. num. 5. C. de iure emphyteu. cuius doctrinam late declarat Glos. Par. in 2. p. consuetudin. Parisien. §. 62. num. 58. fol. 166.

Et vide eundem Gregor. Lop. in l. 41. tit. 28. in glos. in verb. entregado, part. 3. vbi paucis verbis tractat tres quæstiones circa istam materiam, si hæres defuncti possidens maioriam fecit sumptus, an possit illos repetere, aut retinere pro expensis rem maioriam? Item, si possessor fecit expensas in custodia castrorum, quia erat tempus guerræ, an illas repetere possit? Et an si possessor maioratus fecit multas expensas in defendendo maioratum, qui sibi ab alio petebatur, vel ipse petebat, an repetere possit? Cui addo Arium Pinellum in dict. l. 1. p. 1. 2. num. 70. fol. 78. C. de bonis matern. vbi tractat quæstionem, quando maritus repetere possit expensas, quas fecit in exigenda dote; & concludit cum Glos. in dict. l. 1. in verb. non sint. ff. de impensis in rebus dotalibus fact. communio-rem & veriore esse opinionem, quod maritus tales expensas exigere non potest. Quæ conclusio ita generaliter intellecta (videri meo) est periculosa, quod disputat Cæsar Lambert. in tract. de iure patronatus. 9. art. 5. q. principal. 1. p. lib. 1. quæst. 9. fol. 39. Et circa nostram quæstionem legenda sunt quæ scribit idem Lambert. dict. lib. 3. artic. 14. 10. quæst. princip. 3. p. fol. 253. vbi tractat per quem debeant fieri expensæ in præsentatione, & in electione, & in toto processu iuris patronatus: & idem Lambertinus lib. 3. 11. art. 2. q. principal. fol. 11. num. 1. vbi ex Abb. in cap. cum quibusdam, de penit. & aliis, resoluit, an patronus possit repetere expensas, quas fecit in defendendo ecclesiam patronatam.

Et ad hanc etiam materiam facit, quod tradit idem Gregor. Lopez in l. 21. tit. 23. part. 3. in glos. in verb. Cavalteros, vbi tractat quæstionem, si Vniuersitas constituit syndicum, aliquibus contradicentibus, & denuntiantibus, quod nolent litigare, quia credebant litem fore iniustam, & renuebant sustinere expensas, an lata sententia contra Vniuersitatem, teneantur illi qui contradicentem fecerunt? In quo puncto licet Alberici in l. nulli, num. 2. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomen. teneat, quod etiam illi, qui contradicentem fecerunt, non obstante contradicentione teneantur ad expensas; mihi tamen placet distinctio Gregor. Lopez ibi, & ita communiter prædicatur in hac Reguli Cancellaria: nam si in aliquibus litibus contingit, vniuersitatem, puta ciuitatem, locum, aut villam condemnari in expensis (quod multoties fit) solum eas expensas soluant illi, qui mandatum dederunt ad incipiendam litem; & non alij qui contradicentem fecerunt: à qua practica non recedendum: l. minime, l. si de interpretatione, ff. de legibus, quod mihi iustissimum videtur: & contrarium, est punire alios pro delicto aliorum, refragantibus omnibus legibus diuinis & humanis, Ezechiel. cap. 18. l. sancimus, C. de penit. cum concordantibus faciunt scripta per Abbatem post alios in cap. dudum, & in cap. cum Vintoniensis, de election. Ripam in tractatu de peste, tit. de privilegiis contractuum num. 200. fol. 22. Felician. in tract. de censibus, editione, 2. c. 3. num. 5. fol. 96.

Nec est æquum condemnare eos de Concilio, qui iniuri in negotio, quod postea malum successum habuit, votum contrarium dederunt ratione officij, quod non debet eis præiudicare, l. si iurum, ff. de rei vendic. cum similibus congestis ab Anton. Gabr. lib. 3. communium opinio num. tit. de alienatione rerum, concl. 2. numer. 1. cum aliis pag. 201. vbi inter alia refert Albericum in l. post legatum, §. Aduocatum, vbi tamen ff. de his qua vt indignum: dicentem, quod quando Iudex compulit Aduocatum suscipere munus aduocationis, non præiudicatur in re petita, & factum ex necessitate non debet eundem obesse: l. si fideiusor, §. si necessaria,

ff. qui satisd. cogan. l. si dictum, §. si compromisso, ff. de euictionibus: l. fideicommissa, §. si rem, ff. de leg. 3. l. 15. tit. 9. part. 6. in versic. mas si el deudor: l. unica, §. sciendum, C. de rei uxorie actione: & est tex. singularis in l. debitor, ff. ad Trebellian. vbi succurritur creditori, quando successit debitori, qui coactè hereditatem adiuit; tradit Ias. in l. scimus, num. 6. C. de inoffic. testamen. & adduco textum in l. filius, ff. de inoffic. testamen. & quæ notabiliter tradit Bart. in l. tutorem, ff. de his quibus vt indignis; num. 2. & facit textus in l. cum quedam mulier, C. de administrat. tutor. cum Glos. vt. vbi Salicet. citat Innoc. in c. inter dilectos, in glos. sed nonne, de fide instrumentorum, & probatur in cap. suborta, in fir. de re iudicat. Notat Perat. in l. Titia cum testamento, §. Lucia, num. 3. pag. 419. ff. de leg. 2. Falcon. reg. 316. n. 52. & opinio Alberici est dura, & contra omnem rationem, & æquitatem; & est regulare, quod ex eo quod quis inuitus facit, nullum paratur ei idem præiudicium: l. 26 & ideo, in 2. responsio, ff. de condit. furtiu. l. si pignori, circa finem, ff. familia erciscunde. l. qui autem, §. apud Labo- nem. ff. que in fraudem creditorum: l. in tantum, l. nouissime, §. 1. ff. quod falso tutor. aut. & facit regul. non est ignorum, C. de administrat. tutor. Notat Roland. in consil. 2. nu. 72 lib. 1. Et actus tamen ex necessitate factus non infert consensum, secundum Angelum in l. sed si suscepit, ff. de iudic. Menoch. in tractatu præsumptionum, lib. 2. præsump. 19. n. 8. quod noto ad lites nobilitatis; & facit l. nomen, in fin. C. que res pignori oblig. poss. l. conuenire, §. 2. C. de pignor. action. l. 3. C. de notation. & quod scribit Minadous decis. 9. Neapolit. num. 2. Quod in solutione collectarum, voluerunt Innocentius in cap. si diligenti, num. 5. de prescription. Lucas de Penna in l. quemadmodum, C. de agricol. & censibus, lib. 1. vers. 154. & alij, vt per Ioseph. Mascard. in tract. de probation. lib. 1. conclus. 316. num. 9. fol. 191. & concl. 1264. num. 20. fol. 206. Quod etiam noto ad lites nobilitatis: Et faciunt quoque de faciendi remissione in re locata cum protestatione, tradit Aluar. Valas. in tract. de iure emphyt. q. 27. num. 47. fol. 172. quod voluit Bart. & Ias. num. 10. in l. ff. si quis ius dicenti non obtinuerit, Aym. Crauet. in consil. 132. num. 2. vbi tamen tradit num. 14. quod si dominus petat centum ab vniuersitate, tenentur illi, qui administrant res ciuitatis defendere, nec metu expensarum futurarum debent Rempu- blicam in defensionem relinquere, & administratores tenentur prosequi appellationem, & vide notabiliter Abbatem in cap. cum inter Canonicos, num. 6. de election. vbi resoluit quis teneatur soluere expensas, quando maior pars litigauit, an procurator, vel minor pars, ad quod lege Bartol. in l. iam tamen, §. in hac stipulatione, n. 2. ff. iudicatum solui folio 110.

Ex prædictis etiam inferitur, si à quodam possessore bonorum maioratus fuerunt petita bona, & fuit facta transactio tamen inter peritorem & possessorem super bonis maioratus, & possessor apud quem bona remanserunt, contraxit aliqua debita ad soluendum illud quod ob transactionem debebat, quod successor in bonis maioratus tenetur soluere illa debita, quæ contracta fuerunt pro redemptione lites, & transactio facta fuit in dubio casu, & utilis est possessori maioratus, secundum ea quæ scripsi supra, q. 22. & pro ista conclusione facit l. 36. tit. 14. part. 5. ibi, Ca quisada cosa es, e deuecho, que aquel aya pagar las deudas que ha el bien y prouecho de la herencia.

Sed pro perfectiori intellectu huius materiæ, tamen nostræ quæstionis, quæro; posito quod successor in maioratu teneatur ad solutionem expensarum, quas defunctus antecessor in maioratu fecit in prosecutione litis, quam super maioratu tractauit, ad quas faciendas debita contaxit, an teneatur ad solutionem omnium expensarum quæ in lite facta fuerunt vel ad aliquas expensas particulares? In quo puncto non potest dari certa regula: sed est definitendum prout negotia contingerint, & ex tex. cum ibi notatis in l. sed an vltro, ff. de negot. gestis; vbi cauetur, quod sufficit à principio aliquem actum vtiliter fecisse, licet postea damnosus appareat: de qua

qua lege latius scribo in hac parte, q. 4. ad quæ addo text. notabiles in l. etiam si contrariam, C. mandati; & in l. qui mutuum, §. vlt. ff. eod. tit. & melior tex. de iure in l. si ipsa, ff. quod metus causa: ibi, Nihil vltra quærendum est quod exiit sit. l. 1. §. si preses, ff. de magistratibus conuenient. & §. si magistratus, in eadem lege: l. quoad heredem, eodem titulo: l. si ab arbitro, ff. qui satisdare cogantur, l. sciendum, §. possessio, eodem titulo. l. & eleganter, §. fin. cum lege sequenti, ff. de dolo; l. lites, §. si pecunia, ff. de neg. gest. l. negotium, C. de nego. gest. Notat Decius consil. 7. numer. 2. Barbof. in l. si cum dote, 23. §. fin. num. 23. pag. 466. ff. solut. matrim. tom. 2.

Et sufficit habuisse iustam causam litigandi, etiam si succumbat: l. quoties, §. sicut, ff. de administrat. tutor. l. 8. §. sufficit, ff. de contra. iudic. tit. l. sumptus, ff. de administrat. tutor. cum concordantibus, vt per Rebuff. tom. 3. ad constitut. Regias, tit. de expens. damn. & interesse: artic. 1. glos. unica, numer. 56. pag. 443. Carol. Ruin. consil. 1. numer. 23. lib. 3. facit tex. in l. illicitas, §. sicuti, vbi Glos. & Bald. ff. de offi. præsid. & doctrina Abb. in cap. vt præsertim, numer. 7. fol. 168. de election. vbi vult, quod si maior pars Capituli fecit expensas lites, potest repetere à minori parte; etiam si non obtineat, dummodo vtiliter fuerit negotium prosequutum; & Decius in consilio 532. num. 11. vbi tradit, quod contractus qui pendet à casu, nec vtilis, neque inutilis reputatur; quem citat Anton. Gamma decisio 323. num. 2. vbi loquitur de bonis concessis in emphyteusim per Ecclesiam quæ tempore concessionis erant parui valoris, & vtilitatis; & quod notat Gregor. Lop. in l. 12. tit. 22. in glos. in verb. contraria, par. 3. & conducunt scripta per Menoch. consil. 145. nu. 48. lib. 2. & Gregor. Lopez in l. 3. tit. 1. par. 5. in glos. in verbo, o villa, circa finem: ad hoc ponderat illam legem, & tradit Menoch. de arbitrariis iudiciis, lib. 2. centur. 5. casu 432. num. 4. pag. 12. qui post Abbatem num. 8. Cardinal. q. 10. Ancharran. num. 10. in cap. penult. de fideiusso-ribus, Alciatus in l. ciuitas, num. 7. ff. si certum petatur, & alios quos citant, volunt, quod satis sufficit pecuniam semel conuerfam fuisse in vtilitatem Ecclesiæ, licet illa non duret; facit regul. de fideicommissis, Cod. de transact. vbi DD. de qua per Tiraq. lib. de primogenitura, q. 6. num. 4. pag. 95. & conducunt scripta per Episcopum Simancam lib. de instit. cathol. cap. 9. num. 39. cum sequentibus, fol. 21. Et quod si possessor maioratus fecit magnas expensas in defendenda lite, possit illas repetere, tenet nouissime Petrus Barbof. in l. disortio, §. final. numer. 44. pag. 175. ff. solut. matrim. post Molinam, quem citat lib. 1. de primogenitis, cap. 27. num. 10. fol. 195. qui & hoc citat, & ambo absque digestionem.

Et in hoc est considerandum an possessor maioratus poterit prouidere, tamen præuenire difficultatem, quæ postea apparuit in prosecutione litis, antequam eam prosequeretur: nam si quidem illam præuenire potuit, imputet sibi qui malam litem suscepit, aut defendit; si vero hæc minime præuenire potuit cum à principio negotium vtiliter gesserit, ad hoc est habenda consideratio: iuxta tex. in l. sed an vltro, ff. de neg. gest. & facit egregius tex. in cap. de occidentis, 23. q. 5. Et est etiam incipiendum, si reus erat ille, qui defendebat aliquas res ad maioratum pertinentes: an habuerit iustam causam litigandi in principio litis, aut publicatione testium, in aliqua parte litis, ita vt appareat eum iniustam litem fouisse, & defendisse; argumento notatorum in l. prope- randum, §. siue autem alterutra, C. de iudiciis: & l. 8. tit. 3. & l. 7. tit. 22. part. 3. & Glos. in l. qui solidum, §. 1. ff. de leg. 2. de quo puncto plura videre licet apud Episcop. Couart. in pract. quæst. q. 27. & Decius in l. qui in alterum, ff. de reg. iur. & notat idem in l. qui accensare, num. 1. C. de edenad. Omnia itaque discretus Iudex melius quam alius coniecturare, & contemplari debet: vt per Menoch. de retinend. possess. remed. 3. numer. 657. pagina. 232. ad hæc legendus; & lib. 2. de arbitrariis, centuria 2. casu. 177. per totum.

Quibus est addendum, quod ille, qui in lite succubuit, fecisse censendus est ex iniusta causa, & licentes,

secundum Ioan. Andr. in c. 1. de electionibus lib. 6. Bald. & Salicet. in d. §. fin. autem alterutra: de quo concordantes adducit Tiraquel. lib. 1. de retractu, §. 4. glos. nu. 1. & 2. pag. 423. ad quod est tex. notabilis in l. tutor, ff. de admini. tutor. ibi, Tutor vel curator, cuius iniusta appellatio pronun- ciata fuerit, cuiusve excusatio recepta non sit, ex quo accide- re ad administrationem debuit, erit obligatus. Quæ ad hoc notat Bart. & tradit Alciat. regul. 3. presumpt. 9. num. 5. ad quem addo Capicc. decis. 180. num. 4. & 5. ad hoc vi- dendus; & Bart. in l. iam tamen, §. in hac stipulatione, n. 1. cum sequentibus, fol. 110. ff. iudicat. solui; & Bacza de de- cima tutor. præstand. cap. 2. num. 109. fol. 26. & Menochius lib. 2. de præsumption. præsumpt. 87. numer. 1. & præsumpt. 89. num. 14. & Bald. in consil. incipienti, Erant quinque nobiles: libro 1. vbi tradit, quod etiam ille, qui succubuit in bona lite, non potest petere sumptus lites. Quod indistinctè verum non credo, cum sæpius succumbatur propter negligentiam vel inaduerentiam Iudicum, vel Aduocatorum, & propter alias similes causas, quas experientia quotidie docet: & pro hac opinione faciunt scripta per Cynum in l. generaliter, l. 1. num. 4. C. de Episc. & Cleric. ad hæc legenda.

Item in hac materia est aduertendum; quod tamen Peral- ta in d. l. 3. §. qui fideicommissum, num. 150. ff. de hered. inst. dicit, quod creditor qui contraxit cum prædecessore maioratus, tenetur probare, quod tale debitum fuit contra- ctum contemplatione maioratus, vel rerum ipsius; alias succumbet, quia hæc est qualitas, in qua se fundat creditor, tamen de qua ante omnia debet constare: l. cum actus, vbi Bart. & alij, ff. de neg. gest. pro quo faciunt quæ scri- bit dec. Pedemont. 137. n. 3. & sequent. ad hæc legenda; quibus addo Glosam in cap. venerabilibus, in glos. penult. de sententia excommunicat. in 6. notat Bart. in l. qui iurasset, §. qui pater, ff. de iureiur. & l. non solum, §. sed vt probari, quod legit sub §. sciendum, vbi alij DD. ff. de no- ni operis nunciation. & doctrinam Bartoli omnes ad vnum sequuntur, secundum Alexand. ibi, vbi Ias. nu. 2. notat idem Ias. in bono casu, in l. si extraneus, num. 23. ff. de condi- dit. caus. dat. Barbac. & Ias. num. 6. in rubr. C. qui admittit. idem Ias. in l. post dotem, num. 6. ff. solut. matrim. & in l. qui in aliena, §. vltim. ff. de acquir. hered. numer. 18. & in l. 1. Cod. de furtis. & traditur in variis casibus per Deci. in cap. ex parte num. 13. de probationibus; & in cap. 1. n. 2. de exceptionibus, & in cap. 1. num. 20. de appellationibus, & consil. 550. Bald. eleganter consil. 353. lib. 3. Hippolyt. in l. si quis ne quæstio, num. 130. ff. de quæstion. & consil. 7. Rebuff. in concordat. rubric. de collat. §. cum vero, pag. 383. & Alciat. in tractat. de verbis, significat. pag. 46. & in materia fideicommissi, hoc expressè tradit Bar- lat. in consil. 151. num. 139. lib. 2. post decisionem Pedemont. 171. numer. 12. & 172. in princip. quam citat: fa- cit Glos. in Clement. vltim. in versic. creatum de rescrip- tis, quam post Ias. in dict. rubric. C. qui admittit; late exornat Tiraquel. more solito, lib. 1. de retractu, §. 32. glos. Vnica num. 92. & tradit Aluar. Valas. consultat. 83. n. 7. pro quibus facit sententia Alberici in l. final. §. nisi præfatam, C. de iure deliberandi: vbi volunt, quod si per heredem vendantur res defuncti ad satisfaciendum creditoribus, non sufficit instrumentum venditionis, nisi appareat quod reuera creditoribus fuit solutum, & satisfactum: idem volunt Salicet. in ead. §. si vero cre- ditores, & Caphal. caut. 2. 19. quos citat Phanunius de Phanun. in tract. de inuentario, versic. explicitis, nu. 156. fol. 293. 8. volum. tractatum, & faciunt scripta per Mau- ritium in tract. de integ. restit. cap. 221. & 222. & quæ refert Azeued. in l. 6. tit. 2. lib. 1. Recopil. v. 17. pag. 40.

Et hæc opinio Peraltæ tamen in nostro proposito tendenda est; licet in hoc puncto non deerant aliquæ rationes, ex quibus contra illam disputari poterat, præcipue Glos. celeberrima, vbi Angel. in l. vtrum, ff. de petit. hered. quam latissime vltra omnes scribentes explicat Arius Pinel. in l. 2. C. de rescindend. vendit. part. 2. n. 64. cum plu- ribus sequentibus, vbi materiam hanc tam doctè, quam eleganter tractat: cui addo Gregor. Lopez in l. 19. in glos. in verb. que no entro en supra: & in l. 93. in glos. ante

el eferuano tit. 18. part. 3. & d. l. 3. tit. 1. part. 5. & egre- giam l. 8. tit. 13. part. 3. Menchaca lib. 3. de controuersia. cap. 66 n. 6. fol. 96. & notabiliter Glof. Par. in tract. de usuris, q. 33 n. 272. pag. 350. Petrus Surd. decis. 156. vbi n. 4. re- fert Molinam lib. 4. cap. 4. n. 20. & illum sequitur, vbi ait, quod si detur licentia ad alienandum rem maio- ratus, dummodo pretium impendatur in aliud prædium subrogandum, non tenetur emptor curare, quod emat- tur prædium ex capcunia; sed satis est, quod pretium soluat quorum doctrina cautè est seruanda, attentis su- perioribus; & sequentibus; præcipue ex dictis decisio- nibus Pedemontanis: & faciunt scripta per Felicianum in tractatu, de censibus, in edition. 2. lib. 2. dist. cap. 3. num. 5. fol. 94. Mascard. in tract. de probation. concl. 1161. n. 1. cum sequentibus. fol. 62. & conclus. 1160. lib. 3. & lib. 2. concl. 581. num. 1. cum sequentibus. fol. 3. Glof. Paris. in additione ad Alex. conf. 4. num. 8. lib. 3. Greg. Lop. in l. 24. tit. 13. part. 5. in glof. in verb. que no cayo en su pro: & in l. 6. tit. 11. part. 5. in glof. in verb. que la no pudiste vender, col. 9. fol. 84. in princip. vers. quid autem si Princeps, Menoch. in tract. de presumptione presumpt. 84. per totam, pag. 367. lib. 3. Notanter Ripa respon. 62. num. 2. cum sequentibus. sed pro dicto Peralta adduco bonum text. in l. magu puo, §. non tamen, ff. de rebus eorum: & in cap. hoc ius, 10. q. 2. c. quod quibusdam de fideiussoribus: autem hoc ius porre- ctum, in fine, C. de sacrosanct. Eccles. l. huius, ff. qui potio- res in pignore habeantur, l. 26. tit. 13. part. 5. Et de ma- teria lege Dominum Antonium de Quésad. lib. 3. quæstio- num c. 32.

Probatione autem facta, quod ille qui debitum contraxit, reuera illud debebat, & quod fuit contra- ctum contemplatione maioratus vt Peralta tradit, præsumitur quod pecunia conuersa fuit in utilitatem & defensionem rerum maioratus, si creditor etiam probet, quod aliunde non habebat ille qui eam expendit, l. si prædium, C. de prædiis minorum: Petrus Surd. decis. 155. num. 6. Notat latius Ripa in l. 2. §. ult. num. 11. fol. 237. ff. de privileg. creditor. Et hæc seruiunt pro decisione quæstionis, quam tradit Molina lib. 4. cap. 7. num. 33. fol. 175. vbi disputat quis teneatur probare bona libera deficere, vt deueniri possit ad vendi- tionem rerum maioratus; ad quem addo Hieronym. Gabriel. conf. 118. num. 6. decidentem, quod ad hoc vt propter æs alienum testatoris possit vendi res prohibi- ta alienari, oportet non esse alia bona, vnde solui possit iuxta l. pater filium, in princip. vers. idem quæsit, ff. de leg. 3. vbi Bart. Alberic. Cuman. in l. peto, §. prædium, num. 33. ff. de leg. 2. l. 1. in l. commodis, num. 4. ff. de iudica- ta, idcirco secundum eum, alia bona non fuisse, est fundamentum intentionis emptoris & consequenter ad eum pertinet onus probandi: l. cum qui, ff. de probatio- nibus, cum vulgaribus, nec hoc probatur sola assertionem em- ptoris, iuxta Glof. in l. cum de lege, ff. de probatio- nibus.

Et in hac materia est etiam ad memoriam repeten- da doctrina Glof. in l. prædiorum. C. de prædiis minorum: quæ vult, quod si in contractu facto à minore fuerunt obseruatæ debite solennitates, & minor petens rescin- di contractum tenetur probare pretium non fuisse con- uersum in eius utilitatem; secus si non fuissent obser- uatæ quod late tradit Menoch lib. 3. de presumptione præ- sumpt. 84. n. 4. ad quæ addenda sunt quæ scribit Roland. in conf. 60. n. 37. lib. 4. Ioan. Guttier. allegation. 1. n. 6.

Alias autem quæstiones circa hanc materiam, & an & quando successor in maioratu teneatur soluere debi- ta per prædecessorem contracta vide Greg. Lopez & Peraltam in d. §. qui fideicommissum in l. 3. ff. de hered. inst. Anton. Peregrin. in tr. de fideicommissis, art. 3. num. 3. fol. 356. & art. 40. num. 15. fol. 358. Petrus de fideicom- missis, q. 15. n. 4. pag. 558. In omnibus enim non de- tineo, præcipue in aliquibus, quæ ab aliis tractata sunt, quia hæc materia maioratum est ampla, & de- cem libris iusti voluminis non sufficerent.

Non omitto tamen conclusionem quorundam contin- gibilem, & quam iam habui in practica, quod si pa-

ter emit aliquam rem quam possit in maioratu, & non soluerit pretium in totum, vel pro parte, pretium esse soluendum ab omnibus hæreditibus pro portionibus hæ- reditariis, secundum Greg. Lop. in l. 10. tit. 9. part. 6. in gl. in verbo, de la comprar, quem citat Ioan. Guttier. lib. 3. practica. quæstion. quæst. 92. n. 10. pag. 692. de quo legenda sunt quæ scribo part. 1. quæst. 10. ex l. apud Iulianum, §. hæres, ff. de leg. 1. & concordantibus. Et an successor in maioratu teneatur ad funeris expensas prædecessoris, vel hæredes illius; decidi potest per ea quæ scribunt Abb. in disputatione incipient. Sempronius Clericus in primo dubio, Decius latius in cons. 157. Queritur de exp- pensis: & tradant magis in terminis dominus Anton. de Padilia in d. l. vnum ex familia, §. si de falcidia, n. 11. ff. de legat. 2. Molin. lib. 1. de primogeniti. d. c. 10. num. 33. Anton. Peregrin. in tract. de fideicommissis, art. 40. num. 19. fol. 360. Petrus Surd. decis. 155. num. 15. eleganter Glof. Paris. in consuetud. Paris. §. 11. num. 11. fol. 129. p. 2. & facit l. si vt obligata, ff. de leg. 1. l. prædium, C. de fideicom- missis, §. sed si rem, in sit. de leg. & quæ scribit Natta conf. 191. num. 14. Math. ab Afflict. in cap. 1. §. præterea Ducatus, num. 30. cum pluribus sequentibus fol. 316. de pro- hibita feud. alienat. per Federic. Alia autem quæ ad hanc quæstionem pertinere possunt lector videre poterit in Glof. Paris. 1. p. consuetud. §. 11. n. 8. cum aliis fol. 128. consulo tamen lectorem, vt cautè ea legat.

Et qualiter possidens maioratum teneatur ad expen- sas litis? ultra prædicta tradit Molina cap. 27. n. 10. fol. 194. ad quem addo Lambert. de iure patronat. lib. 3. ar. 11. 2. q. principal. fol. 11. vbi resoluit, an patronus teneatur pro se, qui linem expensis propriis, vel Ecclesie; ad quem addo eundem Lambert. lib. 2. p. 3. 4. art. 11. quæst. principal. fol. 255. num. 1. & 2. Et an omnes hæredes, vel solus primogenitus soluere teneatur pretium quod de- betur ex re, quam quis vinculauit, constare potest ex his quæ scribit Glof. Paris. p. 1. consuetud. 11. num. 11. fol. 128. ad quem addo ea quæ scribo supra, vers. non omitto, quod notanter scribit Greg. Lop. in d. l. 4. tit. 15. part. 2. in glof. in verb. sus deudas, in vers. quid autem si pretium rei emptæ: vbi per doctrinam singularem Bald. in l. cum rem alienam, num. 3. C. de legat. inquit, quod si pretium rei emptæ ad maioratum, & quæ postea posita fuit in maioratu, non fuit solum à fundatore maioratus, hæ- res illius, & non successor in maioratu, soluere debet, allegat etiam scripta in l. 1. C. si certum petatur: quod in lite magni ponderis contigit in practica. Et quid si data sit facultas in casu licito ad alienationem bonorum maioratus, forma data, quod pecunia quæ processerit à re vendita, conuertatur in emptionem aliorum bono- rum, quam emptor soluit, vel depositaui, an sit libera- tus, si postea pecunia conuersa non sit in emptionem bonorum, colligere licet ex scriptis per Abb. & Imol. in c. gravis, de deposito: Dec. conf. 3. col. 2. Rebuff. in tract. de alienat. verum Eccles. num. 4. pag. 75. eleganter Menoch. qui declarat, de arbitrariis iudicium, lib. 2. centur. 5. dicto casu 432. num. 5. pag. 711. vbi istam materiam latissime tractat, & nouissime Aluar. Valasc. conf. 83. numer. 7. Ioseph. Mascard. in tract. de probat. lib. 3. conclus. 110. nu. 1. cum sequentibus. fol. 74. idem Menoch. in tract. de presump- tion. lib. 3. præsumpt. 55. num. 1.

Et quod ubicumque facultate Regia data ad alie- nandum bona maioratus cauetur, vt ematur alia res idonea, & secuta: qualiter debeat fieri probatio, quod sit secuta & idonea: explicat late Petrus Surd. decis. 320. per totam & dec. 156. Et qualiter successor, & possessor bo- norum maioratus possit alienare tantam partem bono- rum maioratus, vsque ad debitum contractum pro dote, vel alias causas, cum facultate Regia, legatur Petrus Au- gust. Morla in emporio, q. 1. tit. de rebus creditis, q. 3. n. 21. fol. 325 qui refert Molinam, & contra illum tenet lib. 1. primogeniti. d. c. 10. n. 27. & refert etiam istam; & quæ ibi in ista quæstione; & an si quis perat mutuo dedisse pecu- niam Ecclesie, teneatur dicere in libello quod pecunia fuit conuersa in utilitatem Ecclesie: resoluit Menoch. in tract. presumption. lib. 1. q. 54. pag. 59.

Et

Et creditor incumbit probare quod pecunia quæ data fuit minori ad censum, fuit conuersa in utilita- tem illius, tradit Felician. in tracta. de cons. lib. 2. c. 2. n. 6. fol. 147. Et qualiter hæres primogenitus teneatur in subsidium etiam pro parte tangente secundogenitum de debitis, curiose explicat Capic. decis. 198.

Et in hac materia est memoriâ dignum quod scribit Rebuff. in l. nihil aliud 24. ff. de verb. significat. pag. 202 vbi dicit determinatum fuisse, vt quod si primogenitus suc- cedit cum suis fratribus, & habet aliquid præcipuum non tenetur pro illo præcipuo soluere creditoribus hæ- reditariis, per regul. dist. l. 1. C. si certum petatur, contra Ioan. Cirier. in tract. de primogenitura, lib. 2. q. 5.

Ex superioribus etiam confirmantur quæ tractat Mol- lin. lib. 1. de primogeniti. c. 10. n. 18. cum seqq. vbi scribit quod creditor potest agere hypothecaria vt contra proprie- tatem rei maioratus, quando cum pecunia, quam mutua- uit, fuit meliorata; & ipsa pecunia fuit consumpta in il- lius conseruationem, & refectionem; qui ita limitat l. 46. Taur. hodie l. 6. tit. 7. lib. 5. Recopil. & quod si pecunia non sit ad mutuum, sed ad censum data possessori primoge- nituræ, non teneatur creditor, qui illam dedit, probare versam fuisse in utilitatem status, tradit expresse Purpu- ratas inter consilia feudalia, d. cons. 17. num. 8. qui hoc scri- bit in Marchione Saluciatium, per doctrinam Innocen- ti in cap. 1. de deposito, Bald. in authent. hoc ius porrectum, n. 7. C. de sacrosanct. Eccles. inferens, quod si metecator vendat Abbati annuum pro monachis induendus, obligatur Monasterium, licet in alium vsum conuertatur: & idem voluit Roman. consil. 440. Decius in consil. 330. Quod confirmatur, quia alienatio rei Ecclesiasticæ non reddi- tur nulla ipso iure propter defectum iustitiæ, modo seruata fuerit forma, secundum Innocentium in cap. que in Ecclesiarum, in verbelectio, in fin. de constitutionibus: Decis. Rota Bisigniani, tit. de rebus Ecclesie non alienand. decisio. 2. numer. 12. hodie pagin. 623. & ad hoc legen- da sunt quæ scribit Glof. Paris. in tract. de usuris, nu. 279. pag. 333. in compilatione facta per Gasparum Caballiu.

Et ex his quæ in ista quæstione tractata sunt, defini- ri potest quæstio noua, & quæ iam de facto contigit, an mulier soluto matrimonio possit petere medietatem expensarum, quas maritus fecit in petendo bona ma- ioratus: in qua quæstione inter alia est considerandum, vt an maritus obtinuit in lite, & si obtinuit, quanto tempore maritus & vxor fructus receperunt ex bonis maioratus, quæ ad ipsos fueruenerunt, & quales fuerunt expensæ, multæ, aut paruæ; & quantæ utilitatis sunt bona maioratus, & alia similia. Et de materia istius quæ- stionis, legenda etiam sunt quæ scribit D. Ant. de Quésad. lib. 3. quæstionum, d. c. 32. num. 30. fol. 136.

Et in materia ista obiter animaduerto nimis rigoro- sam, & generalem esse dispositionem tex. in d. c. de solu- tion. in 1. part. vbi generaliter statuitur filium teneri ad soluenda debita patris: cum illud intelligendum sit, si sit hæres patris, & non alias; vt constat ex superioribus, & aliis quæ scribo supra, q. 16. & pluribus iuribus vulgaribus, & in secunda etiam parte, ille tex. rigorosus est, dispensans, quod Prælati tenentur soluere debita Prælati prædecessoris contracta pro Ecclesie utilitate: id etiam est contra omnes regulas iuris, & principia, cum non habeat Prælaturam ab Ecclesia, neque à præ- decessore, sed à summo Pontifice: qua ratione, & aliis pluribus, quæ omitto, rigor videtur compelli Prælatum ad solutionem debitorum, quæ antecessor contraxit: solum adduco l. 3. ff. de interditi. & re legat. l. vnum ex fa- milia, §. sed si de falcidia, ff. de legat. 2. cum concordan- tibus.

Et noto etiam, quod si Princeps recuperet castrum ab hostibus occupatum, licet illud suis expensis re- cuperet, nihilominus domino restitui debet: vt per l. si captiuus, 20. §. ff. de captiuis; tradit Gramm. cons. scrimin. 13. numer. 46. quem citat Petrus Barbosa in l. disortio, §. interdum, numer. 9. pag. 1107. ff. solut. matrim. ad quem ad- do Bald. in l. si in aliquam, §. ff. de offic. i. roconsulis, Gregor. Lopez in l. 12. tit. 12. part. 5. in glof. in verb. contra le-

gendimiero. Et qualiter, & quomodo ille, cui competi- tus succedendi in bonis maioratus, teneatur soluere debi- ta contracta ad redimen- tum bona maioratus: legen- dus est Burgos de Paz in conf. 28. num. 21. cum sequentibus. Et si creditor fuit hæres institutus, & rogatus restituere vt hæreditatem, potest retinere contra petentem bona fideicommissi pro debito, vt resoluit ex Paul. de Castr. Nicol. Boer. conf. 47. n. 3. & fideicommissarij pro bonis fi- deicommissi non tenentur ad onera, quæ dispensantur: l. in testamento, vbi Gl. C. ad legem falcidiam, quam ad hoc citat Ferretus in tract. de gabellis, n. 507 fol. 203.

QVÆSTIO XXVII.

Successor in maioratu an teneatur alimentare vxora- rem prædecessoris inopem.

SVM MARIUM:

- 1 Decisio quæstionis, & exornatur authen. Præterea, C. vnde vir & vxor, & nu. 4. 9. 19. 30. & 34.
- 2 Vxor non dicitur diues, quamuis maritus diues sit.
- 3 Mulier privilegium, dignitatem, & nomen recipit à viro.
- 5 Vidua censetur in eodem matrimonio durare.
- 6 Societas durat inter coniuges soluto matrimonio, remanen- tibus bonis simul indiuisim inter superstites.
- 7 Pater an & quando teneatur alere vxorem filij.
- 8 Clericus an potest facere donationem in filium vel filiam natos post Clericatum.
- 10 Ratio valet tantum quantum lex scripta.
- 11 Viduis in dubio fauendum est.
- 12 Mater quando teneatur filiam dotare.
- 13 Frater tenetur dotare sororem inopem, & idem in pos- sessore maioratus.
- 14 Successor in maioratu tenetur soluere debitum quod an- tecessor in maioratu contraxit ad dotandam sorora- rem.
- 15 Legatum mulieri relictum latè est interpretandum.
- 16 Mulier nobilis non tenetur seruire viro in vilibus.
- 17 Pater tenetur dotare filiam naturalem, quando ipsa est nobilis, licet ex artificio possit sibi victum quære- re.
- 18 Filius tenetur dotare matrem nobilem & pulchram.
- 20 Honestas propter inopiam periclitatur.
- 21 Alimentorum causa quando sit pia, & numer. 23. 27. & 28.
- 22 Legatum factum pauperi sanguine coniuncto, præsumitur relictum ob sanguinis affectionem. Et ob piam causam, num. 25.
- 24 Dos an sit causa pia, & numer. 26.
- 29 Maritus & vxor sunt vna caro.
- 31 Inter aequitatem iusque interpositam interpretationem soli Principi licet inspicere.
- 32 Aequitas quando sequenda sit.
- 33 Vxoris appellatione an veniat illa, que non erat in ma- trimonio.
- 34 Frater possessor bonorum maioratus quando teneatur do- tare sororem iam nuptam.

Vigesimosextimo quæro, an vxor quæ remanet vi- dua, & inops, sit alenda à successore in bonis ma- ioratus? quod plerumque contingit: Et tamen nullus Doctor, quem ego viderim, hoc tractat. Quod debeat alij in hoc casu, dicit æquitas, tex. in authent. præterea, C. vnde vir & vxor: cum qua concordat notabilis l. 7. tit. 13. part. 6. ibi, Por ende quisda cosa e derecha es, pues que las amas y las honras en su vida, que non finquen de- samparadas a su muerte: quas leges eleganter expl. cat Ce- saphal. in cons. 244. num. 1. cum seqq. lib. 2. Roland. consil. 14. per totum, libro 3. Celsus conf. 4. Castillo in l. 6. Taur. folio 47. colum. 2. Simon de Pret. de interpretand. defunct. volunt. lib. 3. interpretat. 2. solut. 2. numer. 32. folio 135. Tello in l. 9. Tauri, numer. 31. latè Petrus Surdus decis. 61.

Z z 2 per

per totam, & decif. 8. nu. 19. Celfus conf. 4. Barthol. Socin. in conf. 121. num. 7. & 14 lib. 4. & varios Doctores citat Valdes in additionibus ad Roderic. Suarez in l. 1. tit. de las arras, num. 36. pag. 34. & legendus est Al. iatus lib. 1. de verbor. signific. pag. 21. Angul. in l. 2. tit. 6. lib. 5. Recopilat. glos. 2. num. 16. fol. 177. & in l. 13. glos. 3. num. 32. fol. 257. Barbosa in l. maritum, numer. 99. pag. 28 9. ff. solut. matrim. part. 2.

2 Ex his venit, quod licet maritus sit diues, non per hoc vxor tunc dicitur diues, vt resoluit Aymon conf. 164. num. 3. per dictam aurb. praterca, & Tello in l. 32. Taur. ibi, devando a la muger. Et mulier tunc privilegium dignitatem, & nomen recipit a viro. l. 1. ff. de Senatoribus, cum concord. vt per Speculatorem, 2. part. de fendo, n. 40. fol. 121. tradit late Tiraquel, qui plura refert lib. 1. de leg. conubialibus, glos. 2. num. 53. fol. 256. & in tractat. cessante causa, in princip. num. 107. fol. 42. facit moralis casus in l. cum plures, §. cum tutor, ff. de admistr. tutor. ibi, Alimenta seruis libertisque nonnunquam etiam extraneis, si hoc pupillo expediat. praestabit: Et vidua, tunc si ad aliud matrimonium non conuolauerint, fruuntur privilegiis maritorum, quia viduitate durante censetur tunc matrimonium durare, l. femina, ff. de Senator & l. 7. tit. 2. per. 4. l. 6. tit. 2. lib. 4. ordinament. de qua re vltra omnes amplissime agit Tiraquel in tract. de nobilitate, cap. 18. pag. 112. num. 1. cum pluribus seqq. Ioan. de Platea in l. si qua, Cod. de erogation. milit. anone, lib. 12. num. 3. fol. 136. Glo. Parisien. in consuetud. Paris part. 1. §. 30. numer. 142. fol. 247. & plura ad propositum tradit Pinel. in l. 4. Cod. de bon. matern. numer. 4. cum aliis, Matienço in l. 6. tit. 9. lib. 5. Recop. glos. 2. numer. 4. fol. 269. Azcued. per illam legem in l. 9. tit. 1. lib. 2. Recopil. num. 4. pag. 171. Tiber. Decian. in pract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 8. numer. 3. fol. 153. Olfac. decif. Pedemont. 31. numer. 24. Alexand. in consil. 125. num. 10. lib. 7. vbi Glof. Paris. in additione, quae incipit, Domum, plura refert.

6 Ex quibus confirmatur quod tradit Ioan. Lopius in rubrica, de donation. inter virum, & §. 62. num. 25. folio 39. vbi per praedicta probat, quod societas tunc durat inter coniuges soluto matrimonio, remanentibus bonis simul indiuisis inter superstitem, & defuncti, haredes: de qua conclusione incidenti, quia est vtilissima, & quotidie practicabilis, legenda sunt quae scribunt Gregor. Lopez in l. 10. titulo 10. part. 5. in glossa magna, versus finem, Matienço in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopilat. glos. 1. num. 13. folio 251. Azcued. ibi, Ioan. Garcia de coniugali acquiesu, num. 168. Aluar. Valasc. consultatione 63. ad quos addo Alciatum in tractatu presumptionum, regula 1. praesump. 25. Mascard. in tractatu de probat. libr. 3. conclus. 1310. & 1311. Menoch. in tractatu presumptionum, libr. 3. praesumpt. 57. Simon de Præcis de interpretand. defuncti. voluntate, interpretat. 1. dubitat. 5. solut. 1. numer. 30. fol. 103. quod vidi in grandi negotio, & addo Aluar. Valasc. consultat. 34. numer. 3. tractante de reuocatione societatis tacita: & plures auctoritates sacrae Scripturae tradit ad propositum Anton. Gomez in l. 8. Tauri, numer. 21. & faciunt quae scribit Petr. Barbosa in l. quia tale, numer. 22. cum sequentibus, pagin. 370. ff. soluto matrimonio, & bonus text. in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebellian. ibi: Imperator nosse moius ex aquitate rei; vbi exponit Glossa, idest, paupertatis: quem in materia alimentorum ponderat Simon de Præcis libr. 5. de interpretand. def. n. 4. Et in dubio viduis fauendum tunc est vt constat Hierem. 5. & in l. 1. C. quand. Imper. inter pupillum & viduam: 41. tit. 18. par. 3. l. 20. tit. 23. eadem par. l. 1. tit. 1. l. 14. tit. 2. lib. 2. ordinam. notatur per Episcop. Couar. in pract. quæst. c. 7. Tiraq. in tract. de pia causa, in praesat. pag. 6. sic mulier existens in viduitate debet ali de bonis quondam mariti, si sit regena, etiam si dote non habuisset, vt tenet Cin. & alij in l. vltim. C. de bonis mater propter memoriam tranfacti matrimonij. l. vnum ex familia, §. vlt. ff. de lega. 2. notat Ioan. Lopius in rubr. de donat. inter virum, §. 82. num. 6. fol. 60. late & eleganter Pinel. in d. vlt. C. de bon. mater. n. 5. cum seqq. fol. 173.

Et quod haredes mariti teneantur alere vxore u inopem intra annum mortis mariti, volunt Glof. in l. sicut

Paleotum de nohis & furis, cap. 47. num. 4. quicquid contradicat Greg. Lopez in l. 2. tit. 9. part. 4. in glossa, in verbo, Domorum.

8 Et ex istis infero periculosam esse sententiam illorum, tunc qui tenent, quod Clericus non possit facere donationem in filium, vel filiam natam post Clericatum, nec eam haredem instituere, iuxta l. 6. tit. 8. lib. 5. Recopilat. possunt tamen Clerici instituere haredem vnum, vel generum, vt animose tenet Anton. Gomez in l. 9. Tauri, numer. 17. versiculo, Ex quo infero notabiliter. D. dac. Perez in l. 22. tit. 3. lib. 2. ordinamenti, colum. 163. versiculo, tertia cautela, Duchas regul. 336. A quibus iuste discedit Matienço in d. l. 6. glos. 8. num. 27. fol. 226. ex doctrina Hostien. Ioan. Andr. Cardin. num. 3. in cap. 1. de testam. & hoc verum mihi videtur propter multas rationes quae non sunt praesentis instituti, de qua legenda sunt quae scribo part. 2. g. 2.

In quibus duabus quaestionibus omnino animaduertendum esse iudico hanc rem non esse decidendam secundum communem opinionem dicentium, quod si filius consumpsit legitimam eidem a patre concessam, tenetur pater iterum illum alimentare; & si filia dotem, tenetur pater eam dotare; nam ratio est diuersa, ut constat ex iure, & principiis & regulis vulgaribus, & ideo diuersum ius statui debet; quod contra Larum tenet nouissimè Petrus Barbof. in l. 1. 4. par. num. 141. pag. 415. ff. solut. matrim. & legendus est num. 29. pag. 335. & legendus est idem Barbof. in l. si cum dorem, §. si pater, numer. 2. pag. 426. eodem tit. tom. 2. & Campegio de dote, part. 1. quast. 15. numer. 1. fol. 76. Ad quam quaestionem lector etiam videat quae scribit Ioan. Lopez in c. per vestras, col. 373. de donatio. inter virum & uxorem; hodie §. 27. numer. 5. pagin. 302. & ibi Barahon. in additionibus: Et quod contra Iaf. scribit Ripa in l. 2. §. quod si in patris, num. 15. fol. 47. ff. solut. matrim. vbi probat, quod pater tenetur redotare filiam emancipatam, sicut eam, quae est in potestate; quinimò praesumitur ex bonis patris secundò dotare, non ex bonis propriis, secundum Alexand. in l. huiusmodi, §. si pater, num. 7. ff. de legatis 1. Barth. Socin. conf. 100. numer. 7. lib. 3. Socin. Iunior in conf. 19. num. 85. lib. 3. Menoch. in tractatu de praesumptionibus, lib. 3. praesumptione 14. numer. 13. pagin. 285. & quod scribit Rojas de succes. ab intestato, cap. 21. numer. 521. pagin. 129. ad quae addo peregrinam doctrinam Marci Cucchi in tract. de Legitima, vers. potest. Praeterea, fol. 136. column. 2. num. 6. vbi tenet, quod legitima data per patrem filio, qui aliam in vltus maritus consumpsit, est personalissima, nec ad haereditatem est transitoria; qui in materia citat Roderic. Suarez in l. 9. tit. 6. lib. 3. fori, limitat. 2. Episcop. Couarru. in epitome de sponsalibus, c. 8. num. 15.

Vidi etiam in facto tractatum fuisse, si mater diues filium alimentauit, an repetere possit talia alimenta, per ipsam praestita, a filio maiori primogenito? In quo lector legat Gregor. Lopez in l. 36. tit. 11. part. 5. glosa 2. post Alexand. in l. alimenta, num. 11. C. de negotiis gestis, Iafon. in l. de alimentis, C. de transactionibus; & quod scribo in hac quarta parte, quaestione 20. & scripta per Iosephum Mascardum in tractat. de probat. libro 2. conclus. 716. num. 4. fol. 80. l. neque mater, Cod. de iure dotium: Ripa in l. 1. numer. 77. ff. soluto matrimonio. Ioan. Lopius in textu de donatio. inter virum & uxorem, §. 21. numero 5. & §. 66. num. 8. pagin. 229. in rubrica. melius in textu, notabili 3. §. 14. numero 9. pagin. 448. l. 9. tit. 11. part. 4. Et quod repetere possit mater talia alimenta ab eo qui tenebatur alimentare, voluerunt Barth. Socin. in consil. 26. num. 3. lib. 1. Menoch. casu 88. num. 22. quos citat Ioseph. Mascard. in tractat. de probation. conclusio. 554. num. 93. folio 338. Challanæus in consuetud. Burgund. rubric. 6. §. 4. num. 7. pagin. 263. Et qualiter vidua possit repetere ab haereditibus vlti alimenta, quae ei praestari debebant intra annum luctus, vel postea; tradunt Bald. in l. de alimentis, Cod. de transaction. responsio, Lara in l. si quis a liberis, §. si quis ex his, num. 156. ff. de lib. agnoscend. Petrus Surdus in tract. de alimentis, tit. 9. 9. 10. num. 1. cum sequentibus, fol. 207. & qualiter mulier,

quae fuit a fratre alimentata, possit petere dotem cum interesse ab obligatis, tradit Menochius consilio 7. n. 18. & quod alimenta peti possunt etiam transactis multis annis, resoluit eleganter Barbofa in l. qua dotis 34. n. 41. part. 2. pag. 669. ff. soluto matrim. & tradit Simon de Præteris de interpretand. defunctor. volunt. lib. 4. dubitatione 11. n. 90. & 91. fol. 431.

Quibus est addendum, quod onus alimentandi tranfit ad matrem diuitem, & eo casu frater primogenitus non tenetur fratres alimentare, ut tradit Aretinus consilio 88. num. 3. Rebuf. tom. 1. ad constitut. titulo de sententiis provision. artic. 3. glosa 1. pag. 272. & vide Molinam lib. 2. de primogeniis, cap. 15. num. 68. fol. 364. quae scribit Lara de aliment. §. si mater, num. 43. fol. 194. & in hoc fallitur Antonius Gomez in l. 40. Taurina; num. 75. relatus per Matienç. in l. 7. glosa 2. nu. 3. fol. 181. libr. 5. Recopilat. & quod bona matris fideicommissio subiecta possint alienari, si pater est inops; voluit Bart. Bald. Alberic. & alij in authentica, res quo, C. communi de legat. & alij, quos citat Menochi. de arbitrariis iudicium, lib. 2. Centuria 5. casu 460. num. 7. pag. 731. in qua materia est memorabilis doctrina Baldi in consil. 50. lib. 5. & legendum quod scribit Simon de Præteris de interpretand. defunctorum voluntate, lib. 4. dubit. 11. num. 73. folio 429. & plura de alimentis, scribit Lambertinus de iure patronatus, lib. 3. 2. notabili 3. quast. fol. 13. & in articulis sequentibus; & quomodo alimenta accrescant superuenienti, latè tradit Menoch. conf. 231. per totum, lib. 3. Rursus noto, quod scribit Matth. ab Afflictiis decisione Neapolitana, 138. vbi notat quod cum iure Neapolitano primogenitus tenetur dare fratri vitam, & malitiam, non sufficit ut sit liber ab hac obligatione, quod pater relinquat secundogenito castrum, ex quo se possit alere, nam primogenitus nihilominus tenetur dare alimenta; quod dicitur refert Baeza de decima tutor. cap. 5. n. 17. fol. 59.

Et quod possessor maioratus non possit grauari successorem, ut ex bonis maioratus aliquem alimentet, colligitur ex scriptis per Gratium consil. 22. n. 8. lib. 1. Parisius consil. 98. num. 4. lib. 2. & ex pluribus quae scribit Simon de Præteris de interpretand. defunctorum voluntate, lib. 4. dubitat. 11. num. 74. fol. 429. Et quod primogenitus tenetur praestare alimenta primogenito, si propter bellum, vel alium casum fructus ad eum non venerunt; Resoluit notanter Minadofius decisione Neapolitana, 10. quod caute seruandum est, legendo ea quae notantur in l. cum certus, ff. de vitico, vino, & oleo legatis; & in aliis concordantibus: & de alimentis quae primogenitus tenetur dare fratribus, plura scribit Menochius referendo Molinam in conf. 411. n. 24. cum sequentibus, lib. 5. Et quis dicatur pauper, ut illi alimenta dentur, tradit notanter Aymon in conf. 199. Et quod quis non tenetur coarctate victum suum propter alimenta, quae alteri debentur, tradunt Bald. in l. 1. §. officio, ff. de tutel. & ration. distrahend. Natta consilio 387. num. 8. lib. 2. Iosephus Ludouicus decisione 47. num. 12. Thesaurus decisione Pedemontan. 211. num. 23. faciunt scripta per Petrum Surdum in tractatu de alimentis; titulo 7. quast. 94. fol. 79. & qualiter alimenta in futuro peti possunt, tradit latè Petrus Surdus decis. 120. Et an si frater primogenitus, qui condemnatus fuit ad dandum alimenta fratri, sit mortuus, successor talis fratris in maioratu tenetur virtute sententiae alimentare patrum, vel amitam? decidi potest ex scriptis per Cinum Baldum, & Paulum in l. alimenta, C. de negotiis gestis, Bart. in l. i. C. de mulieribus, & in quo loco: Doctores in l. placet, C. de sacrosanct. Eccles. Natta in consil. 149. Petrus Surdus in tractatu de aliment. tit. 1. quast. 16. num. 2. folio 2. & per regulam legis, exceptio, ff. de exception. rei iudic. cum concordantibus, quae scribo supra, hac quast. 14. & quod in ista materia scribit idem Surdus dist. tract. tit. 1. quast. 29. n. 8. fol. 24. & Lara in l. si quis a liberis, §. mater, n. 53. fol. 197. & pro illa opinione, quod alimenta non sunt danda patruo, & aliis similibus, facit bona lex 2. tit. 11. part. 4.

In qua materia practicabili animaduerto vltra praedicta, quod filius possessor maioratus non tenetur alimentare filios, vel filias fratris, nec patruos vel amicos, ut declarat optimus author Matth. ab Afflictiis in constitutionibus Neapolitanis, libr. 3. rub. 19. numer. 14. fol. 284. & tradunt Angelus, Imol. Alexand. in l. 1. ff. solut. matrim. vbi Barbof. part. 4. num. 142. pagin. 416. & Alexand. in conf. 66. num. 3. lib. 4. Rebuf. tom. 1. ad constitutiones Regias, tit. de sententiis provisionalibus, artic. 1. glosa 2. num. 31. pag. 254. Nicolaus Boer. decis. 324. nu. 4. Lara in l. si quis a liberis, §. idem rescripsit, numer. 107. fol. 59. Molina lib. 2. de primogeniis cap. 15. n. 67. fol. 364. quos auctores cum ingenti labore cumulaui. Et qualiter fideicommissarij teneantur praestare alimenta, tradunt Paul. de Castum conf. 351. lib. 1. Aymon in conf. 33. Bursar. in conf. 83. num. 27. Et quod alimenta debeant praestari in principio anni; tradit Menoch. praesumpt. 199. num. 23. fol. 362. Et in materia alimentorum plura notabilia scribit Simon de Præteris de interpretand. defunctorum voluntate, lib. 5. interpret. 2. dubitat. 2. num. 1. cum sequentibus fol. 511.

QUESTIO XXIX.

Bona maioratus quando remaneant liberis.

SVM MARIVM.

- 1 Decisio quaestioni.
- 2 Femina an admittatur ad maioratum, si nullus superstit masculus.
- 3 Femina comprehenditur sub linea patris masculina, quando masculini non superstit, & n. 6. 7. 8. 10. Auctoritas sententia, n. 11.
- 4 Haereditas sanguinis vbi deficiunt, qui possunt portare arma, & insignia, possunt alij haereditas talia arma portare.
- 5 Verba testatoris impropriantur ex praesumpta mente ipsius, ut consanguineus in substitutione praeseratur extraneo.
- 9 Cognati admittuntur ad fideicommissum, quando non superstit agnati qui vocati erant.
- 12 Substitutio, & fideicommissum, non habet locum, nisi in casibus comprehensis in substitutione.
- 13 Ad fideicommissum non admittitur nisi ille qui docuerit se inuitatum.
- 14 Ius patronatus extinguitur & Ecclesia libera efficitur, descendendum linea extincta.
- 15 Possessor bonorum maioratus in cuius potestate bona libera remanserunt propter defectum successorum, an possit de nouo in eo maioratum facere, & vocationes & conditiones nouas adicere.
- 16 Femina succedit in Baroniam, & praesertur vltimioribus consanguineis, licet non praeseratur fratribus, nec filiis fratrum.
- 17 Ad ista opinio, an constitutio maioratus personam non nominatam possit egredi: examinatur.
- 18 Verba perpetuitatis qualiter restringantur.
- 19 Maioratus an sit extinctus, vel non si dubitetur, in dubio non esse extinctum debet iudicari.
- 20 Dispositio respiciens fauorem seruanda familiae, fauorabilis dicitur.

Vigesimo nono quæro, an bona maioratus prohibita alienari, possint in extraneum haereditem transire, vbi cum que non superest in rerum natura aliquis de vocatis ad maioratum? In quo dico, quod si talis casus superuenit, bona remanent libera; & vltimus possessor maioratus potest illa alienare, & haereditem instituire quem voluerit, l. qui solidum, §. praedium, & Glos. in verbo, extraneum haereditem, ff. de leconiuicta. l. cum pater, §. libertis, ff. eodem tit. l. si auia, C. de donationibus; & tenet Bald. clarè in dist. l. per illum text. C. quando dies legati cedit; l. in l. filiusfamilias, §. dicit; lectura 2. limitat. 11. n. 8. fol. 151. ff. de leg. 1. & alij, quos referunt Peralta in l. 2. num. ex familia, §. sed si fructum, & c.

n.23.pag.197.ff.de leg.2. Gregor.Lop.in l.2.tit.15.in glos. in verbo,Elmas propinquo, fol.47.col.1.verf. Vnde si aliquid faceret part.2. licet in bonis maioratus, aliud sentiat Tiraquel.in lib.1.de retrac. §.26. glos.1. n. 8. Dec. conf.634.n.13. & 182.n.1.Barth.Socin. in conf.113. n. 9. lib.1. Gozad.conf.104.n.23. Paul.Castr.conf.453.n.2. lib.1. Roland.conf.25.n.19.lib.1.dominus Anton.de Padilla in l.voluntas, n.27.C.de fideicommissis. Ripa respon. 81. num. 13. & respon. 179. num. 19. Burgos de Paz in præmio legum Tauri, n.97. Antonius Peregrinus in tractatu de fideicommissis, art.51.num.2. fol. 482. Ex quibus scribit Natta in conf.187.quod fideicommissum expirat, vbi cumque non reperitur agnatus, qui possit portare arma familiaris, & agnationis, quæ conclusio est communis, vt apparet ex relatis per dictos Doctores.

2 Hæc tamen conclusio procedere videtur, si nisi superstit femina consanguinea descendens à primo institutore maioratus: quia quamuis ex tenore maioratus femine exclusæ sint à successione; superueniente tamen casu in quo nullus superstit masculus, qui succedat, verisimile est ex mente testatoris, tam propter sanguinis coniunctionem, quam ob consuetudinem nominis & generationis, quod in isto casu magis admitteret talem feminam quam extraneam & incognitam hæredem argumen. l. Titius, §. 1. & unico, ff. de liber. & posth. & quod rectè conducit notabilis doctrina Anchar. in conf.81. Prima facie n.4. vbi dicit, quod si fundator honorum patronatus apposuit pactum, quod ius patronatus spectet ad filium suum, & descendentes, si euenit casus quo filius non habet descendentes, sed moritur relicto hærede collateralis, vel extraneo, talis succedit in iure patronatus; quia testator ex abundantia videtur fecisse mentionem descendendum: nec verisimile est, quod voluit deficere tale ius deficientibus descendibus per l. quæsitum, §. vltim. ff. de fundo instructo: & alia quæ refert & sequitur Roch. de Curt. in tractatu iuris patronatus, in verbo, ipse, vel is à quo fol.74.n.19. & declarat Paris. in conf.48.num. 28. cum sequentibus lib.4. quem punctum late & eleganter more solito examinat Cæsar Lambertini, de iure patronatus, lib.1. part.2. artic.5.2. quæst. principali num.1. cum sequentibus, vbi multa bona reperiuntur ad propositum eorum quæ hic tractantur: & dicit Corsetus in cap. cum accessisset, col.4. de constitutionibus, quod licet testator disposuerit beneficium esse sacerdotale, poterit in illo institui in minoribus constitutus, si est de familia testatoris, vt potius instituat quam extraneus; notat & confirmat Lambertinus de iure patronatus, lib.1.2. art.9. quæst. princip. artic.1. num.14. fol. 88. & vbi deficient agnati de familia, possunt cognati depingere arma in Capella, secundum Ancharanum conf.113. notat Lambertinus de iure patronatus, lib.3.4. artic.5. quæst. principali, num. fol.22. sic scribit notanter Augel. conf.278. quod licet appellatione parentelæ veniant agnati, cap. cum tu, de testibus, Clement. ne Romani de iurand. & trado supra, quæst. 6. ex mente tamen statuti restringitur ista significatio ad agnatos, statutum tamen limitatur, nisi non superstit agnati, quia tunc agnati admittuntur; notat & declarat Aretinus in l. cum quidam, §. quod dicitur: folio 125. ff. de acquirend. hereditate.

3 Et femina si comprehenditur sub linea patris masculina, quando masculi non superstit, vt resoluit Pinel. in l.3. num.29. C. de bonis maternis, quem citat Menoch. conf.205. num. 12. & iterum numer. 44. lib.3. & in consilio 318. numer. 7. libro quarto, & facit doctrina, Baldi in l. eam quam, num.39. versic. demum quæro, C. de fideicommissis, vbi tradit, quod concessio feudi per Principem factam filiis natis, aut procreandis, verificatur in filio naturali, vbi alij deficient: quem refert similia adducendo Tiraquel. de leg. consuetudinibus, glos.7. exprez. num. 137. fol. 316. quos addo ad dominum Anton. de Padilla in l. cum acutissimi, num.34. fol. 148. C. de fideicommissis. vbi tradit se scire filios naturales admif-

fos fuisse ad successionem primogenitorum, deficientibus filiis legitimis; de quo vide Cephal. conf.134. num. 52. lib.1. Et scribunt Iacob. de Arenis, Cinus, Bald. Alberic. & Salicet. in l. si quis prioris, §. tales, C. de secundis nuptiis, quod si sit statutum vel consuetudo, quod primogenitus ex primo matrimonio succedat in Baronia, si non sint liberi ex primo matrimonio succedat; & idem voluerunt Ripa in rubric. ff. de vulgari, nu.2. Tiraquell. in tractatu de primogenitura, quæst. 83. nu.2. & 3. pag.395. nec minus facit text. in l. honor, §. gerendorum, ff. de muner. & honoribus, in illis verbis: Si alij non sint, qui honores gerant, & l. fundus qui locatus, ff. de fundo instruct. & plura iura & autoritates quæ scribo in 1. part. quæst. 5. à num. 52. cum aliis & Anton. Gama dec. 151. num.3. resoluit, quod accipiens emphyteusim pro se & vxore & filiis, potest nominare filium secundæ vxoris, si ex prima nullus superest filius; & Cur. Iunior in conf.177. nu.14. lib.1. vbi notanter vult, quod vbi cumque deficient heredes sanguinis, qui possunt portare arma, & insignia, possunt alij hæredes portare talia arma; & adduco text. notabilem, licet vulgatum in l. cum ita, §. in fideicommissis, ff. de legat. 2. ibi: Qui nominati sunt, aut post eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerunt; & ad hoc etiam adduci potest illa insignis, viua, naturalis & generalis ratio l. cum acutissimi, C. de fideicommissis, in illis verbis: Ne videatur testator alienas successiones propriis antepone.

4 Et verba testatoris impropiantur si ex præsumpta mente ipsius, vt consanguineus in substitutione præteratur extraneo. l. heredes mei, §. cum ita, vbi Bart. ff. ad Trebel. l. si is qui ducentas, §. idem quæ est edentent, ff. de rebus dubiis, notat Aretinus in quodam conf. Barthol. Socin. 152. num. 13. lib.1. pro quibus facit regul. l. consueuntur, ff. de iure codicillorum, cum concordantibus, nec minus facit notabilis doctrina Bald. in l. fratres, num. 13. C. de inoffic. testam. vbi dicit, quod si statutum vult, quod superstit frater, soror non succedat; si frater sit ex hæredatus sorore præterita, ex hæredatus non obstat si forori: quia statutum debet intelligi, quod excludatur foror, non præcisè, sed ita demum si frater succedat: nam intentio statuti est, ponere ordinem prælationis, non necessitatem exclusionis; quæ verba ad plura in hac materia sunt notabilia; notat Cæpol. conf.49. num. 11. & vult notanter Angel. in consil. 283. num.5. finalibus verbis, quod vbi superest agnatus, qui ad consuetudinem generis naturaliter est ineptus, & sui generis finis: vel per accidens; quia Monasterium intrauit, non excludit feminam.

5 Sic Gregor. Lopez in l.3. tit.13. part. 6. in glos. in verbo Mugeris, 11. in princip. fol. 88. versic. Quid autem si conditor maioris, resoluit, quod si conditor maioratus voluit, quod veniret ad filios masculos, & masculos descendentes ex eis per lineam masculinam, itaque non veniret ad feminas; quod in defectum masculorum, si femina venit, si testator voluit maioratum esse perpetuum; citat text. & Bart. in l. agnato, ff. de leg. tutoribus: pro qua sententia adduco, quod in terminis, voluerunt Paul. Castren. in conf. 77. Casus frequenter contingit, num.2. lib.2. vbi vult quod si testator exclusit filias & descendentes feminas non masculos, si masculi omnes substituto, ex coniecturata mente defuncti præferatur femina extraneo; quem referunt Decius in conf. 182. num.4. Aimon conf.22. num.10. & in causa iuris patronatus hoc eleganter tractant Calderi. in conf.4. titul. de iure patronatus, Curtius Iunior in consil. 323. numer.4. cum sequentibus; & in alio casu Hieron. Gabriel. conf.96. num.8.

6 Ex hoc scribit idem Aymon in conf.326. num. 1. quod quando ex omnibus lineis deficient filij legitimi, admittuntur filij naturales, & femine debent si inuestiri in feudo, si nulli sunt agnati, qui inuestiri possunt; vt tradunt Soc. Iunior in conf.76. num. 12. lib.1. Augustin. Beroius in conf.67. num. 51. lib.1. Celsus in conf.93. nu. 16. quos citat Tiberius Decianus in conf.58. num.52. lib.2. Et

Et quod filij naturales dicantur de linea, tradit latissime Cephal. conf.691. num.1. cum sequentibus, libro 4. post Decium quem citat in conf.365. quæ conclusio, & quæ tradit in dict. consil. 134. confirmantur ex pluribus quæ tradit idem Cephal. in conf.656. n. 38. cum segg. lib.5. vbi late probat, quod filia naturalis admittitur ad fideicommissum, ex Gl. in l. fin. in verbo, Continetur, ff. de iure deliber. Imol. in l. Lucius Titius, §. fin. num. 19. ff. de leg.2. Dec. conf.1. num.8. & aliis quæ refert: quod est notatu dignum, præcipue ad limitationem doctrinæ Bartol. in l. liberorum, num.14. & 16. ff. de verborum signific. vbi vult, quod exclusa femina propter masculos, exclusi censentur descendentes ex illa, de quo plura scripti 2. p. qu.6. quam ita limitat Aymon in dict. consil. 22. pro quibus facit doctrina Baldi in consilio 487. lib.2. Cornet. conf.97. num.10. lib.1. Socin. Iunior. in conf.126. num.35. lib.1. quos citat Mantica lib.8. de coniecturata mente defuncti, titul. 8. num.16. pag.336. volentes, quod filiorum appellatione comprehenduntur nepotes in fideicommissis, ad exclusionem extranei, & ita intelligitur l. Lucius, la 2. ff. de hered. instituend. quæ notanda sunt pro intellectu istius maritæ. Et pro ista sententia faciunt plura quæ scribo in 2. par. istius operis, quæst. 2. à n.89.

7 Quibus etiam congruit doctrina Alciat. in conf.113. num.6. vbi vult, quod cognati admittuntur ad fideicommissum, si quando non superstit agnati, qui vocati erant; per l. pater Severinam, §. 2. ff. de condit. & demonstrat. & valet privilegium Regis admittens & vocans filios spurios ad successionem primogenituræ, in defectum filiorum legitimorum, vt ex doctrina Calderini in dict. conf.4. & in conf.8. & aliis probat Decius in consil. 271. num.12. in causa status de Medina, quod consilium reputo singulare ad item status de Bailem, super quo nunc litigatur in Regali Consilio.

8 Et ad hoc si etiam conducit egregius casus in l. liberorum, in vltimis verbis, ff. de verborum signific. ibi: Etenim idcirco filios, si quis concipimus atque edimus, vt ex prole eorum, earumque diuturnitatis nobis memoria in auium relinquamus. Quod etiam late fundat Ias. conf.164. num.2. lib.4. vbi tradit, quod vltimus masculus de familia potest extraneum hæredem, vel socerum institueret, ex quo alius masculus de agnatis non superstit: idem in conf.3. lib.1. quorum opinionem si ego amplector, nisi aliud ex mente testatoris ex probabilibus, & verosimilibus coniecturis appareat: quia parum interest, quod testator habeat affectionem ad posteros, quamuis si sint sexus feminei in defectum masculorum, cum eas minime vocauerit, imo excluderit. Et non sufficit, testatorem ita voluisse, nisi disponat: l. quidam cum filium, ff. de hered. instituend. de qua latius scripsi in 2. par. huius operis, in principio. Impuret sibi igitur testator, qui in defectum masculorum feminas non vocauit, & fuit in culpa; quod propter proprium ipsius præceptum, bona libera remanserunt. Et ad hoc est elegans consilium Paul. Castrensis 186. Suprascriptus egregius Dominus, num.2. lib.2. & verificatur etiam ista conclusio ex l. commodissime, ff. de liber. & posth. l. si vero, §. de viro, ff. solut. marimon. & l. ius familiarum, C. de religio. & sumpt. funerum.

9 Et pro ista sententia etiam facit illa regula, si quod substitutio, & fideicommissum non habet locum, nisi in casibus comprehensis in substitutione, & semper potest dici, de hoc non loquitur substitutio: secundum Ioan. Andream in tit. de testam. §. 1. versic. Occurrit, ad finem, Oldrad. conf.21. ad quod alios retuli in 2. par. huius operis, quæst. 6. num. 610. Et non si admittitur ad fideicommissum, nisi ille qui docuerit se inuitatum, secundum Glos. in l. qui duo, in verbo, superstes, ff. de rebus dubiis; & qui dicit sibi relictum, manifestè docere debet: l. Lucius, §. penult. ff. de leg. 2. l. Titia cum testamento, §. Caius, eodem titul. notat Franciscus Mantica lib.8. de coniectur. ment. defuncti, tit.4. num.4. pagin. 328. Cephal. conf.330. num.71. lib.3. Tandem istam vltimam sententiam in terminis nostris melius omnibus sustentat Barthol. Socin. in conf.63. num.12. cum aliis præ-

cipue n.13. lib.3. & hoc tenet Gregor. Lop. in dict. l.3. titul. 13. in glos. in verbo, Muger. fol. 88. col. 1. in princip. nisi constet testatorem voluisse maioratum esse perpetuum.

10 Et ad hoc etiam facit, quod scribit Ripa, responso 48. num.12. vbi tradit, quod descendendum si linea extincta, ius patronatus expirat, & Ecclesia efficitur libera, vt traditur in cap. de iure patronatus: & faciunt plura quæ scribo par. 1. quæst. 51.

11 Et in hac quaestione addo scripta per Peraltam in l. 3. §. qui fideicommissam, nu.15. & 56. pag.188. ff. de hered. instituend. vbi tractat, qualiter si possessor maioratus, in cuius potestate iam bona libera remanserunt propter defectum successorum, possit de nouo in ea facere maioratum, & vocationes, & conditiones notas abijcere: & hoc ampliatur idem Peralta in l. stantiliberum, §. stantibus, num.3. pag.150. ff. de leg. 2. etiam vbi testator ordinauit, quod bona essent perpetuo inalienabilia, & successoribus reseruentur; nam deficientibus successoribus, bona remanent libera: quia cessat ratio prohibitionis, & fauor descendendum, sub quos bona fuerunt vincularia, & alienari prohibita: & conducent plura, quæ scribit Burg. de Paz quæst. 2. cinili, n.41. cum aliis omnino videnda, Simon de Præcis lib.3. de interpretand. defunctorum volunt. dubitat. 6. solut. 3. n.1. fol.270.

12 Et iungo etiam Cynum in authentic. post fratres, C. de legitimis heredibus, fol.248. vbi dicit, quod si ex consuetudine si filia non potest succedere in Baronia, & Baro habet fratres, & nepotem ex filia præmorta, nepos non admittitur in Baronia successione, sed fratres: sed si non sunt fratres, neque fratrum filij, sed vltiores, tunc nepos ex filia admittitur ad successionem.

13 Ex quibus omnibus non semel dubitanti de opinione doctissimi Molinæ lib.1. de primogenis, cap.4. nu. 31. fol.25. & iterum nu.37. fol.21. vbi conatur probare, quod constitutio maioratus potest egredi personas non nominatas: & quod si quis faciat maioratum in aliam quem, & eius descendentes tantummodo, licet in eorum defectum non vocauerit transuersales, si deficiat linea descendendum, successio defertur ad proximos consanguineos, per rationes, quas ibi adducit, quæ mihi non satisfaciunt: & contra eum faciunt quæ idem scribit d. cap.4. num.1. cum sequentibus, & cap.5. num.37. nec Episcopus Couarr. quem citat lib.3. resolutionum, cap.5. nu.26. & 3. aliquid de hoc dicit: & istam opinionem contra Molinam videtur tenere Ioan. Lopus in repetitione cap. per vestras, notabili 3. §.26. num.20. pag.496. Burgos de Paz in conf.34. num.55. Peralta in l.3. §. qui fideicommissam, num. ff. de hered. instituend. Simancas de Hispanorum primogenis, cap.25. vbi dicit, quod ista dicitio maioratus non extenditur vltra personas nominatas ex conuentione vsu loquendi in Hispania. Et ita etiam tenet Decius in conf.115. num.13. & in consil.636. num. 12. notat singulariter Alciatus responso 98. num.16. versic. Non obstant illa verba: & responso 529. num.9. vbi concludit quod verba, quod vnus post alium succedat, intelliguntur inter personas vocatas; & quod verba si perpetuitatis, restringuntur ad descendentes vocatos, nec porrigantur ad transuersales, qui non sunt vocati; & idem voluit Cephal. in conf.17. num.21. lib.1. & in conf.269. num.46. lib.2. Socin. Iunior in conf.180. num.19. lib.2. vbi dicit hæc verba: Neque in propositum quicquam facit pro Francisco verbum illud, in perpetuum: quia refertur ad personas vocatas, expresse facit text. in l. pater filium, §. fundum, ff. de legat. 3. ibi: Ita enim fiet, vt nequaquam fundus de nomine vestro exeat: nam dicitio ista, nequaquam, denotat perpetuitatem, & nihilominus non extenditur nisi ad terminos dispositionis, quam in simili proposito ponderat Glos. Paris. in consilio primo pro Duce de Villabera mesa num.8. & 9.

De vno autem notabili lectoris animaduerto, quod dabit commodum & honorem, si quod si dubitetur, an maioratus extinctus sit, vel adhuc duret, & sic an bona remaneant libera, vel restitutioni & vinculo subiecta, in dubio iudicandum est maioratum non esse extinctum.

Etum, nec bona esse libera, propter honorem, & utilitatem, Regno, & Reipublicae resoltantem ex conseruatione maioratum, prout in alijs locis animaduerto ex l. 2. tit. 1. §. part. 2. & alijs iuribus concordantibus. Et de hoc etiam alio in loco tracto, & ad hoc addo Capic. decis. 108. num. 15. vbi tradit quod promissio, & dispositio, quae respicit fauorem conseruandae familiae, dicitur dispositio f fauorabilis, & non odiosa; & quod secundogeniti non timentur ad solutionem, sed primogeniti; quia secundogeniti debent alimentari sine ista onere, resoluit Matth. de Afflic. decis. 252. ad quod faciunt scripta per Gregor. Lopez in l. vltim. tit. 3. in verbo, Quien salio primero, part. 7. & circa hoc, quando in ista materia successuum masculorum & feminarum dispositiones sint fauorabiles, vel odiosae; plura scribo part. 2. quae. 6.

QVÆSTIO XXX.

Pater an habeat vsumfructum in bonis maioratus.

SVMMARIVM.

- 1 Quæstionis decisio, & num. 3. 4.
2 Quid in bonis feudalibus, & emphyteuticis.

Trigesimo quæro, an pater habeat vsumfructum in bonis maioratus filij, quæ habet à matre, vel ab alio cui successit: Hanc quæstionem latissime disputat f Suarcz in propria quæstione, quam ad hoc propesitum scripsit in volumine repetitionum, l. quoniam in prioribus, & l. post rem indicatam, pag. 431. cuius dicta fere omnia tradit Ant. Gom. in l. 48. Taur. n. 3. apud quos videre poteris huius quæstionis resolutionem, & D. Valdes in additionibus ad Roderic. Suarez, in l. 8. tit. De las herencias, lib. 3. fori, pag. 150. Quibus adde quod scribit Gregor. Lop. in l. 5. tit. 17. part. 5. in glos. in verbo, El usufructo, post mediam; vbi dicit, quod si quis faciat maioratum in nepoten filium sororis suæ, & voluit, quod ista bona dentur ipsi filio, pater non habebit vsumfructum in talibus bonis; refert text. cum Glos. & ibi Barr. in l. si usufructus, §. si ita quis, ff. quand. dies legati cedat. Quia tantum est hoc dicere, ac si dixisset, ne ad patrem perueniat usufructus: aub. excipitur. C. de bonis qua liberis: & his etiam iunge Curt. in tract. de feudis, part. 3. fol. 31. col. 1. & in impressione nona, num. 46. pag. 281. vbi soluit, quid f in bonis feudalibus? latius Roland. in conf. 71. num. 61. cum sequentibus, lib. 2. & Petrus Surd. in tractatu de alimentis, tit. 4. quæ. 10. num. 27. fol. 148. & Aluar. Valascus de iure emphy. quæ. 38. num. 28. in quo loco definit, quod pater habeat vsumfructum in bonis feudalibus, & emphyteuticis: & tractat etiam Chasfanxus in consuetud. Burgundia, rubrica 6. §. 5. versic. Nunquid autem pater, pag. 868. Matth. ab Afflic. in constitutionibus Neapolitan. lib. 3. rubric. 27. fol. 304. num. 10. quem prædicti non citant. Et an pater habeat vsumfructum in bonis Commendæ filij? tradit Burgos. de Paz conf. 9. num. 38. vbi concludit, non habere talem vsumfructum: & quod pater non habeat vsumfructum in bonis filij, quando Rex fecit alicui donationem non iure maioratus; sed quod donatarius habeat rem donatam liberè sibi, & successoribus suis; & possit liberè vendere, & donare, tradit Marien. in l. 9. tit. 1. lib. 5. Recopilat. gloss. 2. n. 5. fol. 38. quem lege num. 6. ad id quod tradit Burg. de Paz in d. conf. 9. licet eum non refert.

Et in principali quæstione f semper verius existimauit, quod regulariter in istis bonis maioratus pater habeat vsumfructum, sicut in cæteris bonis liberis: & regulæ est standum: l. ab ea parte, ff. de probationibus, cum concordantibus: quam quæstionem latius tractat Molina lib. 1. de primogeniis, cap. 19. num. 18. fol. 149.

& tractat etiam Ioan. Garcia lib. de expensis, cap. 10. num. 45. fol. 94. & ambo concludunt, parentes in istis bonis maioratus habere vsumfructum sicut in cæteris bonis Matienç. in l. 9. tit. 1. lib. 5. recopilat. glos. 1. num. 5. fol. 37. & num. fin. vbi tractat, quid dicendum in casu, quo maioratus procedit à donatione facta per Regem titulo maioratus alicui, & successoribus donatarij: & idem nouissimè tenet Caldas Pereira in l. si curatorem habens, C. de in integrum restitut. minorum, in verbo, lesis, num. 101. fol. 340. Greg. Lop. in l. 8. tit. 17. part. 4. in verbo donatio; Doctor Spino in speculo testamentorum, glos. rubric. 4. part. num. 15. pag. 37. & Molinam sequitur ex transitu Petrus Barbosa in l. si ab hostibus, §. fin. numer. 26. pagin. 110. ff. soluto matrimonio, part. 2. Quod tenendum est: licet f Matth. de Afflic. in cap. mulier habens, si de feud. fuer. contr. inter dominum & agnat. num. 1. fol. 190. post Andr. de Ifern. Luc. de Penna, quos citat, concludat, quod pater non habet vsumfructum in bonis feudalibus filij; & latè Nicol. Boer. decis. 199. num. 1. Quitilian. Mandosius in tractat. de inhibitionibus, quæ. 65. num. 2. fol. 23. & de puncto legenda etiam sunt quæ scribunt Suarez in quæstione maioratus, col. 2. Gregor. Lopez in l. 7. tit. 17. part. 4. Duchas regul. 363. & alij plures, quos citat Caldas, in tractatu de nominatione emphyteusi, quæ. 19. num. 40. fol. 212. Et animaduerto ad doctrinam Mandosij post Iferniam, & Matth. de Afflic. vbi tradunt, quod quando patri fuit interdictum ne bona administraret, non potest illa administrare, nec potest habere vsumfructum; quod reputo notabile.

QVÆSTIO XXXI.

Mater an excludatur à tutela quemadmodum excluditur à successione maioratus.

SVMMARIVM.

- 1 Decisio quæstionis.

Trigesimo primò quæro, an quemadmodum mater excluditur à successione maioratus, excludatur à tutela? In quo breuiter f agendo dico, quod quamuis mater excludatur à successione filij, in bonis maioratus; non tamen excluditur à tutela: quod fundatur ex scriptis per Salicet. in authent. mari, & auie, quæ. 3. C. quando mulier tutel. offic. fungi possit; & per Decium consil. 16. Diligenter, & tenet in terminis Gregor. Lop. in l. 4. tituli 16. part. 6. in glos. in verbo, La guarda de sus hijos; pro quo facit quod scribit Barthol. Socin. in conf. 153. lib. 2. nu. 37. vbi dicit, quod licet successio filij impuberis sit delata ad fratrem exclusa matre, non tamen excluditur à tutela, imò securius filius in custodia matris, ab illa alimentabitur, & adolescet, cum non habeat spem illi succedendi; l. vltim. C. vbi pupill. educari debent, quam rectè declarat l. 19. tit. 16. p. 6. quæ est notanda, pto confirmatione Glos. in d. l. vlt. in glos. in verbo, ex spe.

QVÆSTIO XXXII.

Emptor bonorum maioratus qualiter possit melioramenta recuperare.

SVMMARIVM.

- 1 Decisio quæstionis & n. seq. vs que ad 18.
2 Impugnatio contra Doctorem del Castillo circa intellectum text. in l. vltim. §. vlt. C. communia de legat. & num. 4. 7.

- 3 Contractus reprobatu non tribuit instam causam prescribendi.
5 Possessor mala fidei deducit expensas; etiam fur. & numer. 6.
8 Emptor si in lite quam habuit cum euincente, non opponat de melioramentis, non potest à venditore repetere.
9 Oppositio de melioramentis in executione sententia potest fieri.
10 Fructus melioramentorum solui non debent & num. 11. 13. 14.
12 Labor & industria est soluenda cum fructibus & melioramentis.
15 Dominus feudi tenetur soluere pretium meliorationis, si vassallus in rebus feudalibus adificium aliquod fecit, & post sine herede deceffit.
16 Creditor qui magnos sumptus in re cultiuanda fecit, an teneatur computare fructus quos accepit de re pignoratâ, cum sorte principali.
17 Pensio non debet auereri propter meliorationes factas in re emphyteutica.
19 In impensis tantum est soluendum, quantum impensum fuit, & non ultra, quamuis res plus valeat.
20 Melioramenta facta in re restitutioni subiecta, qualiter soluenda sint, & n. 21.
22 Condemnatus ad restitutionem rei, soluit melioramentis; non tenetur rem restituere antequam melioramenta illi soluantur.
23 Melioramentorum exceptio si altiore indaginem requirat, sententia debet executioni mandari, cautione data.
24 Emptor bonorum minorum, vel Ecclesia, qui rem cum vitio habuit, an possit rem pro melioramentis retinere.
25 Hæredes possessoris maioratus an teneantur soluere estimationem domorum quas possessor deteriorauit.
26 Fructus non sunt computandi cum melioramentis, quando non speclabant ad petentem rem.
27 Fructus percepti per hæredem pendente condicione, ex qua fundus ex dispositione testatoris veniebat alteri restituendus, non computantur in expensas melioramentorum.
28 Intellectus ad l. 46. Taurinam.
29 Hæres rogatus post mortem bona restituere, tenetur ex fructibus rescire damnum & diminutionem contingentem bonis restituendis.
30 Fideicommissarius qualiter teneatur de culpa dolo proxima.
31 Exceptio melioramentorum potest opponi in via executiua.

Trigesimo secundò quæro, si possessor maioratus vendat aliqua bona ad maioratum pertinentia, & emptor in illa faciat multa melioramenta, an possit recuperare talia melioramenta; & sumptus factos? Et siquidem emptor ignoranter emit rem maioratus, & restitutioni subiectam; hoc casu clarum est, illum f posse sumptus & melioramenta recuperare, nec tenebitur ad restitutionem rei, donec melioramenta ei soluta fuerint; l. vltim. §. vltim. in fin. C. communia de leg. l. domus hæreditarias, ff. de leg. 1. l. mulier, §. sed etenim, vers. Sed & ipse, ff. ad Trebell. l. pen. qua incipit, Colonius, in princ. ff. locati: l. in fundo ff. de rei vendic. l. domum, C. eodem titulo, l. 41. tit. 28. par. 3. l. 26. tit. 12. l. 15. tit. 23. par. 5. egegia l. 11. tit. 15. part. 5. Glossa in l. hæditas ex fideicommissio, verbo, administrari, ff. ad Trebellian. tradit Ioseph. Ludouic. decis. 34. num. 17. vbi num. 20. & 21. tractat de compensatione facienda cum fructibus; & alias concordantes tradit Bursat. in conf. 151. num. 22. lib. 2. Molin. lib. 1. de primogeniis, cap. 26. nu. 14. fol. 189. Matienço in l. 6. tit. 7. lib. 5. Recopilat. glos. 3. num. 3. folio 175. idem Bursat. in conf. 60. num. 31. lib. 1. & plures refert Petrus Surd. de aliment. tit. 6. quæ. 6. num. 15. fol. 198. qui loquitur in fideicommissario, Celsus in conf. 67. ad finem: & Vin-

centius Carrocius in tractatu de locato, titulo, de expensis, num. 39. folio 213. & quæ. 2. num. 24. fol. 214. Parisius in consil. 28. lib. 3. sic retineri potest res feudalis pro melioramentis in ea factis, cap. 1. §. si vassallus, vbi Iferniam; & alijs hic finitur lex Federici; notat latius Parisius in conf. 23. num. 91. lib. 1. si autem scienter emit rem maioratus, & restitutioni subiectam, maius dubium est, propter text. in d. l. vlt. §. vltim. in principio, C. commun. de legat. ex quo patet, quod f emptor sciens rei grauamen restitutioni subiectæ, non habet actionem ad recuperationem melioramentorum, facit l. si fundum, C. de euit.

In hoc antequam ad vltiora descendam, animaduertere oportet, f quod Doctor del Castillo in l. 27. Taurina, folio 107. col. 2. in versiculo, sed pone quod res, loquitur contra text. & Communem in d. l. vlt. §. vltim. nam quærens an emptor emens rem restitutioni subiectam possit agere contra venditorem, expressè affirmat, quod si sciens emit rem restitutioni subiectam, possit agere, ad pretium, & etiam melioramenta contra venditorem; quod apertè est contra text. in d. §. vlt. ibi: Emptor autem sciens rei grauamen aduersus venditorem actionem habeat tantum ad restitutionem pretij, neque dupla stipulatione, neque melioratione locum habente; latè Ioann. Guttier. in practico questionum libro 3. quæ. 8. num. 20. & 25. pag. 61. qui hoc refert, Petrus Surt. decis. 242. num. 2. cura sequentibus, qui refert Episcop. Conar. lib. 3. resolutionum, cap. 17. Antonius Peregrinus in tractatu de fideicommissis, artic. 50. num. 63. folio 473. In quo puncto animaduerto in materia circa intellectum text. in d. l. fin. §. fin. C. communia de legat. à quo notant Doctores quod contractus f reprobatu non tribuit instam causam prescribendi, cum text. & l. quemadmodum, C. de agricol. & censuris, libro 11. & cap. dudum, in prin. de decimis, ad hoc notat Tiraquel. in tractatu. de vtroque retract. lib. 2. §. 1. glos. 2. num. 33. pag. 819.

Sed vt ad rem redeam, quamuis prædicta in suis casibus proprijs vera sint, quantum ad propositum nostræ quæstionis, aliud dicendum est: quia ille qui etiam scienter f emit rem maioratus, & restitutioni subiectam, potest recuperare ab euincente sumptus melioramentorum, quamuis non habeat actionem contra venditorem, vt patet ex d. l. domum C. de reuendic. & ex alijs quæ supra citauit, & probatur in l. si quis sciens, & in l. area, C. de reuendic. & in §. certè, Inst. de rerum diuisione, & in l. quaratione, in principio, ff. de acquirend. rerum dominio facit l. 43. in versiculo, Emptero tenendo, tit. 28. & l. 44. eodem titulo, & hanc sententiam in proprijs terminis Glos. Paris. in consuetud. Paris. part. 1. §. 1. glos. 5. num. 75. & 76. folio 35. quem refert, & sequitur Episcop. Couarru. resolut. lib. 3. d. d. cap. 17. num. 1. Menoch. remedio 15. de recuperand. possess. num. 507. pag. 521. & nouissime Ioan. Guttier. qui hoc tractat lib. 3. practico questionum, quæ. 68. num. 4. pag. 599. vbi de materia videre licet: quorum conclusio mihi vera videtur, ex autoritate prædictorum iurium.

Ex quibus apparet, quod quilibet etiam mala fidei possessor potest f expensas factas deducere per deductionem ædificij; & materiae, seruat illaefo pristino rei statu, vel repetere officio Iudicis habita distinctione; sint ne meliorationes viles necessariæ, an voluntariæ; vt latius patet ex d. l. domum, C. de rei vendic. quæ est magistralis in hac materia, & ex d. l. legibus partita, & est alia bona lex 4. in finalibus verbis, tit. 14. part. 6. & scriptis per Anton. Gomez in l. 46. Taurina, numer. 2. nouissimè Aluar. Valasc. conf. 83. nu. mer. 19.

Et est aliud notabile, quod si quis habeat domum restitutioni subiectam, & fecerit impensas necessarias, & adueniente die restitutionis expensas petat non tenebitur fructus computare cum expensis, vel expensas cum fructibus quos percepit vt tradit Rebus. in l. non potest 117. pag. 640. ff. de verbor. significatione, per l. emptor ff. de reuendic. imo fur potest recuperare expensas

penfas & melioramenta, vt probatur ex *l. ex argento, ff. de condit. furt.* de cuius legis intellectu agunt Salicet. in *d. l. domum, col. penult.* Episcop. Conar. in *regul. peccatum, de reg. iur. in 6.2. p. releu. ionum, §. 6. num. 3.* vbi post Ioan. à M. dina in *tractat. de restitu. q. 6. p. 2.* tenet quod fur, & alius qui quilibet malæ fidei possessor in conscientia potest recuperare expensas viles, qui allegat expressam legem *43. tit. 28. p. 3.* in versiculo, *Pero tenudo es;* & secundum ista intelligenda sunt quæ scribit Burg. de Paz. in *q. 7. ciuili, num. 32.* circa intellectum *l. 46. Tauri:* Anton. Gam. *decif. 308. num. 16.* Menoch. *de recup. possess. remed. 15. num. 538. pag. 523.* & de melioramentis plura scribit nouissimè Mascard. in *tractat. de probation. lib. 2. conclus. 1040. num. 1. cum sequentibus,* quæ conferunt ad ea quæ infra tractantur. Et melioramenta solui debent ante rei restitutionem, etiam si non sit adiectum in sententia prius vt tradit Capicium *decisione Neapolit. 17. num. 6.* de quo legenda sunt quæ scribit Aluar. Valascus in *tractatu de iure emphyteu. quæst. 25. n. 23.* Additio ad Gamam *decisione 4.*

7 Et ista mea opinio tenenda est, licet contrarium teneat nouissimè Ioan. Garcia. in *tractatu de coniugali acquesitu, num. 90.* quia vt ex lectura patet, loquitur sine lege & autoritate, & ad superiora nulla est dabilis. Est autem casus specialis in restitutione castrorum, quos castellani debent restituere successoribus, absque eo quod prius expensæ soluantur, nec habet locum retentio, vt probatur in *l. 1. tit. 18. part. 2.* vbi legi debet Gregor. Lopez & de materia ultra sequentia; & præcedentia, legenda sunt quæ scribit Quintilia. Mandos. in *tractatu de inhibitionibus, quæst. 71. num. 14. fol. 30.* Lancelotus in *tractatu de attentatis, p. 3. cap. 24. q. 29. num. 9. pag. 458.* Ioan. Garcia de *expensis, cap. 6. numer. 19. fol. 48.* Alciat. *conf. 450. numer. 26.* Et ex omnibus superioribus inferitur cautè esse legenda quæ in ista quæstione scribit Molin. *lib. 1. de primogeniis, cap. 26. num. 14. fol. 189.*

8 In hac tamen materia ad aliqua est animaduertendum, ante quam hanc quæstionem absoluauius. Primo est sciendum, quod quamuis ex dispositione *dict. l. vlt. §. vlt. C. commun. de legat. emp. t. rei restitutioni subiectæ* possit melioramenta recuperare à venditore, siue sciens, siue ignorans emit rem restitutioni subiectam; vt est text. singularis, & peregrinus in *l. idque Iulianum, §. 1.* qui incipit, *illud expeditius videbatur, ff. de actionibus empti, ibi: Nam cum possim potenter deli mali exceptione submouere,* quem text. postquam ego ad hoc propoluit ponderaui, forsitan reperi, quod Gregor. Lopez in *leg. 36. tit. 5. part. 5. in glos. in verbo; E no la pusto;* dicit notabile esse illum textum, ad hoc, quod si emptor non excepit in lite quam egit cum euincente de sumptibus melioramentorum, non tenetur venditor ad illa soluenda; & tradit Falcon. *regula 182. num. 2.* qui me refert; quod reputo notabile pro intellectu text. in *dict. l. vlt. §. vlt.* in quo loco Doctores hoc non tangunt; & est memoriæ mandandum tam pro intellectu quæstionis nostræ, quam ad alia plura, & ego habui in facto & obtinui. & tradit idem Gregor. Lopez in *l. 42. tit. 28. part. 3. in glos. in verbo, Qual ome;* & ad hoc adde quæ scribit Tiraquel. *lib. 2. de retractu, §. 7. glos. 1. nu. 13. pag. 966.* vbi videbis plura de hac materia expensarum, Ioan. Garc. qui hoc refert *reg. 182. n. 2.* & pro istis facit text. in *l. are. §. ff. de condition. indebiti,* & quæ scribit Fanus in *tractat. de pignoris, par. 5. mem. 4. num. 9.* Mandosius in *tractat. de inhibitionibus, quæst. 71. num. 14. folio 30.* & doctrina Gregor. Lopez in *dict. l. 36.* tenenda videtur, licet hoc, & eam capiat Ioan. Gutier. *lib. 3. practicarum quæstionum, q. 68. num. 15.* quem refert & sequitur Petrus Barbof. in *l. dinortio, §. fin. n. 53. pag. 1242. ff. solut. marimo. tom. 1.* non animaduertentes, quod Greg. Lopez in *dict. l. 36.* loquitur quando reus, qui melioramenta & expensas facit, restituit rem melioratam absque apprehensione melioramentorum, nam re meliorata non restituta, fateor; & fateoretur; Gregor. Lopez,

quod in executione sententia potest fieri oppositio de melioramentis, quod clarissimum est; qua in re est memorabilis doctrina Ferrata *n. praxi, in versiculo exceptionem expensarum, num. 3. pag. 114.* vbi tradit, quod si possessor tradidit possessionem rei bona fide, nulla facta retentione impensarum, poterit per incerti conditionem ipsam possessionem auocare, & inde expensas factas per exceptionem referuari; per *l. quod si nulla, ff. de leg. 1.* vbi Dinus in *l. hæres cum debuerat,* cum ibi notatis, *ff. ad Trebellian.* quod ipse reputat singulare, cui congruit Glos. in *cap. 1. §. si vassallus, hic finitur lex Corradi,* vbi conducit, quod ius repetendi melioramenta competit facienti, & eius hæredi etiam relaxata: cum concordantibus, vt per Albert. Brunum *consil. 105. & in consil. 106. l. in l. 1. §. si hæres, num. 12. ff. ad Trebellian. & in l. creditor, la 1. ff. si certum petatur;* Tiber. Decian. *responsio 18. num. 34. lib. 2.* vbi ponit regulam, quod omnis ille qui habet dominium temporale, potest repetere expensas.

Secundo sciendum est, quod licet in quibusdam casibus, quando quis opponit de melioramentis, debeat illa compensare cum fructibus, non tamen tenetur soluere fructus melioramentorum; vnde si prædium, quod antequam fuisset melioratum, dabat de redditibus decem, & ratione melioramentorum postea reddebat quindecim, non tenetur ille, contra quem fuit facta fructuum condemnatio, restituere fructus, quibus plus percepit ratione illorum melioramentorum, vt per tex. in *l. ceterum, in versiculo, improbe, C. de rei vindicatione,* tenet Paul. Caltr. in *conf. 386. Pisis & ponderatis: col. 1.* quem ad hoc refert Anton. de Fano in *tractatu, de pignoris, par. 5. dist. mem. 4. num. 20. fol. 125.* quod consilium Pauli Castrenf. licet magno labore perquisierim, nunquam tamen illud inuenire potui; & eiusdem sententiæ fuit Afflictus non relato Paul. de Castro *decif. 87. Magnum est dubium, ad finem, vbi tenet, quod non debent fructus meliorationis compensari cum sumptibus etiam ab illo, qui non est dominus rei; qui ad hoc citat Angelum in d. l. ceterum, qui tamen hoc non dicit; pro quibus faciunt scripta per Anton. Gamam *decif. 310. nu. 4. & 5.* & hoc tradit in terminis idem Gama *decif. 364. num. 1.* licet contrarium teneat Hieron. Gabr. *conf. 151. num. 9.* sed primam opinionem sequitur Natta *conf. 256. per totum,* quem citat Andre Gail. *obseruation. libr. 2. obseruatione 121. numer. 5.* & scribit idem Afflict. in *c. 1. §. si vassalli, num. 9. fol. 221. hic finitur lex Fed. ric.* quod si primogenitus succedens in feudo paterno habet fratrem, cui debet soluere vitam & militiam, augmentaui feudum sua pecunia, putà extirpauit nemora, & reduxit ad culturam, & ad fructus vberes, vel fecit alia similia melioramenta, non debet soluere fratri de illo augmento vitam, & militiam.*

His Doctotibus ipsis non relatis; palam contradicit Glos. Paris. in *consuetud. Paris. p. 1. §. 1. glos. 5. n. 85.* vbi sustentat non esse veram sententiam Afflict. nisi in bonæ fidei possessore diligente, & industrio, qui consumpsit tempus & industriam in meliorationibus; & hoc faciendo non potuit interim aliunde lucrari: tunc enim non est rationabile, quod ultra refusionem sumptuum, quatenus eorum utilitas manet, habeat omnes fructus, & redditus meliorationis suæ vsque ad litem contestatam bona fide consumptos, absque eo quod eos computet in sumptus: quia in huiusmodi personis, quæ non habent aliunde lucrum, cessans lucrum habetur pro damno; quod iudicis arbitrio relinquitur: & contra Martb. de Afflictis, Glos. Paris. non relata, tenet etiam Episcop. Couar. *lib. 1. resolutionum, cap. 8. num. 4.* vbi refert in hac quæstione practicam huius Regalis Cancellariæ, de qua latius per illum; quem refert & sequitur Menoch. *de recup. possess. remed. 15. num. 609. & 610. pag. 530.* & Episcop. Couar. & refert, & sequitur Anton. Peregrin. in *tractat. de fideicommissis, art. 50. num. 67. fol. 475.* & Episcop. Couar. refert etiam, & sequitur Vincent. Carrocus in *tractatu de locato, in parte de sexto gradu accidentium, quæst. 10. nu. 27. fol. 232.*

& idem tenet Gregor. Lopez in *l. 4. tit. 28. in glos. in verbo, heredad, part. 3.* licet contrarium idem concludere videtur in *l. 41. eodem titulo 28. in glos. in verbo, que deficiente, in finalibus verbis, eadem part. 3.* Ex quibus appareret, quod in effectu est communior opinio, quod non debeant solui fructus ex melioramentis, cum illam teneant Paul. Castrenf. Afflict. & Negusant. pro qua opinione facit quod per dictam *l. ceterum C. de rei vendic.* scribit Ludouicus Gomezus in *regula Cancellariæ, regula de annali, versiculo, hætenus negligencia in parte 8. quia etiam, pag. 825.* & legenda sunt quæ scribit Curtius Iunior in *conf. 165. num. 11. cum sequentibus, lib. 1.* & hoc tenet nouissimè Petrus Sardus *decif. 194. num. 11. & decif. 282. n. 29.* in qua decisione multa singularia legi possunt in probandis fructibus.

Et hæc opinio magis æqua, & iuri consona mihi videretur; attento quod in hoc nulla sit iniuria illi, cui res restituenda est, cum non factis melioramentis nihil plus quam fructus, quos iuxta antiquum rei statum res reddebat, illi forent restituendi; & ab illa re, quæ restituitur, si plures fructus percipiuntur, non est propter ipsam rem, & illius bonitatem, sed propter melioramenta, quæ forsitan possessor ingenti labore, & pecuniis eodem labore quæsitis fecit; hoc æquitas suggerit, licet summum ius deficeret, *l. 2. §. quæquam, ff. de aqua pluuiæ arcend. facit l. si me & Titium, ff. si certum petatur: l. nam hoc natura, ff. de condit. indebiti.*

Et quod si vassallus faciat in rebus feudalibus aliquod ædificium, & postea sine hærede decedat, dominus feudi teneatur soluere pro pretium meliorationis, probatur in *cap. si vassallus, titulo, hic finitur lex Corrad.* quæ notat ad hoc Gomezus in loco citato, *vers. 15. quæsi vassallus.* Et quod vbi cuique creditor passus fuit magnos labores in re cultiuanda, non teneatur computare fructus quos accepit de re pignorata cum sorte principali, volunt Hostiensis in *summa, titulo de Vsu, §. si in aliquo, versiculo 12.* Ioan. Andr. in *cap. conquestus, de vsuris; Anania in cap. 1. de vsuris,* & alij plures, quos citat Nicol. Boerius *decif. 44. num. 24.* ad hæc legendus: Quibus addo *l. cum hereditas, ff. de petitione hereditatis & l. cum autem, §. vlt. ff. de adili. edit.* & quæ scribit Tiraquel. *lib. 1. de retract. §. 15. glos. 2. num. 29. pag. 553;* vbi tenet non esse restituendos fructus, quos quis percepit ex fundo, quem ob proprium artificium, & industriam vberiore reddidit.

Ad hoc facit, quod propter meliorationes factas in re emphyteutica non debet augeri pensio, *l. vlt. C. de omni agro deserto, lib. 11. cum concordantibus,* vt per Carol. Ruin. in *conf. 57. num. 15. lib. 1.* & hanc nostram opinionem amplectitur etiam Aluarus Valas. *de iure emphyteu. part. 1. q. 24. num. 26.* Ioan. Garc. *de expensis, c. 23. num. 54. fol. 233.* & facit quod scribit Capic. *decif. 93. n. 12.* ex quo, & March. *de Afflict. in d. decif. 85.* procedunt prædicta, & etiam si talia melioramenta, ex quibus præteritur fructus non debere solui, facta sint à malæ fidei possessore; & Afflictus refert Bursatus *consil. 84. n. 37.* licet contra ista omnia faciunt duræ velut expressæ *leges 41. & 44. tit. 28. part. 3.* quæ in hoc sunt nimis generales; Sed vt ego existimo limitandæ, & intelligendæ sunt iuxta prædictam distinctionem. Qua in re incidenter in nostra materia animaduertit ad notabilem resolutionem Glosæ in *dict. l. mulier, §. cum proponeretur, in verbo, quantitas,* quæ vult, quod creditor qui debitori fideicommissu successit, non tenetur fructus imputare, quos percepit in suum creditum; quam Glosam sequuntur ibi Iacob. de Arenis, Barr. Alber. Imol. Alex. Salicet. in *l. in imponenda, C. ad l. Falcidiam,* & alij plures, quos citat Menoch. in *conf. 183. n. 50. lib. 2.* qui a *n. 4. vsque ad finem consilij,* multa bona scribit in ista materia fructuum.

Tertio in hac materia notandum est, quod impensarum solutio hoc modo est facienda. Nam non sufficit quod in aliqua re sint impensa centum, nisi itidem ipsa res valeat; probandum itaque, & articulandum

est, quod in re, quæ restitui debet, fuerint impensa illa centum, & quod ratione expensarum res communi æstimatione valeat illa centum, *l. in fundo, vbi Glosa & Doctores, ff. de rei vendic. notat Abb. in c. 1. n. 4. de re-stit. in integrum, & in c. quibusdam, n. 9. de fideiussoribus,* & alij, quos refert Anton. de Fano in *loca supra citato, n. 11.* & tradit latè Hieron. Gabriel. in *conf. 168. q. 8. n. 11.* Ad quod est animaduertendum, quia certo scio, quod in iudiciis, & in interrogatoriis, raro ad hoc animaduertitur cum sit tam necessarium.

Et pro hoc etiam conducit quod in simili dicitur Iacob. de Arenis, Barr. Bald. & Angel. Imol. & Alex. in *l. domos, ff. de leg. 1.* vbi tradunt, quod expensæ, & melioramenta facta in re restitutioni subiecta, sunt soluenda habita ratione non à die facti ædificij, vel resecti; sed secundum valorem temporis, in quo restitui debet, siue æstimatio aucta sit, siue decreuerit; & idem tenet Alex. in *l. vbi pure, §. vlt. ff. ad Trebel.* Nicol. Boer. *decif. 44. nu. 12.* Carol. Ruin. in *conf. 34. n. 25. lib. 1.* & in aliis consiliis quæ refert Roland. in *conf. 28. n. 14. lib. 1.* vbi etiam alios refert, & de ista materia plura scribit, & est verior opinio secundum Bursatum in *conf. 85. n. 35. lib. 1.* vbi citat Bald. Glos. Paris. & vltimo loco Menoch. *de arbitrariis Centuria 3. casu 258.* & idem Bursatus latius in *conf. 71. num. 22. & 23.* vbi citat Marzarium de fideicommissis, *quæst. 65. & conf. 10.* & inibi tradit quid in melioramentis, quæ tempus facti; quod latius scripsi supra *part. 1. q. 10.* & resoluit Aluar. Valasc. *consiliat. 161. n. 10.* & prius consultatione *116. n. 17.* Et quomodo melioramenta solui debeant secundum valorem, & æstimationem temporis in quo restitui debet, & non secundum valorem facti ædificij, probant Ripa in *dict. l. vbi pure, §. fin. n. 4. ff. ad Trebellian.* & Gidius Boffius in *titulo de Principe & priuileg. eius, num. 31.* Carol. Ruin. Corn. & alij plures quos citat Simon de Præcis *lib. 3. de interpretand. defunctorum voluntat. dubitatione 5. solutione 5. num. 15. folio 360.* vbi plura scribit in materia presentis quæstionis: nouissimè Antonius Theaur. *decisione Pedemont. 251.* Mascard. in *tractatu de probation. lib. 2. conclus. 140. num. 19. folio 294.* vbi alia scribit de ista materia, & non est omittendus Carol. Ruin. *consil. 117. num. 2. & 3. lib. 3.* qui hoc resoluit in hærede faciente etiam expensas in bonis restitutioni subiectis; & notanter Bursat. in *conf. 71. num. 23. lib. 1.* & in *conf. 51. num. 140. lib. 2.* & alij, quos citat Menoch. *de recup. possess. remed. 15. num. 507.* & latius in *tractatu præsumptionum, lib. 3. præsumpt. 33. num. 5. cum seqq. pag. 211.* vbi plenius materiam tractat, & refert Episcop. Couar. vocando eum, & meritò eruditissimum; & idem tradit latius omnibus Menoch. *de recuperan. possession. eodem remed. 15. num. 557.* in quo loco in numeris antecedentibus, & sequentibus, infinita scribit pro intellectu istius materiæ; & Menoch. in *conf. 183. n. 35. lib. 2. & in conf. 245. n. 4. cum seqq. lib. 3. & de recup. remed. 11. nu. 6. pag. 441.* vbi eleganter in ista materia resoluit; quod si vendatur res fideicommissa subiecta propter debita defuncti, est expectandus valor, & æstimatio talis rei, secundum tempus in quo vendita fuit, & perinde est ac si bona fuissent tradita creditoribus, testatore viuente; qui ad hoc citat Paul. de Castro in *l. pecuniarum autem, & in l. sed si damnus, ff. de peculio; Socin. lun. in conf. 170. num. 7. lib. 2.* Alciatum *responsio 572. ad finem Marzar. conf. 24. col. 1.* Portium in *conf. 62. n. 94.* quod est notandum ad ea quæ habentur in *l. filiusfamilias, §. Dini de leg. 1.* & in aliis locis concordantibus, & faciunt quæ notanter scribit in propria materia Sforcia Oddi in *tractatu de restitutione in integrum, part. 1. q. 47. art. 7. n. 32. pag. 636.* omnino legendus.

Quarto est animaduertendum, quod si quis sit condemnatus ad restitutionem rei, solutus melioramentis, non tenetur rem restituere etiam data satisfactio, antequam melioramenta illi soluantur, vt ex Paul. de Castro, & aliis probat Fanus in *dicto loco, n. 10.* licet hoc fieri posse affirmet Alciatus *consilio 450. n. 26.* Aluar. Valasc. in *dict. cap. 29. num. 23.* Anton. Gama *decif. 15.*

num. 3. Ioan. Garcia de expensis, cap. 6. num. 19. fol. 48. Iacob. Pute. decis. 471. part. 2. sed vbi cumque melioramentorum exceptio requirit aliter indaginem, sententia debeat executioni mandari, data cautione, voluit nouissime Cæsar Genuentis in l. vnic. C. si de menta. poss. q. 24. n. 27. pag. 624. & ita intellexit dictam decisionem Iacob. Put. 471. de quo omnino legatur Simon de Præsis de interpr. defunctorum volunt. dubitat. 5. solut. 5. n. 12. fol. 359.

Et quod emptor bonorum minorum, vel Ecclesiæ, qui rem cum vitio habuit, non possit retinere rem pro melioramentis, tradunt Iaf. in l. 1. num. 10. C. de seruis fugiti. Capic. in decis. 119. Menoch. de recuper. possessione, reuend. 11. numero 21. versic. declaratur, nec procedere: Caualean. de tutoribus & curat. 8. volum. tractatum, num. 165. fol. 343. de qua omnino legenda sunt quæ scribit Vincent. Carocius in tractatu de locato, titulo de expensis, num. 18. fol. 212. de quo etiam omnino legenda sunt quæ scribit Marzarius in epitome de fideicommissis, q. 66. Bursat. conf. 184. num. 57. lib. 2. Lancellot. in tractatu de attentatis, part. 3. cap. 24. q. 29. numero 9. pag. 458. & quod dominus debet soluere impensam cum leui incommodo, tradit Hieron. Paulus in dicit. conf. 168. num. 120. quod quotidie contingere potest; & quod vbi cumque testes deponunt de æstimatione, debeant reddere rationem, etiam non interrogati, volunt Innocent. in cap. cum consuetud. de testibus, Bart. in tractatu de testibus, colum. 2. Curt. Iunior conf. 143. num. 6. Et quod probatis melioramentis, licet non sit probata certa quantitas, iudex debet æstimare, tradunt Raphael Cuman. conf. 102. Cagnol. in l. quatenus, num. 25. ff. de reg. iuris, fol. 82. & ad illa quæ scribunt Iacob. Put. & Simon de Præsis, iungo Mandosium in tractatu de inhibitione, q. 72. n. 14.

Et aut hæredes possessoris bonorum maioratus teneantur ad interesse, si non refecerit domos maioratus, quæ de causa ceciderunt? lectores facile definiunt ex traditis per Atlied. in consuetud. Neapolitan. rubric. 87. versic. & officialibus, n. 4. fol. 169. quibus est addendum quod possessor maioratus, siue in prosecutione litis, siue in reparandis domibus, vel aliis similibus rebus, non tenetur facere expensas, quæ, dubium est, an sint pro futuræ, vel non: l. 2. §. penult. vers. etiam si mater, ff. ad Tertulianum, notat Bald. conf. 145. Casus talis est in quodam instrumento, col. 4. lib. 3. quam refert & confirmat Aymon conf. 83. n. 5.

Neque est omittendum, quod fructus non sunt compensandi cum melioramentis, quando non spectabant ad preteritum rem, vt post alios tradit Fanus in d. 4. membro 5. p. n. 14. & 15. Ioseph. Ludou. decis. 34. nu. 21. ad quod facit l. qui erat, ff. famul. et secundæ, quam citat Rebuff. in l. i. n. 2. C. de fundis rei priuat. lib. 1. n. 2. fol. 152. quod est notandum ad illos, qui petunt res maioratus ab antecessoribus alienatas quarum fructus pertinebant ad antecessores alienantes; ad quod etiam facit egregia resolutio Alex. in conf. 123. n. 11. lib. 1. vbi tradit quod fructus percepti per hæredem pendente conditione, ex qua fundus ex dispositione testatoris veniebat alteri restituendus, non computantur in impensis melioramentorum, per Glossam, Angelum, & Baldum in l. emptor, in princip. ff. de rei vendic. & hoc tradit magis in terminis nouissime Ioan. Guttier. in practicis questionibus, lib. 3. num. 9. cum seqq. folio 175. Petrus Barbol. in l. diuortio, §. fin. n. 44. pag. 1158. ff. soluto matrimonio.

Et quod lex 46. Taurina non procedat in marito, qui fecit expensas & melioramenta in rebus maioratus vxoris, vel in alio Tertio qui meliorauerit rem maioratus, & quod tales meliorationes & expensæ istis solui debeant, nec aliter teneantur rem restituere, semper verissimum existimari, & existimo; quia dicta lex est exorbitans, & ad istos casus extendi non debet. Et de expensis factis in rebus fideicommissis, plura scribit nouissime Petra in tract. de fideicommissis, num. 213. cum pluribus seqq. q. 15. pag. 621. ad quem addo Gama decis. 308. n. 16. vbi etiam resoluit, quod successor in maiora-

tu tenetur soluere expensas factas in impetratione Bullæ datæ pro aliquo patronatu: & qualiter hæredes reficere teneantur deteriorata in rebus maioratus: tradit Molina lib. 1. cap. 27. n. 1. cum aliis, fol. 291. Gregor. Lop. in l. 7. tit. 9. p. 6. in glos. in verbo, per su culpa; ad quos addo tex. in l. si is qui, ff. ad Trebel. quam Doctores notant, & Paul. extollit sub lege precedenti, vt quamuis hæres rogatus post mortem bona restituere, interim sit dominus, & fructus lucretur, tenetur tamen ex fructibus supplere, & refarcire damnum, & diminutionem contingentem bonis restituendis; quod commendant Roman. singulari 261. Ripa in l. in fideicommissaria, num. 18. ff. ad Trebel. Pinel. in l. 2. p. 2. c. 4. num. 63. C. de rescind. vendi fol. 117. ad quem iungo Iacob. Albenf. conf. 55. num. 9. p. 1. Glos. Paris. in l. p. consuetud. §. 1. glos. 8. nu. 57. fol. 48. Tiraq. lib. 2. de retractu, dicit §. 7. glos. 1. num. 18. pag. 967. & libr. 1. de retractu, in fine, num. 98. pag. 776. & Gregor. Lopez in l. 2. in glos. per su culpa, tit. 8. p. 5. & traditur per Corneum conf. 119. lib. 2. relatum per Addition. Capolæ in tract. de seruitutibus vrbianorum, c. 81. in fin. pag. 275. & tradit Mantica de coniecturata mente defuncti, lib. 7. tit. 10. num. 23. pag. 188. per l. scribit Celsus, ff. ad Trebel. Paulus conf. 55. num. 58. lib. 3. Hieron. Gabriel in conf. 121. nu. 58. & addo quæ scribo infra, q. 39. & qualiter fideicommissarius teneatur de culpa pro dolo proxima, tradit Glos. Paris. part. 1. consuetud. Paris. §. 1. glos. 7. num. 53. fol. 47. & in arbitrio Iudicis consistit an bona perierint, vel fuerint deteriorata culpa possessoris maioratus; vt colligitur ex scriptis per Iacob. Comanum lib. 1. quæst. iuris, cap. 2. num. 7. quem citat Menoch. ad hoc legendus de arbitrariis Iudicium, casu 49. num. 4. & plura circa materiam solutionis, & repetitionem expensarum, tradunt notanter Arias Pinel. in l. 1. p. 2. n. 72. versic. 11. ex supradictis folio 62. col. 2. & 3. C. de bonis maternis; melius Aluar. Valasc. de iure emphyteutico, dicit. quæst. 25. per totam, folio 137. & quæst. 26. num. 1. cum seqq. fol. 150. Et quod exceptio meliorationis non possit opponi in via executiua, volunt notanter Cornens in conf. 147. num. 18. lib. 2. Menoch. de recuper. possessione, remed. 11. num. 10. pagina 441. Gallef. de obligatis in forma Camera 7. 4. q. 2. n. 12. fol. 85. Lancellot. d. q. 29. num. 10. Barbola in l. diuortio, §. fin. num. 55. cum seqq. ff. soluto matrimo. p. 1. vbi notanter resoluit, an si in iudicio primo oppositum fuit de melioramentis, possit in iudicio alio postea opponi de illis; quod vidi in practica circa intellectum legum, quæ loquuntur de executione instrumentorum gaurentiorum; & est conclusio singularis. Et legendus est etiam Marzar. de fideicommissis, §. 59. 65.

QVÆSTIO XXXIII.

Augmenta facta per possessorem maioratus an pertineant ad successorem.

S V M M A R I V M.

- 1 Decisio questionis, & agitur de intellectu text. in l. 46. Tauri, & n. 3. 5. 7. 11. 12. & vsque ad n. 40. Et reprehenditur Doctor del Castillo in intellectu prædictæ legis, num. 9.
- 2 Vineam, vel Oliueta siquis plantauerit in solo maioratus, in illis habent partem vxor & filij defuncti.
- 4 Domus si in solo maioratus fiat, communicatur pretium melioramentorum vxori, & filijs facientis.
- 6 Verba legis sunt inspicienda, nec vltra trabenda.
- 8 Filij in dubio ad equalitatem sunt reducendi.
- 10 Insinuatio non requiritur in donatione qua fit ob reparationem domus.
- 13 In melioramentis factis in domibus, quas possessores tenentur maioratus locant, an habeant partem filij, & vxor defuncti, & n. 24.

- 15 Meliorationes factæ in rebus maioratus, in dispositione iuris communis remanent.
- 17 Indefinita qualiter vniuersali equipollet.
- 21 Lex dicta 46. Tauri an procedat in impensis voluntariis.
- 22 Expensæ factæ in deboscando, vel arando terras, an sint soluenda possessoribus condemnatis.
- 23 Creditores, quorum pecunia res maioratus fuit meliorata, possunt agere aduersus successorem, vt ex fructibus maioratus soluatur debita contracta.
- 25 Dicta lex 46. Tauri, an procedat in hortis factis in domibus maioratus.
- 26 Habitatione, vel proprietate domus legata, venit habitatio horti accessoria.
- 28 Aditus ex domo ad hortum probat legatum fuisse hortum.
- 29 Colubrina, bombardæ, & alia genera armorum quæ possessor bonorum maioratus posuit in fortalicio, an cedant primogenio, & n. 31. & 37.
- 30 Leges magis consistunt in ratione, quam in verborum forma.
- 32 Castro concesso in feudum, intelliguntur concessæ munitiones pro custodia castri postea.
- 33 Princeps concedens fortaliciu in feudum, videtur concedere munimenta & arma ibi existentia.
- 34 Vtilitas publica priuata preferitur.
- 35 Extensio ex identitate rationis est licita pro favore publico.
- 41 Conuenus a ditione hypothecaria quando soluere possit primæum æstimationem.
- 42 Possessor bonorum maioratus quando presumatur ex fructibus factis locupletior.
- 43 Ad castrum qua dicantur pertinere.
- 44 Expensæ factæ in defensione castri an possit hæres recuperare.
- 45 Femina succedunt in expensis factis in rebus feudaliibus.
- 46 Castra occupata à non domino tempore guerra debent priori domino restitui.
- 47 Emens scienter rem restitutioni subiectam an habeat actionem ad melioramenta.

TRIGESIMOTERTIO QUARTO, an melioramenta, quæ fecit possessor bonorum in rebus maioratus pertinent integra ad primogenitum? In qua quæstione aliqua attingam, cum multa ad hanc rem pertinentia scripserim in prima parte huius Operis, quæst. 10. & vltra ibi dicta, hoc in loco aliqua discreta placuit, vt hæc res magis perfecta sit. Et omnino sciendum est, quod licet ex dispositione l. 46. Tauri, omnes fere teneant, quod meliorationes factæ per possessorem bonorum maioratus in rebus maioratus, non possunt recuperari à filiis, vel vxore eius, qui illas fecit, nec habeant partem in talibus meliorationibus absque aliqua distinctione: quia omnes cedunt maioratus, quod aperte tenere videtur Anton. Gomez, ibi n. 3. & Ioan. Lopus, & Castellus, Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis, part. 2. n. 71. fol. 59. Olanus in Antimonii, litera M. nu. 5. faciunt scripta per Molin. lib. 1. de primogeniis, cap. 26. num. 11. Ioan. Lopium in rubrica de donat. inter virum & vxorem, §. 62. num. 18. pag. 195. vbi Barahona hoc refert in additione, quæ incipit, Poruisset Angel. Matiençus in tractatu de fideicommissis, lib. 4. cap. 5. n. 9. cum sequentibus, folio 176.

Ego inherendo verbis prædictæ legis semper existimaui, & adhuc nolo palinodiam canere, quod prædicta lex solummodo loquitur in impensis, quæ possessor bonorum maioratus facit in fortalitiis, & mutis factis in villis, locis, & fundis bonorum maioratus, vt expresse ex illa lege patet; & id ad alias meliorationes, & impensas factas in rebus maioratus, quæ non sint comprehensæ in illa lege, non debet extendi, cum illa lex sit correctoria iuris communis; scilicet tex. in l. domos hereditarias, ff. de leg. 1. cum ibi adductis per Doctores; & correctoria etiam legum, & consuetudinum Hispaniæ, quæ

instissima ratione concedunt mulieribus medietatem bonorum matrimonio constante acquisitorum, hodie l. 1. tit. 9. lib. 5. Recopila. & illam legem defendit nouissime Ioan. Guttier. in practicis questionibus, quæst. 8. lib. 2. Ex quo sequitur, quod in talibus meliorationibus factis in bonis maioratus, dummodo non fiant in castris, muris, & domibus maioratum, habebit mulier medietatem æstimationis & valoris, & alia medietas diuidenda est inter filios illius, qui eas fecit.

Vnde si possessor bonorum maioratus in agro, aut fundo, qui proprius erat bonorum maioratus, & vineam, vel oliueta plantauit, vel aliud quid simile fecit, solui debet mulieri æstimatio harum meliorationum, sicut quando aliqua melioratio fit in fundo vxoris, quæ remanet illius, & maritus habet medietatem æstimationis, iuxta legem firi, & fere vniuersalem Castellæ consuetudinem; & practicam & declarant Roder. Suar. in l. 3. fori, título de las ganancias fol. 24. col. 1. in versiculo, sed pone, Ioan. Lopius in rubrica, de donatio. inter virum & vxorem, col. 301. in versiculo & hinc est hodie, §. 60. pag. 182. Et eadem ratione filij in talibus meliorationibus legitimam habebunt, & talis æstimatio est libera & non subiecta restitutioni.

Et iste intellectus ad dictam legem (videri meo) est verissimus, & illi negare non poterit, qui legerit, quæ circa hocmet propositum ego scribo in 1. parte huius Operis, dicta q. 10. vbi plenius tracto de intellectu text. in d. l. 46. ex quo loco possunt sumi argumenta pro hac sententia: qua ratione hic non repetito; & d. l. 46. ita intelligere videtur Hugo de Celso in repertorio suo, in verbo, Mayorazgo, & cum dicta lex sit correctoria iuris communis, videlicet d. l. domos hereditarias, ff. de leg. 1. de cuius intellectu latè agit Roland. conf. 28. lib. 1. & exorbitans; quauis sit facta in fauorem maioratum; non debet extrahi à casibus in quibus loquitur, l. quod vero contra, ff. de legibus: Et pro ista sententia faciunt quæ scribit Ioan. Garc. de expensis, & melioration. c. 16. num. 1. fol. 145. Cephal. in consilio 183. num. 45. cum seqq. lib. 2. Ex quo fit, quod in aliquibus facultatibus, quæ conceduntur ad faciendum maioratum, cauetur, quod quicquid seminatum, plantatum, & ædificatum fuerit in rebus quæ vinculantur; pertineat etiam ad maioratum: & hæc opinio tenenda est; quam etiam tenet Aluar. Valasc. de iure emphyt. quæst. 25. num. 29. Marienç in l. 6. tit. 7. lib. 5. Recopilation. glos. 3. num. 9. cum seqq. folio 175. qui facit authorem huius opinionis Greg. Lopez in l. 41. tit. 28. in gloss. magna, ad finem, p. 3. vbi tamen dicit esse communem opinionem nostrorum in contrarium: Sed ego hoc non inuenio apud Authores nostros: & idè sequor prædictam opinionem, quam verissimam iudico, & in praxi recipendam; licet contrarium teneat Molin. lib. 1. de primogeniis, c. 26. num. 15. fol. 190. Ioan. Garc. in tractatu de expensis, c. 13. n. 45. fol. 131. Iacobi idem Ioan. Garcia in tractatu de conugali conquestu, num. 79. cum seqq.

Et ex his etiam deducitur, quod si quis in solo maioratus faciat de nouo aliquam domum, quæ antè facta non erat, est soluenda medietas æstimationis melioramentorum vxori, & filij potiantur legitimam illorum: quia dicta lex non loquitur nisi in ædificis factis in domibus, quæ erant ex maioratu, vt patet ex illis verbis: Assi mismo los edificios que de aqui adelante se hizieren en las casas de mayorazgo, labrando, & reparando, & edificando en ellas, sean assi mismo de mayorazgo, como lo son, & fueron las ciudades, villas, y lagares, heredamientos, y casas donde se labran. Ex quibus verbis clarè patet veritas huius conclusionis, præcipue in illis verbis, en las casas de mayorazgo, vnde lex aperte sentire videtur, quod ædificia debent fieri in domibus iam factis, & quæ erant maioratus: & cum hæc qualitas (quod domus erat maioratus) debeat & probari non possit, lex itidem cessare debet

l. 1. §. Prator ait, vbi Bart. ff. ne quis i fluminibus publi. l. penult. §. docere, ff. ne quis cum l. 4. §. docere, ff. vi bonorum cap. cum concordantibus, & vrgent etiam verba illa, como lo son, iunctis illis verbis, y casus donde se labran, ex quibus verbis lex aperte requirit esse necessarium, quod iam sint bona vinculata tempore quo in domo facta sunt melioramenta, & illa dictio (sicut) iuncta cum illis verbis, ponitur ibi conditionaliter: & cum iste sit casus omissus à dicta lege, habetur pro omissio. l. commodissime, ff. de liberis & posthumorum similibus.

Quæ regula maxime procedit, quando aduersus iuris regulas aliquid inducitur, prout facit d.l. 46. sicut supra fundam secundum egregiam sententiam Aretini in l. Iulianus in principio, ff. si quis omnia causa testamenti quam sequitur Alciatus in dicit. l. commodissime, num. 12. pag. 46. & ego idem ad alium finem retuli in 3. part. huius Operis, quæst. 9. in versio & casus omisi, num. 123. & cum prædicta lex non loquatur in hoc casu, nec nos loqui debemus, & verbis legis deficientibus deficit illius dispositio, l. 4. §. toties, vbi Bart. & alij ff. de damno infecto, l. ita autem, in principio, vbi Bart. ff. de administratione tutor. & verba legis sunt inspicienda, neque vltra, dispositio est trahenda; l. quod constitutum, ibi, quantum ad verba eius, vbi Bart. ff. de testamenti. milit. l. si seruum, §. non dixit prator, ff. de acquirenda hereditate; & in legibus, statutis, testamentis, & in aliis quibuslibet dispositionibus tenor verborum est inspiciendus, & ab illo non est recedendum, vt latissime docet Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, libertis, num. 1. cum sequentibus, pag. 83. C. de renouand. donationibus, quod latè ornat Metfia. qui à Tiraquel. plura sumpsit, tacito auctore, super lege Tolci, part. 1. fundamento 2. num. 18. cum sequentibus; & vt superius dixi, cum dicta lex sit correctoria, & in hoc casu non militet eadem ratio, quæ concurrat in casibus per dictam legem decisis, potius restringi, quam ampliari debet; præcipue cum sit odiosa filiis, & vxori defuncti: nam scimus, quod leges correctoriae non extenduntur ex identitate rationis, & etiam ex maiestate, authentica, quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles. vbi latè Iaf. num. 21. cum alijs Glof. in l. tam is, §. 1. ff. de donation. vult Bart. in l. præcipimus, §. vltim. C. de appellator. & est vera, & communis opinio secundum Iaf. vbi supra, probat latè Euerardus loco 35. à ratione legis larga, pag. 25. vers. 2. casu quando maioritas rationis. Et confirmatur: quia quando sumus in materia correctoria, & contra ius commune, tacitum non operatur idem quod expresse, secundum Imolam in l. ex factis, §. si quis rogatus, ff. ad Trebellia. vbi Alexand. num. 10. Iaf. in l. cum quid, num. 20. ff. si certum petatur: Matth. de Afflic. decisio 44. num. 13. & 14. & filij in dubio ad equalitatem sunt reducendi, l. vt liberis, ff. de collationibus, l. 4. ibi: Esto porque se guarde igualdad entre ellos; it. 15. part. 4. de quo latius tracto in 1. part. huius Operis, quæstione 3.

Et hæc tenenda sunt per rationes prædictas, & alias contentas in dicit. quæst. 10. num. 78. cum sequentibus, quæ (videri meo) difficilem exitum habent, quam tenent Burgos de Paz Semot conf. 3. num. 109. Iunior quæst. 6. num. 19. quicquid tentauit dicere f Doctor del Castillo in dicit. l. 46. vbi affirmat, quod domus facta in area maioratus, cedi maioratui, per §. ex diverso, In-stit. de rerum diuisione: qui text. non obstat, vt patet ex superioribus; & falsus fuit etiam Ioan. Lopius salua pace tantorum viroorum, cuius scripta longè in eruditione, & in alijs, ab his meis nugis distant; vbi stante dicit. l. 46. idem tenere videtur quod Castellus; is inquam in rubrica de donationibus inter virum & vxorem, §. 62. num. 16. & in eundem errorem lapsus fuit doct. sicutus, & diligens Arius Pinellus in l. 1. C. de bonis maternis, part. 2. num. 61. fol. 69. vbi illam legem etiam generaliter intelligit, & illam ex aliquibus confirmat, & dicit equam esse, & ad rationes, & fundamenta, quæ scripti in dicit. quæst. 10. part. 1. respondet.

Et hic addo esse speciale, quod in donatione, quæ fit ob reparationem domus, non requiritur f insinuatio, l. penult. §. eadem, C. de donationibus; notant Bart. Bald. Angel. & Salicet. Azo in Summa, titulo de donationibus, Archidia. in cap. ego Ludouic. 63. distinct. quos citat Antonius Gabriel lib. 3. communium opinionum, titulo de donation. conclus. 1. num. 38. pag. 193. quod etiam trado dicit. part. 1. quæst. 10. numer. 94. Et hanc meam opinionem nouissime sequitur Petrus Barbof. in l. diuortio, §. final. num. 122. pag. 1206. ff. soluto matrimonio, Ioan. Garcia de conugal. acquæst. num. 85. contra Ioan. Gutierrez præfaticar. quæstionum, quæst. 8. quinimo idem Ioan. Gutierrez. libro 3. præfaticarum quæstionum, quæst. 71. hanc sententiam sequitur num. 22. pag. 610.

Saluari autem possunt isti Scribentes, quod non loquantur in æstimatione soluenda, sed ipsa rei proprietate: quia in isto secundo casu, illorum dictum verum est, & pro ista f mea sententia faciunt scripta per Carol. Ruin. conf. 135. num. 12. lib. 3. vbi concludit, quod hæres grauatus potest repetere, expensas factas in deboscando, quando respiciunt rei vtilitatem, & idem tradit in expensis factis in purgando vites & arbores, conf. 14. num. 3. lib. 1. tradit latius Rolandus conf. 83. num. 6. cum alijs, libro 4. Imò fortius sustentari potest, & non est digito cæclum attingere, quod prædicta f lex 46. solum procedit in domibus possessorum maioratus, & in quibus ipsi habitant, & quas habent ad sustentandum statum, honorem, & auctoritatem & pompam statuum, quod patet ex dispositione illius legis, & illius ratione, quæ præcipiam habuit considerationem ad hoc, quod domus maioratum sint amplæ, & repræsentent maiestatem status: quod suadet ex his quæ scribo in dicit. quæst. 10. & quia iuxta communem vsum loquendi, domus maioratus vocatur domus possessoris maioratus: quia communiter dicitur, Estas son las cosas del mayorazgo de tal cavallero, quasi quod in illis repræsentetur status possessoris, decessorum, & successorum. Quæ autem efficaciter sit iste communis vsus loquendi, ego in alijs locis doceo, nam præfertur propria significationi verborum, vt constat ex l. librorum, §. quod tamen Cassius, ff. de leg. 3. & ex l. 4. tit. 33. part. 7. & ad hoc facit ratio, & æquitas leg. lex, quæ tutores, C. de administ. tutor. ibi: Nec vero domum vendere liceat, in qua pater defecit, minor creuit: l. pater, §. Iulianus Acrippam, ff. de leg. 3. quæ ad istud propositum est elegans & notanda, & hoc confirmatur ex his quæ scribunt Iacob. de Rauenna, Nicol. de Neapoli. Bart. & Albert. in l. præditi, §. qui domum, ff. de leg. 3. referentes ex consuetudine dandam esse domum principalem primogenito; & Alexand. consilio 223. col. 1. libro 2. & de hoc sunt plures consuetudines in Gallia, prout testatur Tiraquellus in lib. de primogenitura, quæst. 71. num. 1. pagina 383. qui citat Cepolam: & rationem illarum consuetudinum scribit, scilicet; quia ius primogenituræ introductum fuit ad conseruationem domus, familiæ, & agnationis, ex Barth. Socin. conf. 47. col. 2. lib. 3.

Ex quibus constat hanc sententiam non carere rationibus, & fundamentis; & certè ad hoc tenendum maxime memouet ratio f & mens illius legis, quæ ad prædicta sine dubio respexisse videtur; & ex his apparet, quod si possessor bonorum maioratus facit aliqua melioramenta in domibus, quas locat, in illis habebit vxor partem, & filij legitimam, quamuis sint ex bonis maioratus, si melioramenta sint magni valoris: & credendum est quod prædicta l. 46. non sine fundamento nihil dixit de alijs melioramentis factis in alijs rebus maioratum, sed solummodo in melioramentis factis in fortalijs, & domibus maioratus; & idè cum lex de alijs non fecerit mentionem, & facere potuisset facilliter; & existimandum est legis itorem nihil voluisse dponere vltra quod, verba dictæ legis docent, l. 1. §. si autem ad deficientis, ibi: Quia non expressit, nouissime intelligitur, C. de caducis tollend. & meliorationes factæ

15 factæ in alijs rebus f maioratum in dispositione iuris communis remanent, dicit. l. commodissime, ff. de lib. & posthum. l. si vero, §. de viro, ff. soluto matrimonio.

16 Neque obstat quod verba dictæ legis f in illa indefinita, las cosas de mayorazgo, videantur habere eandem vim, ac si expressissent, todas las cosas de mayorazgo:

17 quia regulariter f indefinita, maxime in materia fauorabili, æquipollet vniuersali, l. si seruitus, ff. de seruitutibus urbanorum prædiorum, norat Gloffa in cap. vt circa, in principio de electionibus, lib. 6. tradit omnibus latius Episcop. Couartu. resolutionum lib. 1. cap. 13. quia secundum doctrinam Dini communiter receptam in rubrica, de regulis iuris, Indefinita tunc æquipollet vniuersali, quando est eadem ratio omnium particularium, secus, si diuersa per l. quæsitum, §. illud fortasse, ff. de leg. 3. & l. sicut in principio, eodem titulo; & idem vult Gloffa in dicit. cap. vt circa in verbo, aliorum, Bart. in l. omnes populi, num. 57. ff. de iustitia & iure, Decius in consilio 30. & 343. & 344. & 490. Cagnol. in l. num. 9. ff. de regulis iuris, Alexand. & Iuniores in l. 4. §. Cato, ff. de verbor. obligatio. Famus in tractat. de pignorijs, parte 2. membro 2. num. 37. ad finem. Socin. Iunior consil. 9. n. 8. & consilio 49. n. 17. & consilio 65. n. 2. & consilio 124. n. 26. lib. 1.

18 Apparet ergo ex superioribus, longam f esse rationem differentie inter domos principales, quæ dedicate sunt ad habitationem, pompam, gloriam, & maiestatem possessorum maioratum; & inter alias domos particulares, quæ locati consueuerunt à dominis rerum maioratus, sicut fundi, aut aliæ res particulares.

Item quamuis lex diceret, todas las cosas de mayorazgo, intelligi poterat, de todas las cosas, in quibus f habitant successores maioratum: & confirmatur; quia incorporatio & vnio non præsumitur, sed quod bona sunt libera, vt rectè resoluit Glof. Par. 1. p. consuetud. Parisi. §. 23. num. 43. folio 215. Et secundum prædictam distinctionem moderandæ & intelligendum est quod scribit Anton. Gomez tom. 1. vltimarum voluntatum, cap. 12. de legatis, num. 40. fol. 121. vbi generaliter inquit, quod si possessor maioratus fecit sumptus necessarios, vel viles in re maioratus, potest recuperare à successore, & aliàs esset falsum, & contra dictam legem Taurinam.

20 Et ex omnibus quæ scripta sunt f circa intellectum dicit. l. 46. infertur confirmatio eorum quæ scribit Molina lib. 1. de primogenitijs, cap. 10. num. 18. cum alijs, fol. 79. qui probat quod d. l. 46. est limitanda & restringenda respectu creditorum qui mutauerunt pecunias pro refectioe & conseruatione rerum maioratus, quia possunt agere aduersus ipsas res maioratus, quia possunt agere aduersus ipsas res maioratus. Et qualiter sunt soluendæ expensæ illi, qui eas fecit, & domum, vel aliud ædificauit in bonis maioratus, tradit Molina lib. 1. de primogenitijs, cap. 26. num. 14. quem citat nouissime Ioan. Gutierrez. in præfaticar. quæstionum lib. 3. g. 89. num. 4. pag. 682. de quo legenda sunt quæ scribit Aluar. Valde. consil. 16.

Dubitari etiam potest an prædicta lex, locum habeat f in æstimatione impensarum voluntariarum quæ factæ sunt in fortalijs, & in domibus maioratum, sicut procedit in impensis vtilibus, & necessarijs? Solent etenim successores in maioratu, in picturis, & virdatijs, & in sculpturis, & in alijs pluribus rebus consumere magnam numeram quantitatem, sicut experientia visum est, adeo vt potius ex impensa prodigalitatem, & quandam vanitatem, quam aliam rem respiciant; dubiam facit, quia dicta lex facta fuit fauore conseruationis domorum, & fortaliorum maioratum, & pro tuitione illorum, & propter alios fines supra scriptos, & quæ traduntur in dicit. g. 10. & cum in his impensis voluntarijs & vanis esset dispositio illius legis, in conseruationem æquum est, quod ipsa lex cesset. Et cum inter sit inter impensas necessarias & viles, & inter impensas voluntarias, vt possint nostra iura docent, præcipue tex. in l. domum, C. de rei vendicatione, l. 44. titu

21

28. p. 3. l. impensa ff. de verb. signific. l. 10. tit. 33. in vers. Oatrosi decimos, par. 7. de quo legenda sunt quæ scribit Ioan. Garcia in tractatu de expensis, cap. 5. num. 9. cum sequentibus, fol. 37. eleganter Rebut. in d. l. impensa 79. in princip. & in §. viles, 508. & sequentibus, ad quæ addo l. 43. tit. 28. par. 3. & l. 11. tit. 15. par. 5. Sed quamuis hæc opinio æqua videtur, & propter bonum Reipublicæ amplectenda videretur, ne detur occasio dominis & possessoribus bonorum maioratum in vanis sumptibus totas substantias consumendi, & ne filij fratres primogeniti mendicare cogantur, & vxor remaneat pauper, prout multoties contingit; quibus sumptibus superfluis obuiam ire oportet, & reprimi debent, cum tamen dicta lex generaliter loquatur, & non faciat distinctionem inter impensas necessarias, & viles, & voluntarias, generaliter est intelligenda: l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præst. l. de pretio, ff. de public. in rem act. cum concord. Et impensæ illæ voluntariæ quamuis vanæ sint, adornant domos, & fortalicia bonorum maioratus, & seruiunt ad pompam, ostentationem, & admirationem spectantium: & hoc sequitur nouissime Petrus Barbof. in l. diuortio, §. final. nu. 117. pag. 1023. ff. solut. matrim. qui contra Molinam lib. 1. de primogen. cap. 26. numer. 16. Burg. de Paz. g. 7. num. 68. Ioan. Garcia in tract. de expensis, cap. 13. num. 47. & Ioan. Gutierrez in præfaticar. lib. 3. g. 69. num. 4. Tenet quod successor in maioratu sicut non tenetur soluere pretium melioramentorum factorum in re maioratus, iuxta dictam l. 46. ita non licet hæredibus antecessoris abradere melioramenta.

Et in materia præsentis quæstionis ad memoriam est reducenda doctrina Paul. de Cast. in conf. 270. nu. 3. lib. 2. quod incipit, Viso puncto supra scripto, & visis allegationibus; quod consilium magno cum labore inueni, quia à Doctoribus præuè citatur: is inquam in dicto consilio scribit vnum memorabile, & quod iam habui in practica in negotio maximi momenti in quodam domino, qui petiuit ingentem terrarum quantitatem, quas antecessor alienauerat cum essent bona maioratus; & affirmat, quod f expensæ factæ in deboscando, vel arando terras, non soluendæ possessoribus condemnatis; quem refert, & simpliciter sequitur Antonius de Pano in tractatu de pignorijs, p. 5. memb. 4. nu. 11. fol. 124. contra quos tamen tenet Carol. Ruin. in conf. 234. lib. 2. latissime Roland. vbi respondet ad omnia fundamenta Paul. Castrenf. in conf. 24. num. 21. cum sequentibus, lib. 1. & præcipue fundatur in l. viles, iuncta Glof. in verbo vale, ff. de pet. heredit. & in l. quod dicitur, §. vt. iuncta l. sequenti, ff. de impensis in rebus dotalibus factis, quod verius mihi videtur.

Et circa intellectum d. l. 46. non est omittendum quod nouissime scribit Ioan. Gutierrez. in lib. præfaticar. quæst. 1. g. 84. vbi dicit, quod f creditores, quorum pecunia fuit meliorata res maioratus, possunt agere aduersus successores, vt ex fructibus maioratus soluant debita contracta: & ibi num. 4. etiam probat, quod vxor eius qui fecit melioramenta, f potest petere æstimationem, si ex bonis dotalibus talia fecit melioramenta: & qualiter fæmina, quæ à maioratu est exclusa, habeat ius succedendi in meliorationibus factis in bonis maioratus licet in ipso principali maioratu succedere non possit; legenda sunt quæ scribo p. 1. g. 10. a nu. 132.

Præterea offertur dubitatio circa hanc materiam, f an meliorationes, quas facit possessor bonorum maioratus in hortis coniunctis domui principali maioratus, cedant ad primogenitum, virtute dicit. l. 46. ad finem: namque hi hortii in pluribus domibus maioratum, in quibus ornandis, & ampliandis, solet expendi magna numerorum quantitas: ego puro attenda ratione prædictæ legis, quod etiam in hoc casu militat, cum ex his hortis adornentur domus possessorum maioratum; ad quod respexit dicta lex, quod in his meliorationibus vxor defuncti non habebit dimidiam partem æstimationis; nec filij percipere possunt Leg. cinam; quod probatur ex text. in l. restatix, in fine. ff. si seruitus vendicetur: l. vxorem, §. legauerat, l. præditi, §. penult. vbi Bart. ff. de le-

gat. 3. & dicunt Bald. Angel. & Florian. in l. Olympico, ff. de seruit. urbanor. pradior. per textum ibi, quod legata habitatione, vel proprietate ꝑ dorus, venit habitatio horti accessorij, aliis non; & idem Alberic. Bart. Roman. in l. quod conclau. ff. de damno infecto; Alexand. in conf. 26. num. 1. lib. 5. Ial. in l. final. num. 14. ff. de consuet. Princip. Guillelmus Benedic. in c. Rainuntius, de testam. in verb. & hortum, num. 1. & 2. fol. 199. Tiraq. in tractat. de primogenitura, q. 73. & alij plures, quos refert Glos. Paris. in consuetu. Parisien. §. 8. glof. 5. in verb. le jardin, fol. 118. num. 2. cum sequentibus, vbi de his plenius agit Cagnolus in l. cum principalis 139. num. 12. fol. 23. ff. de reg. iur. & tradit etiam Franc. Mantica in lib. de consuet. ment. defunct. lib. 9. tit. 2. num. 36. pag. 387. Andreas Gaill. in tract. de pactis, cap. 6. num. 27. pag. 289. Socinus Iunior. in conf. 61. numer. 2. lib. 1. Antonius Petra in tractat. de fideicommissis, q. 13. num. 522. pag. 518. ad ista legendus, & facit quæ scribo supra, part. 1. q. 10. & quæ scribit Boetius in conf. 11. num. 17. lib. 3. Ioseph. Mascard. in tractatu de probationibus, lib. 1. conclus. 14. fol. 38. Socin. Iun. in conf. 76. num. 7. & in conf. 159. nu. 8. cum sequentibus, lib. 2. vbi tractat, quid de balneo? Capola in tract. de seruitutibus urbanorum pradiorum, cap. 76. de horto pag. 269. Quintilian. Mandos. in tract. commiffionum, in parte commiffione super causa presana: fol. 14. num. 2. vbi addit, quod legato fundo veniunt pascua ad illius vlam deputata, ex l. scia, §. tyranno, ff. de fundo instruet.

Ex quibus, & ex ratione dict. l. apparet, quod hoc non habet ꝑ locum vbi cumque tales meliorationes factæ sunt in hortis, qui accessorij, & coniuncti ad domum non sunt, quamvis destinatione, & vtu possessoris bonorum maioratus deseruiant domui principali, de quo tamen legenda sunt, quæ notanter scribit Tiraquell. in tract. de primogenitura, q. 73. n. 3. pag. 386. Et ex his magis recludet veritas conclusionis, quam tenui in vers. imo num. 9. supra eodem. Ad quod conducunt scripta per Glos. Paris. in dicto loco, num. 4. per textum in l. urbana pradia, ff. de verbor. signific. & addo eandem Glos. Paris. in dicto loco, §. 1. glof. 5. num. 14. cum duobus sequentibus, fol. 29. Cephal. in conf. 169. num. 17. lib. 2. Felin. in cap. Rodulphus, num. 21. de rescriptis vbi ex l. urbana pradia, ff. de verbor. significat. Capola de seruit. urbanor. pradia, dict. cap. 72. de horto, & alius tradit, quid veniat appellatio horti: & quod hortes, vel viciariam coniunctam domui, vel castro fundat, non eo ipso quod est ita annexum, dici debeat feudale cum ab alio, quam à domino feudi potuerit haberi, voluit Bald. in l. 1. q. 20. ff. de rerum diuisione, Iacob. à S. Georgio in questionibus feudilibus, q. 7. Menoch. in conf. 395. num. 29. libr. 4. & de hortis legenda sunt quæ scribit Chilianus in catalogo gloria mundi, p. 12. consuet. de rat. c. 1. 180. Bertazol. in tract. de clausulis, claus. 20. glof. 15. fol. 98. Et quod aditus ex domo ad hortum probat ꝑ legatum fuisse hortum cum demo, probatur per textum in d. l. pradiis, §. qui balneus, & §. qui domum, ff. de leg. 3. & tradunt Alexand. in conf. 223. col. 1. lib. 2. Iare Simon de Previs lib. 1. de interpreta. defunct. volunt. interpretat. 2. dubitat. 2. fol. 11. nu. 2. cum sequentibus, fol. 71. lib. 4. dubitat. 7. num. 30. fol. 389. vbi ex Iafone conf. 191. dubitat. 2. lib. 1. tradit, quid quando ad hortum est via in medio. Et quod si testator fecit maioratum de domo veniant in tali maioratum domus alienæ, quæ erant appendices domus principalis, voluit Gregor. Lopez in l. 23. tit. 9. part. 6. in glof. in verb. casus, ex doctrina Bartoli in dict. l. pradiis, §. qui domum, ff. de legat. 3. quæ conclusio admodum difficilis mihi videtur, & contra omnia iuris principia, si domus appendices erant alienæ.

Tandem circa illam legem, non incongruenter ꝑ dubitari potest circa materiam, quam prosequimur possessoris bonorum maioratus habens aliquod castrum, aut fortalitium, posuit ibi ad defensionem multa genera armorum magis valoris, prout faciunt plerique Domini principales huius Regni, qui in his bonis solent ma-

gnam bonorum partem consumere, quod illis gratulandum est: dubitatur an in his habeat mulier medietatem, sicut in bonis matrimonio constante superlucratum: Et an fratres primogeniti habeant aliquid in talibus bonis: Et certè quomuis (vt superius dictum fuit) d. l. 46. sit exorbitans, & correctoria, cum leges magis ꝑ constant in ratione, quam in verborum forma, l. scire leges, ff. de legib. l. 3. tit. 1. part. 1. & dict. l. 46. tantum facit ædificia; & reparaciones, quæ sunt in muris, castris & fortalitiis bonorum maioratus, & iusta ratione, secundum l. 1. tit. 18. part. 2. & alia plura quæ retuli in dicta parte huius Operis, q. 10. quæ videnda sunt ad hæc si expedierit, videretur, quod cum prædicta arma, ꝑ & instrumenta bellica, & defensiva, & offensiva, tam necessaria sint ad defensionem, & tuitionem castrorum, & ciuitatum, ad quod prædicta lex tanquam ad principalem scopum considerationem habuit, quod quoadmodum dicta lex procedit in parietibus, & aliis ædificiis quæ sunt in castris, & muris, & quod sint necessaria ad defensionem, ita locum sibi vendicare debet in armis offensiuis, sine quibus castra, & muri, recte defendi non possunt; maximè hæc temporibus, in quibus diabolus propter peccata hominum tor præstitit artificia ad expugnationem castrorum, & ciuitatum; & ad hoc conducit l. 11. d. tit. 18. part. 2. ibi, *Armas muchas ha menester que oya en los castillos, para ser guardados y defendidos quando menester fuere.* Et pro hoc induco etiam tex. notabilem in l. si arca res fructus legatus mihi sit, posse me casam ibi edificare custodire eorum verum causa que in arca sunt: quem textum reputat singularem Arcin. in cap. de testibus, & illius meminere Iason in l. 2. n. 11. ff. de iurisdictione omn. iudic. Decius in cap. præterea, num. 6. de officio D. legari, & cum illo text. concordat etiam l. si res fructus, §. sed ne edificium, ff. eodem tit. & est bonus tex. in l. lex que tuores, vers. neque enim, C. de administrat. tutor. & conducunt quæ scribitur Alexand. & alij in l. diuortio, §. impendia, ff. solut. matrim. & facit text. in ratione sui, in l. riparum, §. in mari ff. de rerum diuisione, & in §. litiorum, Inst. eodem tit. cum quibus concordat l. 4. tit. 28. part. 3. & est bona l. 28. tit. 13. pars. 5. ibi, Por guardar la nave de armas, l. huius ff. qui potiores in pign. habeantur. Et inquit notanter Salicet. in l. 1. num. 4. C. de fructibus & lit. expensis, quod impensa facta gratia custodiendi agri, & ne ciuitas depopuletur, potest deducere possessor, qui rem debet restituere, quatenus petitoris interest quod facta fuissent, per l. si ita, §. vlt. ff. de fundo instruet.

Et ad hunc conclusionem est etiam egregia doctrina Baldi in dict. cap. si quis de manso, col. 2. vers. & illa ratio, num. 4. tit. de controuer. iur. iust. vbi dicit, quod concessio castro in feudum, intelliguntur concessæ munitiones quæ sunt pro custodia castri positæ perpetuo, patris familias destinatione; quamvis non sint affixæ, vt trabuchi, manganelle, ballistæ, & similia; quam sequitur ibi Cardinalis, & Alexand. & Ial. in l. pradiis, feudor. col. 8. in vers. & per hoc feudum, num. 22. idem Bald. in cap. 1. num. 5. de Capitano, qui ciuitatem vendidit, Anton. in cap. cum dilecti, in fin. de donationibus, Decius in conf. 516. num. 26. Andre. Gaill. obseruation. lib. 1. tit. de pace publica, cap. 6. num. 78. pag. 289. Capol. in tractatu de seruit. ruzicor. pradior. cap. 31. de summe, num. 12. pag. 272. Rebuff. in l. momentum, q. 3. pag. 560. ff. de verbor. significat. Nicol. Boer. decis. 213. num. 25. qui citat Anchut. in cap. cum dilecti, in fin. in vers. ultimo quero, de donationibus, dicentem, quod castro legato debentur arma, quæ ibi erant ad defensionem castri, quod ante hos voluit Oldrad. conf. 163. num. 3. & plura in confirmationem scribit Tiraquell. in tract. de vtrouque retract. lib. 3. §. 15. num. 25. pag. 552. & tradit Francisc. Mantica. in tra. de consuet. ment. defun. lib. 9. tit. 2. nu. 34. pag. 387. nouissime Azeued. in l. 1. tit. 5. lib. 6. Recopilation, num. 4. fol. 71. qui hoc citat Menoch. in conf. 401. num. 149. libro quinto, quem ipse citat in tractat. presumption. libro 4. presumption. 144. num. 21. fol. 271. Roland. in conf. 1195. lib. 2.

Et

Et ea quæ sunt ad vsum castri præsumuntur esse de pertinentiis ipsius castri, quando non probantur esse diuersi generis. Quod procedit non solum in bonis mobilibus, sed etiam in bonis immobilibus, vt resoluit Socin. Iunior in conf. 68. num. 16. lib. 1. per not. in cap. cum ad sedem, de restitu. spoliat. & doctrinam Bald. in conf. 445. de quo legendus est Menoch. in dict. consuet. 395. num. 21. cum sequentibus, lib. 4. qualiter probentur pertinentia: lib. 5. & alia quæ refert, & dicit idem Bald. in l. vltima, col. 2. in vers. item si Princeps, ff. de constitut. Princip. ꝑ quod si Princeps concedit mihi quoddam fortalitium, in quo sunt multa munimenta, ea cedunt concessioni, nec distingui debet sintne affixa, aut non: & vtrumque dictum Bald. refert, & confirmat Tiraquell. alios citando lib. 1. de retractu, §. 1. glof. 7. num. 96. pag. 102. qui ad hoc etiam refert text. in l. fundi, §. castella, ff. de actio. empt. l. cetera, §. hoc Senatus consulto, ff. de legat. 1. cui addo Deci. in conf. 516. num. 25. Bald. in conf. 223. Examina, lib. 3. resoluti notanter Nicol. Boer. decis. 19. num. 1. quod cum castra & fortalitia sint non solum ad tuitionem personarum, sed etiam rerum, dicuntur esse in fructu, & veniunt in condemnatione ædificiorum, per doctrinam Innocentii, Hostien. Abb. & aliorum in cap. Pisatis, de restitutione spoliatorum, Alberic. in l. in nomine domini: C. de offic. pratoris Africa, & alia plura quæ refert; pro quibus faciunt quæ de impensis factis in custodia agri, domus, aut castri, ne scilicet ab hostibus capiantur, ne vè à furibus diripiuntur, tradunt Bart. in l. cum quæretur, §. pradiis, vbi Alexand. in addition. ff. de legat. 2. & in l. quod dicitur impensas, quæ est penult. ff. de impens. in re dotal. Imol. Raphaël. Cuman. Paul. Castrenf. Alexand. Arret. & Ial. in l. diuortio, §. impendia, ff. solut. matrim. & cum ista munimenta, & tuitiones pertineant etiam ad defensionem Reipublicæ, vt clare patet, tenenda est ista sententia, quamvis prædictis egregijs argumentis, & rationibus non esset vallata, propter vtilitatem Reipublicæ, ꝑ quæ priuatis vtilitatibus est anteposenda, auctent. rei quæ, C. communia de leg. 1. 18. tit. 1. part. 1. l. 8. tit. 28. part. 3. & text. nunquam satis laudatus in l. ita vniuersatus, §. multa, ff. ad legem Aquiliam, ibi: *Multa in iure civili contra rationem disputandi, pro vtilitate communi recepta esse in innumerabilibus rebus probari potest*: & vbi agitur de fauore publico, licita est extensio ꝑ ex identitate rationis: illud, C. de sacrosanct. Eccles. & etiam vbi agitur de fauore publico secundario: l. hoc modo, §. vltim. ff. de condit. & demonstrat. notat Ripa in tractat. de peste, in parte, de remedijs ad conseruandam vberitatem, num. 49. fol. 19. & ex istis apparet hanc extensionem ad dict. l. 46. esse tam iuridicam, quam Reipublicæ necessariam, tradit notabiliter Bald. in conf. 222. *Fœmina regulariter, num. 1. lib. 1. Molina lib. 1. de primogeniis, cap. 26. num. 5. fol. 186. quem sequutus fuit Ioann. Garcia in tractat. de expensis, cap. 12. num. 6. & refert Azeued. in dict. l. 1. tit. 5. lib. 6. Recopilat.*

Quibus non obstantibus; ꝑ nostra sententia est verissima, & loquuntur prædicti sine lege & auctoritate; & hæc meam sententiam contra Molinam, Ioann. Gutierrez. & Ioann. Garcia sequitur nouissime doctissimus Barbosa in l. diuortio, §. final. num. 124. & 125. pag. 1208. ff. solut. matrim. quem legi postquam superiora scripsi, & Molinam sequitur Ioan. Gutierrez. post Azeued. contrerancum, quem citat lib. 3. practicar. quæst. 9. 71. n. 28. pag. 611.

Et quod concessio castro alicui, veniant bombardæ, ꝑ & alia similia instrumenta ad tuitionem ipsius destinata, dato quod sint mobilia, tradunt Bald. in cap. si quis de manso, si de inuestitura feudi fuerit controuerf. Oldrad. in conf. 162. Ial. in præludis feudorum, Decius conf. 516. Martin. Laudens. in tract. de castellis, vers. quarta legato, Tiber. Decian. in practic. tom. 2. lib. 8. cap. 2. num. 15. fol. 194. qui à num. 2. cum sequentibus, plura scribit ad propositum, & Bart. in tract. clausularum, claus. 26. glof. 13. num. 3. fol. 131. Quod licet fœmina non suc-

cedat in feudo paterno regulariter, succedit tamen in fœnimentis ad necessitatem castri deputatis, per l. fundi, ff. de actio. empt. & conducit, quod scribit Tiraquell. lib. 1. de retractu, §. 19. num. 16. & quod thesaurus inuentus in loco maioratus pertineat ad dominum maioratus, tradit Petrus Barbof. in l. diuortio, §. si fundum, num. 30. pagin. 1050. ff. solut. matrimonio.

Circa intellectum autem, & praxim dictæ l. 46. libuit lectores animaduertere de quæstione, quæ in practica contigit, quod si possessor bonorum ꝑ maioratus parauerat multa pro ædificanda domo maioratus, si ædibus non sint affixa, & posita, erunt bona libera, & non debent cedere domui: quod probatur per regulam leg. cetera, §. hoc Senatus consulto, ff. de leg. 1. l. fundi, l. granaria, ff. de actio. empt. l. 19. 30. & 31. tit. 5. & p. 5. cum concordantibus, vt per Tiraquell. dict. glof. 7. num. 114. pag. 109. & in tractat. de primogeniis, q. 73. num. 3. Et ista etiam faciunt ad quæstionem, an pertineant ad domum, quam quis de nouo vinculauit, quæ parata erant ad domum ædificandam, non tamen erant posita, neque affixa domui, de quo plura scribit Cephal. conf. 92. per totum, lib. 1. & si fideicommissarius erat creditor testatoris, non possit retinere res fideicommissi donec illi soluat debitum, tradit Ioann. Lopus in l. 17. Tauri, num. 70. qui allegat l. ab omnibus, §. final. ff. de legat. 1. vbi Imol. & Paulus in l. final. C. de iure deliberandi.

Alia autem circa solutionem expensarum, & meliorationum sumi possunt ex Antonio de Fano, & Molina in locis post principium huius quæstionis citatis: & ꝑ ex Iafone in l. si in arca, ff. de condit. indebiti, & ex relatis & scriptis per Arium Pinellum in l. 2. C. de rescindend. vendit. part. 2. fol. 96. num. 4. cum sequentibus. Ioseph. Ludouic. decis. 24. num. 1. cum sequentibus. & Anton. Gomez in dict. l. 46. Gregor. Lopez in dict. l. 41. in glof. in verb. entregado, & in glof. sequenti, & l. 44. in glof. 1. & 2. tit. 28. part. 3. Petrus Barbof. in l. diuortio, §. final. ff. solut. matrim. num. 68. pag. 1173. melius & plenissime per Vincentium Carrocium in tractatu de locato, tit. de expensis, num. 1. cum sequentibus, fol. 211. vsque ad fol. 216. & tit. de negotijs gestis, num. 31. fol. 17. & per Paul. Castrenf. conf. 247. num. 7. lib. 1. vbi in specie tractat de expensis factis in rebus prohibitis alienari, quæ debeant computari; & an cum fructibus debeant compensari, quo in loco dicitur vnum singulare, quod vbi cumque aliquis facit fructus suos de vigore iuris, & non propter bonam fidem, non tenetur eos compensare cum melioratione, & expensis: quem citat, & loquitur in ista materia Socinus Iun. in conf. 182. num. 35. lib. 1. Et quod meliorationes factæ in re subiecta restitutioni pro sacrificio, seu anniuersario, cedant ipsi rei principali; fundat Dominus Anton. de Padilla in rubr. C. de fideicommiss. num. 10. fol. 5.

Et quod in ista materia sit considerandum ꝑ an expense factæ sint ad perpetuam, vel temporalem rei vtilitatem, & an necessariæ, vel voluntariæ, & fuerint magni fructus accrescentes, & si culpa hæredis inciderint: tradit Hugo Celsus in conf. 76. num. 11. referens se ad notata in l. malier, §. sed enim si quis cogatur; §. ad Trebellian. & in l. patronus, §. final. ff. de legat. 3. & in l. fundi Trebatiani, ff. de usufructu; & quod impensæ immodicæ factæ non sint restituendæ, ne cogatur dominus habere rem pro derelicta, & quia videtur in fraudem factæ, tradit Andr. Gaill. lib. 2. obseruationum. obseruat. 12. num. 7. & Menoch. dict. remed. 5. de recuper. possessione num. 533. & Tiraquell. lib. 1. de retractu, §. 7. glof. 1. num. 1. quod indistinctè verum non credo: & quando fructus compensentur cum melioratione rei; tradit Rebuff. in l. nemo, 7. C. de agricolis, & mancipijs, lib. 11. fol. 152. & quæ sint impensæ vtilis, & necessaria; aut voluntariæ: vide dictam legem impensa, ff. de verb. signific. & d. l. 10. tit. 33. p. 7.

Notandum tamen est in hac materia, quod quamuis ꝑ conuensus actione hypothecaria, in quæ multa

fecit

fecit melioramenta, possit à ali actione liberari offerendo creditori primam rei estimationem demptis melioramentis, quæ ipse fecit, quamvis ea estimatione sit minor debito, pro quo res fuit hypothecata, ut probatur in l. 2. C. de præditiis & omnibus rebus Nauticis, lib. 1. 1. ubi hoc tenet Bartol. Bald. Platca, & Rebuffus, & Alexand. in additione ad Bartolum: & idem Alexand. in l. si fundus, §. si res, ff. de pignori. & alij quos refert Episcopus Couarru. resolutionum lib. 1. cap. 8. num. 2. ubi hoc valde commendat, cui adde Iasonem in l. creditor, in principio, num. 6. ff. si certum petatur. In petentibus tamen bona maioratus ista exceptio opponi non potest: & licet plura sint melioramenta, non possunt ea retinere possessores, sicut in alia qualibet rei vindicatione: nam conventus rei vindicatione non potest offerre rei estimationem, nisi in casu autent. contra rogatus, C. ad Trebellian. ibi, in subsidium ratione utilis dominij offerri potest estimatione: quem textum ad hoc ibi notat Bald. n. 4. & commendat Bartholom. Socin. in consil. 224. numer. 2. lib. 2. Et an possessor bonorum maioratus præsumatur ex fructibus factis locupletior: vide quæ late scribit Arius Pinel. in d. l. 2. C. de resind. vendit. 28. C. de iure emphyteu. Paris. in consil. 8. num. 1. cum sequentibus lib. 3. Et quod verbum meliorationis, non sit alienum à candore latinis, resoluit ex aliquibus Alvarus Valasco in tractatu de iure emphyteutico, quæst. 2. n. 8.

Item circa ea quæ dicta sunt supra, est notanda doctrina Baldi in consilio 245. Villa, in fine, lib. 3. ubi docet quæ dicantur ad castrum pertinere, seu de pertinentiis, cuius esse docet communis usus, notat Bartholom. Socin. in consil. 47. colum. 2. lib. 1. Aymon Crauetta in consil. 293. num. 6. Albenf. consilio 16. Gregorius Lopez in l. 2. tit. 2. par. 3. latissime Anton. Gabriel. lib. 6. communium opinionum, conclus. 10. num. 1. cum aliis pag. 347. Roland. consil. 33. num. 23. lib. 4. & quid sit Castrum? scribit late Nicol. Boërius decis. 218. num. 26. & scriptis supra. hac parte quæst. 20. Et an hæredes illius qui possedit maioratum, possint repetere à successore expensas, quas antecessor fecit in custodia Castrilectori resolvente licet ex traditis per Campegium in tract. de dote par. 2. q. 40. Et quod ea quæ ad custodiam pertinent, non veniant appellatione cultura, probat egregius casus in l. cum quæretur, §. præditiis, ff. de legat. 3. quam ibi commendat multum Bart. & Decius in consil. 420. num. 4. Et de doctrina Campegij qualiter solui debeant impensæ factæ à defendendo à molestationibus, vel in arcendo impetum fluminis, & in custodia fortalitij, vel turris vel in aliis similibus rebus, resoluit Petra in tractatu de fideicommissis. q. 15. num. 216. pag. 623. ex Bald. in l. 1. n. 9. C. de fructu & litium impensis, Alexand. in consil. 168. n. 8. lib. 2. & aliis quæ tradit; & plura de istis expensis latissime tradit Antonius Peregrinus in tractatu de fideicommissis, art. 50. per totum, fol. 463.

Et quod scemina succedant in expensis factis in rebus feudilibus, licet non succedant in feudo, tradunt Roland. in consil. 28. num. 30. & 32. lib. 1. Menoch. dict. remed. 15. num. 506. pag. 521. Et an ad istas expensas factas in defensione castri teneatur Dominus talis Castrij, vel Rex? & vassallus non tenetur ad tales expensas, nisi tanquam vnus de populo, quia illa impensa non fuit facta per Principem, vt faceret negotia illius solius vassalli, sed etiam fecit pro se, & toto suo dominio, quem citat Iacobus in l. si is, §. quod dicitur, nu. 4. ff. de iure dotium, quod istis annis præteritis satis contigit in isto Regno Granatensi: & tradit Alex. in consil. 167. lib. 2. late Thom. Grammat. consil. 13. nu. 40. cum aliis p. 1. qui etiam refert Bald. in l. 1. C. de condition. ob turpem causam, in fine, dicentem, quod castra occupata à non domino tempore guerræ, debent priori domino restitui absque aliqua solutione: & alia plura singularia ad propositum scribit. Ad quos addo nostrum Ioan. Lopez in rubr. de donatione inter virum & uxorem: §. 65. num. 61. pag. 222. col. 2. Tiber. Decian. consil. 34. libro 2. ubi tractat Princeps, qui ratione belli abstulit castrum subdito ne caperetur, an finito bello teneatur illud restituere cum fructibus? late Natta in consil. 185. lib. 1. & dictum Iasonis in l. sumptus, num. 7. ff. de leg. 1. ubi

tradit, quod si custos Castrij, vel oppidi, aliquid impendit in Castro, potest repetere, nec præsumitur facere animo donandi, quem citat Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 32. num. 12. pag. 311. Et quæ circa istam propriam materiam scribit Nicol. Boer. in tract. de custod. clauium, num. 44. cum sequentibus. ubi plura bona tradit pro intellectu dict. l. 46. hodie l. 6. tit. 7. lib. 5. Recopil. scribit notanter Burg. de Paz. q. 7. civili, per totam, & q. 8. A yora in lib. de divisionibus, par. 1. cap. 10. fol. 72. quæ cautè legenda sunt, propter dispositionem dict. l. 46. generaliter loquentis: & an ædificia in solo Regni facta, cedant ipsi Regno absque solutione estimationis? tradit Molina de primogeniis, cap. 3. num. 27. fol. 17. Et quod emptor emens scienter rem restitutioni subiectam, melioramenta non habeat actionem, probatur in l. vltima, §. vltimo, C. communia de legatis; quam ad hoc expendit Episcopus Couarru. lib. 3. resolutionum, cap. 17. num. 1. Antonius Gama decisioe 20. num. 1. Et quod in melioramentis factis in rebus emphyteuticis, & bonis feudilibus succedant hæredes, & filij, & debeant habere Legitimatam, probatur in cap. 1. §. si vassallus, hic finitur lex Corrad. & tradunt Ias. in l. 2. num. 28. C. de iure emphyteu. Paris. in consil. 8. num. 1. cum sequentibus lib. 3. Et quod verbum meliorationis, non sit alienum à candore latinis, resoluit ex aliquibus Alvarus Valasco in tractatu de iure emphyteutico, quæst. 2. n. 8.

QUÆSTIO XXXIV.

Possessor bonorum maioratus, si bona dilapidat, aut deteriorat, an cogi possit ad cauendum, vel restituendum successori bona maioratus.

S V M M A R I V M.

- 1 Decisio quæstionis, & num. 3. 20. & 25.
2 Hæres grauatus fideicommissio an teneatur facere inuentarium ad fideicommissarij petitionem.
4 Hæres qui possidet hereditatem sub conditione, teneatur substituto cauere de restituenda hereditate, & ex iusta causa cogitur ad cauendum.
5 Actionem quando in continenti non habeo, quia sum impediens, possum cautionem petere.
6 Maritus qui male vitur bonis dotalibus cogitur ad dandam cautionem.
7 Mulier tenetur ad præstandam cautionem quod bona mobilia quæ habet à primo marito, restituet filiis primi matrimonij.
8 Legatarius ad tempus cauere debet de restituenda hereditate.
9 Fideicommissarius conditione pendente potest petere à grauato, vt sibi caueat.
10 Hæres rogatus restituere hereditatem cogitur facere inuentarium.
11 Pater potest filio prohibere alienationem Legitima exprimens causa, quia filius est minus industrius.
12 Testatoris præceptum quod filij eius intra certum tempus bona dividere non possint, validum est.
13 Possessor bonorum maioratus quando dicatur bona dilapidare, & num. 23.
14 Cautionis appellatione quid contineatur.
15 Cautio idonea quæ dicatur.
16 Possessor maioratus dilapidator cogitur ad restituendum maioratum, etiamsi de fraude non constet.
17 Feudo vassallus priuari potest, si illum deteriorauerit.
18 Res restitutioni subiecta si ex culpa fideicommissarij perierit, fideicommissarius tenetur damna rescarcire.
19 Pater non habet locum nisi in casibus à iure expressis.
21 Proximus successor in maioratu si tempore debito contra dilapidatorem bonorum maioratus non agat, potest alius proximus successor agere contra illum ad id, quod intererat agere tempore requisito.

22 Maioratus

- 22 Maioratus reuocabilis si fiat per patrem in filium de bonis immobilibus, & de quibusdam mobilibus pretiosis, reseruato sibi usufructu, an possit filius petere à patre satisfactionem tanquam ab usufructuario de rebus mobilibus restituendis.
23 Deterioratio notabilis qualis dicatur ad hoc vt quis maioratu prinetur.
24 Dilapidare quis non dicitur bona maioratus qui fructus in suos usus conuertit, ad hoc vt cautionem reddere teneatur.
26 Hæres qualiter teneatur fideicommissario rescarcire damnum contingens ex eo quod vendidit rem fideicommissio subiectam.

Trigesimoquarto quæro, possessor bonorum maioratus dilapidat, & in dies consumit bona maioratus (quod satis sæpe contingit, & causæ plerumque certis coniecturis colliguntur) & alienat bona ob causas iniustas, an possit compelli per filium, aut per alium proximum successorem cautionem dare, quod restituet bona maioratus integra successoribus? Cui quæstioni videtur respondere text. quem ad alia plura in hac lectura refero in l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2. ubi text. loquendo de bonis relictis familiæ dicit, sed ita proximus quisque admittendus est, si paratus sit cauere se familiæ restitutum domum: vbi Doctores, præcipue Paulus Castrenf. fol. 71. per quem textum hanc conclusionem tenuit in terminis Ioann. Lopius in repetitione, cap. per vestras, de donationibus inter virum & uxorem, colum. 152. versiculo sed est pulchra dubitatio hodie: §. 44. numero 2. cum duobus sequentibus, pagin. 378. ubi vide Barahon. in addit. 1. qui hoc non refert, sed ea quæ scribo in initio secunde partis: & ibi Ioan. Lopius dicit, quod succedens in maioratu, vel bonis restitutioni subiectis, teneatur cauere de restituendo sequenti in gradu, quem sequitur Cifuentes in l. 40. Tauri, quæst. 19. latius Molina lib. 1. de primogeniis, cap. 3. §. numero 2. fol. 118. & capit. sequenti, Cellus consilio 81. numero 1. Et illum textum declarat, & expendit ad hoc propositum Gloss. Parisien. in consilio 1. pro Duce de Villabermesa, numero 25. Petra in tractatu de fideicommissis, quæstio 10. numer. 13. pag. 225. & idem tenet Alexand. in consilio 187. nu. 11. lib. 5. per l. cum Archimedoram, C. vt in possess. legat. facit quod notat Guid. Pap. decis. 248. Pinel. in l. 1. 2. part. numero 75. Cod. de bon. matern. Ioseph. Ludouicus decis. 63. per totam, ubi resoluit, quod hæres grauatus siue fideicommissio vniuersali, siue particulari, siue in diem, siue sub conditione, teneatur conficere inuentarium, & satisfacere adueniente conditione de satisfaciendo fideicommissariis, substitutis, aut legatariis, à qua cautione non excusatur, licet grauatus sit ditissimus, & persona fide digna.

Et quod hæres ad petitionem fideicommissarij teneatur facere inuentarium, voluit Bartol. in l. cum tale, §. 1. ff. de condit. & demonstrat. & in l. Marcellus, in 1. responsio, ff. ad Trebellian. Aufreterius ad Capellam Tolosanam quæst. 314. Item fuit quæstio; Carol. Ruin. in consil. 136. numero 25. lib. 3. & alij, vt per Cephal. in consil. 381. numer. 33. lib. 3. ad quem addo Augustin. Beron. in consil. 86. num. 10. lib. 2. qui prius num. 8. tradit, quod fideicommissarius, cui restitutio est facienda, potest cogere hæredem grauatum de bonis conseruandis, per textum in d. l. cum Archimedoram, & l. Imperator, ff. ad Trebellianum; & l. in bembus, Cod. eodem titul. & hæres ad petitionem, fideicommissarij potest cogi, vt det fideiussores de non deteriorando bona, secundum Alciatum respon. 30. numero 2. tom. 3. aliis respons. 401. Rolandum in tractatu de Inuentario, part. 2. quæst. 19. Menochium in consilio 272. numer. 103, lib. 3. Et quod fideicommissarius teneatur facere inuentarium bonorum, tradit etiam Zafius consil. 1. numer. 33. lib. 1. Sed quod sufficiat fideicommissario facere quorundam bonorum descriptionem, voluit Paul. de Castrenf. in l. cum tale, §. 1. ff. de condition. & demonstrat. quem citat Carol. Ruin. in dicit. consil. 159. num. 25. lib. 4. Francisc. Mautic. de coniect. ment. defunct. lib. 7. si,

6. num. 4. pag. 271. & idem quod Zafius, & alij repetit idem Roland. in dicit. tractatu de Inuentario, in vers. quia in precedenti. num. 3. fol. 193. columna 2.

Sed vt ad rem redeam, ego in præsentis quæstione teneo, quod stante iusta causa dilapidationis, vel alia simili, est cogendus possessor bonorum maioratus ad hanc cautionem præstandam, nec sine causa hoc fieri potest, quicquid Ioan. Lop. dicat, Et hæc conclusio probatur aperte in Linter omnes, ubi late Doctores, ff. qui satisfacere cogantur, & in l. sed etsi, quæ est lex sequens, ff. eodem tit. quæ videtur expressa pro hac sententia; in quibus iuribus cauetur, quod hæres qui possidet hæreditatem sub conditione, teneatur substituto cauere de hæreditate restituenda, & ante conditionem existentem ex causa iusta compelli potest ad cauendum, vbi Gloss. & Doctores, præcipue Paul. & Alex. tractant; an id procedat in fauorem substituti fideicommissarij; & an talis cautio sit præstanda cum fideiussore. Et istam opinionem in terminis tenet Perata, quem certe post superiora scripta legi in l. 3. §. qui fideicommissam, nu. 30. pagin. 159. ff. de hæred. instituend. licet non tantis, nec tam urgentibus moueatur, sicut ea sunt quæ in hac quæstione ego tracto: sed motus fuit quibusdam leuibus rationibus. Et ista opinio vterior mihi videretur per prædicta, & scripta per Alexand. in consilio. 79. Illud de iure. lib. 1. & text. in ratione sui, in l. 1. iur. 2. part. 3. ibi, De que el semeja, que le fazen cosa por que adelante puede ser embargado, o perdido todo ubi vide Gregor. Lopez. Ad idem est text. famosus in l. in omnibus, ff. de iudiciis; & in l. si creditores, ff. de privileg. creditorum: l. creditoribus, ff. de separationibus, tradit pulchre Bald. in consil. 413. An ille: libro 3. Augustinus Beronius in consilio 92. lib. 2. solutione 5. numer. 27. fol. 361. qui cita Beronium erratum. Ex quibus apparet, quod dicit. l. in omnibus, habet etiam locum in contractibus stricti iuris: notat Iason in l. 2. num. 16. ff. soluto matrimonio: idem post Bart. in l. si constante, numer. 53. ff. eodem titulo, Bart. & communiter Doctores, ubi Ias. num. 14. in l. 3. in principio, ff. de condit. causa data: & idem Ias. in §. actionum, numero 64. Instit. de actionibus: & in l. qua de legato, numer. 17. ff. de legatis, 1. & conducit ad hoc propositum elegans doctrina Bartoli in l. 3. §. nunc de effectu, numero 3. ff. de liber. legat. ubi dicit, quod quando in continenti non habeo actionem ad petitionem alicuius rei quia sum impeditus actionem inuentare, possum petere cautionem; refert text. in d. l. omnibus, ff. de iudic. ubi si maritus vitur malè bonis dotalibus, cogitur ad dandam cautionem, l. ubi adhuc, C. de iure dotium; & d. l. si constante, egregia, l. 29. tit. 11. part. 4. late Ioan. Lop. in rept. cap. per vestras, in princip. colum. 1. cum seqq. Paul. de Castro in l. 2. in princip. numer. 3. ff. solut. matrimon. & consil. 8. numer. 2. lib. 2. Bald. Nouel. in tractatu de dote, part. privilegio 24. fol. 35. tom. Grammat. decisio. 92. numero 17. & 18. Olan. in Antinomis, pagina 93. numer. 76. & pagina 94. numer. 83. & 84. l. 1. tit. 9. part. 3. & faciunt pro hac sententia quæ prope in notis terminis scribit Gloss. Paris. consuetud. Parisiens. §. 3. glossa 2. numer. 13. folio 78. & per eundem in §. 22. num. 56. fol. 190. & in eodem §. num. 124. folio 201. & inducitur etiam text. in l. hac editali §. his illud, in versiculo mobilium vero, Cod. de secundis nuptijs, ubi mulier tenetur ad præstandam cautionem, quod bona mobilia, quæ habuit à primo marito, restituet filiis primi matrimonij; quem textum videtur extendere ad bona mobilia Cifuentes in l. 15. Tauri, in fine, dum ad hoc refert text. in l. usufructu, Cod. de usufructu; cum quo concordat l. 20. tit. 31. par. 3. & materiam late tractat Anton. Peregrin. in tractatu de fideicommissis, art. 40. numer. 10. cum seqq. folio 359. Et pro ista sententia est alia singularis lex 17. titul. 13. par. 5. ibi: Pero si aquel que tomo la cosa en peños, se remiere del que se la emperio, que se ira de aqueua tierra a otra, bien la pueden demandar, que ge la de, o que le da tal segurança de que sea segeno, que a la sazón que se cumpliere la condición, y vimiere el día cierto, que ge la de,

Nec minus facit *l. vlt. C. de legatis*, & ibi Glof. & DD. vbi legatarius cauere debet hæredi † de restituendo post tempus, ibi: *neceffitatem habente legatario, vel fideicommissario cautionem in personam hæredis exponere, ut ei post transactum tempus res non culpa eius deterior facta restituatur*; notat Guid. Papæ *decif. 248*. Ex quibus, & ex infra tradendis sumitur intellectus, declaratio, & resolutio ad quæstionem, quæ tractat Quinilianus Mandosius in tractatu de inhibitionibus, quæst. 78. fol. 34. num. 1. cum sequent. vbi disputat, an fideicommissarius conditione pendente possit hæredem prohibere, & inhibere, quod non alienet rem fideicommissio subiectam; quæ cautè in nostra materia maioratum legenda sunt, vt ex eis videre licet, Vltetius hæc conclusio probatur ex *l. cum Archimedoram, C. vt in possessionem legatorum*; ex qua constat, quod fideicommissarius conditione pendente potest † petere à grauato, quod caueat sibi de restituendo fideicommissio adueniente conditione; & ex titul. ff. vt in possess. legat. notat Iaf. in *l. qui Roma, §. duo fratres, num. 71. fol. 168. ff. de verborum obligat.* Roland. *conf. 100. & vltim. num. 46. lib. 2.* Curtius Iunior *conf. 64. col. penult.* notat Stephanus Bertrand. in *conf. 19. num. 2. lib. 1.* & cogitur facere inuentarium, vt supra dixi, & notatur per Galiaul. in *l. centurio, col. 40. ff. de vulgari*, & notatur per Barthol. Socin. in *conf. 51. Viso testamento Spectabilis in primo dubio, lib. 3.* & Purpurat. in *l. 1. C. de pactis, n. 4. fol. 3.* Alexand. in *conf. 188. num. 22. lib. 5.* & Guid. Papæ *decif. 341. Virum rogatus*, vbi late fundat, quod † hæres rogatus restituere hæreditatem, est cogendus ad faciendum inuentarium; & ita dicit determinatum fuisse; & notat Stephanus Bertrand. in *conf. 108. num. 5. & 6. lib. 1.* ad quod loquendo in hac materia nostra maioratum, alia refert Peralta in *dict. §. qui fideicommissam, num. 45. pag. 178. cum aliis*, facit quod tradit Pinel. in *l. 1. part. 3. num. 73. C. de bonis maternis*. Et qualiter possessor maioratus cogi possit ad faciendum inuentarium, tradit Molina *lib. 1. cap. 28. fol. 196.* quem citat Caldas Pereira in *l. si curatorem habens, C. de in integrum restitut. minorum, in verbo, lesis, num. 135. fol. 375.* ad quem iungo Rolandum in tractatu de perfectione inuentarij, *versio. Testator, an possit remittere, num. 11. 8. volum. tract. fol. 199.* & quod supra scribo, & tradit etiam Simon de Præcis *lib. 5. de interpretand. defunct. volunt. interpretat. 2. dubitat. 1. num. 53. fol. 503.* vbi in numeris antecedentibus, & sequentibus, plura videre licet in materia præsentis quæstionis.

His proxima est doctrina Bartoli in *l. filiusfamilias, §. Diu, oppositio. 5. ff. de legat. 2.* vbi dat consilium patri volenti † prohibere filio alienationem Legitimæ, quod exprimat causam, videlicet quia pater filium minus indutrium, nec aptum ad regendum, seu gubernandum, sed dilapidatorem existimat; & creditur patri, quia præsumitur facere pro utilitate filij. Et hæc doctrina Bartholi confirmatur ex textu in *l. filij matrem, C. de inoffic. testam.* vbi Doctores, & ex *l. multa nota, ff. de liberis & posthumis*; & ex his quæ ad hoc propositum tradunt Ioann. Lop. in *repetitione cap. per vestras, de donationibus inter virum & uxorem, col. 235. versio. Sed si filia, Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus, limitatione 1. pag. 103. C. de inoffic. testamento*, Cui adde Cumanum, & Iasonem in *dict. §. diu*, vbi Ripa *num. 24.* & Oppizon. *num. 44.* Alciat. *num. 8.* Loazes *num. 22.* & Crotus *num. 16.* Ioseph. Mascard. in tractatu de probation. *lib. 3. conclus. 1237. num. 25. fol. 176.* & faciunt quæ scribit idem Mascard. *conclus. 1149. numer. 13. & 14. fol. 43.* Iulius Clar. in *practica criminal. quæst. 78. nu. 10. pag. 344.* Alciat. *reoul. 1. præsumpt. 2.* Boccius *decif. 87. num. 4.* & idem Galiaul. in *dict. l. centurio, num. 141. ff. de vulgari*; & est communis secundum Decium *consil. 442.* ad quod alios plures Doctores citat Roland. in *consil. 98. num. 25. lib. 2.* vbi de hoc puncto melius quam quilibet agit, vbi refert Rodericum Suarez *vbi supra*, qui est primus Doctor extortum, qui illum refert, de quo ego multoties miror. Et valet præceptum † testato-

ris, vt eius filij intra certum tempus diuidere bona non possint, *l. 4. in princip. vbi Bald. ff. de condit. institut. Barr. in l. Quintus. ff. de annuis legat. traditur* & limitatur per Decium in *consil. 349. num. 1. cum sequentibus*. Et quando sit cauendum, relinquatur arbitrio Iudicis, vt probatur in *l. si creditores, ff. de priuileg. creditorum*; & in *l. 3. in principio, ff. de condit. caus. data*; quæ iura ad hoc citat Bald. in *cap. significauit, de testibus*, tradit Tiraquel. *lib. 1. de retractu, §. 18. num. 45. pagin. 335.* Et an successor in maioratu possit expellere possessorem maioratus propria autoritate propter deteriorationem, colligere licet ex text. in *l. hoc amplius, in sine, ff. de danno infecto, §. finitur, Institut. de usufruct.* cum his quæ late scribit Augustinus Berouis in *conf. 54. per totum, lib. 3.*

Quando autem dicatur possessor maioratus † vt male † substantia bonorum maioratus, ad hoc vt prædicta locum habeant † vltra tradita in *dicta leg. si constante, ff. solut. matrim. & in dict. l. vbi adhuc, C. de iure dot.* vide *dictam l. 29.* quæ est notabilis in hoc proposito, quæ loquitur de marito qui iudic; coi adde Tiraquel. in *l. si vnam, in verbo, donatione largitus, num. 234. pag. 297. C. de reuocand. donationibus*, Innocent. Bald. & DD. in *c. vlt. de sequestration. possess. & fruct.* Boer. *decif. 61. num. 4.* & prodigus dicitur, qui de suo donat plusquam potest: *l. 18. tit. 5. part. 2.* de quo vide Gregor. Lop. in *l. 3. tit. 11. part. 5.* Qualis autem sit hæc cautio, quam præstare tenetur possessor bonorum maioratus, vide Ioan. Fabrum in *princip. Institut. de usufruct.* Pinel. in *l. 1. Cod. de bonis mater. part. 2. num. 79.* vbi agit de huiusmodi cautionibus: cui adde Glof. Paris. in *dict. §. 31. Molinam lib. 1. de primogeniis, cap. 15. num. 4.* quem citat Ioan. Gratian. in *reg. 192. num. 3.* Episcop. Couar. *resolut. lib. 3. num. 6.* & generaliter quid contineatur cautionis † appellacione? vide text. in *l. ancimus, C. de verbor. signific.* & notandam *l. 10. in vers. Otrosi dezimos que caacion, titul. 33. par. 7.* quam legem nunquam ab aliquo relaxam vidi, neque scribendo, nec legendo: cum tamen super hoc viderim magnas lites; & ibi vide abundantem Glof. Gregor. Lopez in *verbo, Cautio*, cui adde Iaf. in *l. prator, §. deinde, num. 65. ff. de noui operis*; & in *l. qui satisfacti cogantur, & in lex ea parte, num. 6. ff. de verbor. obligat.* Barthol. Socin. in *conf. 93. lib. 1. Rebus, tom. 1. ad constitut. Regias, tractatu de sentent. exequut. artic. 1. glof. 16. pagin. 315.* eundem Rebus. in *l. hac verba, 73. pag. 490. ff. de verborum significat.* vbi ex *l. 2. ff. de usufruct. l. 1. §. inbet, ff. de collation. bonorum*, scribit quod si dicatur, quod caueatur rectè, vel idoneè, intelligitur cum fideiussoribus quod nouissimè resoluit Petrus Barbof. in *l. dinortio, §. interdum, num. 15. pag. 110. ff. soluto matrimon.* Andr. Gaill. *observationum practicarum lib. 1. obseruat. 26. num. 6. pagin. 22.* melius *lib. 2. obseruatione 47. num. 1. cum sequentibus*, vbi resoluit *num. 4.* quod cautio idonea † dicitur datis fideiussoribus, vel pignoribus, per *l. si mandato Titij, §. fin. ff. mandati*; & *l. 4. §. si sub conditione, ff. de fideicommissariis libertatibus*, & per alia iura Campeg. in tractatu de doti; *part. 2. quæstion. 37. num. 2. fol. 92.*

Imò sustentari potest, quod casu prædicto veniente, scilicet, vbi successor in maioratu & possessor dissipat † bona maioratus, potest cogi ad restituendum bona maioratus successor, per *l. Imperator, ff. ad Trebel.* de qua per Cephal. in *conf. 112. n. 12. lib. 1.* vbi scribit an filius possit statim agere; & an ius superueniens lite pendente filio profit; vbi ampliat eam *l. Imperator, quæ dilapidatio procedat in toto, vel in parte ex Berou. 7. Et d. l. Imperator, procedit, etiam si non constet hæredem, qui tenetur restituere legatum, vel fideicommissum, habere animu defraudandi fideicommissarium; quia sufficit fraus re ipsa, etiam sine dolo, secundum Paul. & Alex. ibi, & Iaf. in *l. si constante, n. 196. contra Imol. ibi, ff. solut. matr.* quos sequitur Glof. Paris. in *consuetud. Parisiens. p. 1. §. 22. nu. 124. fol. 201.* facit *l. iuris gentium, §. si fraudandi, ff. de pactis.* Et alimentabitur iste, à quo auferatur maioratus ex bonis maioratus, iuxta *dict. l. Imperator*, quod tradit Petr.*

Petr. Surd. in tract. de alimentis, *tit. 1. quæst. 30. num. 4. fol. 24. & tit. 8. priuileg. 16. n. 16. fol. 208.* vbi resoluit, quod si fideicommissarius fame peteat, non tenetur restituere fideicommissum; & quod si pater filij rogatus restituere filio fideicommissum, & dissipat bona restitutioni subiecta, debeant ab eo auferri, tradit Imol. in *d. l. Imperator, reatus à Ioan. Lup. in d. c. per vestras, de donationibus inter virum & uxorem, notab. 1. §. 17. num. 13. pag. 325.* Quod fortius procedit vbi cumque conditor maioratus cauerit, quod alienante, vel dissipante possessore bona maioratus, eo ipso transeat in successorem; & hoc iustificatur ex doctrina Bald. in *c. 1. §. quicumque aduocatum per illum tex. de pace tenenda, & eius violat.* vbi dicit, quod si vassallus feudo abutatur notabiliter deteriorando, † est sufficiens causa ad hoc vt feudo priuetur: & idem tenet Iaf. in *pralud. feudorum, num. 68. & conf. 17. lib. 3.* & alij quos refert Glof. Par. in *consuetud. Parisiens. part. 1. §. 30. num. 166. fol. 251.* simile adducunt ad emphyteutam, qui propter deteriorationem rem amittit, iuxta *auth. qui rem, vbi DD. C. de sacrosanct. Eccles.* ad quod conducunt alia quæ scribit in hac nostra materia Peralta in *dict. §. num. 44. pag. 177.* Roland. in *conf. 49. n. 20. lib. 2.* Iul. Clar. *§. feudum, quæst. 56.* & legenda sunt quæ de deterioratione in ista materia scribit Cephal. in *conf. 75. n. 18. lib. 5.*

Et quod si res restitutioni † subiecta perierint ex culpa fideicommissarij, teneatur fideicommissarius resarcire damna, tradit Ioan. Lup. *rubr. de donation. inter virum & uxorem, §. 17. n. 8. pag. 54. per l. mulier, §. sed etiam, vers. Sed si cum, ff. ad Trebel.* Raro tamen in Hispania possessores rerum maioratus, bonis priuantur maioratus propterea quod dilapidant, & deteriorant bona. Et pro hac consuetudine facit regula Glofæ in *cap. vlt. de iure patronatus*, quæ dicit, quod pœna † non habet locum nisi in casibus à iure expressis, probatur in *Auth. de non eligendo secundo nubentes, col. 2.* notat Rebus. in tract. de pacifico possessore, *n. 271. pag. 313.* & in tract. de nominatione, *q. 9. num. 58. pag. 58.* Glof. Paris. in *consuetud. Parisiens. part. 2. §. 54. num. 3. fol. 64.* de quo legenda sunt quæ scribo *part. 1. quæst. 1. num. 326.* Et *dict. lex Partia*, est notanda ad ea quæ scribit Episc. Couar. *resolutio num. lib. 3. cap. 3. num. 6. de cautione, quæ est danda ab usufruario de restituendis usuris.* Et de materia nostræ quæstionis, † legenda sunt quæ non ita exactè tradit Molina *lib. 1. de primogeniis cap. 16. nu. 26. cum seqq. fol. 128.* Stylus autem viget, quod ad petitionem creditorum sequestrantur bona maioratus, vbi cumque constet de multis debitis, & dilapidatione, & nominatur depositarius, qui bona administrat, & creditoribus soluit, & alimentat possessorem maioratus; quæ practica iustissima est, & necessaria ad refrenandam prodigalitate multorum, & nobilium istius Regni, quæ practica fundari potest in *d. l. Imperator*, quam ornat Molina *lib. 1. de primogeniis, cap. 16. n. 1. fol. 124.* & faciunt scripta per Simon de Præcis in tract. de interpretand. defunct. *voluntat. lib. 4. dubitat. 1. num. 64. fol. 426.* ad quæ addo text. in *c. peruenit, de fideiussoribus*; Collectar. in *c. Odoardus, de solut.* Rebus. in *auth. habita, C. ne filius pro patre: priuilegio 112.* Episcop. Couar. *resolutio num. lib. 2. cap. 1. num. 9.* cui iungo Menoch. illum referentem, & hoc bene tractantem *lib. 2. de arbitrariis iudicium, casu 183. num. 25. cum seqq.* & quæ scribit Bacca de inope debitore, *c. 16. num. 9.* ex Cepol. in tract. de nobilitate, *priuileg. 22.* Iaf. in *§. item si de dote, num. 7. de actionibus*, & aliis quæ citat latius *cap. 17. num. 67. fol. 147.* faciunt *l. 1. tit. 15. part. 5. l. fin. titul. 11. part. 4.* & quæ scribunt auditor Cordoua de Lara in *l. si quis à liberis, §. sed si filius, num. 76. fol. 82. ff. de lib. agnoscend.* Matiengo in *l. 15. tit. 10. num. 4. lib. 5. recopilat. gl. 6. fol. 317.* idem Lara in *§. solent, num. 33. cum seqq. fol. 246.* post Oratorum in tract. de nobilitate, *par. 5. cap. fin. num. 3.* Parlad. *2. par. rerum quotidianarum, cap. fin. §. 3. num. 31. pag. 320.* & eundem Parlador. *§. 4. num. 50. pag. 124.* & qualiter nobili sint † danda alimenta, ne egeat, & non possit conueniri vltra quam facere possit,

scribit Tiraquell. in tractatu de Nobilitate, *cap. 20. n. 142. pag. 168.* ad quos omnes iungo Olafcum *decifion. 180. num. 9.*

Et est etiam notandum; quod si proximus successor in maioratu, † incuria tempore debito non egerit contra dilapidatorem bonorum maioratus, potest alius proximus successor agere contra eum ad id, quod intererat agere in tempore requisito: vt persuaderi potest ex text. notabili in *l. vltim. C. de administrat. rerum publicarum, lib. 11.* Et prædictis est addendum, quod successor in maioratu potest agere contra hæredem, qui non fecit inuentarium, & petere quod iuretur in litem, prout tradunt Plotus in *l. si quando, num. 595. vers. Si hæres, C. vnde vi*; Martarius in *epitome de fideicommissis, quæst. 53. in fin.* Noto etiam, quod quemadmodum grauatus sub conditione tenetur fideicommissario cauere de restituendo, suo tempore, *dict. l. cum Archimedoram, C. vt in possess. legatorum, l. 1. & per totum titulum, ff. vt legatorum nomine cauea.* pari ratione tenetur facere † liquidationem bonorum fideicommissio subiectorum, vt resoluit Cephal. in *consil. 296. num. 46. lib. 2.* Et quod dicatur alienare qui male vitur substantia sua, tradit Olafcum *decif. Pedemontana 168. num. 14.* & faciunt scripta per eundem *decif. 170. num. 4.* vbi tradit, quod Princeps non libenter sustinet eos, qui vltra substantiam suam expendunt, *Auth. vt determinatus sit numerus Clericorum, §. cum verò, Deo amabilis, l. 3. vbi pupil. educari debeat.*

Quibus libenter addo quæstionem, quam de facto vidi, fundauit quis maioratum de bonis immobilibus, & de quibusdam bonis mobilibus pretiosis, & maioratus fuit reuocabilis, reseruat tamen usufructu; qui maioratus fuit factus per patrem in filium: an talis filius possit petere à patre satisfactionem, tantquam ab usufructuario de rebus mobilibus restituentis; & vtendis arbitrio boni viri, secundum ea quæ supra scripta sunt, & ex regul. *l. 1. ff. de usufruct. quemadmod. cauea.* & magis videtur fundatorem maioratus regulariter non esse cogendum ad præstandam talem cautionem, ex regul. *tex. in l. cum oportet, §. ne autem, C. de bonis qua liberis, & l. filio, ff. vt legatorum nomine caueatur*, & doctrina Barthol. Socin. in *l. omnes, ff. de exception.* vbi vult quod licet usufructuario teneatur præstare cautionem idoneam de vtendo arbitrio boni viri; iuxta regulam *dictæ l. 1. ff. de usufruct. quemadmod. caueat.* hoc non habeat locum in eo, qui donasset sua bona tenentis usufructu: quia cum ex liberalitate sua conueniatur, cum eo mitius est agendum; argumento *l. ad res donatas, ff. de adilitio editio*; quod etiam eleganter fundauit Corn. in *conf. 267. num. 8. cum seqq. lib. 4.* Decius in *l. Diuus Pius, n. 2. ff. de reg. iuris, pag. 153. & in con. 265. n. 5.* quod notandum est; & hoc sequitur Pinel. qui alios citat in *l. 1. part. 2. n. 80. fol. 96. C. de bonis maternis*, & prius tractauit *n. 32. fol. 46.* de quo legenda sunt quæ scribit Molina *lib. 1. de primogeniis, cap. 15. n. 31. cum seqq. fol. 112.* licet prædicta non referat.

Et quod dicatur deterioratio notabilis, quando inciduntur multæ arbores fructiferae, probatur in *auth. qui rem, C. de sacrosanct. Eccles.* vbi Bald. Salicer. Iaf. Decius, Cagnol. & alij, vt volunt Bart. in *l. in fraudem, §. conductor, ff. de iure fisci*, & alij, quos citant Corbularius in tract. de iure emphyteut. *titul. de causis ob priuationem in princip. vers. Decimatertia, n. 2. fol. 68.* Petrus Surd. *decif. 286. n. 9.* late Roland. in *conf. 49. num. 10. cum seqq. lib. 2.*

Et quod in ista materia non videatur † quis dilapidare bona maioratus, si fructus in suos vsus conuertat, ad hoc vt cauere teneatur, verum existimo à ratione cessante eorum, quæ scribunt in casu *l. Imperatores, ff. de appellat.* Glof. & Ang. ibi Bald. & Rom. in *l. qui seruum, ff. de acquir. hered. per l. Diuus, la primera, ff. de per. hered. Aucterio in decif. Capella Tholos. 477.* Greg. Lopez in *l. 1. tit. 9. par. 3. in glof.* in verbo, *Desgastar, Azeu. in l. 1. tit. 12. De los sequestratos, lib. 4. recopil. n. 3. fol. 169.* & de hærede grauato reddere rationem fideicommissario, lege Parisiensi

conf. 87. lib. 2. Marzarius de fidei commissis. quæst. 46. ad finem, & de materia istius quæstionis ¶ lege quæ scribit Molina lib. 1. de primogenitura, cap. 27. num. 1. cum sequentibus, fol. 292. Et qualiter consulendum sit emptori, qui emit rem maioratus, si venditor agat ad pretium, an petere possit, quod res libera sibi tradatur, vel sufficiat cauere de indemnitate in casu purificati fidei commissi, cautione præstita, videre licet in Alexand. in conf. 65. lib. 5. & latius ex professo decif. Pedemontana Olfaci 24. Et qualiter hæres teneatur resarcire fidei commissario damnum contingens ex eo, quod vendidit rem fideicommissio subiectam, ¶ non quanti vendidit, sed quantum res valebat, tradunt Oldrad. conf. 107. Rip. in l. in quartam, n. 102. fol. 147. ff. ad l. falcidiam.

cum sequentibus, libro 5. Pinell. in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 2. cap. 1. n. 2. fol. 75.

Quod procedit etiam si renuntiatio, & iuramentum intercessit, secundum Paulum Castrensem in l. vltima, §. idem quasit, ff. de condit. indebiti, quem refert Decius dist. l. si soror, num. 3. fol. 95. quem adde ad Glof. Paris. in consuetudin. Parisiensibus, part. 1. §. 16. num. 15. fol. 172. vbi ex hoc dicit, quod si per errorem facta fuit diuisio quorundam prædiorum, quæ ¶ feudalia erant, tanquam erronea diuisio rescindi debet, etiam si sit iurata, & quamuis transactio interueniat, vbi respondet ad text. in l. cum putarem, ff. familia erciscund. & idem voluit Iacob. Aluaror. & Præposit. in cap. 1. de eo, qui fidem fecit; Paris. consil. 12. numero 56. libr. 1. Grammat. decisio. 101. numer. 10. Decius in cons. 5. num. 30. Afflict. decif. 58. Virtutis dubium, num. 1. Pinel. in l. 2. Cod. de rescind. vendit. part. 2. cap. 1. numer. 2. fol. 75. Cephal. in cons. 495. numer. 30. libr. 4. Socinus Iunior in cons. 112. numer. 2. & 3. libr. 1. Menoch. in consil. 228 numer. 40. libr. 3. & prius in cons. 87. numer. 83. libr. 1. Rebus. in authentic. sacramenta puberum, pagin. 220. col. 2. versicul. 3. illatio, Bursat. conf. 170. numer. 56. libr. 2. idem Menoch. in cons. 105. num. 95. libro primo, Riminald. in cons. 102. numer. 27. libr. 1. Socinus Iunior in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 7. fol. 187. idem Cephal. in cons. 207. num. 87. libro secundo, Aymon in cons. 134. numer. 50. idem Decius in cons. 350. num. 6. & in cons. 408. num. 1. idem Socin. Iunior in consil. 44. num. 48. libr. 2. & in cons. 48. num. 42. in cons. 118. num. 121. lib. 1. idem Aymon cons. 26. in fine, & in cons. 188. num. 9. & 221. numer. 8. idem Menoch. conf. 91. num. 9. cum seqq. lib. 1. & cons. 130. num. 10. cum sequentibus, lib. 4. Andr. Gail. obseruation. libr. 2. obseruatione 139. num. 1. cum seqq. pagin. 253. Tiberius Decian. responso 52. num. 4. libr. 1. Roland. in cons. 7. num. 61. lib. 3. notanter Carol. Ruin. in cons. 147. num. 15. lib. 2. Cephal. in cons. 427. lib. 3. & faciunt quæ eleganter scribit Barthol. Socin. in cons. 79. num. 38. lib. 4. Alexand. in cons. 22. num. 3. cum sequentibus, libr. 5. Marcus Brunus de Anguill. conf. 66. vers. Totum, Tiberius Decian. cons. 3. num. 111. libr. 1. Corbulus in tractatu de iure emphyteut. vers. Otiana causa num. 17. cum sequentibus fol. 32. Ioseph. Ludouicus decif. 19. num. 6. Atque vltra relata per Glof. Paris. & alios, vide notabiliter Iaf. in dist. l. si post diuisionem, num. 4. C. de iur. & fact. ignor. & in l. iust. possidet, numer. 13. ff. de acquirend. poss. post Raphael. ibi, eundem Iaf. in l. si Titius, num. 4. ff. de verborum obligat. & in §. sequens, numer. 3. ff. de actio. Angl. in §. quadam, eodem titul. Bart. & Imol. in l. si per errorem, ff. de vsucap. & Barthol. Socinum in cons. 33. lib. 4. n. 6. Bart. & Doctores in l. 1. C. de condit. indebiti. Decium in cons. 525 n. 6. Bald. & Iaf. n. 3. in l. nam & postea, §. si damnatur, ff. de iureiurand. in quibus locis late explicatur materia dist. legis, cum putarem, ff. famul. ercisc.

Et confirmatur ex sententia Bald. in c. 1. §. fin. de feudo guardia, vbi vult, quod cognitio ¶ facta feudi per errorem, non nocet posteris; idem Bald. in cons. 375. Quando constat, libr. 2. Paul. Castren. in consilio 191. Visis & consideratis, col. 2. lib. 2. Iacob. de sancto Georgio in tractatu feudorum, in verbo, dictique vassalli pro recognitione dicti feudi, col. 4. vers. Insuper quero, & alij, quos citat Glof. Par. in consuetud. Parisiens. par. 1. §. 35. num. 10. fol. 276. ad quem addo elegans consilium Alex. vbi eadem Glof. Paris. citra errorem, in cons. 90. nu. 10. cum sequentibus, lib. 5. & in cons. 29. num. 25. eodem lib. Ripa in l. 1. num. 23. fol. 266. C. de pactis, & cons. 80. n. 4. Aymon consil. 159. num. 3. Rebus. tom. 2. ad constitution. Regias, titul. de constitut. reddituum, pag. 128. n. 6. Et aditio hereditatis erronea non nocet, sicut confessio facta non nocet, vt resoluit Iacob. Pureus decif. 404. lib. 3. & licet referens aliter videatur disponere, quam in scriptura referente, illa dispositio quatenus est vltra, non attenditur, vti per errorem facta: quia cogitauerit quod scriptura

scriptura illa ita loquitur, vt resoluit Decius in cons. 63. n. 6. allegat Alex. in cons. 9. lib. 5. & tradit idem Decius in athen. si quis in aliquo documento, num. 40. C. de edendo Antonius Peregrin. in tractatu de fideicommissis, art. 16. n. 111. fol. 157. art. 51. num. 39. fol. 486.

Ex quibus infertur, quod si aliquis cognoscat ¶ aliqua bona esse maioratus cum certis legibus, pactis, & conditionibus, hoc non nocet successoribus, nec alterat primam vocationem, & maioratus institutionem. Et pro istis faciunt etiam scripta per Decium in cons. 600. numer. 8. Ex quibus etiam infertur, quod si vassalli alicuius domini se obligent soluere annuatim aliquid domino pro re certa, quam istis dicit se concedere, quæ forsitan erat publica, vel in qua vassalli ius habebant aliquod, quod talis obligatio, & cognitio ¶ non obligat contrahentes, neque illorum successores, & possunt agere contra talem obligationem conditione sine causa, & tanquam indebite promissum, vt probatur in l. si is qui plus, ff. de cond. indeb. & in l. qui sine, ff. de condit. sine causa, & in l. penult. §. mulier, ff. solut. matri. & facit doctrina Bald. in l. demonstratio falsa, ff. de condit. & demonstrat. colum. final. vers. Sexto quero, vbi ponit regulam, quod causa finalis in contractibus, si deficiat, parit repetitionem, & Bald. in l. neque apud, C. de hered. instit. scribit quod vitatur ¶ contractus ex defectu cause finalis, quæ notanda sunt; quia in practica proderunt, & quouide contingunt; Et de istis etiam legenda sunt quæ scribo in 1. par. quæst. 64. & in 2. par. quæst. 5.

Et quod per diuisionem non censetur primogenitus renuntiare primogenituræ, ¶ tradunt in specie Natta in consil. 501. numer. 58. & 59. lib. 3. Cephal. in cons. 252. numer. 71. lib. 2. Menoch. in cons. 498. num. 26. lib. 5. & idem in cons. 484. numer. 33. eodem lib. Olfacius in cons. 42. numer. 34. quod confirmo per ea quæ scribit Ioseph. Ludouic. decif. Perusina num. 8. cum seqq. & qualiter fiat diuisio inter fratres rei emphyteuticæ, resoluit Bart. in cons. 58. lib. 1. de qua materia legenda sunt quæ scribit Andr. de Aponte in tractat. laudemiorum, qu. 25. fol. 32.

de potestate & excellentia Regis q. 89. Et Rex inspiens perdet animam suam, Oleæ c. 3. Mandof. in tract. de ingratiitudine, cap. 50. ad quod etiam videnda sunt quæ scribit Tiraq. in tract. de primogeniis, in præfatione, n. 167. pag. 53. & dict. q. 40. nu. 203. cum sequentibus, pag. 307. eleganter Lucas de Penna in l. 1. fol. 259. col. 1. ad finem, in vers. Hæc vera puto, C. de privilegiis eorum qui in sacro palatio milit. ubi dicit, quod in Regno, Principatu, Ducatu, Marchionatu, Comitatu, & in illorum successione magis attenditur commodum subiectorum, quam gradus prærogatiua, & ætas, & sunt attendenda merita & virtutes: de quo latius per eundem, ubi multa egregia tradit in l. ult. C. de tyronibus, lib. 11. fol. 296. col. 3. in vers. Solutio. Hæc quaestio: & notatur per eundem in l. nepotes, C. de his qui nunc. lib. 10. fol. 90. col. 2. & in l. si quis, C. de professoribus, & Medic. fol. 94. col. 2. & est bonus text. in ratione sui in l. vltim. Cod. de milit. testamen. ibi: In tam tenera ætate, & ibi: Aliis propinquis nocere: & faciunt quæ scribit Firmianus in tract. de Episcopo lib. 2. par. 1. quaest. 30. quem citat Lambertin. de iure patronatus, libro 2. par. 1. artic. 26. 7. quaest. princip. numero 7. fol. 77. Ex quibus locis etiam colligere licet ad ea quæ de gubernatione Regni scripta sunt supra, num. 1. & 2. quæ sunt elegantia & notata digna, vt inibi videri poterunt: & tractat etiam de his Guillelmus Benedic. in cap. Raynunnus, in verb. adiecta impuberi, num. 41. cum sequentibus, fol. 243. de testamen. Conradus Landensis in libr. qui vocatur, Templum Iudicum, libro 1. cap. 2. de Rege, §. 1. de origine Regum, quaestione 1. numero 13. folio 99. ubi refert Oldradum in dict. consil. 52. qui notanter loquitur sicut semper Bald. in l. cum antiquioribus, Cod. de iure deliberand. Antonius Corsetus in tract. de potestate Regia, par. 1. q. 86. Iaf. in l. qui Roma, §. coheredes, ff. de verborum obligation. & alios dicentes, et expedire Regno non regi a puero; & alia plura ad propositum: & legenda sunt quæ scribit Roderic. Suarez allegat. 12. & quod quilibet de populo possit contradicere & defendere, ne Dux in Regno habeat administrationem, voluit Ioann. à Terra Rubea in tractatu contra rebelles, art. 2. tractatus in fine, Abb. in cap. ex parte, de testibus, Rebuff. in l. pupillus 239. §. minus publicum, pagina 1050. vers. Vniuersos cines, ff. de verborum significat. Et quod mater trux non possit se intronitare in administratione castorum pupilli, tradit Curtius Senior in consil. 66. num. 16. de quo nihil dubito, cum tutela administratio diuidi non possit, & tutor tutorio nomine omnia potest agere, & tractate quæ illi non sunt prohibita. Et quod Rex possit facere filium suum Regem quoad nomen, & non quoad regimen, resoluit Baldus in proemio feudorum, num. 36. per §. Item obicitur secundo 39. 7. Et an tutori Regis sit danda decima, & plura ad propositum scribit Baçca de decima tutoris, cap. 9. ubi legendum, & vt scribitur in historia Regis Henrici, filio suo Domino Ioanni data fuit Regni administratio ante impletos quatuor decim annos.

QVÆSTIO XXXIX.

Hæves possessoris maioratus an teneatur soluere astimationem bonorum mobilium, quæ consumpta sunt.

SVMMARIVM.

- 1 Deciso quaestione, & num. 4. §. & 13.
2 Emens molendinum cum pacto de retrovendendo, si molas deterioret, an teneatur nouas ponere.
3 Empior rei consanguinealis, qui durante lite fuit usus rei consanguinealis, an teneatur ad deteriorationem.
3 Possessor bonorum maioratus, qui vitur rebus maioratus ad usus non destinatos, teneatur ad astimationem deteriorationis.

- 6 Successor in maioratu an possit agere actione hypothecaria ad res fideicommissio subiectas alienatas contra bona defuncti, si bona vinculat a non extant.
7 Successor maioratus potest cedere suam caduam.
8 Quid in emphyteusi, num. 11.
9 Successor maioratus an teneatur prestare cautionem pro rebus quæ nisi consumuntur.
10 Et qualiter probetur earum consumptio.
11 Arbores sylua cadua eam pretiosam reddunt.
14 Possessor bonorum maioratus potest venari in nemoribus, capere, & occidere columbas in columbario, & piscari.
15 Possessor bonorum maioratus, si ex sylua cadua certam arborum quantitatem vendet, pretiumque recipiat, & antequam emptor arbores scinderet, decessit, an possit sequens in gradu scissionem arborum impedire.
16 Stagnum, piscatura, furuum, & alia similia, qualiter sunt inter primogenitum & fratres diuidenda.

Trigesimonond, possessor bonorum maioratus potestur aliquibus bonis mobilibus, puta vasibus argenteis, quæ vsu deteriorantur, quæ sunt bona maioratus; aliquibus armis, quæ etiam vsu consumuntur; molis molendinorum, vel aliis similibus rebus, quæ vtendo annihilantur, vel in totum extinguuntur; Quæro an hæres istius, qui prædictis rebus vsus fuit teneatur ad aliorum bonorum subrogationem, vel ad solutionem deteriorationis? Quæstio est, quæ quotidie contingere potest, in qua breuiter et insistentio; quia multa adduci pro vtraque parte poterant, dico, quod si possessor bonorum maioratus vitur prædictis rebus, & aliis consimilibus, ad verum vsum destinatum, ad nihilum ipse, neque illius hæres tenentur: quod probatur in l. si vsufructus, §. ult. ff. vsufruct. quemadmodum, caueat. ibi: Si vestis vsufructus legatus fuit, scripsit Pomponius, quamquam hæres stipulatus sit finito vsufructu vestem reddi: atamen non obligari promissorem, si eam sine dolo malo attritam reddiderit: & facit, l. arboribus, §. nauis 1. ff. de vsufruct. per quæ iura respondit in facto Tiraquel. lib. 2. de retractu in fine, n. 85. pag. 996.

Quod si quis cum pacto de et retrovendendo vendidit molendinum, cuius molæ cæteraque instrumenta tempore venditionis fortè erant recentia, tamen durante tempore venditionis vsufructus attrita fuerunt, ita vt proprie essent inutilia; cum redimerentur, quod non tenetur emptor qui reuendit eadem reddere, facta tecta, nec alia in eorum locum ponere, vel quod diminutum est ab æstimatione primæua refarcire: ad quod etiam refert text. & Baldum in l. de his, C. de donat. inter vir. & vxor. & alia.

Ex quo inferitur, quod idem dicendum est in retractu consanguineali, et de quo leges nostræ Regales loquuntur, si fortè durante lite inter consanguineum & emptorem rei consanguinealis, multo tempore fuit vsus rei consanguineali ad vsum rei destinatum: & conducit in simili, doctrina Saliceti in l. iubemus in 2. C. de sacrosanct. Eccles. & quod scribit Iaf. in l. serui electione, §. Labro, num. 19. ff. de legat. 1. facit l. 2. §. si conseruatis, ibi: Nam etsi faber incudem aut malleum fregerit, non imputatur ei qui locauit opus, & l. nauis aduersa, ff. ad l. Rhod. de iactu, & l. 4. ibi: Mas si maeciore, & l. 5. tit. 9. part. 5. & est etiam bonus text. in l. arboribus, §. nauis, ubi Gloss. in verbo, nauigetur, ff. de vsufructu, de quo per Decium in consil. 244. num. 9. ad finem, latius per Iafonem, qui plura ad propositum scribit in l. quominus, num. 157. ff. de fluminibus, & notat idem Iaf. in l. 1. n. 25. C. qui testam. facere poss. & est etiam bonus text. in l. deducta, §. ante diem, vers. Cum autem ff. ad Trebell. ibi: Denique de periculo mancipiorum prestare cogitur.

Ex qua lege patet, quod fideicommissarius non potest agere contra hæredem, in cuius potestate fuerunt animalia mortua absque eius culpa, neque is tenetur ad restitutionem, vel æstimationem, & text. in l. mulier, §. si hæres, vers. Sed enim, eodem tit. ibi: Si quis rogetur restituere hæreditatem, & vel serui decesserint, vel alia res perierint.

vint places non cogi eum reddere, quod non habet culpa pla-
 4 ne rationem reddere, sed eius qua dolo proxima est. Ex t
 qua lege possunt colligi plura pro intellectu istius quæ-
 stionis. Et qualiter possessor maioratus teneatur in ista
 materia de dolo, legenda sunt quæ scribit Antonius Pe-
 regrinus in tractatu de fideicommissis, artic. 10. n. 28 fol. 83.
 Et pro istis etiam facit consilium Alexand. 58. num. 12.
 lib. 5. vbi dicit, quod si testator promisit usufructuario,
 vt durante usufructu possit de bonis mobilibus in cer-
 ta quantitate disponere, si bona fide vendidit usufruc-
 tuarius talia bona, non teneatur ad restitutionem pretij,
 vbi respondit ad l. Imperator, §. vltim. cum l. sequenti,
 ff. de leg. 2.

Et cum possessor bonorum maioratus sit dominus
 sylvar, vel boschi, vt colligere licet ex scriptis per
 Ioann. Gutierrez lib. 2. questionum Canoniarum, num. 7.
 & 8. pag. 491. sequitur quod tanquam dominus potest
 vti scissione lignorum: quam materiam notanter ex-
 plicat Barbof. in l. diuortio, §. si fundum, ff. solut. mari-
 mon. tom. 1. pag. 1032. Castillo in tractat. de usufructu,
 cap. 25. fol. 217. Menoch. cons. 13. num. 17. notanter Soci-
 nus Iunior in consilio 106. num. 4. lib. 2. qui allegat bo-
 num tex. & ibi Gloss. in l. rursi, ff. de usu & habitat.
 Corbul. in tractat. de iur. emphyteut. in par. de causis ob-
 priuationem, causa 10. num. 1. cum sequen. fol. 41. & Ber-
 tazol. in tractat. clausularum, clausula 20. gloss. 6. num. 6.
 fol. 97.

Et an possessor bonorum maioratus possit recuperare &
 petere expensas factas in redigendo nemus ad culturam,
 constat ex scriptis Carol. Ruinum in consil. 135. num. 13.
 lib. 3. Riminold. in consil. 411. num. 26. Barbof. in l. di-
 uortio, §. final. num. 22. 23. & 24. ff. solut. matrim. tom. 1.
 pag. 1144.

Et ex his apparet, quod si possessor bonorum maio-
 ratu vitur aliquibus rebus ad vsum non destinatum,
 vel alio modo t̄ dampnicat res maioratus, potest agi ad
 deteriorationem, vel interesse, vel vti aliis similibus re-
 mediis, contra illius hæredes, vt rem lapsam restituant
 maioratu, vel deteriorationem, aut interesse, præsent:
 quod probari potest ex tex. in l. si usufructus, §. de præ-
 teritis, ff. de usufruct. & §. vlt. eiusdem legis, ibi, Non ma-
 gis quam si domum ad stationem iumentorum locauerit; l.
 sed & si quis, §. si mancipiorum & §. generaliter, eod. tit.
 l. & hac, §. cum fundum, ff. locati, & quod per eum no-
 tant ibi Bart. & Paul. Iaf. in l. diuortio, §. quod in anno,
 num. 9. ff. solut. matrim. & in l. si quis nec causam, §. res
 pignori, num. 2. ff. cert. pet. & conducit l. si merces,
 §. conductor, ff. locati. l. 22. tit. 31. par. 3. & sunt aliæ si-
 miles, quas omitto, contentus cum his quæ scribunt
 Burlat. cons. 91. num. 3. cum seqq. post Roland. in cons. 49.
 num. 10. cum seqq. lib. 2. ad quos addo Iaf. in cons. 17.
 num. 1. lib. 1. Ex quibus legibus plures quæstiones de-
 terminari possunt, & est etiam bona l. 7. tit. 8. part. 5.
 Et quod de reparationibus Ecclesiarum iuris patrona-
 tus traditur in Concil. Trident. sess. 21. capite 7. de re-
 formatione, & per Ioan. Gutierrez allegat. 10. num. 7.
 & 8.

Et quod possessor maioratus, vel illius hæredes te-
 neantur ad restitutionem damnorum, quæ culpa pos-
 sessoris obuenerunt, voluit Gregor. Lopez in l. 7. tit. 9.
 part. 6. in gloss. in verb. por su culpa, per illam legem, quæ
 nihil facit: quem nouissime citat Angul. in l. 1. tit. 5.
 lib. 5. Recopilat. gloss. 12. num. 25. fol. 68. Ioan. Garcia in
 tractat. de expensis, cap. 16. num. 7. fol. 157. qui ad hoc
 etiam citat Peraltam in l. 3. qui fideicommissam, nu. 43.
 & 44. ff. de hered. instit. Molin. lib. 1. c. 27. num. 1. &
 legenda sunt omnino quæ scribunt Curtius in cons. 165.
 num. 14. Sinon. de Prætis lib. 3. de interpretand. defunc.
 volum. folus. 5. num. 27. fol. 361. col. 4. Marzarius de fidei-
 commissis, q. 46. p. 2. ad finem. Et quod t̄ successor in
 maioratu possit agere actione hypothecaria ad res fi-
 deicommissis subiectas alienatas, contra bona defuncti,
 vel illius hæredem, si forte bona vincularia non extint,
 quia erant mobilia, vel etiam immobilia, si non possint
 recuperari propter aliquam rationem, probat notabi-

lis casus in aubent. contra eum rogatus C. ad Tiebellien. ibi:
 Quod si contingat ea diminui, aut ex ipsius substantia
 suppleatur, aut ea deficiente in rem actio, & hypothe-
 caria fideicommissario permittitur; notant Bald. in
 l. 1. num. 2. Cod. communia de legatis, Anton. de Fano in
 tractat. de pignoribus, p. 8. membr. 3. num. 4. f. citat l. 26. tit. 13.
 part. 5. vers. Otrosi dezimos: & re perempta, vel præ-
 scripta, potest in isto casu agi ad estimationem contra
 bona illius, qui alienauit, secundum Bart. in l. qui à
 debitore, ff. de his qua in fraudem creditorum, & in l. vlti-
 ma, §. & si præstatam, C. de iure delib. Angel. & in l. si
 serm & pretium, ff. de pet. hereditat. Iaf. in l. si cum
 seruum, num. 2. ff. si certum petatur, Fan. in tract. pignori-
 bus, part. 5. membr. 1. num. 48. & part. 2. membr. 4. num. 149.
 Et datur in isto casu hypothecaria non solum contra
 bona testatoris, sed etiam contra bona hæredis, secun-
 dum Bart. in dict. l. C. communia de legat. in fine, Ripa
 in l. 1. num. 69. ff. de legat. 1. per l. certa forma, C. vt in
 posses. legator. & tradit Parisius in additionibus ad Bart.
 in dict. l. 1. & legenda sunt scripta per Alexand. in cons. 16.
 lib. 7. Iaf. in §. item si quis in fraudem, num. 67. Insit. de
 actionibus: In histamen lector animaduertat tex. in l.
 illud §. non tantum, & in §. veniant ff. de petition. hered. l. 6.
 tit. 14. p. 6.

Et ex his deducitur, posse possidentem bona maio-
 ratu, & restitutioni subiecta, t̄ cedere, & vendere ar-
 bores alicuius montis, vel defæ, vt pura pinos, vel
 alias similes arbores: ex quibus non percipitur fructus,
 nisi succidantur; & ista conclusio etiam pater ex l. di-
 uortio, §. si fundum, ff. solut. matrim. & in l. item si fundi:
 §. vlt. & in l. si absentis, §. si luam, ff. de usufructu iuncta
 l. sylua cadua, ff. de verbor. signific. l. 27. tit. 12. part. 4.
 de quo latius agit Alexand. in cons. 118. num. 3. cum alii,
 lib. 5. Succidere autem potest arbores boni viri arbi-
 tratu, ita vt totas arbores non destruat, d. l. item, si fundi:
 §. vlt. l. ex sylua cadua. l. sed est glandes, l. arboribus, ff. de
 usufructu: de quo lector videat, quæ eleganter scribit
 Gloss. Parisien. in consuetud. Parisiens. part. 1. §. 13. nu-
 mer. 82. fol. 145. ad hæc legendus, facit l. diuus, in prin-
 cip. ff. de usu & habitacione, & quod per eam decidit
 Gregor. Lopez in l. vigesima, tit. 31. part. 3. in gloss. in verb.
 para vender, Antonius Gama decif. 104. vbi Mena in
 additionibus, plures refert Nicol. Boer. in consuetud.
 Burgund. tit. les Coustumes de Tons, tit. 29. pag. 212.
 col. 2. & tit. des Coustumes des siez: §. 5. pag. 68. col. 2.
 vbi etiam tractat quid de piscibus, qui sunt in stagno.
 Et latè Ioan. Garcia in tractatu, de expensis & meliora-
 tionibus, cap. 11. num. 31. fol. 102. Secus autem (secundum
 Alexand. in dict. consil. 118.) erit in arboribus fructiferis
 & quæ non renascuntur, vt patet ex l. aequi ssumum, §. 1. ff.
 de usufructu: l. in fraudem, §. si conductor, vbi Bart. ff. de
 iure fisci, & faciunt scripta per Cæpol. in tract. de ser-
 uitutib. l. 22. de montibus, num. 9. pag. 362. Roland. cons. 49.
 num. 11. & 12. lib. 2. ad quod est legenda lex 22. tit. 31.
 part. 3. & nouissime & latissime Vincentius Carrocus
 in tractatu de locato, quæst. 7. de gradu accidentium: per to-
 tam, maxime num. 20. fol. 191. vbi plures Authores ci-
 tat, resolucentes quod conductor potest cedere arbores,
 quæ sunt ad vsum illum destinatæ; & resoluit etiam
 Castillo in tractatu de usufructu, cap. 25. folio 217. & plu-
 ra scribit Menoch. in cons. 13. num. 15. lib. 1. & de hac
 materia late agit Tiraquel. quem lector legat lib. 2. de
 retract. §. 3. gloss.onica, num. 22. cum sequentib. pagin. 910.
 Pinel. in l. 1. part. 2. num. 59. fol. 52. C. de bonis maternis, &
 vide etiam Iul. Clarum lib. 4. sententiarum, §. emphyteusis,
 q. 29. num. 2. pag. 149. & in §. feudum: q. 47. Ioan. Garcia
 de expensis & melio cap. 11. num. 3. fol. 102. latissime Re-
 buff. in l. sylua cadua 30. pag. 240. ff. verbor. signific. Et
 quod arbores cæduæ veniant appellatione fructuum,
 tradit Syluanus in cons. 76. num. 6. & si sylua usufructus
 legatus sit, intelligitur, vt cædi possit: l. diuus, ff. de usu
 & habitacione, declarat Menoch. in tractat. præsumptio.
 lib. 4. præsumpt. 135. num. 6. 13. & 14. fol. 243. de quo tamen
 legendus est Ioseph. Ludouic. decif. 5. num. 2. cum se-
 quentibus, vbi disputat notabilem quæstionem de eo, qui
 emit

emit arbores cu in pacto de retrohendendo, quas postea
 tempestas extirpauit.

Et quod possessor maioratus possit syluam cæduam t̄
 indistinctè cedere, tradit nouissime Petrus Barbof. in
 l. diuortio, §. si fundum, num. 7. pag. 1036. ff. solut. matrim.
 qui refert solum Molin. lib. 1. de primogen. c. 22. num. 3.
 fol. 165. Et quod quando duo habent syluam commu-
 nem, possit vnus inuito alio cedere syluam, si sit cæ-
 dua; tradit Bald. cons. 37. num. 4. lib. 5. qui respondet ad
 tex. in l. Sabinius, ff. commun. diuid. quod procedit quando
 quis vult facere in re communi quod de iure non po-
 terat, quia non erit ad naturalem vsum rei, quod etiam
 tradit Iaf. in l. 1. num. 25. G. qui testament. facere possunt, &
 in l. serui electione, §. Labeo, num. 18. ff. de leg. 1. vbi Ripa
 num. 14. refert dictum consilium Baldi. Quid autem di-
 catur de vassallis; & quid de arbutis, tradit Alexand.
 vbi Gloss. Paris. cons. 125. num. 12. libro 7. & quod consi-
 stit in arbitrio iudicis arbitrari, an quis syluam deterio-
 rer, si in ea domum faciat; tradit Menoch. lib. 2. de
 arbit. iudic. casu 68. num. 1. cum seq. q. 9. Et quod fructuum
 appellatione veniant arbores cæduæ, tradit Speculat.
 in tit. de locato: §. an colonus, quem citat Chaffan. in con-
 suetud. Burgund. rubric. 4. d. 17. num. 8. pag. 730. & probat
 in l. fructus, ff. de usuris, & in l. frugem, ff. de verbor.
 signific. & tradunt Bald. in l. ancilla, C. de furt. Barthol.
 Socin. in cons. 82. num. 23. lib. 4. Cephal. in cons. 595.
 num. 2. lib. 4. qui disputat quæstionem de pacto facto,
 quod si facultates anni diuidantur, an veniant ligna?
 & legendus est etiam Nicol. Boer. decif. 51. num. 1. cum
 seqq. vbi num. 2. tradit an fructuum appellatione veniant
 thesauri, lapidicinæ, argenti fodinæ, quæ non renas-
 cuntur; & num. 7. quod nemus in redditum dari potest,
 & quid de pinero, vide Anton. Gam. decif. 104. & ad
 quem pertinent arbores vento deicte, & explicat Io-
 seph. Ludouic. decif. 5. ex l. arboribus, ff. de usufruct. Ca-
 gnol. in l. 2. C. de rescind. vendit. q. 54. num. 181. & tradit
 Chaffan. d. §. 17. num. 9. ad quod legi debet d. l. 27. tit. 11.
 part. 4. & quod scribit Gloss. Par. p. 1. consuetud. Paris. §. 1.
 gloss. 1. n. 51. fol. 15.

Et quid in vestimentis & aliis rebus quæ vtu t̄ con-
 sumuntur, qualiter possessor bonorum maioratus pro
 his debeat cauere, constat ex §. constituitur, Insit. de
 usufructu, vbi Ioann. Faber de hoc tractat, traditur
 per Antonium Card. & Imol. in cap. vltim. de pig. & est
 bonus rex. in l. si vini & olei, ff. de usufruct. eorum quæ
 usu consu. & late examinat Barth. Socin. in consilio 9.
 numer. 2. cum aliis, lib. 4. vbi plura tradit in ista ma-
 teria necessaria, Alexand. cons. 58. numer. 6. lib. 3. Pinel.
 in l. 1. p. 2. numero 80. Cod. de bon. mater. quem lector om-
 nino legat, late Roland. cons. 92. numero. 23. lib. 1. &
 qualiter sylua, super qua est lis, possit sequestrari, si
 reas velit syluam cedere, & vendere ligna, tradit And.
 Gail. obseruat. lib. 1. obseru. 145. numero 5. pag. 110. & quod
 quis possit vt pascuis declinat ad pascendum, socio
 inuito, resoluit Ripa resp. 93. num. 9. per l. 1. & 2. Cod. de
 pascuis publicis, lib. 10. & qualiter t̄ probetur consump-
 tio illarum rerum quæ vtu consumuntur, tradit no-
 tanter Alexand. in cons. 43. num. 3. lib. 1. Et an licitum sit
 possessori bonorum maioratus cedere syluam, & con-
 uertere in vineam, vel aliam rem vtiliorem, lector re-
 soluere potest ex scriptis per Rebuff. in dict. l. sylua cæ-
 dua, pagina 241. vers. de decimo, non potest, ad quod fa-
 cit tex. notabilis in l. si usufructus, §. sed si inter duos,
 vers. scilicet proinde, in illis verbis. Siquidem ei permittitur
 meliorare proprietatem: ff. de usufruct. & tradit Alex.
 in l. diuortio, §. si fundum, in fin. ff. solut. matrim. late Cor-
 bul. in tractatu de iure emphyt. tit. de causis priuationis
 obmutat. numer. 1. cum seqq. fol. 41. vbi alia adducit ad
 propostum eorum quæ hic tractantur; & notanter Al-
 uar. Velas in consil. 50. num. 1. cum seqq. D. Ioan. del
 Castillo in tractatu de usufruct. cap. 24. lib. 1. Chaffan. in
 consuet. Burg. d. rubr. 4. d. 17. vers. & si similiter, pagin. 730.
 num. 9. tit. des droitz, & ad hoc legenda sunt quæ scri-
 bit Cæpol. in tractatu de seruit. tit. de ser. rusti. pra. d. c.
 22. de montibus: num. 10. pag. 362. & quæ scribit Tiraq.

lib. 1. de retract. §. 3. gloss. 1. numer. 24. Menoch. dict. cons.
 13. num. 5. & ex his quæ nouissime scribit Per. Barb. in
 l. diuortio, §. si vir. numer. 31. cum seqq. pag. 1083. ff. solut.
 matr. & Menoch. in cons. 372. numero 31. lib. 3. vbi tra-
 dit t̄ an emphyteuta possit syluam cedere, & quod
 dominus syluæ venatoriæ possit ligna, & arbores cæ-
 dere ad vsum ædificiorum, vel ob aliam necessita-
 tem, commodi, & lucri sui gratia, dummodo modera-
 tè hoc faciat, & more maiorum, & secundum consue-
 tudinem antiquitatis obseruatam, ita vt non officiat ser-
 uiti iuris venandi, resoluit And. Gail. obseruationum
 lib. 2. obserua. 67, numero 9. pagina 183. vbi plura in
 materia scribit: & in obseruatione precedenti 66. quali-
 ter ius venandi sit seruitus realis, & quomodo probe-
 tur, & quod requiratur tempus immemorabile tanquam
 in seruitute discontinua, & cuius sint fructus syluæ
 venatoriæ, & alia plura tradit idem Author obserua.
 68. numero 1. cum sequentib. Et in quæstione præcedenti
 tradidit quo supra scripti, An emphyteuta possit syluam
 emphyteuticam extirpare? & qualiter concessio vtu ne-
 moris, vel sciendendi ligna, aliis concedi possit, si om-
 nibus sufficiat, tradit Laurentius Rodolphus in tracta-
 tu de cautelis, cautela 179. num. 7. & an creditor qui
 habet syluam hypothecatam possit illam cedere, lege
 Baldum in l. si conuenerit, §. si quis cauerit, ff. de pignori-
 tia action. Gregor. Lopez in l. 15. tit. 13. part. 5. in gloss.
 in verb. semejante: & quod t̄ arbores syluæ cæduæ red-
 dant eam pretiosior, tradit Vincent. de Franchis
 decif. 390. num. 1. & idem Gregor. Lopez in l. 20. tit. 13.
 part. 5. in gloss. in verb. no use; vbi refert Bart. in dict. §.
 si quis cauerit, ad quem addo Gloss. Parisien. in con-
 suetud. Parisien. §. 23. num. 59. fol. 216. Et qualiter, quan-
 do plures anni sunt necessarii ad colligendos fructus
 syluæ cæduæ, An reputentur pro vno legendi sunt Io-
 seph. Ludouic. decif. 79. numer. 19. Barbof. in l. di-
 uortio, §. quod in anno, ff. solut. matrim. pagina 1006.
 tom. 1.

Et quid sit t̄ iudicandum de lapidicinis legendus est
 13 tex. in l. si fundus, vbi Imol. ff. solut. matrim. l. si ex lapidi-
 cina, ff. de iure dotium; Campeg. in tractat. de dote, p. 2.
 quæstion. 31. folio 91. Et an primogenitus possit retinere
 piscarias, stagna, columbarium, gatenam, & furnum,
 data fratribus compensatione, tradit Rebuff. in l. inter
 publica 17. pagina 106. ff. de verbor. sign. Sanlonem, quem
 citat in consiliat. art. 4. rubr. de successione. & latissime no-
 uissime tractat Castillo in tractat. de usufruct. cap. 25. per
 totum, folio 217. Possessorem autem maioratus t̄ pos-
 se venari in nemoribus, & capere, & occidere col-
 umbas in columbario, probatur in l. usufructuarium, §. si
 venariis, & in l. si merces, §. conductor; & in l. videam-
 14 mus, §. item prospicere debet; ff. locati: & ex scriptis per
 Cæpolam in tract. de seruitutibus rusticorum, cap. 42. de
 piscatione, num. 8. pagina 383. adde etiam quod cum
 ista causa, Rebuff. in l. inter publicam 17. pagina 160.
 ff. de verbor. signific. reprobat Ioan. Sanlon. in consue-
 tud. Turonens. art. 4. rubr. des success. des freres, qui dicit,
 primogenitum posse retinere piscarias, stagna, colum-
 barium, garenam, & furnum, iusta compensatione da-
 ta fratribus: id enim nullo iure probatur, & est contra
 regulam l. nec emere, Cod. de iure delib. cum con-
 cordantibus; & ista est sententia magis aures demulcens,
 quam iuridica.

Sed est quæstionis, possessor bonorum maioratus,
 t̄ qui habet syluam cæduam, vendidit certam arborum
 15 quantitatem, & recepit totum pretium, vel partem, &
 antea quam emptor arbores extirparet, & scienderet,
 decesserit, an sequens in gradu, & successor in ma-
 ioratu possit impedire arborum, & lignorum scissio-
 nem? Quæstio est quotidie contingibilis, quam remit-
 to ad scripta per Gloss. Parisien. in simili casu scriben-
 tem p. 1. consuetud. Paris. §. 1. numer. 36. fol. 45. ad hoc le-
 gendum ad quem addo text. in l. ligni, §. filius, ff. de
 legat. 3.

de ab illi
 lib. 8 cap.
 15 art. 11

legat. 3. l. fructus, ff. de usu l. frugem, ff. de verb. signific. Bald. in l. ancilla, C. de furtis; Bartho. Socin. in cons. 82. numer. 23. lib. 4. Durand. de arte testandi, tit. 6. cautel. 53. num. 3. Cephal. in cons. 595. numer. 3. & 20. lib. 4. Rebuff. in l. Carbonum appellatione 167. pag. 792. ff. de verb. sig. & qualiter habentes iurisdictionem communem ea uti possint, tradit eleganter Deci. post alios quos citat in cons. 249. Ripa in l. servi electione, §. Labeo, numer. 14. fol. 108. ff. de leg. 1. Rebuff. in l. reit e dicimus 25. §. Quintus Mutius, pag. 213. ff. de verb. sign. Et qualiter flagnum piscarium, furnum, & alia similia diuidi debeant inter primogenitum, & fratres, & quid illis dare teneatur, declarat Nicol. Boer. in consuetud. Bituricensium. les Coustumes de Tours, pagina 158.

QVÆSTIO XL.

Maioratus res si legetur, an sit præstanda, vel illius æstimatio.

SVMMARIVM.

1. Testator si grauet successorem in maioratu, ut præstet aliquam rem maioratus, an eam præstare teneatur.
2. Auctoris sententia.
3. Maioratus re legata, debetur æstimatio.
4. Quid in fendo, & n. 5. & 25.
6. Legata re vinculata per Tertium & Quintum an debeatur æstimatio.
7. Difficile tanquam impossibile indicatur.
8. Legatum rei, cuius alienatio à Principis voluntate dependet, tanquam impossibile non tenet, & numer. 21.
9. Rem maioratus si quis promittat, non obligatur neque ad æstimationem, & n. 30. ubi distinctio quedam Gregor. Lopez inter bona auctoritate Principis aut privata, vinculata, resellitur.
11. Prohibitio Regis circa alienationem bonorum maioratus cum prohibitione testatoris fortius operatur.
12. Duplex alienandi prohibitio ubi concurrat, non currit præscriptio etiam longissima.
13. Fendum & fructus eius pro vicia delinquentis possunt alienari.
14. Non tamen ubicumque bona sunt prohibita alienari ex dispositione hominis, & legis & an tales prohibitiones debeant exprimi, n. 19.
15. Intellectus ad l. 40. 17. & 44. Taurinas.
16. Fœmina qua ex dispositione legis & hominis excluditur, in totum remanet exclusa.
17. Iuramentum, in quo prohibitio legis & hominis concurrunt, distictè tollitur.
18. Prohibitio testatoris, ne minor rem alienet, etiam sine causa valet.
20. Fundator maioratus si prohibeat filiorum illegitimos successorem, valet talis prohibitio.
22. Impossibile nulla est obligatio.
23. Factum Principis tanquam casus fortuitus reputatur, & numer. 63.
34. Laicus si decimas leget, æstimatio non debetur.
26. Legatum rerum, quarum non est commercium, vel difficiliter habetur, non tenet, nec quoad æstimationem, & n. 31.
27. Verba testatoris debent intelligi de casu qui venit iure communi, non ex dispensatione.
29. Licentia ex diuturnitate temporis non præsumitur ad extrahendum bona à maioratu.
33. Difficile & impossibile qualiter equiparentur.
34. Officia publica, qua vendi solent, an computentur in legitimam, vel diuidantur inter virum & uxorem tanquam communia, & n. 36.
35. Census an possit super officiis publicis imponi.
37. Dispensatio in tertio gradu facilis reputatur.

38. Imputandum est ei qui non impetrauit solita concedi.
39. Princeps an faciat iniuriam, si non concedit, quod solitum est concedi.
40. Facultates ad alienandum bona maioratus, non conceduntur ex eo quod aliquis eas leget.
41. Fundantes se in stylo, quod aliqua res est solita concedi tenentur præcisè probare concessionem in casu de quo agitur.
42. Specialia non sunt in consideratione, donec impetrentur, & n. 45.
43. Conditio, si nupserit alieni de familia, debet intelligi in gradu permissio absque dispensatione.
44. Voluntas Principis præsumitur qualis de iure debet esse.
46. Princeps an possit donare res ad communem usum deputatas.
47. Conditio apposita per fundatorem maioratus quod quis contrahat matrimonium intra quartum gradum, an valeat.
48. Promissio vendendi officia publica etiam cum iuramento, non tenet.
49. Conditio maioratus si grauaui successorem ponere aliquam rem in maioratu, & successor maioratum accipit, an talis res maneat vinculata.
50. Legatum si fiat adiecto granamine quod bona maioratus diuidantur, quid iuris?
51. Æstimatio debetur mulieri uxori & Tabellionatus, vel alterius officij, quod ipsa de per se seruire non potest.
52. Impossibile qualiter aliquid dicatur.
53. Obligatus ad impetrandam Regiam licentiam ad obligandum bona maioratus, vel ad faciendum maiora-tum, monstrare tenetur diligentiam, & numer. 56. & 57. Si tamen adhibita diligentia ob aliquod legitimum impedimentum non impetrauit, ad nihil tenetur, numer. 60.
54. Dolum videtur committere qui non facit id, ad quod tenebatur.
55. Negligentia & culpa eius arguitur, quod aliquid potest consequi iuris remediis oportunis, si illis non utatur.
58. Negligentia regulariter non præsumitur, Qualiter probetur, numer. 59. & 61.
62. Indemnem aliquem conseruare si quis promissit, de facto Principis non tenetur.
64. Regia facultas ad obligandum bona maioratus non potest impetrari, lite nota.
65. Facta executione ab homine non est locus purgationis mora.
66. Dispensatio non potest impetrari lite pendente, non facta mentione de lite.
67. Si quis se obliget ad dandum centum, & ex conuentione illa habeat facultatem dandi aliud, puta terras, aut quid simile, si patitur super petitione facta de centum litem contestari, an possit ulterius dare terras.
69. Verba reformationis non habent vim exclusiuam de presenti.
70. Maritus an possit ratificare contractum per uxorem factum absque eius licentia, si in iudicio opponatur contractum per uxorem factum esse nullum.
71. Conditio impossibilis de iure aut de facto vitiat dispositionem.
72. Interpellatio an requiratur ad hoc ut mora incurratur, ubi est dies apposita, intra quam quis se obligauit facultatem impetrare.
73. Cadens à contractu videtur ab ipsius parte cadere.
74. Factum non dicitur quod non est perfectè factum.

Quadragesimo pro conclusione huius quartæ partis examinare decreui quæstionem quandam, quam ante me tractauerunt tres insignes nostræ nationis Scriptores, post quos (vt reor) noster hic labor non inutilis erit. Quarto igitur, si quis leget rem maioratus,

maioratus, an talis res, vel eius æstimatio sit præstanda per hæredem, vel grauatam.

Quoad primum, & scilicet; an res legata præstari debeat ubicumque est vinculo maioratus astricta, est sciendum, quod Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus, ampliat. 7. num. 4. C. de inoffic. testam. tradit quod si testator grauet filium primogenitum hæredis patris ultra legitimam institutum, quod alteri tradit aliquam rem, quæ eidem filio post mortem alicuius erat restituenda ex vinculo aliquo tenetur talis filius eam rem tradere legatario, vinculo non obstante. Mouetur per legem filiusfamilias, §. cum pater, ff. de legat. 1. & l. vnum ex familia, §. sed si vno, ff. de legat. 2. Et ista sententia sollicitur ex quodam dicto Gregor. Lop. in l. 11. in verb. luya, tit. 9. part. 6. vbi affirmat, quod si possessor maioratus leget rem maioratus sequenti in gradu, quod hoc operabitur, vt si res maioratus sit alicui iure pignoris obligata, eam hæres soluere, & redimere teneatur: & per aliam doctrinam Angeli in cons. 137. Præmissio ad euentiam, num. 2. vbi tradit, quod prohibitio testatoris de vendendo, non eximit rem à commercio nostro, per l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat. 1. & l. vltim. §. sin autem, C. communia de legat. & pro hac sententia plura scribit Simon de Preis lib. 5. de interpretat. defunct. voluntat. 3. & vlt. interpretat. dubitat. 1. num. 119. cum sequentibus, fol. 564. & tradit idem lib. 3. dubitation. 6. solution. 5. numer. 22. folio 574.

Sed illa doctrina Roderici Suarez & nequaquam mihi placet, cum non sit in potestate grauari rem illam dare, cum futuris successoribus in infinitum sit seruanda, in quorum præiudicium nihil testator disponere potest: lid quod nostrum, ff. de regul. iuris l. 13. tit. vltim. part. 7. nec filius grauaui in tali legato consentire potest in præiudicium vocatorum, l. non debet, ff. de reg. iuris. Et ista plusquam manifesta sunt, & constat euentissimè ex his quæ scribo in princip. huius 4. part. & in aliis pluribus locis huius tractatus. Et ita Episcop. Couarru. in cap. filius noster, num. 4. fol. 149. de testam. coactus fuit moderari quadam distinctione doctrinam Suarez. eam intelligendo quoties res legata, est ipsius hæredis, vel ei restitui debet iure fideicommissi; sed si res illa est prohibita alienari, & vinculo maioratus subiecta, solum tenetur hæres ad solvendam æstimationem, vel habebit legatarius vsumfructum pro vira ipsius grauari: quod ipse latius fundat; sic intelligendo dictum §. sed si vno: de quo lector omnino videat notabile consilium Paris. 57. num. 25. libro 5.

Et ex hac doctrina oritur disputatio secundæ quæstionis, quam examinare protulisti, an hæres teneatur soluere legatario æstimationem rei legatæ, quoties res, quæ legata fuit, est alienius maioratus, & vinculo restitutionis obligata? In quo articulo, vt prædixi; Episcop. Couarru. tenet, quod debet solui æstimatio per legatarium: & idem tenet Molina, (non relato Episcopo Couarru.) lib. 2. de primogen. cap. 10. num. 70. fol. 312. & Episcopum Couarru. nouissimè citat Ioan. Gratian. Falc. reg. 29. num. 7. vbi etiam hoc refert: pro qua sententia ego adduco text. notabilem in l. non dubium, §. vltim. ff. de legat. 3. ubi: Sed si cui legatum relictum est, vt alienam rem redimat, vel præstet, si redimere non possit, quod dominus non vendat, vel immodico pretio vendat, iustam æstimationem præstet: Et ibi Gloss. concordantes refert, ad quam legem facit l. 38. tit. 9. part. 6. & doctrina Ioann. Fabri in §. non solum, num. 8. in finalibus verbis, Institut. de lega. vbi dicit; quod si legetur res feudalis, & quæ non potest alienari, debetur æstimatio talis rei, quia de se est alienabilis: veruntamen propter quandam causam extrinsecam prohibetur ne alienetur, seu detrahatur dominis; citat text. in l. care-ra, §. si duobus, ff. de legat. 1. quæ doctrina magis mouere potest pro sententia Episcopi; & illorum, qui magis faciunt argumentum de rebus feudilibus, ad res maioratus: quod tamen qualiter sit intelligendum,

ego in aliis locis adnoto; & punctum vtrum legata, vel relicta filio re feudali, debeatur æstimatio, late, & notanter more solito agit Matth. ab Afflic. in cap. 1. §. praterea Ducatus, num. 30. fol. 316. de prohibita feudali alienat. per Federicum: & doctrinam Fabri refert Socin. Iunior in cons. 72. num. 10. lib. 1. qui ad hoc citat Bald. in cap. in princip. num. 2. fol. 19. de successione feudorum; vbi tradit, quod si testator de certa scientia legat rem feudalem, debetur æstimatio per l. cum alienatus, C. de legat. & Curtius Iunior in cons. 30. num. 10. tradit singulariter, quod fœmina potest petere, vt mittatur in possessionem rerum feudalium, saltem ad æstimationem. Vbi num. 6. resoluit piam & fauorabilem conclusionem: quod si Fratibus Minoribus legetur fundus, possunt petere æstimationem in pecunia: ex Bart. in tractat. Minoritarum, Alexand. & aliis, dist. §. constat. Pro quo facit, quod Operæ Ecclesiæ Sancti Francisci relinquere potest, & valet legatum, secundum Bart. in l. seruos, ff. de aliment. legat. & in l. ciuitatibus, ff. de legat. 1. Deci. in cons. 299. num. 12. quod quotidie fit; & materiam tractat nouissimè Antonius Peregrinus in tract. de iure fisci, lib. 3. cap. 14. num. 1. cum sequentibus, pagin 149. Gregor. Lop. in l. 14. tit. 5. part. 6. in gloss. in verbis a cada vno del pueblo: de quo legenda sunt scripta per Felin. in cap. in presentia, num. 52. de probat. & legi debet cons. 13. & 14. Nauarri, tit. de testam. lib. 1. pag. 209. Natta consil. 441. num. 18. lib. 2. & faciunt scripta per Frat. Manuel Rodriguez tom. 3. quæst. 3. artic. 13. & in aliis pluribus locis, ad quæ addo notabile consilium Carol. Ruin. in cons. 200. num. 20. lib. 2. vbi concludit, quod si Monasterium non potest succedere in bonis emphyteuticis, debetur ei æstimatio: quod tradunt Paul. de Castr. Aretin. & Alexand. & Iaf. in dist. l. apud Iulianum, §. constat, ff. de legat. 1. Simon de Preis de interpretand. defunct. volum. lib. 5. dubitat. 1. num. 11. fol. 564. Calderin in consil. 20. tit. de testam.

Quibus conuenit, quod legitima est capienda in pecunia de æstimatione feudi, secundum Andr. de Ifern. in cap. Imperialem, de prohibita feud. alienat. num. 8. fol. 97. de quo per Laudens. in tract. de primogenit. c. 9. Lucam de Penna in l. 1. C. de imponend. lucrat. descript. lib. 10. quos citat Anton. Capicui decif. 2. num. 6. Incidenter autem in honorem Beati Francisci, quem ego patronum habeo, etiam animaduerto, quod licet Fratres Franciscani non possint institui hæredes, Ecclesia tamen ipsa Minoritarum capax est hæreditatis; vt fundat notanter Paulus de Castro in cons. 234. In causa appellationis, lib. 2. ex Bart. in tract. Minoritarum, lib. 1. distinet. 5. & legenda est decisio Iacob. Putei 286. part. 1.

Sed in dict. doctrina Ioann. Fabri & Baldi, non multum est fideendum in nostro proposito. Imò & si testator leget rem feudalem etiam sciens pro anima, quod non debeatur æstimatio, tenet idem Bald. quem dolendum est toties sibi contradixisse, in cap. 1. numer. 3. fol. 36. qualiter feudum alienari possit: motus per illum textum, quem ad hoc etiam ponderauit in l. 1. num. 4. C. de Sacrosanct. Eccles. & idem voluerunt Aret. in l. apud Iulianum, §. constat, ff. de legat. 1. Cephal. cons. 369. num. 32. lib. 3. Parisius in cons. 7. num. 13. lib. 1. & alij. quos refert Socinus in cons. 74. num. 20. lib. 1. vbi dicit hanc esse veriorem, & communiorum opinionem, Roland. consil. 41. num. 31. lib. 2. & faciunt quædem scribit consil. 58. num. 1. cum aliis, lib. 2. & consil. 79. num. 6. eodem libro, & cum hoc residet Petrus de Ferrara in forma libelli, quo agit ad renocat. feud. num. 28. pag. 288. & ista est communis opinio secundum Francisc. Manticom in tract. de coniect. men. defunct. lib. 9. tit. 11. num. 1. pag. 417. quæ confirmantur ex resolutione Bartoli, & aliorum in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat. 1. præcipue Socin. Iunior num. 92. fol. 187. qui volunt, quod si legetur res prohibita alienari, debetur æstimatio, notat Cephal. cons. 183. num. 48. lib. 2. faciunt scripta per Carol. Ruinum cons. 139. num. 24. lib. 5. Bursat. consil. 199. num. 31. cum sequentibus lib. 2. pro quibus facit resolutio tradita

in decif. Pedemont. 167. num. 20. vbi fundatur, quod stitior est prohibitio alienationis rei feudalis, quam rei minoris, vel Ecclesiae, aut fideicommissi subiectae; & idem decif. 171. num. 13. Vnde illud argumentum de rebus feudalibus in contrarium iuste retorqueri potest: ex quo videtur, quod sicuti rei feudalis legata per testatorem etiam scienter, & in fauorem animae, non debetur estimatio, ita si legetur res maioratus, estimatio danda non est.

Et ex isto fundamento, & aliis, quae statim tradentur, semper ista opinio mihi magis placuit: praedictam etiam Episcopi sententiam tenere videtur, cum quadam tamen distinctione, Gregor Lopez in l. 10. tit. 9. part. 6. in gloss. in verb. de la comprar, ad medium; dicendo cogitandum esse, quod si legetur res, quae est vinculata ex facultate Principis, non debetur estimatio, per tex. in dist. 8. constat: si vero res maioratus est vinculata priuata auctoritate, vt in Tertio & Quinto, tunc si scienter legata sit, debetur estimatio, per Glof. Bart. & Paul. in d. l. vnum ex familia, §. sed si fundum. Postea autem inclinare videtur, quod indistincte testatore legante rem maioratus, debetur estimatio, si scienter leget. Et contra horum sententiam facit ratio generalis dist. 8. constat, vbi prohibitum est legari res, quae in commercio possideri, aut haberi non possunt, nisi Principis facultate; & talia legata, veluti impossibilia non valent, neque quoad estimationem, de quo legenda sunt quae scribit Albericus in l. filiusfamilias, §. si quid alicui, ff. de leg. 1. Socin. Iunior d. consilio 74. n. 18. lib. 1. Franciscus Mantica lib. 9. de coniectur. ment. defunct. tit. 9. numer. 8. pagina 413. qui legi debet in ista materia per totum illum titulum, & in tit. 10. 11. & 12. sequentibus, Felin. in cap. Ecclesia sancta Maria, num. 86. de consuet. & regula, quae dependent à voluntate Principis reputentur impossibilia, tradit Decifio Pedemont. 26. numero 7. Aymon in bono casu, in consilio 273. num. 12. versio. quinto dico, Menochius cons. 293. numer. 12. lib. 3. Simon de Pretis libro 2. de interpret. defunct. volunt. interpretat. 2. dubitat. 2. solut. 2. numer. 82. fol. 136. Ludouicus de Sardis in tractatu de legitimat. 8. vol. tractatum, cap. de legitim. per matrimonium, numer. 4. folio 36. Quinimo de iure, quod est difficile, reputatur impossibile: l. cum plures, §. vestimenta, ff. locat. l. cum sanè, cum Glossa, ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt, tradit Gama decifio 21. num. 3. & non dicitur posse fieri, quod sine dispensatione fieri non potest: vt tradit late Castillo in l. 11. Tauri, num. 4. §. 6. & traditur in l. 43. tit. 5. part. 1. vbi Gregor. Lopez quos & Episcop. Couarru. citat Ioan. Garcia Falcon. reg. 40. numer. 2. & faciunt scripta per Cald. Percir. in tractatu de nominatione emphyteus, quast. 20. num. 30. & 31. folio 230. Cephal. cons. 407. num. 41. lib. 2. & cons. 104. num. 1. eodem lib. Cum ergo res maioratus sit prohibita alienari nisi ex facultate Principis, & interuenientibus iustissimis causis, nec in rebus maioratus sit commercium nisi in fauorem vocatorum, sequitur quod idem, quod in dist. 1. cauetur in legato platearum, & aliarum similium rerum; seruandum est in legato bonorum maioratus, nam qui eisdem gaudent, talis possessio, & dominium est ad tempus limitatum, sicut illorum, qui gaudent vsu platearum, & aliarum rerum communium; qui licet istis rebus vtantur, vsus est tanquam alienarum rerum, & in quibus eisdem non est libera, neque absoluta dispositio; & hoc sequitur nouissime contra Episcop. Couarr. vbi sup. Menoch. in tractatu de praesumption. lib. 4. praesumpt. 117. numero 7. folio 225. vbi refert ista; & idem tenet Antonius Gomez lib. 1. variat. resolut. cap. 5. num. 24. illation. 25. quem refert & sequitur dominus Antonius de Padilla in l. pradia, Cod. de fideicommissis, num. 2. fol. 44.

Præterea ista opinio magis fulcitur ex d. l. 13. tit. 9. p. 6 vbi dicitur, Las cosas que son señaladamente de los Reyes, assi como los palacios, e las buertades, e los cilleros, que son cosas que no deuen ser vendidas, ni enagenadas en ninguna manera sin mandado dellos. Ad idem est bona lex 6. tit. 29.

par. 3. ponderanda sunt verba illius lex. 13. ibi, ni enagenades en ninguna manera sin mandado.

Ex quibus colligitur quaedam ratio generalis determinans, quod in omnibus casibus in quibus alienatio fieri non potest nisi cum Principis auctoritate, legatum est inefficax, etiam quoad estimationem, quia singula non possunt legibus comprehendere: non possunt, si de legibus. Et ex illa ratione, sin mandado dellos, cum aliis verbis praecedentibus, & sequentibus lege ampliari potest: l. cum pater, §. dulci sumis, ff. de leg. 2. cum concordantibus. Et ista inductio fulcitur, quia valet argumentum de bonis Regni, & capitulis, ad maioratus particulares, & membra, iuxta doctrinam Pauli in consil. 164. lib. 2. & aliorum, quae refertur in 2. p. huius operis, quast. 6. a. n. 2. & supra, in hac parte, q. 38.

Ex quibus consimio, quod scribit Parlad. lib. 2. quaestio: cap. 3. num. 51. vbi sustentat, quod si quis promittat rem maioratus, non obligatur, neque quoad estimationem. Et quod si dominus feudi non vult tradere possessionem feudi, potest vassallus agere ad feudum aequiualens, vel interesse, resoluit Bald. in cap. 1. §. inuestitura, numero 2. de noua forma fidelitatis, numero 14.

Ex his inferitur, vanam esse distinctionem Gregor. Lopez in d. l. 10. distinguentis inter bona vinculata pro maioratu, Principis auctoritate & bona vinculata auctoritate priuata: nam cum in vtroque casu res vinculata alienari nequeat, nisi Principe authorizante, & cum iustissimis causis, idem ius in vtroque casu seruari debet: l. illud, ff. ad l. Aquiliam, cum vulgaribus. Quam distinctionem sentit etiam idem Gregorius Lopez in d. 13. in gloss. in verb. sin mandado dellos, vbi vult, quod si scienter legetur res maioratus, quam fundator vinculauit Principis potestate, non debetur estimatio talis rei legata. Cuius opinio (vt praedixi) procedit etiam vbi in vinculatione bonorum maioratus non adfuit Regalis facultas, cum sufficiat voluntas testatoris, quae Principis maiestate irritari non debet; l. si testamentum, Cod. de testamentis; Clement. quia contingit, de religiosis domibus, cum concordantibus, quae late trado in 2. p. huius tractatus in princip. & in princip. huius 4. part. licet negari non possit, quod vbi cumque bona sunt vinculata Principis auctoritate, & decreto, maiori sunt affecta prohibitione, tam quia in isto casu duo vincula concurrunt, & ideo magis vrgent, autem, multo magis, Communia de successione, cum similibus quae trado in 2. p. tractatus, quastio. 7. numer. 2. cum aliis, quam quia testatoris & legis prohibitio de non alienando magis vrgent, ac operatur; iuxta tex. in Authen. de alienatione & emphyteus, sanctissimas, Glof. in l. vltima, in gloss. magna ad finem, §. de rebus alienis non alienan. Glof. & Bart. in l. ca lege, C. de condit. ob causam; notat Iaf. in l. filiusfamilias, §. diui, in repetitione, num. 14. ff. de legat. 1. Carol. Ruin. in consil. 37. num. 14. lib. 3. & in consil. 80. num. 12. lib. 3. vbi ex hoc decidit, quod quando testator prohibet filios illegitimos succedere, & simul prohibuit impetrare legitimationem, legitimatio in contrarium facta non valet; idem eleganter in consil. 147. num. 14. libro 2. Socin. Iunior in consil. 48. num. 9. lib. 1. late Cepola in l. si contra, num. 29. pag. 399. ff. de vsucap. pro emptore; Molina lib. 1. de primogen. cap. 20. num. 15. fol. 156. facit sententia Ioan. de Ligna, contra Glossam, ibi in cap. 1. de constitutione, in 6. vbi vult, quod particularis constitutio disponens idem quod ius commune, non reuocatur per ius commune contrarium; quem ibi sequitur Francus num. 29. Ad confirmationem regulae d. l. sanctissimas, vide Roland. cons. 70. num. 70. lib. 3. & cons. 7. num. 75. eodem lib. & cons. 98. num. 20. cum aliis lib. 2. Socin. Iunior consil. 16. numer. 22. lib. 4. Celsus cons. 46. num. 16. Carol. Ruin. consil. 82. num. 4. lib. 4. Roland. consil. 7. num. 73. cum sequentibus, lib. 3. ex quibus tradit Cephal. in consil. 197. num. 25. lib. 2. quod duplex exclusio, scilicet legis & hominis, omnino excludit, idem etiam Cephal. in consilio 276. num. 26. & conducunt scripta per eundem Cephal. consil. 199. numer. 20. & consil. 264.

consil. 264. num. 11. eodem lib. vbi tradit, quod prohibitio hominis expressa iuncta legis tacita, facit, vt omnis alienatio prohibita sit: & tradit idem Cephal. cons. 235. n. 13. & cons. 296. n. 4. eodem lib. & cons. 163. num. 60. lib. 1.

Venit etiam, quod vbi concurrat duplex alienandi prohibitio, non currit praescriptio etiam longissima, vt per Carol. Ruin. cons. 41. num. 27. lib. 1. & alios quos retuli supra in hac parte, quast. 21. in fine, & bona fideicommissi non possunt alienari ob causam dotis vbi concurrat prohibitio legis, & hominis, vt resoluunt Carol. Ruin. consil. 123. num. 12. lib. 2. qui plures refert, Marzarius de fideicommissis, part. 2. quastio. 40. Iosephus Ludouicus decif. 71. num. 19. & tradit Menoch. in loco infra citato. Sic inquit singulariter Alexand. in cons. 33. num. 12. lib. 1. quod licet regulariter feudum transficari possit pro vita delinquentis, & fructus eius, l. Status Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iure fisci, cum similibus, fallit vbi cumque bona sunt prohibita alienari ex dispositione hominis & legis; quem citat Augustin. Beroius in cons. 178. num. 12. lib. 1. quod dictum retuli in 2. part. quast. 3. & in hac 4. part. quastio. 23. & facit quod scribit Menochius consil. 151. num. 27. lib. 2. Et Glof. in cap. verum, de conditionibus appositis, quae voluit, quod quando res donatur Ecclesiae cum conditione, quod non possit alienari, si habet alia bona, illa res non potest alienari etiam ob euentem necessitatem, vel vtilitatem; notat Matthaeus de Afflictis decisio. 17. Regia Curia, nu. 5. pro quo facit tex. in l. omnia, C. de paganis, & templis eorum, egregia l. 2. in fine, tit. 14. part. 1. vbi legendus Gregorius Lopez in gloss. in verb. euiesen dado: & tradit Bartholom. Socin. in cons. 75. n. 4.

His conuenit singularis Pauli Castrenf. doctrina in cons. 263. Circa primum quaestum, dab. 2. num. 3. lib. 2. vt probat, quod vbi testator relinquit bona titulo fideicommissi, & prohibuit alienari, concurrit duplex prohibitio, vna expressa à testatore, altera tacita, quae inducitur à lege ex eo quod bona subiacent restitutioni fideicommissi; refert & confirmat in egregio casu Decius consil. 485. num. 3. Carolus Ruin. cons. 23. num. 12. lib. 5. & in cons. 195. num. 6. lib. 1. Ex his etiam venit, quod si in inuestitura feudi sit positum pactum de non alienando, tunc tale feudum subfeudari non potest, quia geminata prohibitio ampliat; secundum Bald. & Aluarotum in cap. 1. §. praeterea, de leg. Cortad. quos citat Zasius in tractatu de feudis, in d. de feud. alienat. num. 17. pag. 303. Venit etiam, quod res relicta Ecclesiae sub conditione ne alienetur, non potest in feudum, secundum Iacobum Ardiz, & Aluarot. in cap. 1. qui feud. dare poss. Curtius in tract. de feud. part. 2. quast. 23. pag. 149. & alia adpropositum scribit Cephal. in consil. 461. num. 49. lib. 4. Socin. Iunior in cons. 31. numer. 72. lib. 2.

Hinc est, quod licet quis non possit allegare nullitatem hypothecae rei feudalis, nisi dominus hoc petat, vt per Carolum Ruinum in cons. 25. num. 14. lib. 2. fallit quando prohibita est alienatio per legem & hominem: quia tunc potest talis nullitas allegari, secundum Cephalum consilio 133. nu. 113. lib. 1.

Et ista praestant magnum argumentum pro intellectu l. 40. Taurina, praefertentis nepotem patris in successione maioratus, quia vbi cumque cum dicta. concurrat testatoris dispositio, representatio magis est admittenda; & etiam praestant argumentum pro intellectu l. 17. & 44. Taur. quae tractant qualiter melioratio, vel maioratus reuocari potest: nam vbi cumque cum prohibitione legis de non reuocando maioratum, vel meliorationem concurrat dispositio fundatoris maior est prohibitio, & magis operatur: pro quibus etiam facit singularis l. 55. in versio. mas

si por ventura, tit. 6. part. 1. Et ad hoc etiam facit, quod scribit Paul. Castrenf. in consil. 263. Circa primum, lib. 2. vbi tradit, quod si testator permittit minori alienari post viginti quinque annos rem alias prohibitam alienari, & ad fideicommissum obligatam, non videtur recedere à prohibitione legali facta in fauorem fideicommissi, declarat Carol. Ruin. in cons. 152. num. 4. & 14. lib. 2. & scribit Cephal. in cons. 197. num. 24. lib. 2. quod femina, quae ex dispositione legis & hominis excluditur, in totum remanet exclusa: & ibi alia ad propositum scribit; & faciunt scripta per eundem Cephal. in consilio 198. num. 16. cum sequentibus, eodem libro: & licet per pactum non possit quis prohiberi, vt non alienet rem, quoad impediendam translationem domini, fallit, nisi concurrat prohibitio in simul & legis, vt post plures quos citat tradit Carolus Ruinus in consilio 109. num. 5. libro 24. & plura ad propositum scribit nouissime Menoch. in tractatu de praesumptionibus libro 4. praesumpt. 189. num. 111. folio 337. qui materiam recte declarat post Carol. Ruin. in consilio 118. nu. 7. libro 2. ad quem addo quod scribit Seraphinus in tractatu de priuilegiis iuramenti, priuilegio 75. num. 46. pagina 447. vbi tradit quam difficiliter tollatur iuramentum, in quo concurrat prohibitio legis, & hominis; quod habui in practica in quodam casu singulari pragmatice datum, anno 1534. hodie l. 1. titulo 2. libro 5. Recopilat. in quo concurrebat prohibitio legis praedicta, & quoddam iuramentum; & tradit idem Seraphinus num. 51. & 52. dicto priuilegio 75. & legendus est Ofalcus consilio 49. num. 18. Matthae. ab Afflict. decisione 331. num. 4. Barbof. in l. 2. in principio, ff. soluto matrimonio n. 46. pag. 709. & facit quae scribit Cepola n. 36. pag. 401.

Et quando testator prohibuit minori, quod non alienet rem, prohibitio etiam sine causa valet, quia concurrat cum prohibitione legis, secundum Carolum Ruinum in consilio 212. num. 4. libro 1. Et vbi concurrat tacita prohibitio legis de non alienando cum prohibitione testatoris, statim possit agere vocatus non expectata morte vocati, tradit Marzarius in libro de fideicommissis, quastio. 37. quod latius scribo in 3. parte, quastio. 9.

Procedunt tamen praedicta vbi cumque prohibitio legis est expressa, & prohibitio hominis est expressa, non alias, vt notanter probat Carolus Ruinus in consilio 109. num. 22. libro 2. & faciunt quod notanter scribit Euerardus in egregia lectione centum locorum, loco 12. de feudo ad emphyteusim, vbi resoluuit, quod sicut si vassallus disponit de feudo, non debetur estimatio talis legati, eodem modo est in legato facto de emphyteusi, quae finitur per mortem emphyteutae, citat Bald. in l. vxor patris, C. de legatis, Bart. in l. quod in rerum, §. 1. ff. de legat. 1. Hostiens. & alios, & hoc tradit Euerard. in versiculo, per istam; & multum operatur, quod quis in rerum natura admittatur ad maioratum, vel fideicommissum tempore existentis conditionis, ex dispositione legis & testatoris, vt tradit Glof. Paris. in cons. 1. pro Duca de Villaber-mosa, n. 86.

Et ex praedictis alias inferebam, quod si fundator maioratus prohibuit in successione maioratus successione filiorum illegitimorum, talis prohibitio eo quod concurrat cum prohibitione legis, multum operatur. Et ad alia similia potest inferri intellectus, & confirmo, quia vbi cumque cum exemptione concessa concurrat ius commune, concessio Principis largius operatur, vt tradit Siluanus in consilio 66. num. 19. ex Glossa in cap. 2. de praebendis, in 6. Imola in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de legat. 1. & aliis scriptis per eundem Siluanum in consilio 1. num. 127. & scribit notanter Ofalcus decisione Pedemontan. 85. nu. 14. & idem quod Carolus Ruinus in dicto consilio 109. libro 4. resoluuit in notabili casu Curtius Iunior in consilio 174.

consilio 174. num. 19. libro 1. & quandam consuetudinem Aragoniæ in nostra materia limitat & intelligit Rolandus in consilio 70. num. 70. libro 3. vbi concurrunt dispositio hominis cum dispositione iuris communis, & faciunt scripta per Caldam Pereiram in tractat. de renouatione ad emphyteusim, quaestione 16. num. 12. folio 128. Decius in consilio 349. num. 3. Petra de fideicommissis, quaestione 8. num. 254. Vterius contra opinionem Episcopi, & Gregor. Lopez faciunt plura quæ pro ampliacione textus in dicto §. constat, tradunt Carolus Ruinus in cons. 168. num. 23. libro 3. Socinus Iunior in dicto cons. 74. quæ ad nostrum propositum sunt conducibilia: Aretin. & alij in l. continuis, §. cum quis ff. de verborum obligation. & Bald. in cap. cum non ab homine de iudiciis, Iaf. in l. illud num. 9. C. de collat. & in l. omnimodo, §. impetrari, C. de inefficacio testamento: Socinus in l. 1. §. ultimo, ff. de acquirenda possessione, & in l. Gallus, §. nunc de lege Felicia, num. 19. ff. de liberis, & posthumis, Angel. in §. femina, Institut. de adoptionibus; Ripa in l. ex facto, §. si quis rogatus, nu. 1. folio 164. ff. ad Trebellianum, qui omnes concludunt, quod legatum rei, quod cuius alienatio dependet à Principis voluntate, tanquam impossibile non tenet, nec eius æstimatio debetur. Nam impossibile quod nullus est obligatio, l. impossibile, ff. de regulis iuris: l. 2. titulo 1. part. 5. l. ultima, titulo 4. part. 4. l. 4. titulo 4. part. 6. Et non potest quis se obligare ad casum ex facto Principis procedentem, quia talis obligatio continet peccatum, & dat materiam delinquendi, secundum Bald. in cons. 395. Pro domino Dinardo, lib. 2. vbi addit, quod talis obligatio non firmatur iuramento, & quod factum Principis reputatur quod casus fortuitus, & idem Iaf. cons. 26. columna penultima, in fine libro 3. & confirmat ex pluribus Aymon cons. 233. num. 1. cum sequentibus, faciunt scripta per Caldam Pereiram in tractat. de nominatione ad emphyteusim, quaestione 20. num. 30. vbi tractat de dispensatione ad emphyteusim: quod autem vni soli est possibile cæteris reputatur impossibile, secundum Baldum in l. 1. num. 2. ff. de iniusto, rupto, irritoque fact. vnde dicit Ioan. Faber in dicto §. non solum, num. 4. quod si laicus, qui habebat decimam, eam legauit Ecclesiæ, cui de iure communi non competit, tale legatum veluti impossibile non valet, nec eius æstimatio debetur, de quo legenda sunt quæ scribit Curtius Iunior in consilio 31. & facit notabile consilium eiusdem Curtij 182. num. 12. libro 2. quem citat Sforcia Oddi in tractat. de integritate restitutionis, parte 1. quaestione 43. num. 3. pagina 609. vbi alia ad propositum scribit, quæ retuli supra in quaestione 23. & quæ notanter scribit doctissimus Bursatus in cons. 199. num. 36. cum sequentibus libro 2. vbi latè resoluit, quod Monasterio non debetur æstimatio rei emphyteuticæ, quemadmodum non potest habere ipsam rem emphyteuticam: ad quem addo Carolum Ruinum in cons. 200. nu. 20. libro 2. qui contrariam communem vocat cum Speculatore, & aliis. Et quod quando feudum relinquitur, vel res fideicommissa subiecta, nihil debetur legatario; tradunt Roland. in cons. 71. num. 18. libro 2. Socinus Iunior consilio 74. num. 19. libro 1. Petrus Surdus decisio 93. num. 29. qui idem tradit quando legatur res emphyteutica, post Iasonem in l. vxor parui, C. de legat. Carolus Ruinum consilio 25. numero 7: libro 1. & idem Surdus decisio 220. numer. 29.

Item si rectè inspiciantur verba & ratio Ioann. Fabri in dicto §. non solum, num. 4. quæ supra retuli, potius ex eis nostra opinio, quam contraria colligitur: quia ipse dicit valere legatum rei feudalis quoad æstimationem: quia cum solo consensu domini est alienabilis, de cuius præiudicio tantum tractatur, & non aliorum, & quia res feudalis regulariter est inalienabilis, verum propter domini consensum efficitur alienabilis. Ex quibus

rationibus patet, quod vbiunque res de sui natura esset inalienabilis, prout sunt bona maioratus, quæ de propria natura ex dispositionibus defunctorum sunt inalienabilia, & plurium voluntas requiritur ad eorum alienationem, sicut est necessaria in alienatione bonorum maioratus, vt latius doceo in principio huius quartæ partis, & in aliis locis, tale legatum non valet, nec quoad æstimationem. Et quod legatum rei feudalis non valet etiam quoad æstimationem, tradit Parisius consil. 7. numero 14. libro 1. ad quem addo Matthæum ab Afflicto in cap. Imperialem, in principio num. 36. fol. 200. de prohib. feud. alienatione per Federic. qui refert alios.

Cæterum pro nostra opinione etiam adduco Glossam in l. sed si res, in glossa prima, ff. de legat. 1. vbi ponendo distinctiones in hac materia dicit, quod legatum rei, cuius non est commercium, non valet, nec quoad æstimationem, & idem si commercium haberi potest, cum magna difficultate; quam Glossam sequuntur Bart. & alij ibi; & est similis in dicto §. non solum, in verbo, nec æstimatio, vbi Ioann. Faber, in dicto numero 4. decidit istam quaestionem fere in terminis: nam dicit, quod patria sunt non esse commercium alicuius rei, vel si sit, non tamen de iure communi, nec sine impetratione priuilegij, cuius non est verisimile Principem alienationem concessurum; quod est notabile, & expressum pro nostra opinione: & confirmo ex Curtio in consilio 54. numero 13. & 14. vbi tradit quod verba testatoris debent intelligi de casu, qui venit iure communi, & non ex dispensatione, quem citat Mantica libro 6. de coniecturata mente defuncti, titulo 6. numero 17. pagina 226. quod cito parte prima, quaestione 51. & facit, quod in materia nostra textus in dicto §. constat, scribit Molina libro 1. de primogeniis, cap. 13. num. 81. folio 111. & idem quod Curtius, tradunt Decius in consilio 511. num. 13. & 14. Simon de Pretis libro 3. de interpretanda defunct. volunt. dubitat. 3. solut. 4. num. 28. fol. 306. latius libro 5. in vltima interpretatione, dubitatione 1. num. 117. cum sequentibus, folio 564. & Glossa in dicto l. sed si res, ff. de legat. 1. sequitur Bart. in dicto l. multum inuereff, folio 16. & alij, Angelus, Aretinus in principio Institut. de inutilibus stipulat. numero 3. folio 173. & est communis opinio, quam etiam expendit Riparesponso 81. num. 26.

Et istam etiam conclusionem probat textus in l. 1. C. de contractibus indicum, vbi probatur, quod si donatio facta Iudici in loco, in quo iurisdictionem exercet, non valet, neque quoad æstimationem, propter publicam vtilitatem, ne iustitia peruertatur contrahendo amicitias: quem ad hoc ponderat Romanus consilio 504. numero 14. ex quo generaliter deducit, quod vbi alienatio prohibetur ratione publicæ vtilitatis, si facta sit, non valet, nec quoad æstimationem. Quod confirmo, quia bona prohibita alienari ob publicam vtilitatem præscribi non possunt, secundum Bald. consilio 227. num. 6. lib. 1. quem vtirosè refert Balb. in tractat. de prescription. 5. part. 5. part. princip. quaest. 4. num. 5. pagina 522. Quis autem ignorat, quod interest Reipublicæ, ne bona maioratus alienentur? licet Roman. loquatur in casu in quo alienatio est prohibita ratione publicæ vtilitatis principaliter, non secundariò. Et quod obligatus impetrare confirmationem rei prohibita alienari, non incidat in penam non impetrandò, quia reputatur impossibile id, quod à Principe impetrandum est; vt resoluit Celsus in consilio 111. num. 118. per doctrinam Baldi in cap. querelam, de iurcurando, & in cap. 1. vt lite non censeatur, Roman. in consilio 410. vt clarior reddatur, Hippolyt. in l. 1. §. Diuus, num. 119. ff. de quaest. & alia quæ citat & in consilio 54. num. 2. Ad hæc facit, quod

in dubio testator videtur legare rem, & ius, quod in ea habet, & non æstimationem, etiam si tale ius esset perituum morte testatoris legantis: l. quod in rerum, §. 1. l. si domus, §. ultimo, ff. de legat. 1. l. Stichus, ff. de peculio legato: l. vxor parui, C. de legatis, notant Bart. & Peralt. num. 27. pag. 662. in l. vnum ex familia, §. sed & si fundum, ff. de legat. 2.

Et ex istis omnibus comprobatur quædam noua, & singularis sententia Menchacæ libro 2. controuersiarum, cap. 63. numero 15. in versiculo, 9. limita, vbi tradit, quod licet regulariter ex temporis diuturnitate præsumatur licentia interuenisse, l. si filius familiaris, cum materia, C. de petit. hered. cum concordantibus, quæ refero in 1. parte huius tractatus, quaestione 45. non tamen ex diuturnitate temporis præsumitur licentia ad extrahendum aliquam rem à maioratu; cum difficile, imò impossibile reputetur, licentiam dare ad alienandum bona maioratus: Quod confirmatur ex his, quæ scribit Messia super l. Tolenti, fundamento 2. part. num. 47. folio 86. pro quibus etiam est decisio Iacob. Putei 257. num. 4. libro.... vbi probat quod dispensatio ad contrahendum matrimonium non præsumitur ex cursu triginta annorum, vbiunque dispensatio de facili non conceditur: ad quem addo doctrinam Ploti inter consilia matrimonialia, consilio 8. num. 10. quam cito parte 1. quaestione 50. num. 22. quod refert scire pro dispensationibus quæ petebantur ad contrahenda matrimonia inter consanguineos, quæ tempore Pij V. difficiliter concedebantur.

Concludo igitur, quod regulariter in casu prædicto non debetur res legata, neque æstimatio: licet in contrarium etiam faciat doctrina Bartoli in l. cum pater, §. cum pater, ff. de legat. 2. vbi vult, quod si legatur res prohibita alienari, debetur æstimatio, per illum textum, quem refert & sequitur Mant. de coniecturata mente defuncti, tit. 11. numero 12. pag. 419. & plura ad propositum scribit Bursat. in d. consil. 199. num. 3. cum seqq. lib. 2. quibus congruit doctrina Bart. in l. apud Iulianum, §. constat, numer. 2. ff. de leg. 1. vbi tradit, quod relictum Fratribus Minoribus cum onere, cuius implementum exigit Pontificis licentiam, est purum, reiecta ea conditione tanquam impossibili, notat Thomas Sanchez in tractatu de matrimonio, lib. 1. disputacione 5. n. 10. pag. 842.

Nec his omnibus obstat Glossa in l. si quis inquilinos, in principio, in verbo, ex voluntate, ff. de legat. 1. vbi affirmat, quod vbi testator scilicet legat rem, de qua non est commercium, debetur æstimatio: quare glossam sequuntur ibi Paulus, & Albericus, in dicto §. constat; Azo in summa, columna 4. Ioan. Faber, nu. 6. & Angel. Aretin. in dicto §. non solum, post Glossam ibi, in prædicto verbo, quæ hoc dicit procedere, dummodo appareat manifestè de voluntate testatoris, notat ibi Alexand. cons. 9. numero 14. cum aliis, libro 2. quos etiam sequitur Gregorius Lopez in dicto l. 1. cum quadam distinctione, & dummodo testator dixerit, lego talem rem, vel æstimationem; pro qua conclusione facit textus in l. non dubium, §. ultimo, ff. de leg. 1. vbi Glossa notabilis, faciunt scripta per Iasonem in l. cum alienam, numer. 6. & 7. Cod. de legatis, quia ista opinio est contra textum in dicto §. constat, & dicto l. 13. & alia iura consimilia: & communiter reprobatur Glossa in dicto l. si quis inquilinos, secundum Imolam ibi vbi Bald. dicit, quod Cinus, & omnes tenent contra Glossam, & opinionem Cin. sequitur Alexand. in dicto §. constat, num. 15. folio 29. & hanc opinionem, licet prædicta non referat, tenet Francisc. Mantica d. tractatu de coniecturata mente, libro 9. titulo 10. nu. 10. pagina 407. qui in hoc solitam diligentiam omisit; licet pro opinione Glossæ in d. l. si quis inquilinos, maxime faciat l. 14. titulo 7. par. 6. quam lector legat.

Et quod in ista materia tractari æquiparentur, difficile, &

impossibile, tradit in bono casu Dominicus in cap. ab exordio, in fine 35. distinct. & in cap. in Canonicis, 16. distinct. relatus per Felinum in cap. accipimus, numero 5. de fide instrumentorum, circa intellectum textus in cap. quia nos, de testamentis. Nec etiam contra istam nostram sententiam argui potest ex verbis d. §. constat; ibi: Cum distrabi non soleant; per quæ verba Doctores ibi, & in aliis locis concludunt, quod legatum rerum quæ distrabi non solent, nisi autoritate Principis, non reputatur impossibile, vt id Princeps solitus est concedere; quod præsupponunt omnes, qui de hac materia loquuntur, & notat Decius in l. ea quæ ratio, in fine 33. de regulis iuris, Franciscus Mantica de coniecturata mente defuncti, lib. 11. tit. 8. numero 17. pagina 501. Petr. Gambart. de officio Legari, libro 2. numer. 148. pagina 33. Paleot. de rebus & spiritibus, cap. 28. num. 4. 8. volumin. tractat. folio 58. & cap. 30. Episcopus Couarru. in epitome de sponsalibus, parte 2. cap. 3. num. 8. folio 28. Thomas Sanchez in tractatu de matrimonio, libro 5. disputacione 5. num. 5. pag. 845. & num. 12. Ioan. Gutierrez lib. 1. Canonicarum quaestionum, cap. 21. numer. 9. & legi debet quod scribit idem Thomas Sanchez ibi, numer. 15. & numer. 20. & 21. Episcopus Couarru. resolution. libro 3. cap. 19. numer. 6. vbi hoc disputat, quod an officia publica, quæ non possunt haberi sine Principis facultate, diuidantur inter filios? & an leges, & consuetudines istius Regni quæ mulieribus nuptis tribuunt medietatem bonorum acquiritorum constante matrimonio, habeat locum in talibus officiis? & an mulieres in eisdem habeant partem? de quo tractat latus Tellus in l. 26. Tauri, num. 11. Antonius Gomez in l. 29. Taurina, numer. 21. Ioan. Garcia de expensis, cap. 4. numer. 14. Mantienço in Dialogo relocatorum, part. 3. cap. 28. numer. 17. idem Mantienço in l. 3. titulo 9. lib. 1. glossa 4. numero 6. folio 265. & in l. 3. titulo 9. lib. 5. Recopilat. glossa 7. numero 3. folio 161. Felician. in tractatu de censibus, libro 1. cap. 3. num. 23. cum sequentibus, vbi resoluit, an census imponi possit super officij publicis, Michaël. de Palacios in practica Theologica, lib. 2. cap. 6. pag. 111.

Et quod titulus dignitatis infructuosus, licet sit vendibilis; non conferatur, tradit Aurhores referendo Mena in additionibus ad Ganam decisio 311. & alij, quos citat Azeued. in Curia Pisana libro 4. cap. 7. & vltim. numero 3. folio 137. quibus adde Crotum in l. frater à fratre, numero, 93. ff. de condit. indebiti; Rolandum in consilio 11. numero 10. cum aliis, libro 2. Menochium in tractatu de presumptionibus lib. 4. presumptione 78. numer. 46. fol. 128. Ripam in l. in quartam, numer. 163. cum sequentibus, fol. 149. ff. ad l. Falcidiam, vbi tractat de officio scriptoriarum Apostolicæ, & registro bullarum, & de aliis similibus officiis; Ioan. Garcia de conjugali acquæstu, num. 67. Et quod legatum rei, quæ pertinebat ad primogenitum valeat, vbi est solitus concedi assensus Regius, Ioan. Thomas Minadous decisio 33. Perotus, qui ad hoc mouetur per l. pater, ff. de adimend. legat. & per doctrinam Iacobi de Sancto Georgio in tractat. feudorum, pro quo etiam faciunt scripta per Bursatum consilio 56. num. 24. lib. 1.

Et ex prædictæ regulæ autoritate tradit idem Episcopus Couarru. in epitome de sponsalibus, cap. 3. in principio, numer. 8. folio 24. quod dispensatio in tertio gradu, & similibus, licet dependeat à Papæ voluntate, non reputatur impossibilis, quia est solita concedi, & facillimè dispensatur in tertio gradu, secundum Rebuffum in praxi beneficiarum, regula de dispensatione in gradu prohibito glossa 7. num. 7. pagina 375. quæ doctrina notanda est ad ea quæ tracto in 1. parte huius tract. quaestione 50. à num. 20. & Princeps videtur facere iniuriam quando non concedit solitum concedi, vt tradit Natta in consilio 164. n. 29. libro 1. quibus addo, quod non posse dicitur fieri, quod

cum dispensatione sit, veluti quis habere non potest duo beneficia, si sine dispensatione ea habere non possit, vt tradit Rebuff. in *l. nepos Proculo* 125. pag. 667. ff. de verb. significat. vbi refert dixisse in *praxi beneficiâli*, in 2. parte de dispensatione, & addit Rebuff. in *d. l. nepos Proculo*, quod si quis promiserit aliquam ducere in vxorem, si possit, non tenetur dispensationem petere, si illa sit consanguinea, vel aliâs prohibita, vt cum ea matrimonium contrahat, quamvis dispensatio valeat obtineri: illud enim impossibile censetur, quod ex dispensatione fieri potest, secundum Innocentium in *cap. Pastoralis*, de *caus. possessio. Barba. consilio* 56. *A. Ioue*: columna 7. libro 3. & consilio 7. *Illud*, columna 5. libro 4. & lege Nauarrum in *cap. accepta*, de *restitutione spoliatorum*, oppositio 10. & tradit etiam Quintilian. Mandosius in *regula Cancellariae*, *regula* 3. *quæst.* 31. num. 12. folio 130. Francus in *c. gratia*, num. 8. fol. 11. de *re scriptis*.

38 Et ista fulciuntur, quia imputandum est ei, qui non impetrauit quæ sunt solita impetrari, *l. qui cura maior*, §. 1. in *versiculo*, neque enim imputari, ff. de *bonis libertorum* l. 2. §. tractari, ff. ad *Tertul.* notat Romanus in *l. 2. ff. de re iudicata*, Decius in *consilio* 627. numer. 5. & alij vt per Tiraquel. *lib. 1. de retractu*, §. 32. *glossa* 1. & *unica*, num. 62. & 63. cui adde Ioan. Andream in *cap. commissio*, de *electio. in* 6. *Lapum allegatione* 9. Decius in *l. 1. numero* 31. de *officio eius*, cui mand. est *iurisd.* & Curtium Iuniorum, qui eleganter loquitur in *consilio* 182. *Sacratissima Trinitatis*, num. 2. *lib. 2.* Chassanæum in *consuetud. Burg. rubrica* 7. §. 13. folio 281. columna 2. numero 3. *versiculo*, non video, Peraltam in *l. si Titio*, num. 5. pag. 91. ff. de *leg.*

39 2. quibus est addendum, quod si Princeps facit iniuriam si non concedit, quod solet concedere: *l. 1. §. permittitur*, in *sine*, ff. de *aqua quotidiana & astina*; notat Natta *consilio* 164. num. 29. qui loquitur in *individo* in *licentia*, quæ petitur ad alienandum feudum, Burfatius *consilio* 56. num. 24. nam ad ista omnia, & alia similia multipliciter respondeo.

Primo nego assumptum, quod Princeps in ista specie, de qua agitur in hac questione, solet concedere facultatem ad alienandum bona maioratus: nam quis vnquam vidit concedi facultates ad alienandum bona maioratus ex eo, qui quod per aliquem scienter sint legata, vel per possessorem talium bonorum, vel alium quemlibet? Nec existimo, quod vique in hodiernum diem ob hanc causam aliqua data fuerit licentia ad alienandum bona maioratus: cum tales alienationes non fiant, nisi post plenam causæ cognitionem, & præmissis causis vtgentissimis, & cum magna utilitate talium bonorum, & plerumque aliis bonis subrogatis. Cum igitur hoc verissimum sit; quis in proposito, de quo hic tractatur, audebit affirmare legatum rei maioratus valere, & debere æstimationem? quia talia bona ex facultate Principis distrahi solent præcipue stante quadam notabili *decisione* Egidij à Bellamera 724. vbi tradit quod fundantes se in stylo, cuius virtute prætendunt, quod aliquid est solitum, vel non solitum concedi, non sufficit quod hoc doceant generaliter, nisi probent, quod in eisdem terminis est solitum concedi: quod fundat latus Parisius in *consil.* 2. numero 10. cum aliis, libro 4. quod dictum aliud agendo refero in 1. parte huius operis, quæst. 8.

Secundo, quia ea quæ sunt de iure speciali, non sunt in consideratione, donec impetuntur, *l. 4. §. 1. ff. de fideicommissis lib.* quod tradit Bart. in *l. 1. num. 19. ff. de vulgari*, Innocentius in *dict. capite pastoralis*, in principio, de *caus. possess.* & proprietat. vbi dicit, quod illud, quod est de iure speciali, censetur non posse fieri, quod reputat singulare Cardinal. Florian. & Paul. de Eleazar in *Clemenina unica*, de *caus. possess.* & proprietat. Parisius in *consilio* 30. numero 40. libro 4. de quo per Peraltam in *l. si Titio*, numero 4. ff. de *leg. 2.*

pagina 91. vbi numero 9. id limitat, & tradit Sforcia Oddi in *tractatu de integrum restitut. part. 2. quæst.* 42. art. 2. num. 3. & 4. pag. 730.

Ex quo fit quod conditio, si nupserit alicui de familia, debet intelligi in gradu permisso, & absque dispensatione, vt probant Curtius Iunior in *consil.* 54. n. 13. & 14. Mantica libro 1. de *coniectur. ment. defunct.* titulo 18. numero 7. pagina 558. quod refero in 1. parte, *quæstione* 51. & ita concludunt etiam Fulgositius in *consilio* 61. *Domina Catharina*, Simon de Pretis de *interpretand. defunct. voluntat.* libro 4. *dubitatione* 1. num. 7. folio 443. & de *textu* in *l. 4. §. 1. ff. de fideicommiss. libert.* agit Caldas Pereira in *l. si curatorem habens*, C. de *integrum rest. minor.* in *verbo*, per quod primum ius. numero 16. folio 420. qui refert Otaloram de *nobilitat.* pag. 264.

Tertio talis præsumitur esse voluntas Principis, quæ qualis de iure debet esse, *lex facta*, in principio, ff. de *vulgari*, vbi Bart. Alexand. Iaf. & alij: notatur in *l. si quando*, C. de *inofficioso testamento*, & per Decium in *consilio* 33. numero 5. & in *consilio* 64. Rebuffus in *practica benefic.* titulo de *dispensatione ad beneficia*, numero 53. pagina 373. Aymon. *consilio* 168. numero 9. Peralta in *rubrica ff. de hered. instituendis*, numero 184. pagina 121. & tradit Gregorius Lopez in *l. 30. titulo* 18. *part. 3. in glossa*, in *verbo*, *conocidamente*, & tracto supra, in principio istius 4. partis, & in aliis innumeris locis. Igitur bona maioratus non possunt alienari, nisi existentibus vtgentissimis causis, & cum magna difficultate; quia id prohibetur ex iure & dispositionibus testatorum; ad quod facit *l. 27. Taur.* *l. 40. Taur.* in *sine*, & *l. in conditionibus primum locum*, ff. de *conditionibus & demonstrationibus*.

Quarto non valet argumentum, Princeps hoc concessit aliquando, ergo nunc concedet: secundum glossam notabilem, quam nullus nostrorum, quos ego viderim, animaduertit in *l. vltima*, §. *quis igitur*, in *verbo*, cum enim iuncto *textu*, *Cod. de quadrienn. prescript.* & ad hoc est addendum quod scribit Socinus Iunior in *consilio* 51. numero 9. libro 1. vbi tradit; quod impossibilitas quæ consideratur in dicto §. *constat*, non est solum ex eo, quod dependeat actus ex voluntate Principis, sed etiam ex eo quod ea quæ fieri debent, sunt insolita. Quando autem dicatur aliquid solitum concedi, & an sufficiat, quod bis fuerit concessum: tradit notanter Petrus Andre. Gambarà libro 2. numero 143. cum aliis, pagina 32. de *potest. Legat.* & quando Princeps donare possit Hortos Salustianos, Caropum Martium, & similia publica, & ad communem usum deputata, scribit notanter Andre. de *Isernia* in *cap. 1. quæ sint Regalia*, numer. 6. folio 108. & ista feruunt pro *decisione* quæstionis, quam recte non explicauit doctissimus Molina libro 2. de *primogeniis*, cap. 13. numero 6. cum sequentibus, folio 336. & in *annotationibus* numero 11. vbi tractat quæstionem, an valeat si conditio apposita per fundatorem maioratus, quod quis contrahat matrimonium cum consanguinea intra quartum gradum; & an talis conditio sit reiicienda tanquam difficilis, seu impossibilis? de qua quæstione legenda sunt quæ scribo *parte 1. quæstione* 50. & de materia nostra, lege quæ nouissime scribit Antonius Peregrinus, in *tractat. de fideicommissis*, art. 11. numero 98. cum pluribus seqq. folio 98. Quando autem, & in quibus casibus sit locus commercio rei prohibita alienari, quia expedit ad declarationem prædictorum, legatur Balb. in *d. tract. prescrip. p. 5. princip. quæstione* 4. num. 4. *versiculo* quando aliquid: pag. 521.

Et ex his, & quadam doctrina Bartoli in *l. si quis pro eo*, numero 6. in *versiculo nono dixit*, ff. de *fideiussoribus*; aliâs in *facto* conclusi, quod si quis si promittat alicui renuntiare aliquod officium quod raro transferretur, & cum Principis autoritate, non tenetur istam promissionem adimplere, licet eam iuramenti

menti assertionem validauerit, nec tenebitur æstimationem soluere: ad quod etiam facit doctrina Abbatibus in *c. cum contingat*, in *versiculo*, 9. *iuramentum*, num. 29. de *iureiurando*; vbi Imola, num. 83. sentiunt expresse Dinus in *regula*, non est obligatorium, de *regulis iuris* in 6. & Lucas de Penna in *l. si quis*, in *versiculo*, 9. *iuramentum*, *Cod. de agricol. & censitis*, libro 11. Syluester in *sua summa*, in *verbo*, *Iuramentum*, numero 5. §. 30. Purpurat. in *l. rogasti*, §. *si tibi*, numero 35. ff. *si certum petatur*, ad quod faciunt scripta per Auendañum *responsio* 26. numero 1. cum sequentibus; & faciunt scripta per eundem *responsio* 181. numero 17. & hoc aliis rationibus probari poterat, quas omitto: quia sunt extra materiam; & hoc etiam est notabile ad *pragmaticam* 66. fol. 68. hodie *l. 4. tit. 2. lib. 7. ordinam. noui*: & *ad l. 27. tit. 2. lib. 7. ordinam.* & ad *pragmaticam d. iam Valli soleri* anno 1523. prohibentes venditiones officiorum publicorum: de qua materia legenda sunt quæ scribit Azeved. in *addition. practica. Pisan.* libro 4. *cap. vltimo* & 7. Tiberius Decianus in *practica. crimin.* titulo 2. *lib. 8. cap. 23.* num. 10. fol. 231. eleganter doctissimus Menochius de *arbitrariis iudicium*, *Centuria* 5. *casu* 401. num. 1. cum sequentibus; præcipue numer. 16. Tello in *l. 26. Tauri*, num. 11. Conradus in *templo Iudicium*, libro 1. c. 1. de *Imperatore*, §. 3. *versiculo* 22. num. 8. fol. 61. Ioan. Franciscus in *tractat. de Baronibus pragmatica* 4. qui plurâ singularia scribit Restaurus Cattald. in *tract. de Imperatore*, *quæstione* 110. *casu* 282. & *quæst.* 119. num. 4. post Bart. in *l. 1. ff. ad legem Iuliam de amb.* Felicianus in *tractat. de censibus*, *lib. 2. cap. 3.* num. 26. fol. 165. vbi etiam tractat, an Duces, & Marchiones possint vendere officia publica: cui contradicunt scripta per Nauar. in *extranag. Gregorij XIII.* num. 46. fol. 31. vbi late probat, quod prædicta officia vendi possunt, & tradit Iulius Clarus in *practica. crimin.* §. *simonia*, numero 4. pagina 73. & faciunt tradita per Azeved. in *l. 7. numero* 6. folio 122. *titulo* 2. & in *l. 7. titulo* 3. numero 1. folio 127. libro 7. *Recopilationis*; & quod Principes possint vendere officia, voluit Bald. in *l. Barbarius*, ff. de *officio Proferendis*, quem citat Guillelm. Benedict. in *cap. Raymundinus*, de *testamentis*, in *verbo*, *duas habens filias*, numer. 2. folio 17. ad hoc legendus, & plura ad propositum scribit nouissime Castillo. Bobadilla in *lib. de Politia*, libro 3. cap. 8. numero 289. pagina 351. & quod ista officia impudentur filiis in legitimam, quia faciliè à Principe impetrari possunt, tradit Antonius Peregrinus in *tractatu de fideicommissis*, articulo 36. de *Legitima*, numer. 130. folio 342. & faciunt scripta per Couarru. *resolucionum* libro 3. cap. 19. numero 4. Matiençum in *l. 5. titulo* 9. libro 5. *Recopilat. glossa* 4. numero 4. §. 6. folio 265. Et quod non liceat emere à Principe officia, quæ habent iurisdictionem, tradunt Bart. & alij in *l. Barbarius*, ff. de *Officio Proferendo* exemplum Imperatoris Caroli Quinti, quod refert Villegas *discursu* 22. folio 136. Felicianus in *tractatu de censibus* libro 2. cap. 3. num. 25. folio 164. qui late materiam tractat.

Et in materia istius quæstionis vide text. autem in *l. 1. 4. titulo* 9. *part. 6.* vbi tradit, quod si si conditor maioratus grauius successoribus, vt ponat in maioratu aliquam rem, vel quantitatem (prout plerumque contingit) quod licet ipse successor non ponat, habetur pro appohtis, ex quo acceptauit maioratum, vel saltem compellitur ipse, aut eiusdem hæredes ad hoc faciendum, per textum ibi, & in *l. si fuerit*, §. *si quis*, ff. de *legat.* 3. & pro ista opinione facit textus in *l. contra iuris*, §. *ultimo*, cum *legesequentis*, ff. de *partis*, Et isti quæstioni est etiam germanum quod scribit Peralta in *l. Mauius*, §. *fundo legato*, numer. 21. pagina 536. ff. de *leg. 2.* vbi disputat an legatarius, cui res maioratus legata fuit: possit agere aduersus hæredem, vt soluat vinculum maioratus, quod cautè legendum est: quia est noua doctrina,

& in debili fundamento ædificata: & quod scribit idem Peralta in *l. 3. §. qui fideicommissam*, num. 80. cum sequentibus, pagina 211. ff. de *heredi. instit.* vbi ex pluribus probat quod si quis instituat hæredem in bonis maioratus illum, ad quem non competit successio talium bonorum, & in bonis liberis, valet testamentum quoad bona libera.

Et est etiam istius classis quæstio alia, quam disputat idem Gregor. Lopez in *l. 10. titulo* 26. in *glossa*, in *verbo*, vendiendo, folio 68. columna 4. *versiculo*, quid autem si alicui, vbi tradit, an si alicui fuit factum magnum legatum si adiecto grauamine, quod bona maioratus cum aliquo diuidat, vel quod tributum, seu vectigal, quod debetur, remittat, an teneat tale grauamen? de quo vide quæ ille refert. Et hic est etiam sciendam, quod tradit Tello in *l. 19. Tauri*, numero 11. vbi vult, quod si pater faciat maioratum de re, quam habet communem cum vxore, consequitur melioratus omnem rem, vel æstimationem, quod est singulare, & quod quotidie contingit: ad quæ addo Alexand. *consilio* 9. numero 13. libro 2. & pro Tello facit doctrina Baldi in *Authentica*, hoc *lucrum* num. 2. C. de *secund. nuptiis*, & doctrina Suarez in *l. 1. titulo*, de las arras, *versiculo*, circa hoc queritur, quos citat Molina libro 2. de *primogeniis*, cap. 10. numero 63. folio 309. ad quem iungo Antonium Gomez tom. 1. *variarum resolutionum*, cap. 1. 2. de *legatis* num. 15. quem citat Burfatius *consil.* 6. vbi alia ad propositum videre licet circa præsentem quæstionem. Et an hæredes, vel cohæredes teneantur redimere, & luere rem legatam, & an si legetur res Ecclesiæ, debeatur æstimatio? lege Azeuedum in *l. 11. titulo* 2. libro 1. *Recopilationis*, num. 7. pag. 45. Et quod mulieri vxorata debeatur æstimatio Tabellionatus, vel alterius officij, quod ipsa de per se seruire non potest? tradit post alios Matiençum in *l. 5. titulo* 9. libro 5. *Recopilationis glossa* 4. numero 6. folio 265. Et qualiter si dicatur aliquid quatuor modis impossibile, ponit notabilem resolutionem Baldus in *l. eam quam*, num. 3. *Cod. de fideicommissis*.

Præterea notandum est in ista materia, quod licet factum dependens à Principis voluntate, reputetur impossibile, vt supra traditum est, non tamen ob id excusatur quis, si nisi illud à Principe postulauerit, secundum Bald. in *consilio* 395. *Pro Domino Dinardo*: num. 3. libro 2. per *l. final. §. vltimo*, ff. de *pignori. action.* notat Paulus in *consilio* 433. *Visis omnibus supra scriptis*, num. 2. col. 3. libro 1. *versiculo*, sed his non obstantibus, Aymon Craueta in *consilio* 121. num. 10. & *consilio* 64. num. 6. Pontius super *l. Toleti*, *fundamento* 2. 9. *part.* numero 96. fol. 92. pro quibus est textus notabilis in *l. Labeo scribit*, ff. de *contrahenda emptione*. & alij si videtur committere, qui non facit id, ad quod tenebatur: *l. dolo*, ff. *mandati*: *l. 1. §. est autem apud*, ff. de *depositi*: *l. dolo*, ff. *ad l. Falcidiam*; Bart. in *l. tutor qui reperiuntur*, ff. de *administrat. tutor.* Confirmat Aymon *consil.* 172. num. 5. Menochius de *arbitrariis iudicium*, libro 2. *casu* 208. num. 35. facit *l. 1. §. permittitur*, ff. de *aqua quotidiana*: *l. 1. §. quid ergo*, ff. de *contra act. tutel. l. sed si hac*, §. *hac clausula*, ff. de *quibus causis maio.* & confirmat Rebuf. in *dict. l. nepos Proculo*, *versiculo*, item de *dolo actio*, pag. 668. ff. de *verborum significatione*, faciunt scripta per Burfat. *consil.* 56. num. 27. libro 1. Et quando quis aliquid consequi potest iuris remediis opportunis, si illis non vtatur, dicitur per eum stare, & eius si negligentia, & culpa arguitur, c. licet *Episcopus de prebend.* in 6. *cap. commissio*, de *election.* eodem libro, cum *concordantibus*, vt per Barth. Socin. in *consil.* 274. numero 6. *lib. 2.* Menoch. *remedio* 7. de *recuperand. possess.* num. 24. pagina 379. Maccard. in *tractat. de probat. libr. 2. conclusionem* 1092. num. 5. fol. 331. faciunt scripta per Seraphinum de *privilegiis iuramenti*, *privilegio* 33. num. 32. pagina 201.

Et quando quis promittit se facturum & curatum ut aliquid fiat, vt excusetur, probare debet se omnem diligentiam adhibuisse; vt probat Decius *confilio* 401. num. 3. & 424. num. 4. & *conf.* 688. num. 10. Paris. *conf.* 110. lib. 1. Menoch. in notabili casu *conf.* 15. num. 17. & est in culpa, qui non petit quod impedimentum remoueat, *cap. ex transmissa, de prescriptio- nibus: l. qua commeat, ff. de re militari*, cum *concordantibus*, vt per Afflictis *decisione* 29. & 50. Decium in *cap. ex ratione, num.* 17. de *appellationibus*, Cephal. in *conf.* 518. num. 3. lib. 4. & legenda sunt quæ scribit Vincentius Carvotius in *tractat. de locato*, in parte, de facto alieno promissore, fol. 204. num. 1. cum *sequentibus*, licet in contrarium faciat doctrina Baldi, per illum textum, in *l. tuor, C. de negotiis gestis, n. 1.* vbi vult, quod non imputatur alicui si non attentauerit, vel non fecerit quod de iure non poterat.

Ex quibus inferitur, quod obligatus ad impetrandam licentiam ad faciendum maioratum, vel ad extrahendum aliquam rem ad maioratu, tenetur et obtinere omnino se omnia fecisse quæ pertinerent ad impetrationem facultatis Regiæ; & quod tales licentias petiuit, & eidem denegata fuerunt ad hoc, vt propter difficultatem excusetur a pena, & liberetur ab obligatione: & ad alia plura, quæ quotidie contingunt in ista, & in aliis materiis, resolutio prædictorum est necessaria: & pro hac resolutione etiam faciunt relata per Tiraquellum libro 1. de *retractu*, §. 32. *glos. vnic. num.* 64. & per Ripam in *l. vltima, quæstione* 31. num. 109. *C. de reuocand. donation.* vbi disputat, an donatarius grauatus aliquas condiciones & conuentiones adimplere protestari teneatur de impedimento.

In qua materia est animaduertendum, quod regulatiter negligentia non presumitur, nisi defunctus, *C. de arbit. tutel. & volunt.* Alexand. in *confilio* 451. libro 1. Abbas in *conf.* 41. lib. 1. num. 2. & alij, quos citat Mascard. in *tractat. de probation. lib.* 1. *conclus.* 109. 2. num. 1. fol. 331. qui num. 5. tradit aliud singulare, quod negligentia non probatur duobus concurrentibus, scilicet quod quis potuit facere aliquid, & obligatus non fecit ex Bart. in *conf.* 102. & in *l. si ab hostibus, §. final. ff. solut. matrimon.* Ruino in *confilio* 52. n. 8. lib. 5. & aliis quæ citat; & hic addenda sunt quæ scribo supra, *quæstione* 1. *limitatione* 2.

Adhibita autem diligentia, si factio Regio, vel alio impedimento facultas non fuerit impetrata, obligatus ad nihil aliud tenetur, *l. vltima, §. culpa, ff. de rei vend. l. quemadmodum, §. si nauis, ff. ad l. Aquilianam*, cum pluribus similibus adductis ab Aymone *confilio* 233. num. 4. & 5. Afflict. *decisione* 295. num. 6. qui plura refert, Episcop. Couarra. in *cap. quamuis pactum, §. 2. part. §. 5. numero* 3. folio 101. de *pactis* in 6. & tradit Rebuff. in *l. facere non oportere* 190. pagina 845. *ff. de verborum obligat.* Thomas Grammaticus *quæst.* 2. numero 7. pagina 166. latissimè omnium Antonius Gabriel, qui plura in ista materia scribit *lib. 3. communium opinionum, titulo de pactis, conclusio- ne* 2. num. 1. cum aliis, num. 155. & legendus etiam est Siluanus in *confilio* 93. vbi late tradit qualiter de negligentia & culpa constat; & Capicinus *decisione* 93. Quæ confirmantur: quia si quis promittat, quod minor, vel alia persona non contraueniet contractui, non incidit in pœnam, si contractus fiat ob iniquitatem contractus, vel læsionem, vt per Ancharran. *conf.* 330. Ripam in *l. si vnquam, C. de reuocand. donation. q. 4.* & alios, vt per Cephalum in *confilio* 115. num. 5. libro 1. nisi quis se obliget solvere si factum non fuerit, secundum Aretinum in *l. si in stipulatus, §. possunt, ff. de verborum obligat.* Bartholom. Socinus *confilio* 288. *quæstione* 5. lib. 2. Decius *confilio* 315. & *confilio* 345. in fine, & in aliis consiliis, vt per eundem Aymonem *conf.* 272.

num. 7. Episcop. Couarra. vbi supra, num. 5. Paris. in *conf.* 76. per totum, lib. 3. de quo etiam tracto in hac part. *quæst.* 1. *limit.* 2.

Et istis adstipulatur, quod si quis promittit aliquid quem indemnem conseruare, non tenetur de facto Principis: quia non potest ei dici, cur ita facis? secundum Oldradum in *conf.* 330. *column.* 2. *l. in l. i. num.*... *ff. de constitution. Principum*, & in *l. rescripta, num.*... *C. de precibus Imperatori offerend.* & in *l. si testamentum, num.*... *C. de testamentis*; & ideo factum Principis dicitur casus fortuitus, de quo nullus tenetur, secundum Paulum de Castro in *confilio* 220. *Propositur in facto, quod quidam*, col. 2. libro 1. Bald. in *dict. confilio* 395. *Pro Domino Dinaldo, libro* 2. ex quibus late probat Tiberius Decianus *responsio* 41. num. 139. lib. 2. quod si quis promittat conseruare indemnem de facto Principis, & cum iuramento, talis obligatio non confirmatur iuramento; quia ea quæ dependent à voluntate Principis, reputantur impossibilia, vt supra traditum fuit.

Item animaduertitur, quod mora lite inter aliquos ea ratione, quia in tempore prescripto non fuerit petita licentia ad faciendum maioratum, vel ad alienandum bona maioratus, lite pendente, non potest ille qui tenebatur ad impetrandam licentiam dicere, se paratum exequi id ad quod tenebatur, *l. vltima*, ibi; *Et tempore quo iudicium, ff. si certum petatur*: vnde dicit Angel. *confilio* 181. *Vltis instrument.* quod licet quando statutum non præfigit terminum ad insinuandam donationem, possit insinuari quandoque per legem, licet, *Cod. de iure deliber. cum concordantibus*; tamen quando est ceptum dici de nullitate donationis ob defectum insinuationis, non potest donatio insinuari, notat Alexand. in *confilio* 237. numero 13. libro 6. Hippolyt. *conf.* 489. Paul. Castren. in *confilio* 7. *Quia frustra, numero* 8. *versiculo, dic ergo, libro* 1. & alij, quos refert Aymon Cratin *confilio* 192. numero 16. quem lector legat, & *confilio* 201. numero 27. qui id post alios limitat, quando non fuit assignatum certum tempus ad insinuandam donationem, & ista sunt notabilia.

Sed quod pendente lite insinuatio fieri possit, vnde Corneus in *confilio* 36. libro 1. numero 3. & materiam etiam tractat Simon de Prætis libro 3. de *interpretand. defunctorum voluntat. interpretatione* 1. *dubitatione* 1. *solutione* 4. numero 25. folio 194. Mascard. in *tractatu de probationibus, libro* 3. *conclusione* 1388. numero 61. folio 340. Roland. in *confilio* 63. numero 51. libro 4. & post litem inchoatam, & factam oppositionem, quod transactio non fuit impleta, non potest dicere quis, quod non vult implere transactionem; vt per Alexand. *dicto confilio* 237. *ad finem*, libro 6. Corneum *confilio* 221. *column.* 2. libro 1. & *confilio* 99. *columna* 2. post *medium, lib.* 4. Aymon *confilio* 248. numero 6. *versiculo, non obstat*, Mascard. in *tractat. de probat. lib.* 3. *conclusione* 1388. numero 60. folio 348. & plura ad propositum scribit Petr. Barbosa in *l. alia, §. eleganter, numero* 5. pag. 359. *ff. solut. matri.*

Et quod facta executione ab homine non sit locus purgationi moræ, probatur in *l. qui ob rem, vbi* Bart. *ff. de condit. indeb.* & lege omnino notabile *consilium* Bursati 84. numero 7. & 8. vbi ponit regulam quod per executionem, vel litem contestatam amittit quis facultatem, quam habebat soluendi vnum, aut aliud: & faciunt quæ scribit Matthæ. ab Afflictis *dec.* 379. Cephal. in *conf.* 112. Lancellot. in *tractat. de attentat. p. 2. tit. de attentatis lite pendente, limitat.* 20. num. 7. pag. 144.

Quæ confirmo, quia dispensatio non potest impetrari lite pendente, non facta mentione de lite, secundum Abbatem & Felinum in *cap. at si Clerici, §. de adulteris, de iudiciis*, Innocent. in *cap. dudum, de iudiciis*, & alios, quos citat Antonius Gabriel lib. 2. *commun.*

comm. opinio. titulo de iudiciis, *conclus.* 4. numero 21. pag. 72. Lancellot. in *lib. de attentatis, 2. par. cap.* 4. *limita.* 21. numero 22. pagina 137. & de doctrina Aymonis in *dict. confilio* 192. agit Simon de Prætis lib. 5. de *interpretand. defunctorum voluntate, dubitat.* 2. numero 137. fol. 159. quem lege; faciunt scripta per Ioan. Lopium in *rubric. de donationibus inter virum & uxorem*, §. 68. numero 7. post Bald. quem citat & sequitur Tiraquell. in *glossa* 8. *commubiali, numer.* 88. & alij, quos citat Matienço in *l. 2. tit. 3. lib. 5. Recopilat. gloss.* 2. num. 15. fol. 53.

